IN OMNES C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE ARGVTISSIMI

Scriptoris libros, Stephani Aquæi Bituricensis, viri Equestris,

COMMENTARIA.



PARRISIIS

Apud Gallio[...] Pratensem, Sub primo Pilari Auleæ Regiæ.

CVM PRIVILEGIO.

GALLIOT DV PRE

Extraict des registres de Parlement.

SVR LA Requeste baillee a la Court, par Poncet le Preux. Et Galliot Du pre. Libraires de Luniuersite de ceste ville de Paris. Par laquelle ilz requeroient inhibitions & deffences, estre faictes a tous Libraires, Imprimeurs, & tous aultres quil appartiendroit. Que pendant le temps de six ans. Ilz neussent a imprimer, ou faire imprimer, achepter / ou exposer en vẽte les Commentaires nagueres cõposez, par Estienne laigue Escuyer, seigneur de Beauuays en Berry. Et imprimez de nouuel, par iceulx Le preux, & Du pre. Et aussy de nadiouxter ne diminuer aulcune chose ausditz Commentaires, au preiudice desdictz le Preux, & Du pre, sur peine de confiscation desditz liures, & damẽde arbitraire, affin que pendant ledict temps, iceulx le Preux, & Du pre se puissent rembourser des grandz fraitz mises & despens qui leur conuient faire en limpression desditz Commentaires. Et ouy le rapport du commissaire commis par ladicte Court, a veoir & visiter iceulx Cõmentaires. La court a inhibe & deffendu, inhibe et deffend a tous Libraires, Imprimeurs, & toutes aultres personnes quelconques, de ne imprimer ne faire imprimer, vendre ou achapter aulcuns desditz Commentaires, Si non de ceulx qui seront imprimez par lesditz le Preux, & Du pre. Et le tout, iusques a deux ans, sur peine de confiscation desditz liures, & damende arbitraire. Faict en Parlement. Le, xvij. iour de Iuing. Mil, cinq cens. xxx. Signe. Du tillet.

GENEROSISSIMO, AC ILLVSTRISSIMO DOMINO, Domino Philippo Chaboto, Franciæ Admiralo, siue thalassiarcho, ac spectarissimo Burgundiæ Moderatori, Stephanus Aquæus. S. P. D.

NATVRA COMPARATVM ESSE vsuq; venire conspicimus, vt homines ad agendum, negociandum, sciendumq; nati sint, Eques generosissime. Humanis siquidē animis reconditos scientiarū thesauros, lucemq; ingenitam, ac seminarium quoddā doctrinę inesse, est in confesso. Quam obrem Timeus Platonis, rerum & artiū regulas mentibus profecto nostris insitas esse scriptum reliquit. Quod si ita nobis natura sit inditum. Nihil tam abiectum, tamq; alienum a præcellentissimo naturæ dono esse potest, quam, ab ea re, cui nati sumus, animo abhorrere. Iure igitur vitio vertitur ijs, qui torpore nescio quo distendi malunt, quam, rei alicui memorabili aut explicandę, aut docendę inquirendęve, laborem impendere. Mihi vero hæc attentius exactiusq; perpēdenti, prouinciā non satis scio an humeris meis parē assumpserim. Id tamen audendum cēsui, vbi hoc animaduerti futurum gratum plærisq; studiosorū: Operęprecium me profecto facturum sum arbitratus, si huic, quod tandiu caliginι obiectum fuerit, tandiuq; obscuratum, aliquid lucis viderer adtulisse, hoc est, Plinianam lectionem repurgasse, ac omnibus Plinij libris commētaria indidisse, Persuasum certe habebam, id enixim ab omnibus expeti. Quāuis nō me lateret viros cum singulari ingenio, tum exactissima doctrina insignes, locos aliquot deluxatos, ac improbatæ lectionis emendasse. In quorum albo Hermo. Bar. fuit. Budæus item noster, homo extra omnem (quod de Cicerone dictum est) ingenij aleam positus. Post quorum luculentas conceptiones, rem paulo auctiorem facere institui, id non fore citra communem vtilitatem putans. Scio tamen non defore, qui admirētur me hominem triobolaris literaturæ, & militia iamdudum obrutū, hanc vetustatis partem curasse explicandā, iacta enim a me (vt dicitur) alea est, vbi diuerso historiarum genere te crebro delectari, animaduerti, Teq; eū esse, cui res immortalitatis maxime competat. Accepimus autē illustrissime Eques, Catonē illum Censoriū dicere solitū, fortia gesta indigere oratione eleganti, ne videlicet sua fraudarētur gloria. Nullius enim rei memoriam diutius permanere posse animaduertebant prisci, nisi, quę facunda, vberiq; oratione, literarum monimentis esset commēdata. Mihi vero si non est orationis illud modulamē, non illa fælicitas ingenij, ac dexteritas, phrasisq; Ciceroniana, quibus ausim tuum in omni re excellens iudicium decantare, ac morum præstantiam, cumulatæ virtutis splendorem, magnanimitatemq; celebrare, Tuæ tamen altissimę mentis dotes, ingenuus animus, & in omni re commendabilis modestia me impulerunt, vt te hoc munusculo, summis quidem sudoribus elaborato, conciliarem donarēq;. Nam cui honestius consecrarem, videbam neminem. Hos tibi labores nostros offerimus, quo perpendas tuum militem summis certe ærumnis, Martis, ac fortunę procellis afflictatum, nō tui immemorem fuisse. Te vero noui candido adeo animo, & probo, vt tenue hoc munus accipere nō dedigneris, Tenue enim est, sed ab animo bene volente profectum, simplarium, hoc est, sed memineris Lycurgū lacedæmonijs sacrificia tenuia instituisse, quo semper ex rebus quę adessent: deos frugaliter, ac facile colere possent. VALE.

Stephanus Aquæus lectoribus ingenuis, S.

CVm otij rationem reddendam esse censerem homini quidem aliqua facultate insignito, aut literatura aliqua inaugurato: prouinciam subire plerisque profuturam constitui, cãdidi lectores, ne desidia, aut inertia emarcuisse viderer, alijs ad rem attẽtissimis, atque in vmbraculis domesticis animũ despondisse. Post autem Martios tumultus, ac rei militaris functiones, quibus me dudum addixi, mihi interdum licuit ad musas quietiores redire, in quarum amœnulo diuersorio agens, commentariolos in Pli. cudere institui, ac locos aliquot repurgare. Id modo periculum est, ne cum otij mei rationem constare vobis præterea volui, meas has vigiliolas per salebrosa loca, ac (vt sic dicam) plena meandris imprudẽs ipse obuoluerim, hoc est, necubi stilo insudans in offensionem quoque bonorum, eorumque, quibus lucubrationes meas approbare volebam has, impegerim incautius: & farraginem hanc nostram cõuicijs laceratam referam. Spemque meam inanem, ac friuolam sentiã. Quod si mihi contigerit, illud Attilij non obfuerit adferre, qui satius esse dictitabat otiosum esse quam nihil agere, perinde acsi diceret, quàm inaniter vexari: scio profecto non defore, qui vel stilum, vel me hominem naris (vt sic dixero) obesissimæ incessant. Hi profecto sunt, qui alienam industriam ex sua inertia metiri solent. Quorum ego virulentiam impudentiorem adhuc putaui, quàm, vt eis respondendum haberem. Bonorum tãtum ego iudicium reformido, quibus vtinam ipsis ita libeat exporrecta fronte hoc nostrũ opus excipere, vt nullius odio aut offensione adducti ad id scribendum accessimus. Si tamen quod dictum nostrum, vt nouum, & inauditum explodendum mox eis videatur, id non antea dãnare quam accuratius perpenderint aliud esse oratoris, aliud philosophi, aliud interpretis, sin autem quibusdam nunc dãner nouitate rerum me premẽte, ad eosdem prouocaturum me testor, qui res primo occursu duras & à mero interdum latinitatis vsu alienas, iterata lectione existimatas exolescente sensim liuore nouitatis mollescere senserint. Rem profecto sumus, fateor, aggressi, quę sit, vt gręce dicam δηλίου κολυμβητοῦ δεόμενος. in cuius lectione sinuosa nõ mediocre etiam ingenium, & quasi æstuoso freto ipse natator submergi potest, ob id indoctius aliquãdo dicere institui, vt apertius dicerem, quod Aristophanes faciundum præcepisse videtur, quando ait ἀμαθέστερον ἄφραστον καὶ σαφέστερον. Non profecto in interprete phrasis sed integra interpretatio perpẽdenda est. Ob id sicubi in præcipitato hoc opere hallucinati sumus, aut ignorantia lapsi, vt vno aut altero loco potuimus, benigne condonare, in ancipitibus boni consulere, ac candidè omnia interpretari dignemini. Hæc enim sum commentatus, emendaturus si quid desideretur.

Valete.

In Cōmentaria, à Stephano Aquæo, viro equestri ædita, In Plinij Historiam, Iacobi Delestrei, Ligonensis, Carmen.

PEruia ni scopulos æquauerit vnda frequentes
, Fluctiuagis nunquam nauibus esse solet,
, Hinc maleam metuunt nautę, syllam'que ferocem,
, At'que capharei tristia saxa sinus.
, Haud secus historiæ (quam scripsit Plinius) æquor
, Multorum huc fregit vastius vs'que rates.
, Hinc prior anfractus expandit barbarus, Inde
, Excussit lectos turba sequuta locos.
, Verum lectori Stephanus mare fecit apertum,
, Currat vbi tutum parua phasellus iter.
, Mendarum scopulis tu non tardabere posthac,
, Haud obscura tibi sensa'que lector, erunt,
, Hoc debes Stephano, solus qui hoc prestitit, ante
Quem, tantū ad calcem nemo peregit opus.
, Ex hoc esse suam Gallis quo'que disce mineruam,
, Que Stephani in vitrea dedala lucet aqua.
, Egregius mauortis eques pro tempore, & heros
, Palladijs Stephanus dotibus iste valet.
, Exue degenerem rabiem tu zoile, quando
, His prestare modo non meliora potes.

Eiusdem distichon ad nomen Aquęi alludens.

MEndosum nuper quę lauit Plinion, ista
, Purior haud Franca pegasis extat aqua.

Petri Vidouæi Calcographi, de commentarijs in Pliniū à Stephano Aquæo æditis, epigramma.

DVm facere Hermoleos medicinam Barbarus optat
, Non paucis lacero vulneribus Plinio:
, Perlesum, grauius coniecta vulnerat arte,
, Nec minus incauta plurima turba manu:
, In tantum vt Latio iam deploratus, abiret:
, Ob multa in stygias vulnera fessus aquas.
, Sed deploratus, renouato corpore, viuit:
, Huic'que cicatricum iam periere notę.
, Nan'que hic Asclepius, nullis non artibus ingens,
, Cuncta salutifera vulnera lenit aqua.
, Qua, inquis Lector, aqua? medica, planè'que salubri:
, Vnde & cognomen fata dedere viro.

CONTENTORVM INDEX.

Index in vniuersum commētariorum, C. Plinij Naturalis Historiæ opus.

De litera A:

CONTENTORVM INDEX.

De litera b.

De litera C.

De litera E.

De litera F.

De litera G.

De litera H.

De litera M.

De litera N.

De litera O.

De litera P.

De litera Q.

De litera R.

De litera S.

De litera T.

De litera V.

De litera X.

De litera Z.

FINIS.

IN SECVNDVM
PLINII LIBRVM, STEPHANI AQVEI, VIRI EQVESTRIS, COMMENTARIA.

MVNDVM ET HOC. &c. Esse in rerum natura plæra'que ita occlusa prorsum, atque in eiusdem abdita maiestate, vt nulla ingeniorum solertia, nulla'que cura, peruestigari potuerint, est inconfesso. Nos tamen naturę quodam impulsu, ac genio, conamur quòd speramus, assequi. procliuiore illa sciendi, inquirendi, negociandiq; auiditate mortales excitante. Natura enim comparatum esse videmus, vtcun'que nos amor, dulcedo'que scientię impulerit, ea'que prouehamur, circa hanc attentissimo labore, conatúque quàmmaximo, versemur. Constat inde multos, reconditas disciplinas, cura peruigili perscrutari. alios verò humiliores, acquisitúque multò faciliores, ac non tantis sudoribus dignas. Maxima tamen studiosorum pars, historiarum suauitate, earum luculenta lectione, persuaui, ac amœno fructu, & capitur, & demulcetur. Quarum vberrimæ lectionis perceptionem planè consequi non facile est, nisi prius ratiocinatione cœlesti degustata, à qua rerum naturalium, & dotes conspicuę, & virtutes miræ, defluunt. Ad ea autem concipienda quantum requiratur laboris, nō facile dixerim. Propterea non mirari subit Socratem illum delphico oraculo hominum sapientissimum iudicatum, dixisse solitum, se vnum tantum scire, quod nesciret. Illo, vtputo rerum naturalium difficultatem, ac naturę subtile opificium, nostram verò exilem, ac paucorum capacem cognitionem, adnimaduertente. In vi, vtpote corporum cœlestium, ac motus potestate, naturæ rerum parentis arcana, ac totę historiarum potestates versantur. Tractaturus igitur de rerum natura, de locorum, oppidorum, insularum ac regionum situ, de plantarum proprietate, de animalium vita, déque eorum effectuab iis, orditur PLINIVS, ab quorum beneficio inferna illustrātur, hoc est, ab ratione cœlesti. citrà cuius noticiā, naturā inferiorū difficilimū sit percipere. Ab his igitur auspicatur, tū q͂ videlicet arbitretur, ab prę stantioribus, absolutioribus'q; initiandū, vel quod à maiestate imensa naturę rerū hoc est, dei, omnibus principiis dicant pręfari, clamaréq; veteres solitos causa boni ominis, θεος, θεος, vt scriptum reliquit Pausa. Scite igitur ab his orditur Pli. Et ne longiores simus redeamus ad scopum. Hic procul dubio, quid Mūdus sit siue cœlum, Plinius finit. Mundum alio nomine cœlum vocitans, in quam it pedibus sententiam Macrob. autor plurimæ lectionis, eo libro primo, quem de Saturnalibus posteris legendum reliquit. Mundus (ait) autem vocatur cœlum, quòd appellant Iouem. Scipionem pręterea legimus apud Cicero. de illius somnio. Mūdum dei templum vocasse, propter eos, qui existimabāt nil esse deum aliud, quàm, cœlum ipsum. Mūdus, Cœlum CVIVS CIRCVMFLEXV TEGVNTVR CVNCTA. Nullum certè est corpus extra cœlum relictū, quòd non eo ambiatur. Ad quorum perceptionem paulò faciliorem, non obfuerit quæpiam annotasse.

Cœlum celebratiſsimi authores ac exactiſſima doctrīa clari, omnium vnitatem corporum eſſe memoriȩ mandarunt. Id'q; ita volunt intelligi, tanquam cœli pars quęlibet totus ſit mundus inferior, quia ſit in ſtellæ omnis virtute caducorum corporum virtus. Id, quòd ſymbolice Pythagoras ſignificaſſe videtur. vbi in Luna, ac reliquis ſyderibus, quatuor elementa, montiū ſupercilia, ac vallium, conſtituit, humilitatem. Neque enim ſtellarum vlla eſt in cœlo (vt quibuſdam placitū videō) quę non ambiat quòd ſublimaris complectitur mūdus. Quare Plutarchus autor vberioris doctrinæ lib. ſecundo de dogmatibus philoſophorum, Pythagoram aſſeruiſſe tradit. Mundum eſſe vniuerſorum complexionem. Cętero ad ſequentia maioris contemplationis redeamus. NVMEN ESSE CREDO PAR EST. Compertum habeo, hoc nubilum multorum diuexaſſe ingenia, ſi tamen quis attentius, exactius'que aduertat hæc, non penitus inepte Plinius retuliſſe percipiet. Nam non ſolum ab eo, cœlum, deum vocatum fuiſſe legimus. Plurimas certè gentes, cœlum, loco veriſsimi numinis adoraſſe, appellaſſe'que proditum eſt. Quamobrem Plato philoſophorum eminentiſsimus libro, cui titulus eſt Cratyli, de recta nominū ratione diſſerens, ait. Videtur mihi priſci Græcorum deos ſolos putaſſe eos, quos etiam hiſce temporibus barbarorum plurimi arbitrantur Solem, Lunam, Cœlum, Stellas, Terram. Orpheus preterea cœlum, deum magnum appellabat, ac omnium deorum patrem primigenitum. Nec preterennda eſt Varronis ſententia, lib. primo rei ruſti. cœlum, terram'que magnos deos appellantis. Quòd & diuus Auguſtinus lí. vij. ciui. diuinæ, comprobat, inquiens. Deum ſe arbitrari inquit Varro animum mundi, & mundum eſſe deum, quem Græci vocant coſmon. hæc ille. Porrò ſi mauis Numen hic pro diuino quodam accipi, non penitus id erit alienum à ſenſu: qua vocis acceptione vſus eſt Vitruuius in epiſtola ad Auguſtum, inquiens. Cum diuina mens tua & numen Cæſar Imperator, &c. Quem vocis ſenſum, ſi Pliniano contextui aptes, ſenſus erit. Numē eſſe credi par eſt: hoc eſt, iuſtū eſt credi cœlū ſiue mundum, eſſe diuinum quoddam, ſic tamen intelligendum, candide moneo, nec do pro recepto, ſi tamen faciat ad ſtomachum pro voto vtaris. AETERNVM, IMMENSVM. &c. Hic ſuballudit ad aſſertionē Ariſtote. mundum eſſe æternum aſſerentis lib. phyſicorū, aſtruit autem ſchola peripateticorū, mundum eſſe æternum, tum quòd careat contrario, tum quòd non ſit cœlum obiectū corruptioni: aliīs'que penè infinitis rationibus, quas poſuit Ariſto. cuius opinioni Platonici refragantur: mundum factum aſſerentes Peripatetici non genitum, quoniā omnia genita, & orta occidunt: de quibus qui profuſius volet, adeat Ariſtotelem. Non eñ noſtri conſiliī eſt in protritis, & in iīs quę ab eo abundè ſunt tractata, bonarum literarum candidatos longius demorari. Accedamus nunc rem nodo (vt dicitur) Gordiano implicatiorem. TOTVS IN TOTO. Hoc nauſeam plæris'que ſtudioſorum philoſophię parit aliquando, cum conſtet locum, & locatum oportere (vt verbo philoſophis pertrito vtar) proportionari. Expendendum autem cœlum ſua conuexitate omnia amplexari, immo quodāmodo ſeipſum. Eſt autem ſphericæ figure, quę tota in toto quadam ratiōe eſt, ob orbicularitatem ſcilicet, in ſuas quas'que partes vergentem, non habens principium, nec finem, quare ſimilis toto eſt. Quę non inſcitè ab Mannilio poeta nobiliſſimo, primo aſtronomicon, ſunt animaduerſa, ita canente.

Mūdus æternº

Totum in toto

Hæc eterna manet diuis'que ſimilima forma
Cui neque principium eſt vs'quam, nec finis in ipſo
Sed ſimilis toto manet perque omnia par eſt.

Hæc de mundi forma perinde ac dicat Mundus ſemper in ſe totus eſt, & vnitus, & per omnia ſibi par. Cętero

quando

quando dicimus totum in toto, perpendenda est loci notio, quę debet esse æqualis locato, non si quidem denominatione sumpta locali magnitudine, quia illa corpus est, locus autem, superficies. Non potest autem superficies, corpori, secundum æqualitatem, aut inæqualitatem, conferri, sed à corporis contenti extremo, atque conuexo, secundum quòd tangitur a locante corpore. Id enim conuexum equatur concauo corporis locantis, atque loco, qui perinde dicitur locato equalis. Quòd verò (vt ad interiorē sensum huius rei perueniamus) secundum circulum, vt in cœlo fertur, re ipsa eodem semper loco, cœlique superiori concauo continetur: continue tamen alio, ad rationem, si quis partes cœli contenti, partibus loci, prius & posterius coaptauerit. Cœlum autem non est in loco, vniuersali verbo permittente. Vltima enim sphera (vt schola Peripateticorum astruit) non est in loco. Porrò adde idem dici in seipso primo per accidēs, vt si vinum esset in seipso dolio primum in quo quidem vino ipsum dolium esset, tunc dolium esset in se ipso per accidens. Corpus igitur cœleste, in seipso dici potest per accidens. Cætero, cœlum non pro vno quouis cœlo sumitur, sed pro aggregato ex omnibus locis huic mundo sensili & elementari regioni hęrente. Huiuscemodi enim aggregatum non habet aliquod corpus supra seipsum circundans, quare planum est ipsum non esse in loco, nisi eo, quo diximus modo. Quamuis ipsius partes omnes citra supremam sphæram in loco dicantur esse, scilicet sphęrę planetarum, & stellifer orbis. Ratiōe quarum partium dicitur corpus cœleste esse in loco per accidens.

Cælum non est in loco.

Idem ī seipso.

FINITVS ET SIMILIS INFINITO. &c. Infinitum mundū aiunt Peripatetici, quòd finis sit expers, alij contra, quòd altitudinis, longitudinis quę dimensionibus constet, quę corporis sunt. modo nullum corpus est infinitum authore Aristo. quare mundum colligunt nonnulli non esse infinitum, sed terminatum, quia à natura gubernetur. Finitus autem dicitur, non quidem extrinseco, sed intrinseco termino, vtpote suo conuexo, suprema enim sphęra terminata est, (vt quibusdam placitū video) termino intrinseco. Infinitum mundum dixit Melissus, quòd eum constet non esse obiectum corruptioni, alijs'que rationibus penè innumeris, quas silentio transeundas censeo, quia Aristoteles de his affatim disseruit. Parmenides dicebat totum vniuersum esse vnum, & quidem finitum. Sed quia meminimus infiniti, quid, id sit, non obfuerit scisse. Infinitum philosophi dixerunt esse, cuius quantitatem accipientibus semper sit aliquid accipere extra. Infinitum item dixerunt, quòd non habet quantitatem, aut continuam, vt punctum, aut discretam, vt vnitas, dictum quasi non finitum, & non quantum. In secunda acceptione est quantum habens transitum, sed consummabilem. hoc est, est extensio, aut pluralitas, quæ semper sumendo partes eiusdem, & determinatę quantitatis nunquam absolui, vel perfici potest. vt si daretur linea, a, qua sumptis pedalibus, eius non posset longitudo tota absolui: aut numerus à quo dempto semper binario, aliove determinato numero non posset ad eius peruenire finem, ea linea, et is numerus infinita dici possunt. Cœlum tamen siue mundum verissimè concludamus esse finitum, quia à natura gubernetur, vt Academicis placet. Nullius enī infiniti esse potest natura, cum id continere, & ei denominari naturam oporteat, cuius sit natura. Quòd verò administrantem habeat naturam, liquet, primo ordine partium, deinde earum rerum, quę oriuntur inde, tertio ex partium consensu inter sese, & ex numero, quòd hinc profluit emolumento. Sed quia hic agitur de mundo, dicamus quid sit, opinione Parmenid. Est autem mundus constitutio cœli, & terrę, & naturę rerum, quę intra clauduntur hic omnia continet, corpore nullo relicto. Mundum autem duobus constare Plato in Timeo scriptum reliquit, mente, & necessitate, quòd ex actu formali intelligamus oportet, qui sane est ī diuinę mē

Infinitus mū dus.

Finitus mund°, quomo do dicatur.

Infinitū quid

Mundi finitio.

tis voto precipuus, mẽtisque imago. Ex necessitate, hoc est, materia, que nõ tã intentione propria, quam necessaria quadam conditione ad hoc opus accipitur. Adde preterea mundum physicis bifariam diuidi, alterum facere, alterum pati dixerunt: illud autem facere, quòd sit immutabile alteri caussam, & necessitatem permutationis imponit. Hoc pati, quod per mutationes mutatur: & immutabile mũdi partẽ a sphęra, quę dicitur grecis ἀπλανὴς, aplanes, vsque ad globi lunaris exordium, mutabilem vero, a luna vsque ad terras dixerunt. Aristo. rerum naturę cõsultissimus, partes eius incorruptibiles dixit, partes, inquam, mundi principaliores, nihil intra mundũ perire reputãs. Et illud in originem suam, atque in ipsa elementa remeare, quòd tale quale fuerit, esse desierit. Ob id Plotinus platonice doctrinę accuratissimus, de corporũ absumptione differens authore Macrob. & hoc dissolui posse pronunciaret, quicquid effluit, argutulus quispiam obiecit. Cur ergo (inquit) elementa quorũ fluxus in aperto est non similiter aliquando effluunt? Et breuiter tantę obiectioni respondit, ideo elementa licet fluant, nunquam tamẽ solui, quia nõ foras effluũt, a ceteris enim corporibus quod effluit, recedit: elementorum vero fluxus nunquam ab ipsis recedit elementis nunc redeamus ad rem.

Mundi diuisio

ἀπλανὴς

Certus mũdus — CERTVS ET SIMILIS INCERTO. &c. Certus quidem quia quę fiunt rata lege modulo que prefinito fiunt, quia à prouidentia diuina reguntur: qua Galleno authore lib. ij. technes. i. artis, non solũ disponuntur qui effectus fiant: sed quibus causis procedant, & quo ordine eueniant. Vim enim ac naturam rebus natura indidit lege constituta, certaque: quòd Mannilius animaduertit hoc carmine.

, Que postquam in proprias deduxit singula caussas
, Vicinam ex alto mundi agnoscere molem
, Intendit, toto que animo comprehendere coelum
, Attribuitque suas formas, sua nomina signis.
, Quas que vices agerent, certa sub lege notauit
, Certa sed improprias oriuntur sydera luces
, Natales que suos, occasum que ordine seruant
, Nec quicquam in tanta magis mirabile mole
, Quàm ratio, & certis quòd legibus omnia parent.

Extra iuxta — EXTRA INFRA OMNIA COMPLEXVS IN SE. &c. Hęc Vocabula extra, & infra, non designant loci habitudinem, sed (vt sic dicam) coassistentiam, & pręsentiam, qua corpora adsunt corporeis, porrò vocat mundum incertum, ob variam rerum mutationem, temporum q; disparilitatem, dierum inequalitatem, varios q; rerum euentus.

ET RERVM IPSA NATVRA, &c. His coniicere licet plerosque philosophorum, putasse coelum siue mundum esse naturam. Aristo. censet naturam esse principium motus & quietis, in qua primo est, & non per accidens.

Natura — , Naturam autem gubernantem, efficientem, continentem que Plato vocat δημιουργόν. i. demurgon. i. opificem. Cicero in academicis quęstionibus, sentientem naturam qua continentur omnia, nunc mundi animum, nunc mentem appellari scriptum reliquit. Constat vtpote naturam esse causam rerum aliquam eorum, quę generantur, aliquid enim esse naturam necessum est. Ouidius Naturam deum vocauit. Seneca, libro questionum quarto, de hac sic agit. Natura mihi hoc prestat non intelligis tecum cum dicis nomen dei, quid enim est natura, quam deus? et diuina ratio mundo & partibus eius inserta? Aurelius Augu. libro, quem de moribus manicheorum posteris legendum reliquit. ita naturam finit. Natura nihil aliud est, quam, quòd intelligitur in suo genere aliquid esse,

FVROR EST, &c. Inuehitur in quosdam faustu tumentes, ac temeraria audacia, quia mensuram cœli ausi sunt dicere scribere'q; in quorũ albo fuit Erastosthenes. INNVMERABILES TRADIDISSE MVNDOS, Hæc in Democritum, Epicurum, Xenophanẽ, & id genus dicta videntur, qui plures esse Mundos retulerunt, vt videre est, apud Aristotelem: plerique etiam nouitiorum philosophiæ professorum (vt ex Ioannis, pici Mirandulæ monimẽtis cõijcere licet) tres esse mundos asserere voluerunt, esse quidem primum, & summum quidem, in cuius contemplatione caliget mens, rerum adobruta magnitudine, hebescunt sensus, ne vllo par sit percipiendæ excellentiæ, qualiscun'que, & quantuscũque sit humanus animus. Vltra mundanum hunc intelligimus, eximium, fœlicissimum, incomprehensibilem quem scientissimis angelicũ, philosophis vero intellectualem mos est appellare. Cuius commeminerit Plato, etiã in Phędro, Mũdum hunc asserens, non posse pro dignitate verborũ copia vlla, vel ingenij pręstantia efferri, decantarique, proximum deinde, quem dicamus locum habere infinitum vero postremum'que, quem sublunarem mundum vocemus, qui sit hominis maiestati contributus, sed quem vocitent tenebrarum conceptaculum, sicuti illum claritatis incomprehensibilem. Nam cœlum medię cuiusdem est naturę temperatur'que ex luce, & tenebris, eruditiores tamen hos tres mundos, esse vnũ produnt, quoniam ab eadem profluant origine & debitis numeris, harmonia'que naturę cognitione, & graduum serie colligentur. Adde quod singuli habent quòd ferè in vno comprehendas, illa differentia tamen, quòd quę in mundo visuntur in fimo, in superioribus item cognoscuntur, sed ampliora multo.

VT TOTIDEM RERVM NATVRAS, &c. Quia si constet vt vult Pli. mundum esse naturam, & mundum esse vnum, vna sit natura est necesse. Cõtra, si plures astruas mundos, plures & astruas naturas est operę precium.

AVT SI OMNES VNA INCVBARENT. Hoc est, si vna tantũ esset natura, quę illos mũdos innumerabiles incubaret, hoc est amplecteretur, occuparet, foueret, totidem tunc oporteret lunas, soles'que credi, quòd penitus esset absurdum. Nam hęc infinitas nõ potest assignari naturę rerum omnium opifici.

FVROR PROFECTO FVROR, &c. Perinde taxet, eos qui curiosi⁹ quàm par sit, arcana scrutari soleant, quòd stulti potius, quàm prudentis est. Nam vt in prouerbiali dici solet sententia. Quod supra nos, nihil ad nos. Vnde Lactantius, in arcana plus nimio quęrẽtes, libro .ij. ait, sciat igitur quàm inepte faciat qui res innumerabiles quęrit. Hoc enim est modum suę conditionis transgredi, nec intelligere quous'que liceat huiusmodi accedere. Nam deus cum apperiret veritatem homini, ea scire nos voluit, quæ ìter sint hominem scire ad vitã consequendam. Quę verò ad curiosam cupiditatem pertinebant, & profanam, reticuit, vt essent arcana. Propterea in cœlestibus arcanis ne sutor (vt dicitur) supra crepidam, Arduum certe est cœli arcana scrutari, sui ignota cognitione quàm Chilo sapientia clarus imprimis perpendendam censuit.

CAPVT SECVNDVM.

FORMAM EIVS. &c. Mundi ad amussim discussa finitione Pli. Formã mundi palàm nobis facit, globosam, ac orbicularem esse asserens, in quàm it sententiam pedibus Plutarchus, ille auctor nõ vulgaris auctoritatis: lib. de philosophorum placitis. Oportuit herclè perfectissimo absolutiorem prestãtiorem'que attribuere figuram, cœlum vtique naturale corpus est, omnium corporum naturalium perfectissimum, corpus naturale, tam motus, quàm sensibilis qualitas cõsequuntur: perfectissimo ergo corporum naturalium, perfectissima forma, motus'que nobilior congruunt. Constat autem nullam esse formã prestantiorem orbiculari, quæ ergo iure cœlo rerum naturalium perfectissimo contribuitur, quòd ita nature collibuit, vt liberius id moueretur: rotundum enim de sui natura, mobile ac volubile est: quanuis non defuerint, qui astruxerint cœlum esse conice ac ouate figure: prima equidem rerum principia quæ nonnulli vocant elementa, orbicularis esse forme produnt, necnon & stellas ipsas, cœlique faciem teretes quodammodo figuras producere, lunam, ac solem, figure esse globose ac orbicularis, quod quàm argutissimè, ac solertissimè à Mannilio astrorum scientissimo mandatum esse memorie liquet, hoc versu.

Hæc est nature facies, sic mundus & ipse
In conuexa volans, teretes facit esse figuras
Stellarum solis'que orbem, luneq́ue rotundum
Aspicimus tumidum, querentes corpore lumen

Ptholemeus multiplici astrorum peritia clarus, libro Almagesti, stellas etiam partes cœli sphericas esse reliquit scriptum, subdit, deinde Pli.

❧ NON SOLVM, QVIA TALIS FIGVRA. &c. Quasi asserat, non propter ea cœlum videri rotundũ, quòd partes in sese vergant, ac reflectantur, nec quòd finem, principium'que sint sentientes, quæ sunt figure spherice propriæ: nam nec principium nec finem, orbicularis forma quodammodo habet: non ergo his rationibus rotunda apparet figura, sed quia intuitu, probatione'que oculorũ rotunda nobis apparet. Sed age: citra reticentie saltum, ac sine prepositi interiectione, his aliquid claritudinis inferamus: primo lynceis oculis perpendentes quę sese suggerunt nobis. Constat certè visum nobis hac prouenire ratione: Genuinum lumen è pupilla quacunque eam verteris, directa linea emicat, id oculorum domesticum profluuium si reppererit in circunfuso nobis aere lucẽ: per eam directim pergit: quãdiu corpus offendat Et si faciem verteris, vt circunspicias: vtrobique acies videndi directa procedit: ipse autem iactus, quem diximus de nostris oculis emicare, incipiẽs à tenui radice, in summa fit latior: sicut radij à pictore fingũtur: ideo per minutissimum foramen contemplans oculus, videt cœli profunditatem. Ergo ista tria nobis necessaria sunt ad effectum videndi: lumen, quod de nobis emicat, & vt aer, qui interiacet, lucidus sit, & corpus quò offenso desinat intensio: quæ si diutius pergat, rectam intensionem lassata non obtinet: sed scissa in dexteram leuam'que diffunditur: & hoc est quòd veteres orizõta vocauerunt. Hinc quòd vbicunque terrarum steteris, videris tibi quandam cœli conclusionem videre, & ita forma cœli oculorum probatione spherica videtur: quorum indago fideliter deprehendit, directam ab oculis aciem per planum cõtra aspicientibus, non pergere vltra centum octaginta stadia, & inde in orbem tam recuruari, per planum inquã, quia sunt altitudines longissime: aspicimus quippe, qui, & cœlum videmus. Igitur in omni orizontis orbe, ipse qui intuetur centrũ est, & quia quantum à centro, vsque ad partem orbis extenditur: sine dubio in orizonte diametros orbis trecen-

torum sexaginta stadiorum est:& si vlterius qui intuetur accesserit:seu retrorsum recesserit,similem circa se orbem videbit. His ergo antelatis,liquet formam cœli oculorum iudicio rotundam esse,Horizō certè est,velut quodam circo designatus cœli terminus:qui super terram videtur:& quia ad ipsum quantum quis'que oculos circunferendo conspexit:proprium sibi cœli quod super terram est,terminum facit. COMIPAGINVM. &c. Ligaminum.

CONVEXVS. &c. Concauus & ex omni parte declinatus.

CAPVT TERTIVM.

HANC ERGO FORMAM; &c. Mundi forma quā examinatissime discussa, & posteris ad vnguem conuulgata: motum hic cœli elucidat penitus astipulans peripateticis, qui motum orbicularem cœlo contribuunt,& perpetuum quidem,orbicularem īquàm, quoniam is motus cęteris & absolutior est,& pręstātior. Nulla item qualitas sensu perceptibilis,absolutior luce,quare hæc cœlestis corporis propria sint necesse est,quoniam verò perfectissimum corpus est,comparem quoque locum,hoc est,supremum habere ex rerum dignitate cōsequens fuit Apuleius ille ingenio solertissimo auctor, ὀυρανορ, dici cœlum interpretatur,quia sit altitudinis finis,scitum illud Aristo. ex octauo auscultationis physicę, motum primi cœli vitam esse omnibus:quandoquidem euidentissima est, & communis operatio vitę intimus motus,Cessante autem cœlo, nec cętera mouebuntur,sicut in minore mundo,si cesset motus cordis,omnes animalis motus perire necesse est. Nec lapis deorsum moueretur,neque ascēderet ignis ,quod mirum vtique est. Sed verum rationibus ostenditur,si primus motus quiesceret. Est autē quod primum in vno quoque genere causa reliquorum sit, quæ sub ea continetur serie,licet nō omnia eandem causę habeant rationem. Porrò quòd de motu astruimus,patet item in caloris ratione. Nam cœlestis si calor intereat, nec ab frigore profluet frigiditas:nec à caliditate calor:siquidem non est frigori contrarius calor ille sydereus, sicuti calor ignis:sed omnes continet elementales qualitates simplici eminentia:sicut lux omnes calores. Mirari certè subit,motus cœlestis & vbertatem,& causam rerum feracem:à quo certè infernus ille motus dependet,sicut effectus à sua causa,à quo item calor ille genuinus demanat,quòd potissimū mobile omne calorem & inducat & progerminet. Hic siquidē celerrimus motus cœli est,celer inquàm,quoniam pauculo temporis curriculo,hoc est. xxiiij. horarum spacio fiat,vt occasus ac exortus testantur.

TANTAE MOLIS ROTATAE. &c. Necnō minus scite quàm solerter dixit. nā cęlica moles illa vertigine assidua, siue motu perpetuo voluitur,quāquàm non defuerint qui assertēt super octauam sphęram esse cœlum immobile. Ob igitur illorum assensum censuerim quędam,huic proposito admonenda,ac attingenda,cœlestis molis historiam non aspernabilem,cōsectari ista quidem diutius,non est omnino institute nostri,quò tamen pleniori obsequio bonarum literarum demereamur candidatos,non grauabimur succincte superioribus assuere. Imprimis verò perpēdendum,ac accuratius animaduertendum , octauam sphęram quæ verius firmamentum dicitur,& locari cœlorum globos duos à christianis doctoribus. Nam Strabus,& Beda, & vnum quidem empyreum vocant,hoc est igneum , vel intellectualem glorię,ac contemplationi aptum,& quietum,& hunc immobilem intelligunt , quoniam si moueretur eius motus ,per motum

apparentis corporis comprehenderetur, cum verò Porphyrius, á dęmonibus angelos discerneret statuens in aere demonas per loca empyrea angelos non vtique intellexit cœlum, vt author est Thomas, sed syderum potius globum, quem more Platonis igneum arbitrabatur, & i[illegible]eò empyreum appellabat. Huius autem rei meminit Augustinus, decimo ciuitatis dei. Verùm redeamus ad rem cõstitutam. Assiduo ergo motu cœlum voluitur, quòd ab Ouidio animaduersum constat ita canente.

, Adde quòd assidua, rapitur vertigine cœlum,
, Sydera'que alta vehit, cæleri que volumine torquet.

Et subdit Plinius.

SONITVS EQVIDEM, &c. Hic Plinius rerum omnium memorabilium author, harmoniam cœlo inesse insinuat. Ad cuius notionem libandam, suggerunt se quędam nobis quæ auribus defecatioribus mittenda sunt in digitos. Et potissimum ea quæ Ptholemęus libro tertio musicæ est prosecutus: qui nedum cœlo, verùm humanę naturę harmoniam assignauit. Igitur cum initia rerum dicat ex materia & secundum quidem subiectum, vt ex quo & motu secundum causam, vt à quo ac forma secundum finem, vt cuius gratia constare harmoniam ponit. Cum autem triplex causa sit: Natura, qua sumus: Ratio, qua vere sumus: Deus, quo semper sumus, harmoniam causam ponit esse qua verè sumus: hoc est, secundum proportionem motuum: proportio enim simpliciter & in vniuersum est ordinis & symmetrię mater. Est nãque prius in mente symmetrię inuentio, harmonię'que iudicium, deinde in organica secundum artem monstratione subiecta sensibus addita secundum practicem experientia, ac exercitatione. Huius igitur proportionem & continuitatem, anima prius eius indagatrix in seipsa ac suis motibus conspicit. Nam cum tres sunt eius partes, ratio, sensus, & appetitus, hę tribus musicę diastematis, ac symphonijs respondent. Diapason ante omnia rationi, cum hæc pars sicuti illa reliquas duas complectatur, diapente sensui, diatessaron appetitui: vt enim diapente propior est simphoniæ diapason quã diatessaron ob excellentiam imparitatis, sic sensus proprior est rationi quàm appetitus. Pręterea in tonis etiam respondent, vt enim diatessaron tris habet tonorum mutationes, sic appetitus augescens primum videtur, deinde feruescens, postremo senescens. At sensus quatuor æquas numero speciebus symphoniæ diapente continet partes: auditum, visum, gustum, odoratum, Nam tactum pretereo, tanquàm communem omnibus, aliter alijs deprehensum: rationi verò vti numero æquales diapason species fantasia, mens, cogitatio, memoria, diaurea, opinio scientia siue velis aliam animę diuisionem, videlicet rationem, iram, concupiscentiam, easdem partes respondere videbis, diatessaron tres partes concupiscentię virtutibus similes sunt: temperentia in voluptatibus. Patientia in tolerentia necessariorum: Pudor in abstinendo à turpibus, pars rursus irascibilis quatuor diapente retinet species, Mansuetudinem in ira, Constantiam in vsu motus, Fortitudinem in periculis, Perseuerantiam in laboribus: pars rationalis item vti secundum diapason ordinem, celeritas, ingenium, eubulia, sapientia, prudentia, experientia. Totus ita que perfectus animus philosophi systematis diagrammati est comparandus, mores etiam secundum tonos aptare possumus in systemate, grauiores referunt segnitiem & tarditatem, secundum hypodarium modum: acutiores secundum myxolydion, celeritatem, & audaciam

in homine referunt. Semitoni autem secundum dorium, mediocritatem & modestiam in rebus. Nam & animi ipsi simile quid melodię patiuntur, & concordi quadam rerum gestorum'que inter se congruentia, quando lætantur, dolent, quiescunt, silent, loquuntur. Ex quo Pythagoras aliquid inceptarus, sese lyræ, harmonia, ad alacritatem, tum ad animum, tum corpus excitare solitus. His haud dubie sententijs Ptholæmei Aristoxenus adhæsit, qui animam harmonia constare asseruit, quem Plato, est secutus. Ergo iure Ptholæmus cœlo harmoniam assignauit, quare cœlestibus orbibus musicam inesse plęrique memorię mandarunt, quorum cœlestium interualla diastematis phthongorum in lyra compararunt, ita, vt Hypaten lunę tribuant, quę vt velocior cursu grauiori phthōgo similis videbatur, qui citius finitur. Et deinceps vltimum Meten, Saturno, zodiacum Ptholę. persati dicit systematis diagrammati similem reddit, In quo quatuor tetrachorda inueniuntur. Pręterea symphonię in eodem similes per aspectus mutuos, primum tetragoni, quòd diatesseron comparat, deinde trigoni, quòd diapente: diametri, quòd diapason: postremo vniuersum circulum in se ductum bis diapason, referre imaginem monstrat. Cum'que cœlum tris habeat cursus, lōgitudinis, latitudinis, & altitudinis. Mutationes tonorum, indicat oriens & occidens per longitudinem, principium, & finem referunt chordarum, grauiorum quòd hę partes obscuriores nobis in ortu & occasu signorum apparent. Obscura vero silentibus similia. grauis enim vox ad silentium propius accedit. Acutiores autem chordas meridiei per latitudinem assimilat, quòd hæc pars nobis manifestior & clarior sit, pręterea meridies altior nobis acuitatem refert. Oriens vero, & occidens, depressiores nostro aspectui vocis humilitatē & grauitatē repręsentant. Altitudo quoque cœli ex eo notatur cum planetę in eo altiorē, quòd Gręci apogeaon, expertes verò bonarum artium nunc augem vocant. Item si planete sint in humiliore ac loco depressiore, hoc'que hypogeon, barbari vero oppositum augis. Graphice igitur Plinius dixit, SONITVS EQVIDEM NON FACILE DIXERIM NON HERCLE MAGIS QVAM CIRCVMACTORVM TINITVS SYDERVM, &c. Sicuti enim ex circumductū ac collisione æneorum vasculorum sonitus quispiā amœnus, ac persuauis auditu emergit: sic motu sphęrarum cœlestium rite temperanter'que ordinato sonitus euenit, ac exoritur. quod tamen refellit Aristoteles, & plærique expuunt, deridentq́ue. Sed quia res nata tulit, vt in hanc inciderimus institutionem, non erit alienum pauca super his annexuisse, sonitus ergo suauitate concentu miro harmonia oppleto orbibus cœlestibus (credere si fas sit) exoritur. Ex enim (vt Plinianæ assertioni astipulari videamur) ipso orbium cœlestium circumductu, ac collisiōe quadam genuina, lege q́ue rata, & stato modulo, nascitur sonitus, eum q́ue sonum, nasci quodammodo necesse est: quia percussus aer ipso interuentu ictus vim fragoris emittit, ipsa cogente natura, vt in sonum desinat duorum corporum collisio violenta: conijcere ergo licet sonitum ex motu fieri necesse esse, ex his collectū est musicos sonos de sphęrarum cœlestium conuersione procedere & ratio quę diuinis inest, fit sono causa modulaminis, ac dulci quidem & incredibili suauitate concentus: quare liquet Pli. excusse, ac pensiculate, amœnum & canorū sonum cęlo inesse dixisse, sonus procul dubio qui ex qualicunque aeris ictu nascitur: aut dulce quoddam, aut musicum in aures defert aut ineptum, aut asperum, sonat. Nam si ictum certa numerorum obseruatio moderetur compositum sibique. cōsentiēs efficitur. At cū increpat tumultuaria, & nullis modis collisio gubernata fragor turbidus, & incōdit⁹ offendit auditū: in cœlo autem nihil fortuitū, nihil tumultuarium prouenire, sed vniuersa illic diuinis legibus, & rata ratione prouenire constat: stellifer ergo ille cœli cursus, cuius

sus,cuius concitatior est conuersio, acuto & excitato (vt aiunt) sono mouetur. Grauissime vero hic lunaris cursus, qui infimus est. Diximus nunquã fieri sonũ, nisi a aere percusso, vt aũt sonus acutior ipse, aut grauior proferatur, ictus efficit: qui dũ ingẽs & celer incidit, in acutum sonũ præstat, si lentior tardior ve, grauiorẽ, iu dicio est virga, quę dum auras percutit si impulsu sito ferit, sonum acuit, si lentiore, in grauius ferit auditum. In fidibus quo'que idem videmus, quę si tractu arctiore tenduntur: acutè sonant, sin lentiores sint, grauius. Ergo & superiores orbes, dũ pro amplitudine sua impetu voluuntur grandiore, dumq́ue spiritu in origine sua fortiore tenduntur, propter ipsam celerem conuersionem, acutè excitato mouentur sono, grauissimo'que vero lunaris ac infimus: quoniam spiritu, vt in extremitate languescente iam voluitur: & propter angustias quibus penultimus arctatur orbis impetu leuiore conuertitur: ergo orbis altissimus, & vt immensum patens, & vt spiritu fortiore eo quo origini suæ vicinior est incitatus, sonorum de se acumen emittit. Spheras autem esse nouem, vt quibusdam placet, cognoscamus oportet, prima stellifera, quæ proprie cœlum dicitur, à grecæ linguæ peritissimis. Aplanes ἀπλανὴς arcens, & continens cæteras. Hæc ab oriente semper voluitur in occasum: subiectæ septem, quas vocitant vagas, ab occidente in ortum feruntur: octo sunt (vt ferunt nonnulli) quæ mouentur, sed septem soni sunt, qui conficiunt concinnentiam, propterea quia mercurialis, & veneris orbis, pari ambitu comitati solem, viq́ue eius tanquàm satellites assequutur, ob ergo antelatas causas symphoniam cœlo iure attribuit antiquitas. Nam Plato ille diuinioris disciplinæ argutissimus, quum de cœlestium volubilitate tractaret, singulas aiebat syrenas singulis sphæris ac orbibus insidere, significans sphærarum motu cantum, numinibus exhiberi. Theologi quo'que nouem musas octo sphęrarum musicos cantus & vnam maximm concinnentiam, quæ constat ex omnibus esse voluerunt. Vnde Hesiodus poetarum antiquissimus, octauam musam Vraniam vocat, quia post septem vagas quæ subiectæ sunt, octaũa sphæra stellifera superposita proprio nomine, cœlum vocatur. Nec fuerit alienum modo superpondij addere Pythagoram primum fuisse qui cœlo harmoniam assignauerit. Hęc hercle dissernimus quò Plinij verba salebris scatentia exploratoria, ac exculcatiora lectoribus se se ingererent: nunc cætera discutiamus, his'que inferamus lucem.

ESSE INNVMERAS. &c. Rerum certè naturalium studiosissimi, tantas superioribus effigies esse, quantas conuisere liceat inferioribus, infernas'que impressiones ab superioribus demanare, astruunt. immo quas scalpturas lapidibus, cæteris'que sensu carentibus inesse videmus, has fieri ferunt quodam ab dito supernorum fluxu. Cõijcere licet canes terrestres, marinos'que, leones, item tauros, vrsos, lepores, capras, cancros, quorum effigies apparent, hicq́ue delineatę, hoc est, cœlestibus insunt, ac adherent adeò cœlum variegatum est. Expende, inquit Apuleius radientis deos quibus cœlum comptum, & chorum coronatum, suda tempestate visimus, pictis noctibus serena gratia, suspice inquam inquit ille Ennius in hoc perfectissimo mundi clypeo miris fulgoribus variata cęlamina, Hocq́ue tanta soliditate compactum, vt nomen sibi firmamenti asciuerit. Hinc apud Homerum vranos polychalcos dicitur, quòd ad soliditatem refert Eustachius.

NOBIS TACITVS LABITVR MVNDVS, &c. Tacitus certè nobis labitur mundus, ac cœli sonus, qui quamuis canorus (vt ferunt quidam) tamen haud audimus. Non enim occursat auribus nostris, nam maior sonus est, quàm humanarum aurium recipiatur angustijs, item & ob interstitium, subnertit: Deinde Plinius

NEC VT INVOLVCRVM NOTAMVS. &c. Non certè eo

quo modo

quo modo auium oua notantur impressiones'que diuersæ his insunt: cœlum delineatum est, nec ita scalpturis distinctum. Adde hic vice auctarij succulentioris'q; lectionis loco, Democritum ac Pythagoram, primos oui nomine cœlum appellasse: Tenerum item ac lubricum à claris doctrina viris proprio genuino'que epitheto appellatum est, his'que nominibus appositissimè Martianus capella cœlum illustrat: his lunarē (inquit) circulum ingressa virgo conspicatur globosum quod, dam tenerum'que corpus & superioris leuitate compactum, instar speculi prenitentis. Plato item in Timeo leuem preterea inquit hunc globū extrinsecus vndique expoliuit, nec immerito summa æquabilitate tornauit. Cœlestis certè proprietatis si quòd exemplum aliquo modo valeat cogitari, non temere fuerit quàm argentum viuum, quòd ab in desinente motu ita nuncupatum auguror, in quo vegetus calor cum multo humore sed tenaci motum ingenerat quietis nesciū, quòd si subtiliorem & diaphanam lucidam'que adhibueris naturam, habebis & cœlum quòd (& eo quem retulimus modo) lubricum tenerum'que instar argenti viui quietis expertis, iure appellare poterimus. Non quòd velim cœlum vel mole vel durum astruere, quum horum sit expers, vt Peripatetici varijs rationibus astruunt, vt autem Plinius rem fusius palàm nobis faciat, hoc est, ostendat cœlū varijs imaginibus decoratum subnectit. ARGVMENTIS. &c. Testimonio vtpote peripateticorum generationes etiam quantascun'que constat cœlestibus procedere, illa'que primo natalem vim rebus inferius redere, & ortis vitam elargiri semina'que sua in his mittere, quo esse incipiant & durent quoad interitus eorum lege stata venerit. Videmus certè etiam ianimatis effigies rerum mirabilium impressas, hoc est, plantis, lapidibus, ac pleris'que sensu carentibus, has'que scalpturas nulla hominis manu, industria'que, afformatas, sed fluxu cœlestium quod & Astronomi comprobant. Haud quamquam Platonici non modo per ipsos stellarum radios, sed etiam per cœli animam vbique presentem in qua & cuiuslibet stellæ ratio viget, partim quidem seminalis ad generandum, partim exemplaris ad cognoscendum: illi etiam naturam vltra stellas figuras'que in cœlo partes ipsarum tales, vt ipse quo'que figure quædam sint, impressæ'que omnibus proprietates asserunt. In stellarum autem figuris, partibus, proprietatibus, om̄es inferiorum species contineri dixerunt. Vniuersales verò figuras cœlestes, nonnulli octo & quadraginta videlicet in zodiaco duodecim, extra verò sex & triginta. Item in zodiaco triginta sex ad numerum facierum. Rursum indidē ter centum atque sexaginta ad numerum graduum, in quouis enim gradu sunt stelle plures ex quibus conficiuntur imagines, similiter imagines extra zodiacum: in plures diuidi figuras pro facierum ibidem graduum'que suorum numero, astruunt astrorum peritissimi. Constituunt denique ab imaginibus his vniuersalibus ad vniuersitales imagines, & proportiones quasdam & habitudines, que ipse quòque imagines illic existunt. Eiusmodi vero figure continuitatem quæ'que suam habent ex radijs stellarum suarum in se inuicem peculiari quadam proprietate coniectis. A quibus formis ordinatissimis dependent inferiorum forme, & illinc imprimis preparata sunt ad, illa, & quòd maximum est, mundus animal (vt quibusdam visum est) in se magis vnum est, quam quoduis aliud animal, si modo est animal perfectissimum, vt quidem platonicorum coniectant, sicut vt pote in nobis membri cuiuslibet principalis qualitas, motus'que, ad alia pertinet. Ita membrorum principalium actus in mundo commouet omnia, & membra inferiora facile capiunt vim miram à supremis vltro dare paratis: quo enim potentior causa est, eo est promptior ad agendum: eo igitur est propensior ad dandum, quis'que igitur persuasum habet, saltem musarum sacris mediocriter initiatus, iure, Pli. antelata propsisse in literas

aduerte item virtutes rerum occultas esse eas, quas medici speciales vocant: has nō ab elemētari natura, sed cœlica, fieri: possunt certè radij cœlestes abditas & mirabiles vltra notas imaginibus imprimere vires, vim'que vehementissimam ex affectu illorum valido motúque rapidissimo, figuræ ergo cœlestibus sunt: quàm quàm nulla ibi sustineatur materia, quare esse substantiales videntur: atque cū omni ordine rerū mathematicę formę physicas antecedunt, tanquam simplices quidem magis & minus egenæ, merito'que in antecedentibus gradibus mundi auctoritatem sibi maximam vendicant, ex quibus paulò mox differemus. Videamus nunc vti vultus cœlestes, quos circūspectius ac scitius figuras cœlicas appellarimus: nostro intuitui occursent, eo'que comprehenduntur, quasi cœlo hęrētes, & appensę, videmus certè plaustra, hoc est, septētriones, quos vulgus currum appellat, cœlo apparere. Sunt'que plaustra nil aliud, quàm septem stellæ, quas tiriones quidem vocant, quoniam ita sitę sint, vt ternæ quæ'que stellę proximę inter trigona, hoc est, triangulum constituant. Ex septem certè stellis, duæ partes vno in loco videntur, quę pro bobus accipiuntur: & reliquæ quinque plaustri figuram designāt, hoc etiam Græcorum multi ἅμαξαν, hoc est, plaustrum dixerunt. Subdit idem Pli. ALIBI VRSI. palàm est vrsas esse sydus cœleste figuram habens non absimilem plaustro, vnam maiorem, alteram minorem: Illam dici Helycē, hanc verò cynosuram: subsequitur nunc nubilum paucis consultiore ingenio libatum, ac ad vnguem discussum, quod diu anxit nostrum ingenij acumen hoc legendo. Nam & video paucos sequens nubilum, etiam si fuerint politioribus musis ac literaria re exculti, intellexisse, hoc ei ita se habet. ALIBI LITERAE FORMA CANDIDIORE MEDIO. &c. Haùd desunt qui non litera, sed litura legendum censeant conniuentia ducti vt pote. nam & litera graphice legendum contēderim: hunc ergo griphum verborum anfractu opletum discutiamus, hic, vt potē Plinius allusit ad sydus quoddam, quod Astronomi deltoton, vocant, quod figurā habet triquetram, siue triangularem, cuius medium albore insignitur. Et ne quis ceruicosior hoc nostrum interpretamentum delirum putet, antelata comprobemus testimonio authoris testatissimi, ac clarissimi, hoc est, Mānilij, ita canentis.

, Diuisus spacio quòd terris lampade dispar
, Conspicitur paribus deltoton nomine sydus.
, Ex simili dictum: hoc ita afformatum est λ vel Δ, & quia hoc altius exposcebat
, scrutinium, nec fuerit alienum antelata dixisse, ad sequentia redituri, de hoc visus est disseruisse Hermo. sed ancipiti iudicio.

CAPVT QVARTVM.

EQVIDEM CONSENSV. Post vbi cœli formam, motum, effigies innumeras, ac harmoniā, & id genus multa ingenij acumine, Plinius explanauit. Nunc cur nam mūdus ita dicatur, scitissime insinuat. Mūdus siquidem muliebris est ornatus, quo mundiores & forma elegantiores, acceptiores'que fiunt fœminę, hinc emersum est, vt mundus qui sole, luna, stellis'que constet disparibus, dicatur compari modo, Græcorum solertissimi κοσμὸν mundum appellasse videntur. Nam & Mercurius quòd ōnia varietate generationis exornet, ita quo'q;
, dictum refert, aut quia in diuinę maiestatis ornamētum initio sit expressus, Pla
, to philosophię politioris cōsultissimus huiusce ita rei meminit. Tradūt, inquit,
, sapientes cœlum & terram deos & homines quadam societate & amicitia, mo-

destoque ornatu & temperantia & iustitia contineri, Atque id vniuersum propte rea mundum ornatum'que nominant, non immunditiam, atque intemperātiam: hęc ille. In Gorgia omnino certè inesse dictioni multum laudis apparet: quoniam hominem rationis tum honestę, tum moderatę, quàm elegātissimè κοσμιόρ, hoc est, cosmium appellare possumus. Plutarchus mundum ob absolutissimam, quę in ipso est seriē, dictū, ait, κοσμιόρ, à Pythagora libro secūdo, quem de philosophorum placitis scriptum reliquit, commemorat. Pulcherrimum autem mundum astruunt nonnulli, quoniam sit orbicularis figurę, quæ omnium prima ac maxime capax sit. Item quia cyanei sit caloris, necnon & immensę magnitudinis. Postremò quando ex tot tantorumq́ue syderum varietate niteat. Cœlum autem quoniam tanta nitet scalptura, à cœlando, siue scalpendo, dictum plerique autumant: quoniam varijs stellis adornatum sit. Varro ille inter togatos ingenio celebris, à cauo, κοιλόρ, hoc est, concauum, cœlum deriuat. Variegatum certè, ac multiplici rerum forma ornatum est, argumento signiferi, quem zodiacum tritius quidā vocant, multifaria certè animalium effigie distinguitur, insignitur'que, vt, Tauri, Leonis, Scorpij, Capre, Sagittarij imagine, in hoc enim signifero sol luna'que cęterę'que stellę vagę feruntur. Hic item in duodecim partes totidem signis redditas equabiliter, diuisus est, eum zodiacum annuo spacio sol metitur ita, vt in vno quoq́ue signo fermè mensem vnum moretur, sed signum quodlibet cum cæteris singulis habet mutuum aspectum, non tamē vniformem cū omnibus, per illas enim effigies signifero affixas, aliarum stellarum motus fiunt temporum dimensiones, dierū'que, & equalitates, & inequalitates: quæ cursu solis per signiferi signa meatis fiunt. Vnde ait Plinius. PER ILLAS SOLIS CVRSV CONGRVENS TOT SAECVLIS RATIO, &c. Hoc est, temporum annorum'que dimensionibus.

κοσμιόρ

Cœlū vnde.

CAPVT QVINTVM.

NEC DE ELEMENTIS, &c. Cœli finitione, motu, forma, ac varia impressione eius enodatis, rerū nunc semina, hoc est, elementa, quę plerique exordia rerum appellāt, vti se habent, quo ordine compacta, qua virtute insignita, quibus ordinata locis lepidè hic Pli. differit, qui ab prestantissimo elementorum orsus est, cui certè summa at tributa sedes est. Nam vt perspicuè ac cōpositissimè Manilius testatur.

Ignis elementum.

Ignis ad etheras voluere se sustulit auras
Summa'que complexus, stellantis culmina mundi
Flammarum vallò naturę mœnia fecit.

Iure ergo Pli. ab ignis elemento cęterorū altissimo, incipit nōnullos Philosophorum animaduertimus, apud orbem luneignem morari scriptum reliquisse. Quicquid vt potè ex omni materia, de qua omnia facta sunt, purissimum ac liquidissimum fuit id tenuit summitatem, id'que ethera vocarūt. Pars cui minor puritas & inerat aliquid leuis ponderis, aer extitit, ei in secūda delapsus est. Post hæc quòd ad huc liquidum, sed iam ad tactus vsque offensam erat corpulentum, & in aquę fluxum coalitum, densatum'que est iam verò quòd de omni syluestri tumultu vastum, impenetrabile, densatū ex defecatis abrasum resedit elementis, hęsit in imo, quod demersum est perpetuo constringente gelu quò eluminatum in vltimā mūdi longinquitas solis coaceruauit, quod ergo concretum est, terrę nomen accepit. Hæc ita (vt dictum est) elementorum series se habet. Vbi autem Pli. ait.

Ordo elementorum.

TOT STELLARVM COLLVCENTIVM ILLOS OCVLOS, &c. Nec vt potè scitè sunt perpendenda. Nec certè intelligamus omnino oportet, oculos illos stellarũ, hoc est, splendores, ab igne defluere, qđ Pli. abstruxisse quodãmodo videtur. Nã nec ignis ipse in sua sphera lucet, vt Alexander testatissimũ reliquit, quare lumen ab eo non demanare produnt, quoniã si ab eo demanaret, stellas videri prohiberet, vt memoriæ Albertus ille magnus mandauit, primo Meteororũ, ignis nõ tegit corpora cœlestia, nõ lucet enim aliquid, nisi spissum, vt prodit Auicenna. Vnde aer propter sui raritatẽ, licet in se habeat lumẽ, non tamẽ lucet. Deprehenditur itẽ ratione, lumẽ esse in aere ante oculos nostros, & tamen aer nõ lucet nobis, ob sui raritatẽ, vti fit, cũ sol occidit ad quãtitatẽ vnius signi, tunc enim à nobis radij solis, adhuc in nostro hemispærio sunt, per quin'que signa, & tamen nihil lucis nobis occursat. Orbes enim in locis stellarũ haud magis sunt de natura (vt ita dicam) lucis, quàm ignis, nec illę continent lucẽ, ergo, nec ignis. itẽ imo ipse ignis inferior nõ lucet, nisi materia aliena adhibita, qua mediãte diaphani colligit tunc partes. Nã lucẽs, vt ait Auicenna, nil aliud est, quã partes transparãtis, si hoc permittitur verbo vti, spissę sibi coherentes & cõtinuę, argumento christalli, ignis subtilissimũ corporũ, corporũ inquã, specie, ab Aristo. dicitur, non in sua sphera lucens, lucens quidem, extra propriũ locũ. Nam sicut accidit aquę extra propriũ locũ congelare, sic & igni, extra locũ lucere, quare tot stellarũ collucentiũ oculos scitè Pli. protulit. Adde, hic, lumen ignis esse, proprium quippe, quo purius eo lucidius largitur calorẽ ignis, at non largitur lumen, vt potè ingenitũ, & propriũ. Vbi autẽ Plotinus ille ait potissimam ignis actionem esse, calefactionẽ, intellige ignis elemẽtalis, cõmistique, actionẽ. Nã pręcipua ignis cœlestis actio ea est, quæ cœlestis animę (vt quidã Platonicorũ aiunt) pręcipuã refert actionẽ, idest intelligentiã. Est porrò ignis cœlestis ęqualis, quietus, & astrorũ naturę accõmodatus. Sed quò nostrũ hoc institutũ plausibilius sit studiosis bonarũ artiũ, aliquid loco auctarij adijciã. Huic equidẽ elemento, rerum natura omniũ artifex nõ paulùm honoris ididit, sunt nobis argumẽto receptissimi illi, & antiquissimi ritus. Nam lectũ est Plutarchi monumẽtis, Persis in grecia obsidione occisis, consultantibus respondisse Pythiũ, ioui, in cuius tutela libertas sit, patriã esse dicandam, ne prius rem diuinã esse faciendam, quã vniuersę regionis igne extincto, veluti à barbaris violatus ijs foret, purũ à delphis velut à cõmunibus laribus accẽsum intulissent, Caldeos numinis vice ignẽ adorare solitos nõnulli Grecorum produnt. Pręterea ignẽ vestalẽ, item quã frequentissimè delubris affigatur. Addamus & illud scientissimum. Hominem quoniã cœleste animal est, igne solũ vti, qui nobis in immortalitatis argumẽtũ datus est, quia ignis è cœlo est, cuius natura, quoniã mobilis est, & sursum nititur, vitę continet rationẽ, cætera verò animalia, quũ m tota sint mortalia, tantũmodo aqua vtũtur, ignis certè, tum sui leuitate, tum subtilitate, summum sibi locum ascuit, vnde Ouidij carmen extat.

Ignisnõ lucet.

Ignis laudes.

Ignis sũmum tenet.

Ignea conuexi vis & sine pondere cœli
Emicuit, summa'que locum sibi legit in arce

Adijciam hunc insitò, cœlum à plęris'que oculatum dictum, ob videlicet, claritates, hoc est, stellas illi affixas, item & igneum quòd phatonica consentit schola. Nam vbi Mosaica mysteria sic habent, In principio deus creauit cœlum, & terrã: Plato, ait, deũ primo ignẽ fecisse, ac terrã, ignẽ certè pręcipuè intelligens cœlũ totã vtique cœli molem calidam referunt, quia ignis tota est. Nam sicuti è vita anima constat, & motu, & intellectu. Sic & in cœlo, hæc tria recognoscuntur, calor tanquàm vita, lumen intellectus vitę. Vitalis humor, perindè ac in anima vitalis motus: nec sanè aliud esse humorem censueris, quàm agilitatem quandam

Cœlum igneum

ad motum. Proinde cœlestis ignis nō esse modo colligitur calidus, sed humectus. Insuper liquidus, fluidus, agilis at'que lubricus, Auerrois, cœlestia nulla inferre frigus sed calorem prodit, quæ verò frigiditatem conciliare opinemur, ea esse quę minus caloris ingerant. Albertus secundo cœli, caliditatem ac lumen non videri causas idoneas cur cœlum, sol, stellę'que videantur ignescere, ac ignita sydera, retulit. Neque dubio procul, caliditas ex proprietate naturę semper prouenit, sed ex motu interdum: aliquando ex radiorum reflectione, ad locum vnum, vt in quibusdam manifestum est speculis. Neque certè stellę per aerem feruntur, sed in sphęra longè ab aere sequestrata. Ideo'que non incenduntur stellę ipsę, nec calescunt, tū etiam quia externam non recipiunt impressionem, sed de his nec verbosius, nūc ad contextum redeamus plinianum, vbi fertur.

PROXIMVM SPIRITVS QVEM GRAECI NOSTRI ALIO VOCABVLO AERA APPELLANT. Aer.

Hæc non illepidè à Plinio prompta sunt, quoniam proximum elementum igni, est aer, proximum inquā, & loco, & leuitate, ignem certè aer secutus est, remanans loco paulò inferiore, qui illo leuior est, aer verò paulò ponderosior, sui enim leuitate ac subtilitate, spiritus sibi nomen vindicat, quamobrem aer, ipse pro spiritu assueuit. Hunc Homeri Mantuani carmen extat.

Aera dimouit tenebrosum distulit vmbras.

Aer certe medius est inter cœlum & terram, hoc est, inter sphęrā ignis, & sphęram terrę. Aer authore Possidonio, quadraginta stadijs à terra distat, qui & nobis familiaris est, terrę'que deputatus, quia fęculētior humectis exhalationibus, corporescit, qui & excitatus impensius quàm liceat, tonitrua, ignem'que facere dicitur, contractus verò, nubila, conspissatus, pluuiā, congelatis nubibus, niuem, densioribus turbulentius, grandinē, hic calidus & humectus natura, ignis calens & siccans, & quāuis hæc & cętera elementa, quid discrepantię, diffidentię'que habeant in aliquibus, in quibusdam tamen eis est iugabilis sociatio, & proximitas non aliena, & si enim ignis calidus & siccus sit: humorem aeris respuit, sed connectitur caloris societate, ita enim elementa inter se diuersissima sunt. Deus tamen mira opportunitate connexuit, vt facile iungerentur. Nam cum binę essent in singulis qualitates, talem vnicuique de duabus alteram dedit, vt in eo cui adheret cognatā sibi, & similem reperiret, terra enim frigida, & sicca est: aqua verò frigida & humido, hæc duo elementa etsi per siccum & humectum contraria sint, per frigidum tamen iunguntur. Aer frigidus & humectus, & cum aquę frigidę sit contrarius calore, conciliatione tamen socij copulatur humoris. Et ita fit, vt singula quęq'ue elementorum duo sibi hincinde vicina, singulis qualitatibus, velut quibusdā amplectantur vlnis. Adde his antelatis, scitè Plinium dixisse. PROXIMVM SPIRITVS, &c. Nam vt verissimè canit Manilius.

Proximus in tenues distendit spiritus auras
Aera'que extendit medium per inania mundi,
Ignem flatus alit, vicinis subditus astris.

Et vt diuinus ait Platonicus Timeus. Diuini, iquit, decoris ratio postulabat, talē fieri mūdū qui visum pateretur, & tactū. Cōstabat aūt neque videri posse aliquid sine ignis beneficio, ne'q; tāgi sine solido, & solidū nihil esse sine terra. Vñ mūdi oē corpus de igni, & terra instruere fabricator incipiēs. Vidit duo cōuenire, sine medio colligāte non posse, & hoc esse optimū vinculū, q se & pariter à se liganda deuinciant. Vnam verò interiectionē tunc non solum sufficere, cū superficies sine altitudine vincienda est. At vbi arctanda est vinculis alta dimensio, nodū nō nisi gemina interiectione non necti, inde aerem, & aquam, inter igne terram'que con-

nexuit,& ita per omnia vnà & sibi conueniens iugabilis competentia concurrit elementorum diuersitatem ipsa differentiarum qualitate consocians,ita ergo apparet elementa concordi concretione coalescere. Subdit deinde Plinius.

Vitalis aer. VITALEM HVNC ET PER CVNCTA RERVM MEABILEM, &c. Hæc herclè quàm appositissimè,& scitissimè retulit. Nam Galenus corpora nostra haud paulũ iuuari aere testatissimum reliquit, aere inquàm,non simplici,sed potius opportunè permixto,quibus quidem si fidem adhibuerimus,nec alimentorum,nec rei vllius delectum magis ad vitam necessariam,quàm aeris nobis accommodati,esse censebimus,aer enim,& inferiorum & cœlestium qualitatibus facillimè semperque affectus,& immẽsa(vt ita dixerim) amplitudine circumfusus perpetuo motu,nos vndique penetrans,ad suam nos mirabiliter redigit qualitatem,præsertim spiritum,præcipuè vitalem,& in corde vigentem,in cuius penetralia tum assiduè influit,tum repente. Aer vtique dat spirare,cuius spiramine præcordia ressociliantur reficiuntur'que, integrantur, refrigerantur,per cuncta autem meabilem protulit. Nam & omnia forat aer,nec assignari potest locus,qui non eo plenus sit,sua,vtique subtilitate,ac tenuitate,omnia penetrat,se'que omnibus commiscet. quare iure Pli. toto'que consertum vocauit, & subsequitur. ET CVIVS VI, &c. Hæc certè haud quemquàm ineruditer attexuit,sed festiuiter quidem,quia terram vi aeris suspensam quodam modo cum elemento aquæ esse constat,quia & aere ambitur. Nec mirari subit tellurem suspensam dici,quũ & mũdus ipse pendeat:quòd expressit Mannilius his.

, Nec verò tibi natura admiranda videri
, Pendentis terræ debet,quùm pendeat ipse
, Mundus,& in nullo ponat vestigia fundo.

Libratur ergo terra, hoc est,quodammodo sustinetur vi aeris,ac elemẽto aquæ ambitur. MEDIO SPACII, &c. Accuratè hæc dixit,quòd videlicet mediam sedem sibi sortita est, vt concinnè à Mannilio animaduersum fuisse videmus,hoc carmine. — Mediũ terra tenet.

, Ima'que de cunctis mediam tenet vndique sedem

In quam it pedibus sententiam Ptholę. primo Almagesti, ca. quinto, cõstat certè elementorum nexum,complexu mutuo diuersitatis effici, qui leuia ne surrigi videantur, ponderosis inhibentur, ne vltrò citroque discurrant. leuibus,& in sublimè tendentibus,vt ignis, leuium certè est ascendere, grauium verò descendere, Ita nexa est complexu terra aeris,ne aliubi euagetur. Subdit item Plinius

SIC PARI DIVERSA NISV, &c. Hoc est, conamine pari,constat omnia consistere & diuersa esse constricta ambitu cœli ppetuo. Hęc enim à Plinio propter elementorũ connexionem dicuntur,quæ sunt connexa ob motum perpetuum, vt schola Peripateticorum refert. Terram item medium occupasse asserat Plinius. Nam natura sagatius quàm fieri potuit,omnia rata lege,moduloque congruentiore,molem hanc architetacta est. si dubio procul terra non mediam obtineret sedem, pleraque dissentanea accidere oporteret. Nã Ptholemęus libro quem almagesti attitulauit,prodit,si terra non medium obtineret, contigeret bis in anno ęquinoctium fieri. Item si magis ad vnum polum quàm ad alium,contingeret eclipses lunares non fieri in oppositione lunę,& solis. Itẽ dierum inęqualitas non equaretur cum noctibus signorum oppositorum. His ergo aptissimè confectis,stat terram medium tenere locum. Et vt luculenter & asseuerate ait Lucretius libro quinto,sic igitur terrę concreto corpore pondus, constitit atque omnis mundi quasi limus in vnum, confluxit.

PENDENTEM LIBRANTEMQVE, &c. Plinius asserit

terram.

terram, haud absone quidem, quia terrã aer spissus, & terreno frigori propior, quã solis calori, stupore spiraminis densioris, vndique versum fulsit, & continet: est ergo pendens, & per quæ pendeat, per, videlicet, aeris vim. Subnexuit item Pli.

EANDEM QVAE VNIVERSO CARDINE STARE, &c. Hoc est ab omnibus cardinibus mundi, ab ortu, scilicet, occasu loco medij cœli, & eius opposito, quod hypogeon vocitant, siue punctum subterraneum, hic enim sunt cœli cardines, quibus terra cingitur, & libratur. Et subsequitur.

ITA SOLAM IMMOBILEM CIRCA EAM, &c. Vbi terram librantem, pendentem'que nobis exposuit, hic immobilem esse astruit. Terram medius fidius, immobilem oportuit fieri, quia aer nec in recessum, aut accessum moueri eam patitur: vel vis circumuallentis ex omni parte vigore simili librantis aurę, vel ipsa sphęralis extremitas, quæ si paululum à medio declinauerit, fit cuicun'que vertici propior, & imum reliquit, quòd ideo in solo medio est: quia ipsa sola pars à quouis sphęrę vertice pari spacio recedit. Mediam Pli. prius dixit, quàm, immobilem, & congruo quidem argumento. Nam quòd medium est, centrum rite appellari meruit, in sphera autem solum centrum non mouetur imam, deinde subnexuit, quia quòd cẽtrum est, medium est. in sphęra vero hoc cõstat imum esse, quòd medium est. Ergo scitè & appositissimè terram imã, & mediam appellauit. si igitur ima est, & media, ergo centrum est, Vnde eam immobilem esse constat. Textus item ita se habet. Terra immobilis.

CIRCA EAM VOLVBILI VNIVERSITATE, &c. Hoc est, cœlo circa eam volubili: Adijcit item. OMNIBVS NECTI EIDEM'QVE OMNIA INNITI, &c. Hæc vtique consultissimè refert, quia ea fieri necesse est. Terra media ima'que & immobili existente, quia si ima est, sequitur verissimè dictum sit in terram omnia inniti. Nam semper natura in imum pondera deducit, vt certè ipso mundo esset terra ima, sic factum est in hanc igitur & quæ ima est, & media, & centrum, omnia pondera grauiave necessum est terrę inniti, siue adherere & ferri. Et quia ipsa in hunc locum, velut pondus delapsa est, argumento sunt quũ alia innumera, tum precipuè imbres, qui in terram ex omni aeris parte labuntur, hæc enim in hanc non solum quàm habitamus superficiem decidunt, sed in latera, quibus in terra globositas sphęralis efficitur, & in partem alteram quæ ad nos habetur inferior imbrium casus est. Nam si aer terreni frigoris densatus exhalatione innubem cogitur, & ita obrumpit in imbres, aer autem vniuersam terram circunfusus ambit. Nisi ergo pondera omnia terrę inniterentur, ac in hanc ferrentur, imbres, qui extra latera terrę defluunt, non in terram, sed in cœlum caderent, quò alienum & rationis expers est: Ergo scitè dixit. OMNIA EIDEM INNITI ET EANDEM EX OMNIBVS NECTI, &c. Quia omnia in hanc feruntur eam'que cætera elementa amplectuntur, quò argumẽto constat itẽ hæc à Pli. enunciata, quã & mortalibus per accommodam constat, quã quàm non defuerint, qui eam cæteris elementis ignobiliorem abstruxerint, ex quorum albo fuit Auerrois, qui ea ex , Aristo. peripateticorum argutissimi sententia, primo cœli, opinatus est, neque , rerum inquit series non modo in his visitur, sed in cœlestibus etiam. Nam cẽsor , ille celeberrimus peripateticorum Aristo. libro quem de animabus scriptum re , liquit, lunę naturam persimilem naturę terrestri asseruit. Cæterũ sicuti ignis naturę suę mobilitate, raritate, & luciditate in mundi ratione, qui ambiret maximè contulit, ita & terra soliditate insita ad media mundi compingenda, vtilis ac necessaria fuisse, videtur. Eam certè deum, tanquàm chorum aliquem diuinis decoris templique medium constituisse amplius animaduertenti patet.

Nam cum mundum (vt platonici volūt) vbique construeret rationis plenissimū quo clarius suum referret authorem: in sphęra qualibet viuentia pleraque collocauit, quæ non templum modo redderent excultissimum, sed summi opificis laudes concinnerent, quòd ipsum humanas itidem mentes in meditullio positas facere , voluit. Pythagoras terram è stellis vnam esse scriptum reliquit, quòd Plotinus , Platonicæ disciplinæ eruditissimus assertor testatissimum reliquit, vbi terram , ait si vniuerso comparetur, esse veluti punctum, vel quasi stellam minimam reliquarum, propterea si concipias te esse in sublimi quodam loco, vnde oculis subijciatur moles aquis circunfusa, & solis & radijs syderum illustrata. Non aliam profecto visum iri probabile est, quàm qualis modo visatur lunaris globi species. Verum hoc queso: cuiusmodi putas? quòd in spacij medio ęquilibrata per ambitum tanta cœlorum maiestate obuallatur quorum rotata vertigo motu (vt Varro ait) , orbito immensam illi confert salubritatem, dum noctis ac diei custos ita attem , peret annum, vt alimentorum omnis generis nec copia desit nec bonitas. Illa ve , rò cœlestium radiorum in vnam eam coniectio ac veluti disiectorum aggregatio, qualem non modo splendoris excitat micantissimam claritatem: sed comparat inde virtutem. Nec silētio pręterierim Platonem philosophię callentissimum deum, antiquissimam omnium terram appellasse, putat autem Plotinus hoc loco animam terrę esse tributam, quę cum gignat innumera animantia, sit'que animalis maximi, hoc est mundi, membrum, tum imprimis non absque necessitate, tum nec aspernabile censendum est, inquit, animal esse sed vtique intellectuale, at'que diuinum & sensu quo'que pollens. Hic adde modo auctarij Homerum poetarū eminentissimum terram vocasse ἀπείρονα hoc est, infinitam, quòd videlicet sit orbicularis.

Terra ἀπείρονα

CAPVT SEXTVM:

INTER HANC COELVM'QVE EODEM SPIRITV, &c. Habita elementari ratiocinatione hacque pensiculatius nobis explanata vt compertius exploratiusque id instituti sese nobis suggerat, stellarum erraticarum numerum & potissimum solis energiam his pendentibus enucleauit. INTER COELVM TERRAM'QVE, &c. Cœlum inquàm stellatum, septem errantia sydera pendere, adijcit eodem spiritu, scilicet, aereo, errantia autem vocat Higinius errones, ab incessu, quanuis nulla sydera minus illis errent, quia motu agitantur omnia, aliquid nihilosecius discerniculi habēt tum spacio, tum motus tarditate, ac velocitate. item & loco, quia alia alijs altiora, vel depressiora sunt. Videntur'que, omnes certè illę stellę non eodem temporis curriculo circos suos orbes'que conficere. Nec eodem temporis spacio ambitum suum peragunt. Ea ergo errantia pendent inter cœlum stellatum & terram: quòd solertissimè fuit à Mannilio animaduersum, hoc versu.

, Sunt alia aduerso pugnantia sydera mundo
, Quę cœlum terram'que inter volitantia pendent
, Saturni, Iouis, & Martis solis'que sub illis
, Mercurius venerem inter agit lunam'que locatus.

Subnexuit Plinius.

DISCRETA SPACIIS, &c. Nam solum abesse à luna viginti partes quantum lunam ipsam à terra prodiderunt: Pythagoras à terra ad lunam , CXXV. millia stadiorū, ab ea vsque ad solem duplum, inde ad duodecim signa

triplicatum

, triplicatum, verùm de his alibi fusius. Liquet igitur ante latis Plinium graphicè , errantia dixisse discreta spacijs, subdit deinde. Quorum medius sol fertur. An verò inter planetas medius collocari debeat sol, an mox lunam consequatur, agitatum diu inter rerum cœlestium studiosos ac philosophos est. Aegyptiorum placita à luna principem sentiunt mediana illi syderi, ascribentibus Chaldeis, quòd & Ptholemeus statuit. Moses vero Aegyptius situm planetarum incertissimum videri pronunciauit: Astruamus tamen solem medium esse numero, non spacio. Nam si inter ternos summos & imos locatur, sine dubio est medius numero: sed totius spacij quòd septem sphæræ occupant, dimentione perfecta: regio solis non inuenitur in medio spacio locata: quia magis à summo ipsa quàm ab ipso recessit ima postremitas, quòd sine vlla ambagiosa disceptatione probabit assertio, Saturni stella, quę summa est, zodiacum . XXX . annis peragit, Sol medius anno vno. luna vltima, mense vno integro. Tantum ergo interest inter solem, & saturnum, quantum vnum & triginta, tantum inter lunam, quantum inter duodecim & vnū. Ex his apparet totius à summo in imum spacij certam ex media parte diuisionē regionem solis non fieri, sed hic non de regione, sed de numero loquimur. Hæc enim diximus, ne id torqueret lectoris ingeniū. Nūc redeamus ad cōtextū.

AMPLISSIMA INQVIT MAGNITVDINE, &c. Quia maior & multo terra est Eratosthenes libro diuisionum, huius ita festiuiter meminit. Mensura terrę septies & vicies multiplicata mensuram solis efficiet. Eius certè magnitudo nō ęqua semper nobis apparet, siquidem oriens, & occidēs, maior apparet. Porrò, non apud omnes eodem tempore exoritur. Nam cum sit globata specie terra, alias apud alios oritur, & occidit, & mediam cœli tenet. In me ditullio autem cœli constitutus minor videtur, quia in puriore cernimus. emissus enim ab oculis ad ipsum radius non reflectitur, quòd in alio contingit situ. Eo autē oriente vel occidente maior nobis apparet, vt diximus, propterea quòd in orizōte per aerem densiorem, & humectiorem ipsum videmus: quia tunc enim terræ est vicinus. Subdit item Plinius. AC POTESTATE. Nec satis dixisse putabat Plinius, nisi adiunxisset, potestatem, illius amplitudine relata, potestate siquidem mira sol fertur. Nam & vitam nostram, authore principe peripateticorum sol & luna moderantur, plurimę dotis solem cōstat, hoc'que abunde authorum testatissimorum assertione luculenta comprobatur. Et argumento potissimum Iamblici, in doctrina compositiore philosophi & in disciplinis Platonicis quàm exercitatissimi. is enim non minus scitè quàm concinnè de his do- , ctrina ægyptiorum aliorum'que antiquorum suffultus, ita fermè colligit. Quic , quid adsit nobis boni, id adesse solari potestate, vel ab ipsa tātum vel etiam si ab alijs id quidem vel à sole absolui, vel à sole per alia. Est quo'que sol elementalium virtutū dominus, luna virtute solis generationis domina, ideo Albumasar per solē , inquit, & lunā vim oibus insinuari. Heraclitus fontē cœlestis lucis esse affirmi- ; tabat, sydus certè hoc tantę est maiestatis, vt Plato philosophorum ille antistes ; ita finierit, Sol est cœlestis ignis qui solum ab ortu ab occasum ab eisdem aspi- , ci potest, animal sempiternum, astrum animatum, diurnum, ac maximum. Huius certè maiestas credita veteribus diuina est, proinde religiosius, dum percutitur fœdus ab Agamennone aduocatur apud Homerum, vt fœderum custos, & inspector omniū. Est Arriani monimētis proditum Bythinos iudicia ex aduerso solis exercere sedentes consuesse. Haūd certè mirari subit Plinium rectorē cœli temporum'que vocasse. Rector equidem concinnè fertur, quia oēs stellas maiestate luminis præcedit. Item syderum cursus ac recursus certa diffinitione spacij moderatur. Nam spacij certa diffinitio ad quam vna quę'que erratica stella re-

Non ea dē magnitudī ne appa ret sol.

Solis potestas

Sol elementalium dominus.

Solis finitio.

Sol rector cœli.

cedens à sede peruenerit:tanquàm vltra accedere prohibeatur: agi retro videtur. Et rursus cum certam partem recedendo contigerit:ad certi directique cursus cõ sueta reuocatur,ita solis vis & potestas motus reliquorum luminum dimensione cõstituta, moderatur. Scitè ergo rectorem cœli vocitauit. Adde hic solem à Pla , tone diuinioris,&antiquioris doctrinę clarissimo, conspicuum boni filium di= , ctum,qui & solem conspicuam dei statuam in hoc templo mũdano ab ipso deo , dispositam ait,Plotinus Platonicę sectę callentissimus,solem loco dei verissimi , veneratum ab antiquis memorię mandauit,quòd & Macrobius,libro,quem de , saturnalibus posteris legendum reliquit confirmat. Adijciam loco superpondij, , Orpheum,solem iusticię oculum : vitę lucem,cœleste lumen, appellitasse, nec , non & rectorem cœli,verum his collatis cætera discutiamus,subdit Plinius.

HVNC MVNDI ESSE TOTIVS ANIMVM IMO PLANIVS MENTEM, &c. Hic enim Plinius est totus academicus. Nam ex professo quis'que habet Platonem, Tullium'que,solem mundi mentem & temperationem asseruisse,imo ipsi Platonici solem mundi animam constituis= se videntur,quę sphęram solis totam implens per globum illum quasi igneum: tã= quàm cor effundat radios veluti spiritus inde per omnia quibus vitã,sensum,mo= tum,vniuerso distribuat. Pli.mauult solem planius mentem,quàm animam voca , ri,quòd & ab Macrobio luculenter animaduersum est,libro primo Saturnalio= , rum,inquiens. Phisici,ait,solem mundi mentem esse dixerunt. Mente proculdu , bio omnia regi est in aperto,& vti mens fertur cogitationis consilijque subtilitas quędam rationi certè consentanea.ita sol consilio,& rata lege cœlestia regit & mo deratur,& velut animus est vitę & voluntatis basis,ita sol dat vitam:hoc est esse , lucere,cæteris stellis. Plus autem est mens, quàm,animus, hinc maluit mentem quàm animum solem vocare. Aduertendum duplicem mentem platonicis dici, alteram inferiorem, quàm rationem vocãt,diuiniorem alteram, superioremq́ue quàm intellectum vocitant,illa humana temperat & moderatur, hæc verò diui= , na suspicit,& contemplatur. Aristo. primo moralium,mentem,inquit,esse in a= , nima, sicut est in oculo visus : hic attentiore ingenio perpendendum : Plinium , animum soli attribuisse,cum id academicorum schola comprobet. Addam hic , Tullium I academicis quęstionibus,sentientem naturam,qua contineantur om , nia,nunc mundi animum,nunc mentem scripsisse,& vt plus lucis inferamus le= , ctioni Plinianę,censuerim in digitos mittendũ. Pli.animatum abstruxisse so= , lem:cum & sydera ipsa etiam animata à philosophia dignis dicantur. Quòd & , expressisse videtur ipse Homerus Mãtuanus hoc carmine. Cœlum (ait) & Ter , ras,& Maria,& sydera,Spiritus intus alit. Et alibi, mens agitat molem,& vt ex= , pressius ex anima monstraret constare, subnexuit, inde hominum pecudum= , q́ue genus,ex enim sanctarijs platonicis colligitur,mundum esse animatũ mũ= , dique globos,& stellas non sensus esse exortes, quare Pli.solem omnia audien= , tem,ac respicientẽ,dixit. Astruũt autẽ platonici cœlestibus inesse visum,specie tamen à nostro esse diuersum,quòd Plotinus memoriæ mandauit. Addunt item Origenem cœlestia animata corpora putasse,quòd libro Periarchon comprobat quòd videlicet, à deo manda ta videantur accipere,propterea scriptum sit. Man= datum ego stellis iniunxi omnibus. Adde item ex sacrarijs platonicis. Mundum, cum sit animatus,sentire,ac per amplissimam sphęram pręcipuè, veluti per ocu= lum intus omnia contueri. Nam si nos per oculum nostrum,quoniam sit anima= tus,& diaphanus, & lucidus, multa perspicim⁹,& radio etiam nõ in sublimè surre cto,cœlestia apprehendimus,cur non(inquiunt Platonici,) mundi cœlestis ocu= lus viuus,perspicuus,lucidus,radios'que suos in omnia propagans,itidem sensibi=

Solanimus mũdi.

Mens duplex.

Animata cœlestia ab origene dicti.

lium concipiat modum: auditu item prędita aiũt cœlestia. sed nostro dissimili inter omnia quæ circunflexu cœli inclusa continentur, viget communio quædam, & veluti nexus cuius, quin'que videntur causę. Prima est vna omnium materia, inde qualitatum concordia: mox spiritus vbique vnus. Nam sicuti cœlũ vnus est spiritus, in excelsis pariter intra cœlum vnus itidem spiritus vel cœlestis omnino vel cœlo simillimus omnibus est infusus, consimilis nostro. Quartum habet locum natura genitalis vna, fouens omnia, per spiritum mutuo copulata. Quintũ postremò mundi anima omnibus connexa, verùm vt paucula verborum serie absoluam, cœlestia minime animata astruamus, fulti argumento ac doctrina sectæ christicę, qua asseritur, cœlestia non esse animata. Nam si cœlum animatum sit, cuius materiam Dionysius Areopagita primam vocat, hoc est, optimam, purissimam'que. tunc dubio procul principia motuũ animę in eo concedenda sunt. Cum verò cœlum habere animam dicimus, & terrestre animal item habere animam, sumetur ęquiuoce anima. Nam quæ dicitur in cœlo anima, substantia intelligitur separata, quæ non sit alicuius actus corporis, nec actum habeat in corpus aliquem, nisi localis motus, quem infundit. Proinde ab accuratissimis doctrinę proditum memorię scimus, cœlum nullatenus habere animam. Quando substantia separata rationem animę nullam habeat, sed nec de his verbosius, nunc reliqua non minus nubili habentia, demus exculcato interpretamento.

Cœlestia non animata.

Habere animã dupliciter intelligitur.

AC NVMEN, inquit PLINIVS, CREDERE DECET OPERA EIVS EXISTIMANTES, &c. Nam & veteribus constat memorijs, gentes pleras'que, solem venerari solitas, illum esse deum existimantes. Arrianus author non aspernandę doctrinę indos venerari solem solitos scriptum reliquit, item deum alij putarunt solem, quòd tanta dignitate operum, mirabilitate, effectuum'que varietate pręditus at'que pulchritudine esset, alij dignitate animę, quasi deum vocitarunt, quòd videlicet sit animatus. Hic certe tantula dignitate nitet, vt excogitatum sit solertissimè in sole ipso imaginem diuinę fuisse maiestatis, at'que trinitatis miram, inibi que tria quędam videri distincta pariter at'que vnita. Primum quidem aduertitur ipsa naturalis fœcunditas sensibus prorsum nostris occulta. Deinde lux eiusdem manifesta ex ipsa manans fœcunditate. Ipsiq́ue equalis semper. Postremo ab vtro'que vis propagata calefactoria, par vtris'que. Astruunt item plerique philosophorum, non congruetius maiestatem diuinam imaginariè posse cogitari, quàm, per solis splendidissimum lumen. Plato in repub. visibilem dei filium solem asseruisse videtur. quem intelligimus imaginem filij dei inuisibilis. His igitur authorum assertionibus coaceruatis, constat Plinium concinnè dixisse.

Sol imago dei dictus & creditus.

AC NVMEN CREDERE DECET OPERA EIVS EXISTIMANTES, &c. Vocat item Plinius solem naturę regimen, quia certè beneficus & nobis quàm familiarissimus suo vigore spiritali inferiora regit, & moderatur his'que contribuit esse, viuere, vegetare, terris etiam munifico calore spiritu vegetabili dat vim productricem. Subdit deinde Plinius.

HIC VICES TEMPORVM ANNVM'QVE RENASCENTEM EX VSV, &c. Omnia profecto quæ statuta ratione, per cœlum fieri videmus, diem & noctem migrantes inter vtrum'que breuitatis vices, & certis temporibus equam vtrius'que mensuram. Deinde veris clementem temperiem, torridum caneri, ac leonis æstum, molitiem autumnalis aurę, vim frigoris inter vtrunque temperiem, omnia hæc solis cursus ac ratio dispensat, annũ q́ue quasi renascẽtem efficit, post vbi peragrauit signa zodiaci. vbi enim ad capricorni signum peruenit, in quo quasi senex annus videtur ascendendo cętera signa,

Arietem

Arietem, Taurum, Cancrum,& id genus, innouare dicitur quodam modo ſeſe, ac exuuias interpollare, nubilum'que, quòd ingenerat ei Capricornus, ſcanſili curſu ad Arietem, vel Cancrum, aſcendens elicit ac fuſcedinem euerrit, detegit'que, reliqua vt ad prætextum noſtra decurrat oratio, ſol ſydera occultat, quia maius eſt illi lumen, quàm ſit cæteris, quare lumen maius dici meruit, cuius ita Plato in Timeo meminit, cũ de octo ſphęris loquitur. Vt autem, ait, per ipſos octo circuitus celeritatis, & tarditatis, certa ſit mẽſura, & noſcatur. Deus in ambitu ſupra terram ſecundum lumen accendit, quòd nunc ſolem vocamus, fenerat item, ſol lumẽ cæteris, vt inquit. Pli. ſyderibus, quæ tanquàm lucis datori obſequuntur, ac parẽt, quãuis non defuerint, qui dicant non omnia ſydera à ſole mutuare lumen, ſed alibi paulò vberius. Adijciam quòd ex ſacrario Plutarchi authoris eminentiſſimi, & rerum multarum peritiſſimi, hauſimus, eo libro ſecũdo, quem de philoſophorum placitis ſcriptum reliquit, qui Anaximandrum, ait, ſolem eſſe orbẽ octo & triginta partibus terra maiorem, abſidem curriculi rotę ſimilẽ habentem: cauam ignis plenam, Xenophanem verò: ex igniculis ſolem, eſſe cognominatum, ex humectis vaporibus collectis, aut nubem vſtulantem, Metrodorum globum ferri ignitum: Hæc de ſole ſufficiãt, nunc me operepręcium facturum arbitror, ſi ad reliqua ſtilum deflexero.

CAPITVLVM SEPTIMVM.

QVAPROPTER EFFIGIEM DEI FORMAM'QVE, &c. Symbolice antelatis ſolem animatum eſſe, ac audire intueri que, non minus adfabre quàm ſcitè Pli. promulgauit: Aſtipulans, puto, dogmatibus Platonicis etiamnũm Orphei, qui ſolem oculum ęternum omnia intuentem, eſſe ſcriptum reliquit. Et quia ſententię Orphei meminimus, non obfuerit eius verba adieciſſe, quæ ſunt.

Sol oculus ęternus.

κλῦθι μάκαρ, πανδέρκες ἔχων αἰώνιον ὄμμα,
Τιτὰν χρυσαύγης, ὑπέρων, οὐράνιον φῶς
ὄμμα δίκα ἰοσύνης, ζωῆς φῶς ὦ ἐλάσιππε
μάστιγι λιγυρῇ τετράωρον ἅρμα διώκων.

Quæ ſi quis latinitate donarit, nihil aliud ſignificabunt, quàm, Audi beate, ętemum habens omnia reſpicientem oculum, Titan, aureo fulgore nitens Hypericon cœleſte numẽ, iuſtitię oculus, vitę lux, o equorũ agitator, flagello ſonoro, quatuor horarum agens currum. Nec hoc legentibus quid admirationis inferre debet, potiſſimum cum cœleſtes ſphęras habere animas, non Platonici ſolum, ſed etiam peripatetici, docuerint. nam Ariſto. ſecundo animę Theophraſtus etiam vndecimo diuinorum, item Auicenna, Aurelius, Auguſtinus, in Enchiridio, & Thomas aduerſus gentes, libro ſecundo, eadem confirmant Orphei theologia ita ſphęrarum animas partitur, vt cuilibet geminam contribuat vim: vnam in cognoſcendo poſitam, alteram in corpore ſphęrę viuificando at'que regendo: theologię tamen noſtrę periti, his iure refragantur, vt liquet ſententia Damaſceni, atq́ue Nicolai theologi. In primum caput geneſeos. His veluti loco auctarij enũciatis, velut poſtliminio reuerſi redeamus ad inſtitutum, quando enim Plinius ait.

Anima rũ partitio, de ſphęris.

QVAPROPTER EFFIGIEM DEI, &c. Innuiſſe videtur formam dei non aliunde quęrendã perſcrutandam q́ue, niſi ex figura ſolis omnium moderatoris, & pulcherrimi. Hanc etenim Pli. aſſertionem auerſantur, ac abiectui habent plerique, non lance examinatiore dictum perpendentes, nec Platonis doctrinam

tonis doctrinam vberrimam, eiusque delitescentem sententiam, qui quando περὶ ἀγαθοῦ, differeret, hoc est, de bono ipso, dicere quid Deus esset non ausus est, quoniã humanę potestatis mensum tantę claritatis excedat splendida vis, illud modo lętius est assecut9, vt quòd inter obiecta sensuum precipuè nitidum, preclarum, immensum animaduertisset illi simillimum astrueret. Hunc verò solem voluit, per cuius similitudinem humanę imbecillitati gradum prestari ad non incomprehensibilia quadatenus est opinatus, vnde deum simillimum soli (vt ex lectione Macrobij, authoris celeberrimi hausimus) dictitauit. Hoc est, cur Plinius dixit. Sol de9 cur creditur.

SI MODO EST ALIVS, &c. Haùd mirari subit Pli. hæc de deo prõpsisse in literas quando innumeri philosophi, diuersimodè de Deo sentierint. Nam Thales ille Milesius, qui omniũ primus naturalia exactius perscrutari ausus est, aquam deum esse dixit, quòd ex aqua nata sint omnia, Pythagoras animam, per vniuersas mũdi partes, omnem'que naturam cõmeantem at'que diffusam, vnde quę nascuntur animalia vitam capiant. Anaxagoras infinitam mentem, quæ per seipsam moueatur. Cleantes & Anaximenes ęthera summum deum esse memorię mandarunt, quòd, & videtur Vergilius hoc versu dixisse. De deo.

, Tum pater omnipotens foecundis imbribus ęther
, Coniugis in gremium lętæ descendit, & omnes
, Magnus alit magno permistus corpore foetus.

Deum Plato, haùd esse difficile inuenisse, intellexisse autem, impossibile, prodidit ita finiens, viuens, immortale, per seipsum ad beatitudinem sufficiens, essentiam sempiternam ipsius boni causam. Addit ex eiusdem fonte Platonis Apuleius, incorporeum, aperimetron, beatum, beatificum, omnium patrem optimũ, nulla indigentem, cuncta conferentē. Aurelius autem ille Augustinus, summè inter theologos venerandus, quid Deus sit, ita finit, illum, inquit, deum colimus, qui naturis à se creatis & substinendi & mouendi initia fines'que constituit, qui rerum causas habere, nouit at'que disponit, qui rationalem animam, quæ dicitur animus, quibus voluit viuentibus indidit, hęc ille. Porphirius verò hoc modo. Cũ deus, inquit, lux sit, & ignem ęthereum habitet, nullo'que sensu capi possit, lucida quidem materia aut chrystallo, pario've lapide ad comprehendendum lumen ignis exhortatur, auro autem purior illa'que immaculata, natura intelligitur, subnectit Pli.

INNVMEROS QVIDEM CREDERE, &c. Numerosa quidem deorum series, confusaneus'que sermo ab Arabibus defluxisse, ab alijs verò ęgyptijs demanasse, proditur, & ita pro cuius'que libidine aut commodo eatenus extimuit, at'que propagata est. Adeò enim antiquitus vnus quisq; deum aliquem, si ita permittamur dicere, vt nõ prouincijs solum, verùm etiam vt suus vnicuiq́ue ciuitati deus esset, attribuit, proditum esse animaduertimus, omnibus ferè de dijs esse insitam opinionem. Nec esse gentem vllam adeò extra leges, mores'que proiectam, quæ deos aliquos opinione nõ concipiat, notionem hanc nobis impressit natura, & sine doctrina inest anticipatio quædam diuinitatis. Hæc verò est, quam Epicurus πρόληψιν, prolepsim, dicit, hoc est, ante cœptam animo rei, quandam formationem, ob id nõ ineruditer Iamblichus ait, ante omnē (inquit) rationis vsum, inest naturaliter deorũ notio, & alibi esse animę, inquit, est quodam intelligere. scilicet deum, vnde dependet. Porrò nostrum esse dicit deũ cognoscere. Cur autem tanta ambagiosa deorum series emerserit, est, quoniam quisq́ue eum deum coleret, quo, & indigere videretur. Hinc febricitans, febrem deam colebat, parturiens lucinam, militantes, bellonam, agricolę segetiam, quorũ enim deorum nomina non inueniebant, deorum rerum nominibus appellabant, veluti bellonam, à bello, à segete Segetiam, à Pomis, Pomonam, ab aere Aesculanum deũ Prolepsis.

à bubus,

à bubus, Bubonem: & ita succreuit insupputabile deorum nomen. Hinc Chrysippus, quem vaferrinum stoicorum summorum interpretem schola Epicuriorum clamat, magnam congregat deorum turbam ignotorum: deos tãtum duos Democritus omnino prędicat, pœnam, & beneficium. Reges enim maximos, ac potentissimos virtutis admiratione, aut artium repertarum pręstantia, in deos relatos veteribus doctrinis compertum est. Quare Tullius non dubitauit dicere deos, qui colerentur publicè homines fuisse. Et comprobat hoc Pli. his pendentibus deorũ nomina ab hominib⁹ corriuari. Subnectit iterũ Pli. INFERIS QVOQVE IN GENERA DESCRIPTIS, &c. hoc est de Plutone, Minoe, Rhadamãtho, Eaco dictũ. Deinde ait FEBRIS FANVM, &c.

Febris templũ quòd compactum erat ad febrium expulsionem. Vnde sibi nomen deæ asciuit. Item & templum Orbonę, quã n alij volũt deam orbitatis, ac orphanitatis Romæ ædificatum fuit, quòd & ad ædem larium positum erat. Sunt autem, qui hic

Orbona

Bona dea. non orbonæ, sed bonæ deę, legendum censeant. Arridet nobis lectio vbi BONAE DEAE AD AEDEM LARIVM. &c. legitur, bonę aũt deę, abũdè Macrobius primo saturnaliorũ meminit, paucos verò orbonę deę meminisse aduerto. Aedes item laribus dicata Romæ fuit, hoc est, dijs familiaribus templum: qui ad vrbis commoda, inter compita credebantur, ob id carmen , Ouidij extat Lucifero subeunte lares delubra tulerunt. Addit item Pli. Et MALAE FORTVNAE EXQVILIIS, &c. fanũ subintelligas fuit malæ fortunæ dicatum, In exquilijs hoc est, monte ab excubijs regis dictò. Vel exquilias alij dictas autumant, quoniam à Tullo rege fuerint excultę. Quòd enitet carmine. Ouidij.

, Adde quòd excubias, vbi rex Romanus egebat,
, Qui nunc exquilias, nomine colles habet.

Hinc dictus mons exquilinus, quẽ varro togatorum princeps, Septiseptem vocauit, apud ædem Iunonis luciniæ, vbi editimus habitare solebat. Subnexuit iterum Pli. IVNONES GENIOS'QVE ADAPTANDO SIBI, &c. Iunones scitè dixit. Nam plures, fuisse Cicero, libro naturæ

Genius deorum scriptum reliquit. Genios dixit, hoc est, deos tutelares. Genius eñ, vt annotatum est, Censorini monumentis, est deus, cuius in tutela, vt quis'que est natus viuit, siue, quòd generemur curet: siue quòd vna gignitur nobiscũ, vel quòd nos genitos accipiat. Euclides enim Socraticus duplicem omnibus genium dixit, nobis appositum. Genius, inquit, Censorinus, ita nobis assiduè obseruator appositus est, vt non puncto quidem temporis longius abscedat, sed ab vtero matris acceptos, ad extremum vitæ diem commitetur. Vnde est emersum, vt quis'que duos deos, quos alij Genios appellare malũt, Platonici verò dęmones nobis esse: alterũ bonum, alterum malum, hoc est: vt Theologi nostri volũt, bonum, & malum angelum, Platonis sententia est, animis in vitalem hanc prodeũtibus lucem, contribui dęmonem: qui sit actionum omnium inspector, & cogitationum quoqúe diligens explorator, quique corporeo exolutis nexu assistat semper, raptet'que iudicem protinus: singula testimonio approbans suo, vel diluens, quòd in Phædone cõfirmat Socrates, & repetit Proclus, Platonici certè putant ab eo genio nos mire iuuari, tum somnijs, tum signis, mala auertendo, bona auctius sospitando, posse nãqúe humilia iacentia'que surrigere, obscura illustrare, quę etiam à Menandro sunt animaduersa, vbi ait, Δαίμον ἄνδρι συνπαρὶ συμπαρίσαται ἐυθὺς βάται ἐυθὺς γινομένο.

Bos pro deo. Adest, inquit, statim nascenti vnicuique dęmon, GENTES verò, ait Plini. QVAEDAM ANIMALIA &c. quia constat ægyptias gentes quondam bouem, quam Apim vocabant, colere solitas, cuius ita Lucanus meminit.

Et sacer

Et sacer in cineres magni mactabitur apis. Subdit Pli. ALIQVA OBSCOENA DEORVM LOCO HABITA, &c. Intellige priapum, vel Ithyphallum, hoc est, membrum virile ligneum erectum, quã uis Ithyphallos dicãt etiam bacchi curatores, verùm vt hoc compertius eluscescat, at tendenda paucula non abiuncta ab proposito sunt. Dionysia hic perpendenda sunt, quæ (vt ait plutharcus in moralibus,) veteri ritu cum multa prorsum, & festiua hilaritate agebantur. Erat qui vini amphoram, & vitẽ ferret, adderat & qui hircũ traheret, alius cistam in qua caricę forent gestabat, omnis autẽ phallũ, siue vere trũ ficulnũ, hoc enim simulachrum Priapi à plerisque gentiũ colebatur, necnon & à Aegyptijs cubitales statuę excogitatę sunt, quas per pagos circumferre feminę solebant, habentes formam veretri, quod propemodum erat instar reliqui corporis Mercurij, etiam statua ab eodẽ veretro porrecto colebatur, hęc igitur obscœna vice numinis colebãtur, ad quę videtur allusisse Pli. hoc loco, qui, & paulò mox subtexuit. PER FOETIDOS, Cibos, & alia similia iurãtes, &c. Hęc vtique legentibus plerunque multũ nauseę ingerunt, ac lectorẽ apprimè etiã mu sarũ sacris initiatũ demorantur, quæ vt exploratiora sint Aegyptiorũ attẽdendũ est iusiurandũ, qui per cibos olidos fętorẽque ositãtibus ingenerantes iurabant, hoc est, per capas, & allia quòd & lib. XIX. cõprobat dicẽs. Iureiurãdo (inquit) allia, & cępas habet Aegyptus, graphicè fętidos pronũciauit. Nã & allia, & cepę animã inficiunt, ac Graueolentiam pariunt. Subnectit iterũ Pli. MATRIMONIA, Quidem inter deos credi tanto'que ęuo neminem nasci, & alios esse grandeuos, &c. Hic allusit ad matrimoniũ Vulcani, & Maię. Cũ grandeuos ait, Saturnũ intellige, cum iuuenes at'que pueros Cupidinẽ, & Appolinẽ, quibus ęternã ãttribuit iuuentutẽ antiquitas, hinc Carmẽ extat hoc, solis ęterna est Phœbo Baccho que iuuẽtus. Subdit deinde. ATRI COLORIS, &c. Qui dij fuerint atri coloris, non omnibus etiã peritioribus cõuulgatũ est, cõperi ipse attẽtius scholia testatissimorũ authorũ voluẽdo Martẽ albi, subnigri, osirim Tiphona, flaui coloris fuisse, quæ a fontibus vberioribus Plutarchi hausimus, ait item Pli.

Dij iuuenes.

Dij atri coloris.

ALIGEROS, &c. Puta Mercu. & cupidinẽ. CLAVDOS, &c. Vulcanum subintelligas. CVR GENITOS, ET, Alterius diebus viuẽtes & moriẽtes, &c. Pollicẽ & Castora fratres, puta, subdit paulò inferius. FVRTORVM ET, Scelerũ nomina, &c. Allusit hic ad nomen furtorũ deę, quã vocitabãt Lauernã, hic lauerniones fures, qui sub tutela Lauernę deę erãt. Deus est mort, &c. quia, vt in parœmia fertur hõ homini deus. Nõ eñi ad se uiẽdũ in hominẽ homo nat⁹ est, sed vt homini subueniat. NOVENCLATVRAE, &c. Nũcupationis, accõuocationis, et dygitis deos gestãt, &c. Hic videtur allusisse ad vestutũ morẽ gestandi anulos, excerpsimus enim à prõptuarijs clarissimorũ authorũ, moris fuisse Romani, imaginẽ cynocephalli, & harpocratis scalptam anulis gestasse, ad quod videtur allusisse, aliud tamen paulò remotius Plinium intellexisse putant, quoniam paulò superius dixerit, exterius famulantur sacris. Sacrũ enim vltra familiarẽ significatũ, magicũ quoddam est: quod precipuè ad compescendas linguas detrahentium fiebat. Hinc carmen Ouidij.

Duo geniti.

Lauerna dea.

Sacrũ.

Ecce anus medijs residẽs annosa puellis, Sacra facit tacitè, nec tamẽ ipsa tacet.

Nihil agebant Romani quòd nõ fuisset primo deorũ aliquorũ cęrimonijs sacris ve consultum vt ait Aug. lib. ciuitatis diuinę septimo, cõijcere licet Pli. incessisse magicã excolentes artẽ, & anulos magica arte afformatos vim quandam mirã habentes, liquet dubiò procul priscos summe anulos laudasse. Nam Philostrastus, & Damis narrant Hiarchã lydorũ sapientiũ principẽ septẽ anulos cõfecisse, septẽ stellarũ noĩb⁹ appellatos, eosq;. Appolonio dedisse, qui mira essent virtute pleni.

Nam & in Cacodęmonas anulos fuisse conformatos argumēto est nobis Iosephus Gigi item anulus fuisse traditur, cuius virtus erat, vt à nullo videretur, ille autem omnia videbat. Idem rursus videbatur, cū inuertisset anulum, ita'que hac importunitate anuli vsus, reginę intulit stuprū. Mathematicę itē artis peritissimi produnt anulos fieri posse mirandę virtutis fabricandos'que hora, & tempore electis posse haurire non parū virtutis à cœlestibus, vt scriptū reliquit Marsilius ficinus. Thomas tertio contra gentiles lib. herbas, lapides'que, cœlitus mirabiles quasdā vltra elementarē naturā nancisci vires non diffitetur. Omitto quosdā vanitate insigni preditos, dęmonas anulis vel caracteribus carminū ac nescio quarū cærimoniarū vi, includi posse asseuerantes, verùm ex his prolixius alibi. Redeamus nunc ad Pli. contextum, ait. INVENIT TAMEN INTER HAS VTRAS'QVE SENTENTIAS MEDIVM SIBI, Mortalitas numen, &c. Vario argumento innumeram deorum seriem antiquitatē conflasse probatum est, sed numen aliud mortalitas, preter deorū prefatorū nomina sibi adaptauit. numen inquā, famosissimi nominis, & vsque qua'que promulgatū & indies cōuocatū. Fortunā dico, cuius nomen adeò percrebuit, extumuit'que, vt nil crebrius nominetur. Tam multiiugis nominibus obuallata septa'que, vt ab alijs Nemesis, alijs Nortia, Græcis tichis nominetur. Hæc Romæ cognomento colebatur primigenia. Viscata pusilla, Fortis mascula, conuertens, virgo barbata, authore Plutarcho. Hæc certe adeò se mentibus hominū ingessit, vt Theophrastus etiam vitā fortuna, non sapientia regi, scriptū reliquerit, huius affatim Lactan. tertio diuinarū institutionū meminit. Nempe, vt ait Ouidius dat, & quodcun'que libet fortuna rapit'que, hæc tantę potestatis creditur, vt hincinde sibi cœlestem sedē asciuerit, Vt liquet sententia Iulij Firmici, tertio Matheseos, & carmine Iuuenalis hoc. Te facimus fortuna deā, celoq; locamus, & quod cōfirmatur versu Manilij. Ita non minus scitè quàm concinnè canentis

Fortuna.

, Fortunę prima sors data est, illa per artem
, Censetur titulo quia proxima continet in se
, Fundamenta domus'que domini'que herentia cuncta
, Qui modus in seruis qui sit consensus in armis.

Subdit item Pli. Et cum conuitijs colitur, quia si male res succedere videantur, eā conuitio detestamur. Et subnectit Pli. hinc omnia feruntur accepta, quoniā vulgus quæ fiunt, fortuna fieri arbitratur. Platonici enim scribunt, deū, at'que fortunā, & artē cum deo humana omnia gubernare, id ita interpretātur. Deus in omnibus, per omnia mouet omnia, mouet mundi sphęras, quarū concursus fatū alicubi, sit quarto autē legū apud Platonē fortuna nominatur. Hinc casus varij circa externa corpora contingunt. mouet itē animas lumē inspirādo mentibus, vnde ars nō speculandi solū accēditur, sed agēdi. Ab arte tandē dispositio externorū, & corporis proficiscitur, quāobrē à Deo cuncta depēdent. Animaduertēdū tamē illud quādo cun'que illa cœlestiū causarū ratio, ita digeritur, vt artē exculcatā exuperet, dici à Platonicis fatū. Vbi verò sic, vt vincere inertē desidiosum'q; eualeat, rursū à solerti strenuo'q; vici, fortuna. Vtrobiq; verò diuinā statuūt prouidētiā, quę ad finē sibi soli agat votū, quę'que vniuersa modis cōtēperet occultioribus, haud quaquā & iure quidē christica religio fortunā admittit: quare Aug. i li. retractationū pœnitet laudes cuiusdā viri nobilis ex fortunę parte sumpsisse, vt fortunę tribuēs, q̄ dei prouidētię sunt. Nec Dauid certè in tot ęrūnis quæritur ab ea oppressus, nisi diuino iudicio, ex quo palàm est christianos fortunam non admittere, sed veterum sapientissimi nomen numinis tribuunt. Salust. ad Cæsarem scribens, ait, (vt ait, Actius in carminibus), faber quis'que fortunę suę est, & in Iugur. ingnauos at'que

Fatum.

socordes

socordes dixit, cum virtutis ac diligētię desint falso fortunam incusare, ad eamque infęlicitatem referri. Et quia in hunc fortunę campum deuenimus, non fuerit inamœnum dixisse, vti fuerit culta à plerisque Romanorum, & aliorum, amentia non vacantium. ponebatur enim eius signum in cubiculo Imperatorum: die verò supremo in successoris conclaue transferebatur, vt est author Spartianus. Romæ quoque plurima eius templa diuersis cognominibus appellata accepimus. Seruius Tullius primus ędem eidicauit, adepto deinde regno fortis fortunę primogenię, & masculę templa constituit: deinde cum de veientibus Carmilius triumphasset ex manubijs fortis fortunę ędem quam Ser. Tullius venerat faciūdā locauit, vt ait Liuius muliebris fortunę fanum via Latina quarto ab vrbe Milliario, quo loco Coriolanus matris precibus persuasus, ab obsidione vrbis discessit, viscutę etiā tēplum fortunę quòd illecebris ac quasi visco mortales capiat ac deuinciat, fortuna, ęquestris quę iuxta theatrū, Fortuna virilis iuxta lacum Nemorensem, vbi virgines templi sacerdoti sese nudas ostendebāt. Vt si quid vitij esset in corpore viros perpetuo futuros possent celare. Pli. Iterum ait. ASTRO'QVE SVO EVENTVS ASSIGNAT ET NASCENDI LEGIBVS: QVIC'QVID, &c. Siue boni, siue mali accidat astro & natalitijs, syderibus assignamus, tanta vanitate decepti. Maxima enim vulgi portio, quæ eueniunt, sydereo fluxu accidere autumat, hocque modo vitam nostram regi, in quam it pedibus sententiam Mannilius versu hoc.

Cum tantas strueret moles, per męnia mundi
Et circunfusis orbem concluderet astris,
Vndique pendentem in medium, diuersa membra
Ordinibus certis sociaret corpus in vnum
Fata quoque & vitas suspendit ab astris
His regimen natura dedit, propriasque sacrauit
Vnicuique vices, sanxitque per omnia summa.

Iamblichus certè ille Platonicę sectę clarissimus assertor, duas in homine animas esse memorię mandauit, quarum vna creatoris sui virtutem representat, vi quadam intelligibili, quam intelligibilem vocat, alterā à diuina cœli reuolutione corporibus impertientem eam accommodatam asserens ad membrorū vsum, quā sensitiuam nuncupat, fato'que subiectam. Socrates, quem delphico oraculo hominem sapientissimum iudicatum ferunt. Illud quicquid esset, non natalicijs syderibus, sed assistenti numini acceptum retulit, Plato cœlestes quosdam circuitus esse fertilitatis ac sterilitatis, cum corporum, tum animarum prodit causas Porphyrius animam mundi alibi alias vires imprimere ac peculiaria quędam velut hospicia nobis parare putat, putat quidem Plato, vt à postremo ordiamur. Cœli diuersa à diuersis tum stellis tum dijs, hoc est angelis, regi, sed identidem terras diuersis subesse dęmonibus vel angelis inferioribus, spiritus verò superiores nostris influere spiritibus, eo maxime argumento probari videtur, quòd corporum superiorum potestate nostra subinde euidenter agitētur, quòd si spiritus illi in nostros agunt, agunt insuper in corpora, ea subijci astris Mathematicorū schola cōfirmat quibus sanè aduersatur christica veritas, vti abunde videre est apud Picum Mirandulam, virum certè politioribus musis prędictum, & doctrina clarissimum, libro quem contra astrologos posteris legendum reliquit. Subdit Pli. Duę animę

ECCE FVLGVRVM MONITVS ORACVLORVM PRAESTITA, &c. Vbi affatim illam deorum miscellaneam seriem, & quidem confusaneam abigendam'que à nobis, necnon & fortunę vires despicādas monstrauit, instantius hic præstigias quorundam detestatur, in hasque superstitiones inuehitur.

nes inuehitur, fulgurum enim monitus obſeruabant. Nam & emerſit, vt obſeruare de cœlo augures dicebantur, cum vitium obtigiſſet ſtatim obnunciabant, & comitia dirimebant, vt docet Cicero de prouincijs conſularibus. Obſeruabāt item genera fulgurum quæ tria eſſe dicebant. Poſtularia, peſtifera, peremptalia, votorum aut ſacrificiorum ſpretam religionem deſiderabant. Peſtifera mortē, vel exilium denunciabant. Peremptalia, ſuperiorum fulgurum ac portentorum ſignificationem perimentia, vel quibus ſacrificia intermiſſa aut non rite facta repetantur.

Fulgurum genera.

ARVSPICVM PRAEDICTA ORACVLORVM PRAESCITA, &c. Hæc concinniter prompſit in literas, quia vrbs Romana tantis præſtigijs fuit adobruta, vt nullus magiſtratus inauſpicato crearetur, ſacrificantes enim olim extra aſpiciebant extiſpices, & ſacrificanti futura prędicabant, quos amarulētius quàm poſſim interfari Auguſtinus libro ſeptimo Ciuitatis dei, taxat, quæ omnia hæc ab externis gentibus ad Romanos deuenerunt, hoc eſt, abs Hetruſcis Aegiptijs, Dardaniſque. Nam Tages primus aruſpicij diſciplinam. Hetruſcis dediſſe dicitur, ſed redeamus ad reliquum. Atque ait Pli.

Auguria.

PARVA DICTV IN AVGVRIIS STERNVTAMENTA ET OFFENSIONES PEDVM, &c. In augurijs herclè nec ſternuere fas erat. nam ominoſum prorſum & inauſpicatum videatur. Auguris enim ſternutamenta in malam partem accipiendam putabant, ad quod alluſiſſe videtur Catullus, hoc verſu. Dextra ſternuit approbatione. Et Propertius: Num tibi naſcenti primis mea vita diebus. Aridus argutum ſternuit omē amor. Putabant enim priſci ſternutamēta poſt meridiem auſpicatiora. Adnotandum quoque hic Alberti Magni dictum, augurum ſcientia contineri, ſternutamentum eſſe veritatis ſignum, & liberationis prognoſticum ab inſidiarū diſcriminibus. Subdit Pli. ET OFFENSIONES PEDVM DIVVS AVGVSTVS, &c. Hoc liquidius cōprobatur aſſertione Suetonij Tranquilli, ita prodentis. Auſpicia, & omnia quidem pro certiſſimis obſeruabat, ſi mane ſibi calceus perperam induceretur, vt hic ſiniſter pro dextro, vt dirū ſi terra mari ve ingrediente, ſi longinquā profectionem, fortè roraſſet, vt lętum, hæc ille. PRODIDIT, &c. Calceum, induit vel proiecit aut inſinuauit, Præpoſtere, inuerſe. Cætera nihil ſuſcedinis habent, quā non facilè lector mediocriter in humanioribus diſciplinis exercitatus diſcutiat, igitur me operępretiū facturū reor, ſi appoſuero his noſtra ſcholia, quo Pli. verba exploratiora ac excuſſatiora legentibus fieri videantur. Qui de deorū nominibus alijs volet adeat Tullium de Natura deorū. & Auguſti. lib. ciuita. diuinę ſeptimo, vbi, Mēnā fuiſſe deā Romę, ait, quę menſtruorum dea diceretur, & turpes deorum hic turbas enarrat.

Sternutamenta.

Prodidit.

CAPVT OCTAVVM.

HINC REDEAMVS AD RELIQVA, Naturę ſydera. Quoniam paululum à ſcopo deuiarat, vt liquet mentione ab eo facta dei. Nunc item meminerat prętigiarum quarundam, nūc cęrimoniarum ac ſuperſtionum, Nunc verò ad inſtitutum remeat errantium, ſyderum naturam ſolerter explicans. Putabat enim antiquitas ſydera paulùm lucis habentia eſſe tanquam vulgus ignobile, rutilantiora verò maioris eſſe, & authoritatis & potētię quæ Mannilius expreſſiſſe videtur his verſibus.

Stellarum vulgus fugiunt ſine nomine ſigna

Sunt

, Sunt stellę procerum similes sunt proxima primis
, Suntque gradus atque omnia iuncta priori.
Adijciam hic Epicurij deliramentum, qui autumabat astra cum oriuntur accēdi, cum verò occidua essent, extingui. perinde ac si quis diceret, cum homines conspiciuntur, nasci, cum non videntur, mori. Et vice auctarij addam plerosque hominū putasse sydera cadere quando scintillare conspicimus, in sententiam hanc pedibus iuisse videtur Virgilius his.
, Sępe etiam stellas vento impellente videbis
, Pręcipites cœlo labi noctisque per vmbras
, Flammarum longos à tergo albescere tractus.
Et Mānilius stellarum scintillantium, hoc modo etiam meminit.
, Præcipites stellæ passimque volare videntur
, Cum vaga per liquidum scintillant lumina mundum
, Et tenues longis iaculantur crinibus ignes
, Exiliuntque procul, tenues imitata sagittas.
Haud quāquàm credere enim fas est sydera cadere, vt schola peripatetica docet, quia corpus cœleste, non graue est, nec corruptioni obiectum. stellę enim sunt lu= minis aggregationes, vt ait, Aristo. secūdo cœli, item & substantię sunt simpli cis, vt prodit Ptholemęus astrorum peritus. Et subnectit Pli. (Sydera cadētia.)
ILLA NIMIO ALIMENTO TRACTI HVMORIS, &c. Igneam vim habundantia reddunt, causam subnexuit, cur cadere putet vulgus sydera. Physici enim ignem ethereum humore nutriri quidam arbitrā tur, ideò sub zona perusta, quam via solis zodiacus occupauit, oceanum à natura locatum, vt omnis latitudo, qua sol cum quinque vagis, & luna vltro citroque discurrunt habeat subiecti humoris alimoniā, cū ergo calor (aiūt) nutriatur humore, hęc vicissitudo contingit, vt modo calor, mō humor, exuberet. Euenit enim, vt ignis vsq; ad maximum enutriens augmētum, haustū vincat humorem, & sic aeris mutata temperies licentiam prębet incendio. Ob igitur nimium humoris alimentū quod vicinia ignis accenditur, stellę scintillant, quę cadere videtur. His igitur pensiculatius animaduersis, constat sydera cur ita scintillare videantur, ac quodammodo cadere. Nunc nec alienum erit ad sequētia aduolare, quo liberius satisfecisse videamur palato legentium, ait, Pli. POTENTIA AVTEM AD TERRAM MAGNOPERE EORVM PERTINENS, &c. Magna vt pote errantium potentia fertur, quare gręci planetas vocant, quòd futurorum quasi interpretes sint, impartiri enī nobis vel prosperas, vel infelices causas erraticas stellas assertant, & quòd multo admirabilius est, animam nō parum energiæ ab erraticis haurire autumarūt Astronomię peritissimi. A Saturni enim exercitio ratiocinationem, à solis exercitio sentiendi, opinandique naturam, à Martis ardorem animositatis, à Iouis, vim agēdi, à Veneris verò desiderij motum, à Mercurij orbe pronunciandi & interpretandi. Naturam verò plantandi, & agendi corpora lunaris exercet ingressus. Nec tamē defuere qui ascripserint stellis fixis eminentiorem vim cæteris esse, plurimum autem communem fœlicitatem pro nascentis modo mensuraque ab prosperiore planetarum situ statuque contribui sentiunt, à fixis verò incomparabilē, & extra quæ opinetur aliquis fortunę benignitatem, quę sententia à Ptholemęo cōprobatur, alij omnino planetas vi ac effectu prepotentiores ostendere conantur, quæ Picus ille mirandula, omnia iure deridet. Subnectit Plinius. TOTA SIGNIFERI MODVLATIO, &c. Quia certè ignota zodiaci ratione, ignorentur est preciumopera astrorum, & vires, & rationes, cum is vices temporum moderetur, & (Zodiacus.)

regat. Constat enim zodiacum distinctum ordine planetarum, & signorum, ordine inquam: quia cũ aries oritur, post ipsum Taurus emergit. Hũc Gemini isequũtur hos Cancer, & per ordinem reliqua, sole itaque illa signa trãsmeante nobis aperit aliorum constitutionem, & vim, & naturam. Hic Pli. prodit Anaximandrũ primum astrologiam ostendisse peritiores, Abraham, alij Athlanta spheram'que Arietis & Capricorni inuenisse, & subdit Pli. SVMMVM ESSE QVOD VOCANT SATVRNI SYDVS, &c. Vim natu-

Sydus saturni

ram'que errantium stellarum dicturus iure à Saturni situ auspicatus est, illo orbem ordinem'que altiorem obtinente. à Saturni enim sphera, quæ est prima de septem vsque ad spheram Iouis, à summo secũdam interiecti spacij tanta distantia est, vt zodiaci ambitum superior triginta annis, duodecim verò annis subiecta cõficiat.

Saturni sphera.

Rursum tãtum à Ioue sphera Martis recedit, vt eũdem cursum biennio peragat. Venus verò tanto regione Martis inferior, vt ei annus satis sit ad zodiacum peragendum. Saturnus enim, quanuis maximum dicatur sydus, minimum tamen nobis apparet, ob celsitudinem quæ efficit vt paruulum videatur. Subdit Pli. OMNIVM AVTEM MEATVS, &c. Animaduertendũ hic stellas erraticas ab occidente in orientem, Primum verò mobile, ab oriente, moueri in occidentem, quod testatissimum facit Pli. cum ait. CONTRARIVM MVNDO AGERE CVRSVM, &c. Hoc est, leuum, ac si dicat mundum, hoc est, cœlum siue primum mobile moueri ab oriente in occidentem, erraticas verò ab occidente in orientem. Hinc subnecit. ILLO SEMPER IN DEXTRAM PRAECIPITI, &c. Hoc est primo mobili in dextram partẽ mouente. Hic enim locus examinatissimam exposcit indaginem, discordibus authorum classicorum opinionibus ancipitem, his apponentium assertionẽ, sunt enim qui asserant sinistra ac dextra cœlo non posse tribui, quoniã sit orbicularis figure, nec antica, nec postica, nec superna, nec inferna. Verum si testatissimorum authorũ opinionem penficulatè

Dextra & sinistra in cœlo.

rimati fuerimus, his non paulùm lucis inferemus, cœlo assignat dextras ac sinistras partes, hoc carmine Ouidius.

Vtque due dextra cœlum totidem'que sinistra
Parte secant zone, quinta ardentior illis.

Verùm vt hoc nobis apertius fiat, attendenda est Cleomedis opinio, qui authore Plutharco, in libro de Iside, partes sinistras meridiei, dextras septentrioni, antica partibus occiduis, postica vero siue posteriores partes, oriẽtalibus tribuit partibus. Varro autem, Sexto lingue latinę fragmento, diuersimodè de his mundi partibus sentit. Quocirca, ait, cœlum, qua tuimur dictum templum eius tẽpli partes quatuor dicuntur, sinistra ab oriente, dextra ab occasu, antica ad meridiem, postica, ad septentrionem, cuius opinionẽ sequi videtur Pli. Cũ ait. ERRANTIA SYDERA CONTRARIVM MVNDO AGERE CVRSVM, HOC EST, LAEVVM, &c. Leuũ dicit, hoc est, sinistrum. Nunc constat stellas erraticas moueri ab occidente in orientem, mundum verò, hoc est, cœlũ, ab oriente in occasum. His ergo antelatis pars leua siue sinistra dicitur orientalis, dextra verò occidentalis: Pythagoras Plato & Aristoteles, vt ait Plutarchus, secundo de placitis philosophorum. Mundi dextras ad ortum partes esse dixerunt, à quibus sit principium motus, sinistras vero occidẽtales, quorum opinio comprobanda est. Empedocles autem dextras in ęstiuum tropicum, sinistras verò in hybernum reiecit. Titus Liuius, dextras ad meridiem, ad septentrionem sinistras statuit. Verùm horum opinionibus ad perpendiculum excussis, astruamus dextrũ in cœlo, vnde est motus eius, quia sit in omni animato mo-

tus ab

tus ab dextra. Etenim cum motus reuolutionis vnius non sit, tempore infinitus. Nam nec circumferentia est ambitus infiniti, necessarium est, inter cœli partes esse aliquam vnde fiat vertiginis exordium. Hunc cœlum ab oriente in occidentem mouetur, hic vertiginis exordium accipit, quoniam ea pars dignior sit. Verùm Plinianam seriem aggrediamur. Et quanuis (inquit.)

ASSIDVA CONVERSIONE IMMENSAE CAELERITATIS ATTOLLANTVR, &c. Ab eo rapiuntur in occasum, aduerso tamen ire motu, sydera enim erratia attolluntur à primo mobili, aduersò tamen motu feruntur, quia ab occidente in orientem mouentur.

NE (INQVIT) AER VOLVTVS EANDEM IN PARTEM AETERNA VERTIGINE IGNAVO GLOBO TORPEAT, &c. Pigro orbe quiescat, quòd minime cœlo cõgruit illo semper mouẽte: sed inquit. VT AER FINDATVR ADVERSO SYDERVM VERBERE, &c. Hoc est, vt aer contrario erraticarum motu ac ictu diuidatur, quibus constat contrarie cœlum stellatũ et erraticas moueri: subnectit deinde. SATVRNI AVTEM SYDVS, &c. Stellati cœli & erraticarum motu iam discusso: quas in partes labi quodammodo videantur dixit, quãuis diuersimodè de hoc agitatum apud primæ notæ authores fuerit. Nam nonnulli astronomorum dextras partes occidentales vocant, sinistras vero orientales: hoc ita, astruentes. Si (inquit) homo versus meridiem faciem vertat, oriens erit sibi, à sinistris, & occidens à dextris. His attentiore animo in dygitos missis. Nunc Saturni naturam enucleat eum frigorificæ naturæ, asseuerans, astrorum peritissimi ab vnaquaque stella seriem rerum propriam vsque ad extrema pendere, ostendere moliuntur, compari ratione à qualibet firmamenti stella, per aliquem planetarum existimant contextum rerum gradatim, sub illius proprietate descendere, ergo fusius erraticas nobis quid imprimere, Ptholomæus. LII. propositione primę partis, Saturni esse, desiccare ac algere, scriptum reliquit. Aberagel, segnem planetam, magnum, fessum, vilipensum, anxietatum dispensatorem prodit, & terrestrem, eius influxu fieri maleuolos, melancholicos, segnes, penficulabũdos, paruiloquaces, arcani tacentes. Frigorificum autem sydus, quoniam multum ab solis sphæra distet, vnde defluit calor. Multò autẽ orbis Iouis est inferior circulo martis, quò fit, vt celeriore motu cursum suũ peragat, hoc est, duodecim annis, ille vero. XXX. Tertium Martis, quòd quidam Herculis vocãt. Sydus Martis masculinum, nocturnum, igneum, cholericum, siccum, cuius influxu fieri natos impostores, iurgiosos, fusores sanguinis, martia diligentes, expilatores alieni æris. Si ei iungatur Saturnus, ferri percussorẽ, si Iuppiter, æris, si Sol, aureorum nummorum, si Luna, percussionem librorum: et multa id genus, quorum vberius meminit Ptholę, & Abenragel, & Alcabitius.

Saturni natura.

Sydus Martis.

Iupiter salutaris.

ID SYDVS MARTIS VOCANT, &c. Macrobius, sydus Herculis solem appellitat, primo Saturnaliorum, Vbi Pli. ait. SALVTAREM FIERI DEVM, &c. Quare autẽ Iuppiter salutaris Mars saturnusque malefici dicantur, quępiã memoria sunt habenda, cur vel notabilior benignitas Iouis, vel Veneris, habeatur inter genethliacos, cum sit diuinorum vna natura, rationem. Ptho. Ita refert (certi ait) sunt numeri, per quos inter omnia quæ sibi conueniunt iunguntur, et aptantur, fit iugabilis competentia, nec quicq̃ potest alteri, nisi per hos numeros conuenire. Sunt autem Epitritus, Hemiolus, Epodus, Duplaris, Triplaris, Quadruplaris. Vitam autem nostrã sol, et luna moderantur. Nam cum sint caducorum corporum, hęc duo propria sentire & crescere, hoc est heticon, hoc est, sentiẽdi natura de sole, phyticõ, hoc est, crescẽdi natura de

unari ad nos globositate perueniunt, sic vtriusq; luminis beneficio hæc nobis constat vita, qua fruimur, conuersatio tamen nostra & peruentus actuum, tam ad ipsa duo lumina, quam ad quinque vagas refertur, sed harum stellarum alias interuentus numerorum cum luminibus bene iungit ac sociat, alias nullus applicat numeri nexus, ad lumina, ergo venerea est Iouis stella, per hos numeros lumini vtriq; sociatur, sed iouialis soli per omnes, lunę verò per plures, & venerea lunę per omnes, soli per plures numeros aggregatur. Huic licet vtra'que benefica credatur Iouis tamen stella cum sole accommodatior est, et venerea cum luna, atque ideo magis vitæ nostre cōmodant: quasi luminibus vitæ nostræ authoribus numerorū ratione concordes. At Saturnus & Mars non ita cum luminibus competentiā habēt. Vt tamen aliqua vel extrema nūerorum linea Saturnus ad Solē, Mars aspiciat ad lunam: ideo vitæ humanæ minus commodi existimantur, quasi cum vitę authoribus arcta numerorum ratione nō iuncti. Ob has igitur causas, alia terribilis, alia salutaris dicitur. Et quamuis Saturnus noxiæ vis dicatur, temperatur tamen radio, aut aspectu Iouis, aut planetæ alicuius contrario illi, ita Mars qui ardentis naturæ fertur, temperabitur alia stella sibi confluxu contrario, hoc est, Luna vel Veneris radio. Subdit item Pli. SED OBSERVATIO VMBRARVM EIVS REDEAT, &c. Solem vtpotè temporum certissimum ac noctiū dierum'que mensorē constat. Cuius vmbras ne ignorare decet. Et quis motus cœli sit vniformis, non tamen est causa varietatis horarum, dierum ac noctium, sed hoc sol efficit motu suo per duodecim signa, secundum diuersas ipsorū ascensiones, ipsorumnq;, occasum motū'que diurnū & vmbras dispariles certè sol iaculatur. Nam sole existente in capricorno, vmbra nobis iacitur quando est meridies extensā magis versus septentrionē, quam, quādo est in Cācro, et ita inequalitas vmbrarum noctiumq;, apparent nobis. Nam vt ait Mannilius. Nec similis, simili toto nox redditur ęuo. Ob id, signiferi obliquitas quam sol trāsmeat, hoc efficit, hinc hora motus & occasus continuò ꝑ quolibet signo partes'q; variātur ex centri varietate. Nam quando'que Sol in sublime fertur, vbi maioris temporis mora quędam peragrat signa, vt geminos, Cancrum, &c. Contra accidit in Sagittario & Capricorno: in quibus minore ambitu supra terras rotatur. Breuior enim circulus, breuiori temporis interstitio voluitur: et maior maiori, Solem ergo constat ita metiri temporum vices, et vmbrarum dimēsiones, prout se habent regionum situs. Nam portio Arabiæ plæra'que inter æquinoctialem circulum & tropicum à geographis fertur, in qua Solem gestāte Cancro vmbra planè in meridiem, hoc est, in sinistras mundi partes, mittit. Ob id carmē hoc Lucani extat. Vmbras mirati nemorum non ire sinistras, ignotum vobis Arabes venistis in orbem. Vmbrę ergo Solis acuratissima perpensione consideranda sunt, volentibus dierum noctiū'que horas ac inæqualitates percipere. Nam antiquitus moris erat distinguere diem in. XII. horas, diem dico artificialem, vnde quando Sol erat in directo capitis alicuius loci, erat sexta diei illius hora, similiter quando erat in directo pedum nostrorum paribus spatijs occasus, quia pariter remotus est ab oriente & occidente: quoniam in medio cœli nonaginta enim gradibus ab vtro'que distat, hoc ergo fit secundum ascensum, vel descensum solis, & ad signa obliquè, vel rectè orientia. Nam quędam signa ascendunt ad cœli medium maioribus ascensionibus, aliqua vero minoribus. Et cum cœlum vniformiter moueatur & hic motus diurnus reguletur per circulū æquinoctialem, & sol moueatur sub zodiaco, cuius poli sunt aliquando his orizontibus proximi, interdum remoti, contingit vmbrarum noctium ac dierum inęqualitatem fieri ad rectè vel obliquè orientia signa. Nam rectè orientia plus ponūt in ascensionibus suis & ortu, quam quæ oriri dicūtur obli-

Mars ardēs.

Vmbrę

Signa rectè orientia.

què: rectè voco oriri, quando maior pars oritur de circulo æquatoris, quàm de signiferi. Rectè enim oriuntur à principio Cancri, ad finem vsque Sagittarij: alia sex signa à Capricorno in finem vsque geminorum obliquè oriuntur. Nunc ad sequentia se reflectat oratio. Vbi Pli. ait. INDE SOLIS MEATVM ESSE PARTIVM QVIDEM TRECENTARVM LX, &c. Animaduertendum hic, cœlum signiferum'que in partes distribui, CCCLX. quas græci μοίρας, nos verò gradus vocamus, in quibus deprehenditur planeta in zodiaco, qui in duodecim æquales partes diuidi à Matemathicis solet, secundùm circuli signorum diuisionem, hæ'que duodecim partes dicuntur signa zodiaci, & vnumquòdque illorum diuiditur in. XXX. partes æquales, quas gradus vocauimus, qui & in. LX. portiones quas πρῶτα dicunt, λεπτά, hoc est prima minuta. Minutum autem in. LX. secunda diuiditur, & secundum in tertia & id genus. Quā ob causam inquit Pli. QVINTO ANNO VNVS DIES INTERCALARIS ADDITVR, &c. Hic rationem diei intercalaris insinuat: ob quem, et mensem intercalarem instituisse oportuit, quia cum Romani ex distributione Pompilij ad Lunæ cursum: sicut graij annum proprium computarent. Necessario & intercalarem mensem instituerunt, more Græcorum. Nam Græci cum animaduerterent temere se. CCCLXV. diebus ordinasse annum, quoniam apparet de solis cursu qui. CCCLXV. diebus & quadrante zodiacum conficit deesse anno suo. XI. dies & quadrantem. Intercalares enim ratione statuta commenti sunt: ita vt octauo quo'que anno. XC. dies è quibus tres menses tricenum dierum composuerunt, intercalarent. Id Greci fecerunt, quia erat difficile omnibus annis. XI. dies & quadrantem intercalare. Ita'que malluerunt hūc numerum octies multiplicare, & nonaginta dies qui nascūtur si quadrans cum diebus duodecim octies componatur, inserere. Hunc ergo ordinem Romanis placuit imitari, sed frustra quippe: fugit eos diem vnum additum à se ad grecum numerum ea re non per octennium conuenire numerus at'que ordo poterat, sed nondum errore comperto, per octo annos nonaginta quasi superfundendos Græcorum exemplo computabant dies, alternis'que annis binos & vicenos, alternis ternos vicenos'que intercalares expensabant intercalationibus quatuor, sed octauo quo'que anno octo intercalares affluebant dies ex singulis, hoc'que errore cognito, hæc species emendationis inducta est. Tertio quo'que octennio ita intercalandos dispensabant dies: vt non nonaginta sed. LXVI. intercalarent. XX. diebus compensatis. Omni autem intercalationi mensis Februarius dispēsatus est, vt prodit Macrobius. Hunc autem diem intercalarem nūc bissextum vocitāt: dictus ab intercalando, Hoc est, interserēdo: siue interuocando. Et subsequitur. INFRA SOLEM AMBIT INGENS SYDVS APPELLATVM VENERIS, &c. Vmbræ solis ratione attentissimè in digytos missa, hic sydus veneris annectit ratione nō indigna: hoc æmulum solis iure vocitat: quem & sequitur vespere & matutino. Venus enim & Mercurius soli adeò sunt affines ac proximi, vt ij tres circum suum parili tēporis spacio, hoc est, anno plus minus've circuneant. Circulus enim per quem Sol discurrit Mercurij circulo vt inferior ambitur. Illum quo'que superior circulus Veneris includit, atque ita fit vt hææ duæ stellæ cum per superiores circulorum vertices currunt supra Solem locate intelligantur. Cum verò per inferiora circulorum commeant, Sol eis superior existimatur. Venus enim dies altera Pli. fertur, quia futurum pronunciat sub Lucano oriens tempore, hęc item vicem Lunæ reddit, tanta est claritudine plæna, huius paulum humectare & calefacere est. Hominē delineans suo influxu facie pauculo nigrore permista, capillo nigricanti, vel subrutilo,

Obliq̄ oriētia.

Intercalares dies.

Intercalare.

Bissextus.

Venus.

Mercurius.

Veneris natura.

vibranti ac

vibranti ac crispāti, oculis aspectu nō aspernabilibus, paruis interdum, sed decore concinnatis, musicę amantissimum, vestimentorum ac mundiciei gaudiolo exultantem, liberalem, aphrodisiorū diligētissimum, facie orbiculari, ludi, amoris'que & cantilenę studiosum, quia Venus concupiscentię, rei'que hilarę fertur pręesse, si Lunam aut Iouem aspiciat in horoscopo, iustitiæ indulturum, si Martem rapinæ cedis'que, voluptificis, Venerem, si Mercurium eloquentię, potentiæ, rationi, disciplinę portendit hominem. Verùm hæc animaduertēda ad signorum partes, quoniam quàmlibet partem signi proprios mores habere influere'que Iulius Maternus scriptū reliquit, vltimo Matheseos, & Albumasar libro magnarum coniunctionum. Verùm ne plus'quam par sit euagemur redeamus ad rem.

ALII ENIM (ait) IVNONIS, ALII ISIDIS, &c Veteribus memorijs proditum esse cōstat, Lunam varijs cognominibus vocitatā quamobrem Pli. Isidis deum, sydus'que quodammodo Lunam appellat. Verùm quare Isidis nomen ei fuerit attributum, ignorat studiosorum bonarum literarū maxima portio. Hanc certè sibi Isidis nomen asciuisse aiūt quoniam vti Isis (quā & alij Hecatem vocant) terrestrium pariter at'que cœli particeps credita fuerit, ita & Luna quę dicta est & Selene, Iuno, Proserpina, cōiungunt autem poetę Iunonem cum Hecate, dictam'que Lunam Hecatem, quòd vniuscuius'que prouidētiam agat gerat'que. Fertur item Diana triceps, quia triplicem visitationem faciat, cum scilicet surgit in cornua, quę tunc falcata fertur, cum'que diuidua, & cū orbe circumacto ob id triformem Homerus ille Mantuanus ait.

,, Tergeminam'que Hecatem tria virginis ora Dianæ

Luna. Huius naturæ ait Pli. Cuncta generātur in terris, quia Luna terrestrium naturam moderatur, cuius natura & vi animantia & viuunt & vegetantur: huius est humectare hoc'que vicinia terrestri fit ab sole nunquam absistens partibus sex ac quadraginta, longius non absistens à sole quàm quadraginta gradibus sex, ideo peculiaris horum syderum statio est, stationes erraticarum, quas Mathematici, stationes primas vocant, vespertinas, secundas cum stare nobis spectantibus videantur: ex quibus alibi diffusius (loco ita poscente) differemus. Magni anni ratione dicendos, hic locus accuratiore perpensione eget. Nam diuersimodè de hoc fertur, diu'que inter graues authores est ex hoc agitatum. Magnum enim vocāt alij annum eum, quem esse voluerunt omnibus planetis in eundem locum recurrentibus, hoc'que fieri post annos duodecim millia nogentos quadraginta solstitiales Astrorū pertissimi erraticis maiores, maximos, medios, annos attribuūt, quare Alcabitius author Gothicus, ac Barbarus, & latinarum literarum expers, apud tamen Astrologos commendatus, tot attribui annos syderibus vult. Annus enim magnus discrepantię multum à nostro habet, annus enim singulorum luminum siue stellarum emensio omni cœli circuitu à certo loco in eundem locum redditus annus suus est. Nam & à Luna mensis dicitur, quia graio nomine: authore Macrob. Luna, mene, dicitur. Vergilius ita'que descriptionē Lunaris anni, qui breuis est, annū qui cursu solis efficit significare volēs, ait. Interea magnū sol circūuoluitur annū, magnū vocās cōparatione Lunaris. Nā cursu quidē Veneris, atq; Mercurij penè par soli est, Martis verò annus sex ferè biennium tenet, tanto enim tempore cœlū circuit, Iouis autem stella, duodecim, & Saturni triginta annos in eadem circuitione consumunt. Annus verò quem mundanum, vel magnum vocant, quia conuersione plenę vniuersitatis efficitur, largissimis sęculis explicatur, cuius ratio talis. Stellę omnes, & sydera quæ fixa cœlo videntur, quorum proprium motum nunquam visus humanus sentire, vel deprehendere potest, mouētur tamen, & propter cœli volubilitatem, qua semper trahuntur suo quo'que accessu, tam sero promouen-

tur, vt nullius hominis vita, tam longua sit, quæ obseruatione continua factam de loco permutationem in quo eas primo viderat, deprehendat. Magni ergo anni finis est, quando stellæ omnes, omniaque sydera, quæ aplanes habet à certo loco, ad eũdem locum ita remeauerint, vt ne vna quidem stella cœli in alio loco sit, quàm in quo fuit. Hoc autem aliqui cõtingi volunt annorum post. XV. millia peracta. Alij magnum annum esse in annis vertẽtibus duobus: alij in multis alijs annorum millibus arbitrati sunt, ob id antiquitas cum animaduerteret dum Sol annuo cursu orbem suum circuiret, Lunam nouam terdecies, interdũ oriri, idque sæpe aliter fieri est arbitrata lunares duodecim menses, & dimidiatum ad vnum naturalem cõuenire, itaque annos ciuiles sic statuit, vt intercalando faceret alternos duodecim mensium, alternos. XIII. Vtrumque annum vertentem separatum iunctos ambo annum magnũ vocans, idque tempus trieterida appellabat, quòd tertio quoque anno redibat. Penteterida, quòd quinto anno, qui magnus annus ex quadriennio commodior visus est, Solis annum constare ex diebus. CCCLXV. & diei parte circiter quarta, quæ primum quadriẽnium conficeret, hoc tẽpus quòd modo ad Solis cursum, nec ad Lunę congruere videbatur, duplicatum est, & octoeteris facta est, quę nũc (inquit Cẽsorinus) enneateris vocitata, quia primus eius annus nouo quoque anno redibat. Hunc verum circuitum magnum annum multi antumarũt, has ob causas, magnos annos fuisse multorum argumento liquet. Hęc annorum magnitudo, eo discrepat, quòd inter Astrologos non cõuenit, quãto vel Sol plus quàm. CCCLXV. dies in anno cõficiat, vel Luna minus quàm. XXX. in mense. Item Aristoteles rerum naturæ scientissimus, maximum potius quàm magnum vocat annum, quem Solis et Lunę vagarum quinque stellarum orbes cõficiunt, cum ad idem signum, vbi quondam simul fuerũt, vna referũtur. Hunc magnum annum Aristarchus putauit esse annorum vertentium duum millium. CCCLXXXIIII. Herodotus. X. millium. D. CCC. Orphæus, centum. XX. Casandrus tricies sexies centũ milliũ, hæc enim est diuersitas authorũ loquacior.

CAPVT NONVM.

SED OMNIVM ADMIRATIONEM, &c. Cursu erraticarum explanato, Lunæ natura elucidanda est, cum eius beneficio non paulùm terrestria indigeãt. Nam & humorum conciliatricem, generationisque vim vocitandam cẽsent, aiuntque eam generationẽ, ac omnes permutationes fœtus ipsius in aluo regere, & quoties cœlo iungitur, viuificã ab eo virtutem recipere, quàm infundat humori. Nouissimum enim & terris familiarissimũ Sydus Lunã scitè appellitat, quoniam ea sit cęteris erraticis infima, nobisque multo affinior, & peculiarior. Hæcque remedium tenebrarum appositè fertur, nam & Sol noctumus est. Hæc enim ait Pli. TORSIT INGENIA CONTEMPLANTIVM EAM, &c. Multiformi ambage ob variam eius conuersionis rationem, celeremque meatum. Nam octo &. XX. propè diebus totius zodiaci ambitum conficit. Et si per. XXX. dies ad solem à quo profecta est, remeat solos tamen viginti octo in tota zodiaci circuitione consumit. Reliquos Solẽq; qui de loco, in quo eum reliquit abscesserat comprehendit. In hac enim Lunæ mẽtione subeunt obseruata in veteribus memorijs relatu haud quanquàm inamœna. Vitruuius libro nono, & in libro de orbium cœlestium cõtemplatione. Cleomedes, inter Berosi placita, contineri corpus Lunę pilãq; esse dimidia parte

Luna.

Luna sol nocturn?.

dia parte candidam, altera ceruleam, in coitu verò solis ardore corripi, cõuertique partem eius candentem, proprietate quadam naturæ luminis ad lumen trahendi. Cæruleam verò dicunt: hoc est, inferiorem eius partem, quia candens non sit, propter aeris similitudinem obscuram videri. Senescens autem aut decrescens à Pli. fertur, & scitè quidem, quia dispensationibus hebdomadum sui luminis vices rata lege variando disponit. Primis enim septem vsque ad medietatem velut di- uisi orbis excrescit, quæ tum dichotomos, hoc est, dimidio orbe cæsa vocatur, se- cundis, totum orbem renascentes ignes colligendos tunc complet & plena tunc di- ci assueuit. Tertijs, dichotomos rursus efficitur cum ad medietatem decrescendo contrahitur. Quartis, vltima sui luminis diminutiõe tenuatur, è septem quoque permutationibus, quas Græci phases vocant, toto mense distinguitur, cum nasci- tur, quàm tũc artitocon nũcupent, cum fit dicothomos, & cum fit amphicyrthos, hoc est, vtrimque gibbosa, cum plena, quę tũc panseline, & rursus amphicyrthos ac denuo dicothomos, & cum ad nos luminis vniuersitate priuatur. Amphicyr- tos est autem, quando supra diametrum dichotomi est, antequàm orbis conclusio ne cingatur, vel de orbe tũc minuens inter medietatem ac plenitudinem, insuper mediam luminis curuat eminentiam. Conuersiones item eius dispariles esse me- moriæ mandarunt. Nam prima hebdomas, primæ lunæ conuersione humecta fertur, quia nascens luna humorem solet concitare, secunda, calida adolescente iam in ea luce, de solis aspectu, tertia sicca, quasi plus ab ortu remota, quarta frigida de- ficiente iam lumine. Et subnectit Pli.

Dichotomos luna.

Amphicyrthos

ET MODO CVRVATA IN CORNVA, &c. Quia tunc à sole emergit, quare solet corniculans à Martiano vocari, ac repente nulla, cum est in coitu. ALIAS PERNOX, ALIAS SERA, &c. Hic Pli. Lunã pernoctẽ vocat, quasi citam. Nã pernox est, nõ solum quòd tota nocte luceat, sed quia cita ac velox sit, cum enim dicat aliàs pernox, aliàs sera, et sera idem sit quod tarda, pernox, cita, si- gnare cõuenit, hoc est, modo ad surgendum cita, modo tarda. Item pernox luna fertur, quum tota nocte lucet. hinc Liuius libro quinto. Prelium ante lucem, sed luna pernox erat cum commissum est, & haud incertius diurno prelium fuit.

Luna pernox

CVM LABORARE CREDITVR, &c. Luna profectò circa proprium defectum, non accipiendo solis lumen, cuius beneficio noctem co lorat laborare dicitur, quod festiuiter fuit ab Homero Mantuano animaduersum hoc versu. Defectus Solis varios, Lunæque labores. Et subdit Pli.

QVE OMNIA IN EAM DEPREHENDIT HOMINVM PRIMVS EVDYMION, &c. Lunam poetæ ab Endy- mion amatam fabulantur, quoniam is & augmenta, & diminutiones altitudinem, ac humilitatem, & id genus, lunæ animaduertisse dicatur, atque inde filias esse su- sceptas quinquaginta. Ouidij de Endymione carmen extat hoc Endymion in sylvis non sit tibi luna pudori. PROXIMA (inquit) Plinius.

CARDINI IDEOQVE MINIMO AMBITV, &c. Luna certè minimo ambitu circum suum peragrat, quia orbis eius multo cæteris est minor, stellæ enim quę maiores orbes habent, longiore circino rotantur. Cele- ritatis autem ratio secundùm orbis laxitatem, vel exiguitatem, fit. Ob id stellæ quæ per grandiora spacia discurrunt, ambitum suum temporis prolixiore spacio conficere assolent, vt luna approbat. Animaduertendum Lunam diuersis appare- re formis, ratione certè probata. Dum enim est in coitu, luminis deficiens neome nia dicitur, deinde cum primũ apparet specie bicorni ac falcata Menoicles, semi- plena dichotomos, hoc est, sectilis, amphycyrtos plusquàm plena. Hęc iterum no mina in diminutione resumit, propter enim has tris formas tria Dianæ numina

Neomenia luna Menoicles.

dixerunt,

dixerunt, Panselinos dicitur plenilunium. Deinceps dicamus de motibus eius orbibusque, quorum tris habet cum sole communes, videlicet duos eccentricos inter se simul autem concentricos mundo, qui deferentes Apogeon lunę dicuntur. Apogeon voco quòd Pli. apsidem, barbari aux oppositum, augis vocant, Latinius dixeris Hypogeon. Tertium in horum medio deferentem epicyclum mundo eccentricum. Orbes enim eccentrici sunt, quorum vnus alteri supereminens est omnino super, extra ipsum, duntaxat suo conuexu, alterius conuexum cōtigit instar globi alteri superpositi, præterea ęquantem notemus. Est enim ęquans par quantitate deferēti eumque intersecat, circulus excogitatur, quoad reliquos primum planetas, vt epicycli ac deferētis inęqualitas ad ęqualitatem, ac normam reducatur, in ęquante enim normaliter fertur epicyclus, cum in eccentrico, & zodiaco sit æqualis, ob quam causam non erat æquantem lunę ponere, quòd norma lunę in centro terrę sit. Nā cęteri planetæ, tam in eccentrico, quàm in centro zodiaci, siue terrę, inæquali sunt motu, quamobrem hæc indigent æquante, sed ob caput draconis tantum luna ęquantem necessarium habet, qui quidem in ea solum mundo concentricus, & in superficie eclypticæ est, in reliquis minimè. Deinde orbem habet extremum mundo concentricum, ac tris alios orbes ambientem qui deferens caput draconis vocatur, postremò epicyclum in orbe, tertio immersum in quo lunę corpus est affixum, motus autem horum sic se habent, deferentes Apogeon siue, vt expertes bonarum literarum dicunt, augem (his enim interdum vti oportet, quò niteant nostra scholia) eccentrici contra successionem signorum simul supra centrū mundi vltra motum diurnum in die naturali. XI. partibus, &. XII. minutis tantum mouentur, & axis motus huius axem zodiaci in centro mundi intersecat, ac poli à zodiaci polis partibus sex declinant. Hoc igitur pacto hi deferentes tris habent motus, primum ac proprium supradictum. Deinde diurnum ex motu primi mobilis. Tertium his contrarium ex motu octauę sphęrę, sicuti cæteri tardissimum. Orbis verò epicyclum deferens mouetur secundum successionē signorum cotidie partibus. XIII. & minutis. XI. axis tamen huius motus per centrū huius orbis, quòd centrum dicitur eccentrici ęque distans axi apogeon deferenti mouetur, ex quo poli etiam motus huius à polis ipsorum orbium deferentium distabant, lunam quoque solam in epicyclo moueri opinio est, ac in parte quoque superiore contra moueri, pręterea tardior fit, in parte autem inferiore celerior, quòd secundum eum moueatur, quæ est causa totius inæqualitatis. Nam si luna non moueretur, ęqualis perpetuo sphęrę ipsius motus foret, quòd Arist. minimè vidisse dicitur, deceptus ipsius maculis semper eisdem apparentibus, nec mirum, cum etiā ille non posuerit epicyclum. posito autem epicyclo, lunam in ea moueri ad seruandam apparentem inęqualitatem necesse est, inęqualitas verò huiusmodi ad hanc reducitur æqualitatem, vt à puncto apogei ipsius medio quodcunque illud sit cotidie. XIII. partibus progrediendo recedat. Apogeon autem medium epicycli est punctum circunferentiæ ipsius, quod ostendit linea à puncto, opposito centro eccentrici, in circulo paruo per centrum epicycli ducta hæc medium motum ostendit. Sed apogeon, vel si permittamur loqui, aux vera, est punctum eiusdem circūferentię quod à centro mundi, per centrum epicycli ducta linea indicat. Hæc duo apogea vnum fiunt, quando centrum corporis lunaris: in apogeo verò epicycli, vel hypogeo eccentrici fuerit, & cum luna in linea à centro mundi, ad peripheriam Epicycli ducta forte fuerit. item nō fuerit alienū meminisse draconis qui est huic proposito congruus, vt clarius intelligatur Pli. dictū, vbi cap. XVI. huius libri ait.

Panseli nos. Apogeon. Hypogeon. Orbes eccentrici. Aequans.

SOL DEINDE FERTVR MEDIO INTER DVAS PARTES FLEXVOSO DRACONVM MEATV, &c.

Hic enim draco sic se habet, orbes apogeon deferentes à polis eclypticæ sex partibus, vt iam ostensum est, vtrin'que declinant, eius'que superficiem supra diametrum mundi intersecant, vbi æquans cum deferente connectitur, ex quo vna pars versus aquilonem, altera versus austrum tendit, quæ intersectio dicitur draco, à similitudine, quare Plinius,

FLEXVOSO MEATV, &c. In quo dracone, cum centrum epicycli fuerit versus aquilonem pergens, caput draconis dicitur, cauda verò versus meridiem mouetur ante, hee intersectiones ab orbe extimo, qui deferens caput draconis fertur, cõtra successionẽ signorũ quotidie minutis tribus, moueturq́; ac appellatur hic motus latitudinis. Hæc enim sunt aduertẽda, quo hæc fieri possint tritiora bonarũ studiosis literarũ, oportuit enim me in hac philosophię distinctione vti verbis tritis philosophis, nõ quidẽ mere latinis. Praeterea non semper superficies eccentrici superficiẽ eclypticę in partes ęquales secabit, Sed apogeõ siue augẽ malis appellare, cũ suis orbibus deferẽtibus cõtra successionẽ signorũ quotidie minutis tribus moueri diximus, quãdo'que euenit, vt oĩno sub ecliptica sit, tũc æquales intercidentur in partes. Cur autẽ tardius aliquãdo vel celerius post coitũ appareat, triplex fertur ratio, prima obliquitas orizontis, & zodiaci. Nã si fit cõiunctio sub ecliptica à fine sagittarij ad finem geminorum, tunc cum sol occidendo in orizonte fuerit, plures erunt gradus in circulo reuolutionis lunæ, & ab ipsa luna ad ipsum orizontem, quàm de zodiaco à luna ad solem, quoniam signa illius partis zodiaci obliquè descendunt, ex quo à septẽtrionalibus videri poterit. Secũda causa, latitudo lunę ab eclyptica est: Nam si post coitum mouetur in altitudinem septentrionalem iterum citius poterit videri quasi in meridionalem, quoniã orizon obliquus magis versus septentrionem deprimitur, versus verò austrum, magis eleuatur. Tertia ratio, velocitas veri motus lunæ: nam si velox est motu, citius apparet, quàm, si tarda foret. fit igitur, vt omnes hę causę concurrant tunc termino horarum. XXIIII. vetus, & noua apparet, quando'que duę tantum, & tunc altero post coitum die quando'que vna sola, & tunc tertio videbitur die, interdum etiam omnium horum contrarium accidit, tunc quarto die eam apparere continget, omninoautem citius, quàm, partibus. XII. procul à sole videri nequit, ortus'que hic heliacus dicitur. Postremum non ignorandum, semetipsam in quolibet signo coire, in geminis tantum bis, quòd apogeon soli aduersum habens in sagittario diutius in geminis minimum moretur. Sol autem cõtra, geminos diebus. XXXIII. Sagittarium. XXVIII. percurrit, pręterea luna signiferũ diebus. XXIIII. & besse absoluit. Sed solem. XXIX. & semis consequitur, sed de his nec copiosius alibi multò fusius de his pertractaturi. Adde tamen hic antequam ab his diuerti videamur, epicyclum lunæ non superare motũ eccentrici, nec sibi æquari, hoc est enim cur nunquam luna est retrograda, vel stationi obiecta, sed semper secundum successionem signorum ambulare vt à nobis ostensum est, cõstat. Nunc ad primum institutum redeamus. Est igitur in aperto sphęrã lunæ multò minorem esse sphęra Saturni, quamobrem celeriori ambitu voluitur. Subdit deinde Plinius.

IN HAC LVCE MIRA QVO'QVE, &c. Quia luna lucente miserrimę clades confectę sunt, vt liquet testimonio Titi Liuij, libro quinto, Et subsequitur. SOLIS FVLGORE EAM VT RELIQVA SYDERA TEGI, &c. Palàm est, vtpotè splendore solis omnia sydera obscurari, cędere'que lumini solis, tanquam ei mancipantia, à quo fulgorem mutuant, quãquam inter testatissimos authores mira de hoc exurgat disceptatio. Macrobius rerum naturæ consultissimus, suo praeterea lucere lumine prodidit, quòd supra solem locata, in purissimo sint æthere,

Luna lumen à sole accipit.

in quo quicquid est lux naturalis sit, & sua. Alij stellas omnes à solis luce illustrari ferunt, & ob id Arist. secundo animę solem dici patrem deorum, & viuorũ: quoniam ab eo sydera, quæ antiqui deos putabãt, lucem mutuent. idem Metrodorus sentit apud Plutarchum. Albertum magnum secundo cœli, Aristotelem sequutum constat, qui stellam quamlibet eiusdem esse naturę, cuius sit corpus, in quo est, testatissimum reliquit, ea verò est, inquit, essentia quinta ab quatuor simplicibus corporibus, hoc est, elemẽtis distincta, Aristoteli Ptholemęus, astipulatur, quinetiã eiusdem interpres. Sed & Auicenna, Albertus item secundo, cœli, cum Illustribus viris, inquit, stellam quamlibet astruimus ab sole illuminari, sed aliam plenius, aliam minus, pro naturę nobilitate, siquidem purissimas esse, est manifestũ. Proindè lumine excepto perfunduntur protinus à superficie soli aduersa, vsq; ad auersam, vt stellæ corpus integrũ illustret omnino claritas nihil à candore degenerans intimo, quod & in Ioue visimus. Sed nunc redeamus ad lunam, hanc ab sole lumen mutuare astruunt rerum naturalium peritissimi, quia non suapte natura fulgeat, sed fonti sui luminis esse subiectam ferunt. Hęc enim ratio facit lunam non proprium habere lumen, alias verò authore Macrob. stellas lucere proprio, quòd illę supra (vt diximus) solẽ locatę in ipso purissimo ęthere sint. Luna verò quia ipsa sola sub sole est, & caducorum regioni proxima luce sua carenti, lucem nisi desuper sole posito, cui respondet, habere non potest. Denique quia totius mundi vna pars terra est, ętheris autem luna pars est, lunam quoque terram, sed ęthercam vocitauit antiquitas, quia illa aeris, & aquę, quæ per se concreta, & densa sunt, fæx habetur, & ideo extrema vastitate densata est, secundum ergo rationis asserta, constat lunam non lucere proprio lumine, sed mutuato à sole beneficio, esseque veluti speculum, & à solis impetu splendorem accipere, vt Aristarcho placuit, quare autem, vt nunc ait Plinius.

Luna terra ętherea.

CONGRVA MONTIBVS NVNC IN AVSTROS DEIECTA, &c. Nunc ad septentrionem vel occidentem videatur, rationem attulimus, sed forsan obscuriusculã, quare paulò famigeratius id promemus in literas. Luna certè de septem erraticis circulum terrę proximam habet, vt dictum est, itaque quod, mensibus sub rotam solis, radiosque, primo die antequam pręteriens latens obscuratur, & quando est cum sole, noua vocatur: postero autem die quo numeratur secunda, pręteriens à sole visitationem facit, tamen extremæ rotundationis cum triduo recessit, crescit, & illuminatur plus, cotidie verò discedens cum peruenit ad diem septimum distans à sole occidente circiter medias cœli regiones dimidia lucet, & eius vsq; ad solẽ pars spectat, ea est illuminata. Quarto autem decimo die quum in diametrali spacio totius cœli absit ab sole: perficitur plena, & oritur, cum sol sit ad occidentem, ideoque quod totum spacium mundi distans consistit. Contra, & impetu solis totius orbis in se recipit splendorem, septimo decimo die cum sol oritur ea est pressa, ad occidentem, vigesimo & altero die cum sol est exortus, luna tenet circiter medias cœli regiones, & id quod spectat ad solem habet lucidum, in reliquis oscura, item cotidie cursum faciendo circiter VIII. & XX. subit radios solis, & ita facit menstruas rationes, solent autem rerũ naturę peritissimi disceptare, an luna possit reflectione illuminare. Est equidem in confesso, lunam non solum terram, sed fermè vniuersa illuminare posse, sed an hoc reflectione fiat, non est peruium. Cleomedes lunam repercussu non illustrare non q; lucẽ propagare his rationibus contendit. A corporibus solidis non est quidem reflectionem fieri, non item ab aqua cui ipsi inest densitas quędam. At à raris corporibus refractio nequit fieri. Adde quòd qui ex refractione sese promit splẽdor pręten uis est, se ferè nullus, porrò si luna repercussu collustraret, ne q;

Vtrum omnia illumi- net luna.

cum in cornua sinuatur, neque item Dicothomos vel diuidua terrę lucem infunderet, quando quæ reflexu illuminant ad rectos angulos, lucem promunt. Verum de his nec effusius, nostra nunc ad lunę naturam redeat oratio. Ptholemeus Astronomię scientissimus pariter atque diligētissimus, lunę esse humere memorię mādauit, quòd videlicet sit extima cœlo, & citima terris, illarum vicinia ascendentis humoris concipit copiam, hæc ille lib. apotelesmaton, ita enim vocāt libros, quos ipse quadripartitos attitulauit. Astruūt tamen quidam, lunam paulùm caloris accidētalis habere, quoniam putrefacere faciat, putrefactio enim calido & humido fit. alij concitatricem calorum per accidens, hocque probari speculis soli appositis calorem imò ignem ingenerantibus, & cum constet lunam lucere, conueniat modicum caloris quem quasi per accidens affirmantes euenire. Vbi autem Pli. ait.

EX ADVERSO DEMVM PLENA, ET PAVLO MOX IN COITV VERO, &c. Hic Pli. auersa, & aduersa, vocabulis Graphicè vtitur. Nam auersa dicunt, ea quæ non visuntur, quæque latent, quæ verò tota conspici possunt, aduersa dicuntur, quare nonnulli codices deluxati, ac mutili, aduersa in hac parte clausulę habent hoc modo. in coitu inquit, restituere quodammodo lucem non cerni, quoniam haustum omnem lucis aduersa illo regerat, vnde acceperit, legendum enim contenderim auersa non aduersa, vt sensus sit, retribuat ac reuomat illum haustum lucis quem acceperat.

Auersa, aduersa.

ILLO REGERAT, &c. Ad alium locum aliamque partem restituat ac retribuat à quo acceperit, hoc est, à sole, in coitu enim restituere videtur lumen illud, quòd à sole mutuarat, tunc enim, hoc est, quando est in coitu, est auersa, hoc est, non visa. Et subnectit Pli. SYDERA HAVD DVBIE TERRENO HVMORE PASCI, &c. Plerique philosophorum, poetarum, pariter atque oratorum, Plinianę sententiæ applauserunt. Potissimū Ptholemeus lib. antelato. Tullius etiam lib. secundo, naturę deorum, sunt, inquit stellæ natura flammeę quocirca terrenarum, aquarūq; vaporibus aluntur, item in eam it pedibus sententiam Seneca sexto naturalium. item stoici, vt ait Plutarchus author plurimę, & quidem politioris eruditionis, in libro de iside, contra Aristo. quia inquit. Si mundus pascitur, ergo corrumpetur. cuius opinioni Auicenna suffragatur solidioribus argumentis cœlum nutriri non posse, confirmans. Plotinus, item cœlo alimoniam non posse addi prodit. Albumasar Ptholemeum taxare videtur, quòd is lunam, quod, & Pli. humorem allicere prodiderit ac vaporem. Albumasar hoc effici non posse comprobat, quòd spacium quòd inter faciem terrę, & viciniorem locum in quo est luna, sit .1 2 8 0 4 4. Milliariorum ferè à mensura qua sit vnum (vt hoc vtamur verbo poscente loco) Milliarium .3000. M. cubitorum. Haud quaquàm enim surriguntur vapores à superficie terrę quàm .16. stad. secundū quòd, vt quidam volunt, stadium quadringentorum sit cubitorum, vapor certè, vel fumositas, non vltra .16. stadia ascendit. Haly, Ptholemei assertionem palàm faciens, eamque fulciens solidioribus rationibus Ptholemeum haud intellexisse fumositatem humidam ascendere ad lunam posse, & quòd ascensus vaporis, qui versus lunam est, docere nos vti attrahat humorem terrę, & aliorum corporum eam sequentium, sicut adamas attrahit ferrū. Maculam lunę Pli. humoribus raptis terrę fieri insinuat, de hac re diuersi tradunt authores, sed comprobatior, syncerior que, se habet ita opinio. Colores enim stellarum diuersimode fieri quisque persuasum habet, in quibusdam enim palescit, vt in Venere, in Saturno obscurior est, at in lactei circuli stellis albescit. Luna verò quæ terrestris est naturę, vt docet Aristo. non est adeò pura, quamobrem, ab sole mutuatū lumen non quit admodum ad intima penetrare, quæ ratio illius reddit

Sydera pasci.

Nō pascitur. mūdus

Maculę lunę.

maculosam

maculosam faciem, quare Plinij assertio, à plerisque habetur ludibrio.

CAPVT DECIMVM.

DEFECTVS AVTEM SVOS ET SOLIS REM IN TOTA, &c. Lunæ natura ad amussim discussa, eius defectum siue eclipsim, solisque enucleaturus, miram rem horum syderum deliquium contemplantibus ingerere, non minus scite, quàm festiuiter prodit, consueuisse, ad quorum perceptionē quedā nonnul la iure libanda veniunt, & animo solicitiore calculoque exa minato animaduertenda, primo decem esse circos, quorū omnium meminisse hic fuerit luxuriantis operę, sed solum eorum, qui instituto in seruiunt, ut oportunum, quorum vnus est zodiacus, qui ex decem solus potuit latitudinem hoc modo, quo laturi sumus indipisci. Natura enim cœlestium circulorum incorporalis linea est, quæ ita mente concipitur, vt sola longitudine habere latum nō possit: Sed in zodiaco capacitas signorum latitudinem exigebat. Quātum igitur spacij lata dimensio porrectis syderibus occupabat, duabus lineis limitatum est, & tertia ducta per medium ecliptica appellatur, quia cum cursum suum in eadem linea pariter sol, & luna conficiunt, alterius eorum defectum est necesse euenire, solis: si ei tunc luna succedat, lunę: si tunc soli, sit aduersa. Ideò nunquam sol deficit, nisi cū tricesimus dies lunę est. Et nisi quintodecimo die cursus sui nescit luna defectum, sic enim euenit aut lunę contra solem positę ad mutuandum ab eo solitum lumen sub eadem inuentus linea terrę conus obsistat, aut soli ipsa succedens obiectu suo ab humano aspectu lumen eius repellat, in defectu ergo sol nihil patitur, sed noster fraudatur aspectus. Habent autem quid discerniculi lunę, solisque, defectus. Nam cum luna tota defectum patitur, in medio cœli tota vbique videtur, cōtra in defectu solis, qui vbique haud videtur defectiuus ob viciniam lunę ad terram, ac propter locorum distantiam, interuentu lunę solem defectum pati est in aperto. Lunam verò obscurari obiectu terræ, & eam non vidi, propter ter rę tumorem, quamobrem quibusdam videtur, alijs verò non. Hoc est quod ait Plinius. Inquiens.

Eclipsis

Decem circuli.

Ecliptita.

QVIPPE MANIFESTVM, QVIA SOLEM INTERVENTV LVNAE OCCVLTARI, LVNAM QVAE TERRAE OBIECTV, AC VIRES, &c. Reddi, eosdem solis radios linea interpositu suo auferente terræ, terraque lunę, Luna verò subeunte solē repentinas obducere tenebras palàm est, rursum vmbra terrę lunam hebetari ac obscurari. Luna certe obiectu terræ non apparet, vt prodit etiam Martianus Capella lib. VIII. Et vt hoc compertius habeas, scito terram esse rotundam, quod liquet eleuatione poli, esto enim quis sit sub æquinoctiali, hic neutrum polorum videbit. Verùm si versus septentionem tendat, polus ille semper sublimior supra orizonta apparebit, quanto plus ab æquinoctiali recedet, eodem modo liquet, si talis recedat ab equinoctiali, tendens versus austrum, polus enim ille antarticę regionis exaltabitur, & polus septentrionalis deprimetur sub orizonte. Obigitur antelata, quępiam sydera, terræ obiectu occultari nobis est necesse, ac lunam obscurari vmbra terræ. Subnectit deinde Plinius.

NEQVE ALIVD ESSE NOCTEM QVAM TERRAE VMBRAM, &c. Hęc quā cōpositissime memorię mādat. Nā si sol, & luna, sui scedine caligine q; copiosa affici soleant, hoc est, pati defectū, nocte inde euenire.

 est necesse,

est necesse: quæ nihil est aliud, quàm terræ vmbra, quæ & nonnullis prout habitét terræ regiones, vel eis apparet, vel denegatur: quoniam quibusdam, vel solis, vel lunæ lux apparet, quibusd ĩ minime, & hęc ad regionis sitũ. Vmbra igitur terræ quã sol post occasum in emisphęrio inferiore currens cogit emitti, fit obscuritas, quam noctem vocitamus: effici igitur cõstat noctem vmbra terrę. Vmbram verò sole: vmbra quidem solis haud compari modo efficitur. Nam qui sub ęquinoctiali ad tropicum vsque Capricorni habitant, quatuor vmbras habere dicuntur, vt quibusdam placet, alij vero tres. Qui verò vltra, tris quarum vna, si aspexerint orientem, sole existente in meridie iacitur versus meridiem, hoc est, in polum antarticum. Alij autem tres vmbrarum figuras statuunt. Hic modo auctoris lectionis adde lunam, solemque ac pleraque sydera, non se ingerere nostro intuitui, propter nostræ habitationis locum, quãquam videamur paulò superius attigisse, rem tamen fusius discutiendam censuerim: tum quòd haud quaquam inamœnum putem, tum quòd rei institutę peraccomodum videatur, locus certę nostræ habitationis ita positus est: vt quædam stellę ex ipso nũquam possint videri, quia ipsa pars cœli in qua sunt, nunquam potest hic habitãtibus apparere. Pars enim hæc terræ, quæ incolitur ab vniuersis hominibus, quam nos inuicem scire possumus: ad septentrionis verticem surgit, & sphęralis conuexitas australẽ nobis verticem in ima demergit. Cum verò semper circa terram, ab ortu in occasum cœli sphera voluatur, vertex hic, qui septentriones habet quoquò versum mundana volubilitate vertatur, quoniam super nos est, semper à nobis videtur ac semper ostendit arctos oceani metuenres ęquora tingi. Australis cõtra, quasi semel nobis pro habitationis nostrę positione, demersus est, nec ipse vnquam videtur, nec sydera sua, quibus sine dubio insignitur, ostendit, & est quod à Vergilio fuit animaduersum, hoc versu.

, Hic nobis semper sublimis ad illum,
, Sub pedibus styx atra videt, manesque profundi

In quàm sententiam it pedibus, Mannilius his.

, Altera pars orbis sub aquis iacet iunia nobis
, Ignotęque hominum gentes nec transit à regna
, Commune ex vno lumen ducentia sole
, Diuersasque vmbras, leuaque cadentia signa.

Subnectit deinde Plinius.

FIGVRAM ANTE VMBRES SIMILEM METAE AC TVRBINI INVERSO, &c. Meta enim est turbo inuersus, conos à Græcis appellatur, sicut turbo inuersus est. Nam quæ figura columnę facitur, dicitur Cylindroides nec aliter ergo se habet vmbra, cuius hic meminit Pli. Meta ergo strues est in acutum tendens, quòd, & facit turbo inuersus, est lusorium instrumentum, Metę simile, modo fuerit inuersum. IN MVCRONEM DEFICIAT, &c. In acutum. STATI AVTEM ATQVE MENSTRVI, &c. Stati, determinati, menstrui, quia mensis lege fiunt. Menstruum vocamus, quod vnius est mensis, vel ad eum pertinet, defectus ergo lunę ac solis menstrui, esse non possunt ob zodiaci obliquitatem. Sub enim obliquo circulo, accessus ac recessus solis fit, sol autem sub ecliptica linea graditur: quem necesse est cum cæteris stellis rotari, cœlo semper voluente. Verum si vberius, ac forsan compositius, de his voles, adeas Ptholemæum Astronomiæ callentissimum, quinto quadripartiti, & Mannilium libro Astronomicon. Adde ex promptario, ac sacrario. Ptholemæi obliquitatem zodiaci esse. XLVII. graduum, & minutorum. XLVII. obliquus enim potissimum fertur, quãdo signa obliquè oriũtur, ex quibus aliubi, vbi autem

Meta.

Menstrui.

Obliquitas zodiaci

Plinius

Plinius ait. PVRA OMNIA AC DIVTVRNAE LVCIS PLENA, &c. A luna enim, vt peritissimi rerum naturæ astruunt, deorsum natura incipit caducorum, supra verò eam diuinorũ. Nam immutabilia quidẽ mundi à sphæra, quæ Aplanes vocatur vsque ad globi lunaris exordiũ sunt. Mutabilia verò à luna vsque ad terras dixerunt antiquitatis obseruantissimi. Atque ideo inter lunam, terrasque, locum mortis ipsamque lunam vitę esse mortisque confinium, & animas inde fluentes mori (quod absonum est) ad supera verò meâtes in vitam reuerti à plerisque existimatum est. Item supra lunam, omnia sunt plena lucis diuturnæ, quia purissimo æthere collustrantur, nec huc ascendit vapor, nec obscuritas, subdit item Plinius. A NOBIS AVTEM PER NOCTEM CERNVNTVR SYDERA, &c. Nam vbi abscessit solis lumen, quod nocte fieri assueuit, sydera plurima nobis apparent, quanquàm nihilosecius hoc plerisque aliquid hesitationis ingesserit, sint ne planè corporum sydera quæ à nobis videntur, Platonis in phędrone opinio, non esse quę videamus syderum corpora, sed radiorum quasdam reflectiones, in aere similem syderi speciem referentes, sicut in profundo pisces agentes videant in aquę supremà facie non sydera, sed imagines syderũ, & vt sic dicam, radiosas vmbras, ad Plinij contextum. NON SEMPER (ait) IN SCRVPVLIS PARTIVM CONGRVENTE SYDERVM MOTV, &c. Hoc est, motu syderum non paribus graduum minutis cõgruente, quia non eodem modo, nec æquali partiũ lege, nec ortu sydera occidũt, nec oriuntur, nec vices suas eodem metiuntur motu, nec regunt, alia enim segnius, alia emerguñt ocyus.

CAPVT VNDECIMVM.

HAEC RATIO MORTALES, &c. Ratio siquidem syderum, quæ tantis miris, tantis virtutibus, tanta dote ac tam immensa pulchritudine scatet, vt eorum inde mortales subducant, ac extollant, erigantque in cœlum dotes, & quod miri ingerit mortalibus syderũ est magnitudo, quàm Scipio ille apud Tulliũ: In eius somnio iure admiratur, quoniam videlicet, globi stellarum, terræ magnitudinem vincebant. Homo certè nisi quem doctrina philosophiæ supra hominem, vt ita loquar, immo verò hominem fecit, suspicari potest vnam stellam, omni terra esse maiorem, quum vulgo singulæ vix facis vnius flammam æquare posse videãtur. Ergo tunc earum stellarum vere magnitudo asserta credetur, si maiores singulas, quàm est omnis terra, esse constiterit, maius vt potè corpus omnium corporum vniuersis, est sol: sunt, inquit, Alcabitius fretus authoritate Alfragani, maximę stellę, quarũ vnaque'que capit corpus terræ centies septies. Tertius magnitudine Iuppiter, quartus Saturnus, post eum, stellæ secundi ordinis, quarum quælibet capit terram nonagesies, post has, quarti ordinis, quarum quælibet capit terram. XXXVII. sequẽtes sexties terrã. XVIII. capientes: post has, Mars, deinde terra: post hanc, Venus: post eam, Luna: postremo Mercuri⁹, quę omnia plerique tumultuariè esse asserta produñt. Verùm antequàm ab hoc proposito discedamus, discutiamus, quæ Plinius hic tradat memoriæ, qui conspicuè Solis immensitatem hic pandit, in hoc plærique hallucinati sunt, acoscitanter de hoc disseruerũt, inter enim septẽ erraticas speciosissimus, lõgeque mortalibus vtilissimus sol esse dignoscitur. Hunc Epicurus pedaneum esse dixit, sensu deceptus, vt ait Aristoteles. Esse autem terra maiorem declarat ip-

sius terrę vmbra in coni figuram terminans, ex Euclidis sententia, qui ait, Minores corporum vmbras fieri quando illuminantia maiora fuerunt: vltimos enim radios concedere eisdem ex quo et minuere vmbras. Maiores verò fieri corporibus vmbras, cum illuminantia fuerint minora, vltimos enim radios in ijs extenuari; Si enim esset cilindrica figura, totum zodiacum operiret, & sic mensibus singulis lunæ eclipsis contingeret, vmbra se opponente. Præterea stellæ ipsæ quandoque lucidiores apparerent per vmbras, quibus remotis per solis aut lunæ splendorem non adeò nitent. Si verò latiores essent in fine vmbræ terræ, non solum zodiaci, sed alia quoque astra fixa operirent: & hic luna tota nocte, sine luce remaneret. De ipsius igitur certa magnitudine diuersæ sunt sententiæ, inextricabiles ferè omnes. Macrobius asseuerat depræhensum esse illum ducentesimam sextamdecimã partem sui circi habere. Et ex Erastothenis sententia, maiorem terra esse septies, & vicies, ex aliorum verum opinione, octies tãtum, ex quibus paulò inferius disseremus. Terram autem aiunt. CCLIII. millia stadiorum complecti, cuius diametros erit non multo amplior. LXXX. millibus stadiorum. Cleomedes autem dixit Solem, Lunamque. DCCL. partem esse suorum circulorum, Solem verò Diametrum. DXX. millium stadiorum habere, esse autem ter decies luna maiorem, verò lunã terra dimidio minorẽ: terrã denique circiter millia. XXXIII. ambire. Idem ait Martianus Capella, libro octauo de terra, sed lunam sexies dixit minorem, suo autem circulo sexcẽties quùm hydrologa ratione compertum esse ait: clepsydris duabus superpositis altera vacua inferius, altera aqua plena superius: obseruatio lunæ ortu cum stella fixa ei cum tota sit orta, tollendo clepsydram inferiorem, ei aliam ponendo donec. XXIIII. horarum spacio luna, seu stella eadem fixa, ad eundem redeat locum. Solarem quoque circulum duodecies quàm Lunę ponit maiorem, manifesta ratione, tum quod illa mense ille. XII. mensibus percurrat. Martis autem circulum eadem cõmputatione cursus vices quater potiorẽ inueniri, Iouis centies & quadragies quater; Saturni trecenties, tricies & sexies. Si quis aũt Lunę, Solis'q; à terra nosse cupiat mẽsurã, facile fuerit ex supradictorũ calculo indagare, sed de his paulò mox. Nunc ad alias solis veniam proprietates Epicuri scholæ solem ea magnitudine esse statuunt qua videtur, ceterum non peruidisse illos quanta inde consequeretur absurditas, admiratione dignum quod Cleomedes prompsit in literas. Si enim inquit Cleomedes, in cœlestium orbium contemplatione, tantus sit Sol, quantus apparet, profectò multę simul erũt in ipso magnitudines, siquidem oriens & occidens maior videtur, & rubicundior, tum etiam longinquior, quàm cum in medio cœli, ratio quòd vapor, & aer, in ortu, & occasu crassior, in medio verò subtilior videtur, ex quo refractus per nebulas tãquàm per speculum, aut aquas visus, vt quadrantem in aquę catino, maiorem quàm sit videre videtur. Sic videbis in oriente, aut occidente solem & maiorem & longinquiorẽ & puniceo colore, quoddãq; albũ & splẽdẽs ꝑ vmbras, aut nebulas aspectu rufum apparere. Hic insuper sol poetarum commento quadriga inuehitur, cuius equi, Phlegon, Pyrois, Aethon, Aerus. Ex hoc ortus & occasus signorum auspicamur. Nam ex radijs eius primum emergentia apparere incipiunt in oriente, aut in oc-
, casu, & tũc Heliacus dicitur. Hinc Ouidius ait. Iam grauis obliqua subsedit aqua-
; rius Vrna, aut oriuntur cum eo pariter: vel occidunt, vocatur que tunc Cosmicus,
, hinc Vergilius. Candidus auratis, apperit cum cornibus annum. Taurus & ad-
, uerso cedens canis occidit astro, aut occidente sole apparere incipiunt in oriente,
, & rursus eo occidente occidere, & tunc chronicus iure vocabitur, quare ait Oui-
, dius. Quatuor autũnos pleias orta dabit. At mathematici alios habent ortus, cũ si quidem signa ex orizonte emergunt, quæ in sphæra rectã rectè ascendunt, alibi

obliquè, rectè enim ascēdere, seu occidere signum fertur, quùm pars maior æquatoris, hoc est, quùm plusquàm portiones. XXX. simul cum eo conscendunt & descendunt. Obliquè verò cum pars minor æquatoris, hoc est, minus quàm portiones. XXX. cum eo simul descēdunt & ascendunt. Hinc ait Lucanus. Nunc obliqua meant, nec tauro rectior exit. Scorpius, deinde quo magis polus articus eleuatur, tanto maior est dies, & contra, in quolibet mundi angulo integrum hemisphærium aspicitur à quouis breuissimo die, sex item signa, atque in maxima ascendunt. Deinceps de motu solis, ac ipsius sphæris, plures cuique sphæræ orbes ad seruandas motuum epiphanias tribuunt Aristoteli, eos autem orbes quos medios, vel etiam vniformes concentricos, eccentricos. Item apogea, hypogea & quos ita vocant, tribuunt Ptholemæo. Motus insuper diuersitatem esse in eadem sphæra minimè est incognitum, quùm vnum quædam ac proprium habeat à sua quisque intelligentia, duos quoque alios ex raptu, vique aliena, quorum alter ex raptu primi mobilis est, contra successionem signorum diurnus vocatur, alter ex octaua sphæra secundum signorum successionem tardissimus, veluti soli imprimis contingit. Nam hinc tantum tres orbes cum totidem motibus ponunt duos, primum inter se eccentricos, ac aduersos simul autem positos modo concentricos, quos solis summam apsidem deferentes vocant, est autem apsis, vt iam diximus, circulus currus ab attingendo terrā verbum defluxum, ex quo ad eccētricum planetarum in quo voluuntur transfertur, summa enim altitudo solis apsis vocatur, à Ptholemæo Apogeon, à Barbaris Aux, vt iam dictum est à nobis. Nec vitio nobis vertat ceruicosior quispiam, si crebrius quod antelatum est repetatur, hoc iure facimus, quo lectorum voto copiosius satisfaciamus, nam & hoc caput & sequentia, difficilia admodum sunt. Videre est plærosque philosophia insignes eiusmodi circos ignorasse, alios parū & oscitanter de his disseruisse. Plinijque locum sequētem, hoc est, ca. XV. silentio preterisse. Hoc est enim cur hic, & alibi legētium animos demorari moliar, loco quidem hoc poscēnte, scio tamen Hermolaum primoribus labris antelatum capitu. solum attigisse. Verùm vberius de Solis magnitudine dicamus. & que à mutis magistris carptim acceperimus in meditulliū afferamus, quanquàm satis dixisse videamur, tamen quo fiat letius ingenium, dicamus punctum esse à Geometris dictum, quod ob incomprehensibilem breuitatem sui, in partes diuidi non possit, nec ipsum pars aliqua, sed tātummodo signum esse dicatur, terram certè ad magnitudinem circi, per quem sol voluitur pūcti modum docuerunt obtinere, sol autem maior est circo suo. Constat enim mensuram solis ducentissimam decimā partem habere magnitudinis circi, per quem sol ipse discurrit. Cum sol ad circum certa pars sit, terra verò ad circum solis punctum sit quod par esse non possit, quare constat solem esse terra maiorem, si maior est pars, eo quod partis nomen nimia breuitate non capit. Verùm circo solis superiorum stellarum circos certum est esse maiores, si eo quod continetur, id quod continet, maius est. Cum id sit cœlestium spherarum ordo, vt à superiore vna quæque inferior ambiatur. Vnde & lunæ spheram quasi à cœlo vltimam & vicinam terram minimam prodiderunt. Si ergo stellarum superiorum circi, vt iam ostensum est, circo solis sunt grandiores, singulæ autem magnitudinis huius vt ad circum vna quæque suum modum magnitudinis partis obtineat, sine dubio singulę sunt terra ampliores, quam ad solis circum qui superioribus minor est, punctum esse prediximus. si ergo ducentesimam partem prius à nobis antelatam perpenderis, mensuram diametros solis comperies. Est autem pars ista fere centum quadraginta millium, diametros solis cētum quadraginta millium fere stadiorum dicenda est, vnde penè duplex quàm terræ diametros comperitur. Cōstat autem Geometricę

Apsis.

Apogeon.

Punctū quid.

Mēsura solis.

rationis examine, quum de duobus orbibus altera diametros duplo alteram vincit, illum orbem, cuius diametros dupla est, orbe altero octies esse maiorem, iure igitur conclusero solem terra octies maiorem. Hæc nunc de Solis magnitudine sufficiant. ¶ Nunc est habẽdus sermo de eius vmbra, ad cuius notionem perpẽdẽda sunt quę sumus dicturi. Aduertẽdum, vmbram terræ quàm sol post occasum, vt iam diximus, in hemisphærio inferiore currens sursum cogit emitti, Ex hoc super terrã fit caligo, ac oscuritas, quàm noctem vocauimus, sexagesies in altũ multiplicatur, ab ea mẽsura quàm terrę diametros habet, & hac longitudine ad ipsum circulum, per quem sol currit erecta est, exclusiõe luminis tenebras in terrã refundit. Perpẽdendũ igitur, vt plærique astruunt, ꝙ quanta diametros terræ sit, vt cõstet quid possit sexagesies multiplicata colligere. scito ergo, ambitum primo terræ quę vbicunque incolitur, vel inhabitabilis iacet, habere stadiorum millia ducẽta quadraginta duo. Cum ergo tantum ambitus teneat, sine dubio octaginta millia stadiorum, vel non multò amplius diametros habet secundum triplicationem, cum septimę partis adiectione. Et quia ad efficiendum terrenæ vmbræ longitudinem, non ambitus terræ, sed diametri mensura multiplicanda est. Est enim ipsa quàm sursum constat excrescere sexagies, multiplicanda sunt octaginta, quę terræ diametros magnitudinem habet, quæ faciunt quadragies octies centena Millia stadiorum esse à terra vsque ad solis cursum, quo vmbra terrę peruenit, hæc certe non paulùm claritudinis dicto Pliniano inferunt, vbi ait ca. superiore.

Vmbra solis.

Ambit⁹ terrę.

SPACIO CONSVMI VMBRAS IVDICIO SVNT VOLVCRVM PRAELATI VOLATVS, &c. Ergo confinium illis est aëris terminus, ac initium etheris. nunc ad Plinij contextum redeamus. ET QVIA (inquit) PER AEQVINOCTIVM OMNIBVS IN MERIDIANA PLAGA, &c. Monstrauimus vmbram solis, eo oriẽte in occasum deflecti, occidente verò in ortum. Medio autem die, quia sol meridiem tenet, in septentrionem depellit, in austrũ verò, circa nostram habitationem impossibile est vmbram cuiuslibet corporis cadere, quia semper in aduersam soli partem vmbra iactatur. Aduersus autem austro, apud nos sol esse non potẽrit, cum nunquàm fines septentrionales attingat, sanè quoniam pars illa perustę quę temperatę vicina est, admittit habitantes terras ad tropicũ, quæcũque habitatur spacia vmbram mittunt in austrum eo tempore quo Sol cancrum tenet. Tunc enim Sol fit septentrionalis ei, cum tropicum tenet, quod ab illis ad septentrionem recedet. Vbi autem ait Plinius.

ET QVOD MOLEM IDAM EXORIENS LATITVDINE EXVPERAT, DEXTRA LAEVAQVE LARGE AMPLECTENS, &c. Vt magnitudinẽ Solis probatiore, ac exploratiore iudicio approbaret, solem asserit motem Idam amplitudine tam dextrorsum, quàm læuorsum equare, quod approbatione oculorum euenit. Nam quando Sol à cacumine montis occidit, vel oritur, præsefert nobis speciem cacumen tangentis, propter id, clarissimus ille poetarum ait,

Iamque iugis summæ, surgebat Lucifer idæ

Tibi deserit hesperus oetam.

Ida. Ida mons æditissimus qui ad troadem spectat. Subnectit Pli.

DEFECTVS LVNAE MAGNITVDINE DECLARAT, &c. Sunt vtpote qui dicant, eam & scite, minorem terra, minorem quę Veneris stella, hoc maxime comprobantes quantitate sui orbis, qui ab Astronomis esse fertur. XII. graduum. Quare Plinium lapsum, falsum, ac nimis incuriose de his differuisse apparet, et vt hoc apertius fiat, quædam annotabimus. Primum Ptholemæum

mum Ptholemæum alios'que astrorũ peritissimos dixisse lunam terra minorem. Nam si vmbra terræ, in quam incidens luna obscuratur, vel æqualis est, vel excedit lunæ magnitudinẽ, alioquin terrę nõ posset tota tenebris abscondi, eandẽ autem vmbram à terra missam, cum sol cuique obijciens terra vmbram iacit, magnitudinẽ terrę exuperet, necesse est in verticẽ extenuari, quibus de causis astruitur, latitudinis vmbræ lunam obscurantis diametrum multò minorem fieri terrę diametro. Quod si vmbræ latitudo, vel lunę latitudinem adæquat, vel superat, sequitur necessario lunam terra esse minorem. Porrò, quòd Plinius ait fieri non posse, vt totus sol intercedente luna terris adimatur, si maior sit terra quàm luna. Nã non deficit Sol totus, Lunæ interuẽtu'q; terris adimitur, sed pro varietate terrarum situs alicubi deficit totus, alicubi pars vna solum, alicubi non deficit. Quibusdam autem terris deficere totum, quanuis luna sit minor terra, nihil prohibet, quando perspectiua ratiocinatio probet corpora inæqualia, cuiusmodi sunt solis, & lunæ, propter inæqualem à terra distantiã æqualia apparere. quibus perpensis constat Plinium deceptum in hac mathesi. Cur enim ait Pli. Partibus vicibus anni brumalis abscedit Sol, haud dubiè temporum rationem moderatur, & regit. Abscedere autem à nobis videtur quando Capricornum subierit, in quo dies fiunt breuiores, quando autem Cancrum, lõgiores, signa vtpotè sunt anni partibus attributa, prout sol ea moderatur. Nam vt verissimè inquit Mannilius.

Contra Pli.

, Temporibus quo'que sunt proprijs pollentia signa,
, Aestas à geminis, autumnus vergine surgit
, Bruma Sagittario, Ver piscibus incipit esse,
, Quatuor in partes scribuntur sydera terræ
, Hyberna æstiuis, autumnus vernã repugnant.

Signa attributa anni tẽporib',

Cur autem partitis vicibus anni sol ascendat, rationem subnectit, ijs.

VT NOCTIVM OPACITATE TERRAS REFICIAT, EXVSTVRVS HAVD DVBIE' ET SIC QVE'QVE EXVRENS QVADAM IN PARTE, &c. Opacitate equidem noctium brumalium, terræ iam torrido sole fatihiscentes, & hiulcæ, radio'que solari iam saburratæ, hoc est, inebriatæ, plenę'que reficiuntur, ac integrantur, & quòd algore fatigatum erat, caloris vi refocilliatum sit, cõtra, quòd calore exustum, & quasi absumptum, humectatione interpollatum sit, longitudo enim harum noctium dierum prolixitatem æstuãtium repẽdit futuro anno peraccommodam. EXVSTVRVS (inquit). Nam si illa opacitate terræ non integrarentur, heæ pertorridę, ac plus nimio æstuentes efficerentur.

SIC QVO'QVE EXVRENS (ait) &c. vt in zona perusta. Hic enim modo auctarij, aduerte, solem neque sursum, ne'que vltra Cancrum, ne'que vltra Capricornum deorsum meare, sed cum ad tropica solstitia signa peruenerit, mox reuerti, vnde Solstitia vocantur. Et quia æstiuus tropicus temperatę nostræ regioni est terminus confinis, ideo cum Sol ad ipsum venerit, facit nobis æstiuos calores de vicino vrens sensu maiore, huic'que subiectos. Constat item solem non fines perustæ zonę egredi, quia de tropico in tropicum zodiacus obliquatus est. Hæc enim flaminis obnoxia est, quippe quàm Sol totius ætherę flammę, et fons, et administrator, nunquàm relinquat.

CAPVT DVODECIMVM.

ET RATIONEM QVIDEM DEFECTVS, Hoc caput sequens, quia nec videtur absimilis lectionis, super hoc aliqua dicenda sunt: quo Lunę, ac Solis deliquium, quòd eclipsim exculcatius appellauero: peruium fiat nostrarum lucubrationum studioso lectori, ad quorum perceptionem perpēdenda sunt nonnulla ac stilo exigēda: quò paulò amoenius elici possit german⁹ sensus. Adijciam id quod fuerit huic capiti auctarium, primo luminosum sphæricum maius opaco sphærico multò fusius eius illuminare propinquum, quàm remotum. Nam radij plus attingūt opaci secundum maiorem propinquitatem. Aduerte item maiorem terræ partem illuminari hyeme, quàm, æstate, quòd videlicet Sol sit propinquior terræ, hyemali tempore: quia est in opposito apsidis, hoc est, vt paulò remotius loquar, augis. Attēde item eclipsim Lunæ maiorem esse æstiuis temporibus, quàm, brumalibus, quoniam latior sit vmbra terræ, quàm luna ingreditur, quare colligendum maiori tēporis intercapedine manere fuscedine obuallatā. Luna enim in oppositione est plena, & in coniunctione vacua, & in intermedijs, partim illuminata, partim fuliginosa versus nos. Nā in oppositione, medietas corporis Lunę, quam respicit Sol, est medietas offerens se visui nostro, ob id plena lumine. In coniunctione autem, medietas se offerens visui nostro, est posterior medietas, quàm non attingit Sol, sed anteriorem medietatem versus eum illuminat. Item tantò enim Luna propinquius Soli accedit, tantò offertur visui nostro minor portio medietatis illuminatæ. Eclipsis igitur lunæ luminis est solaris priuatio, solaris inquàm, quoniā quodlibet astrum habet propriū sibi splendorem, vt quidem ferunt, quo per naturam carere nequit. Adde eclipsim non fieri nisi duobus luminaribus existētibus, in capite, & cauda drachonis, verùm de his paulò mox effusius disseremus. Nunc redeamus ad ea quæ haud paulùm nauseæ legentibus ingesserunt, & quæ plerique eruditorum silentio preterierunt. Hic ergo auribus attētis, attendas Ptholemęum astrorum peritia celebrem, quinto quadripartiti, Solis, & Lunæ deliquia nonnunquàm vel malum, vel bonum portendere scriptum reliquisse, quamobrem antiquitas veneficia defectum Lunę habuisse rata est, ad quod allusisse videtur Pli. quādo refert. ET IN LVNA VENEFICA ARGVENTE MORTALITATE, &c. In defectu maleficum quoddam adcredebat antiquitas quod putabat abigi, & vt verbo Cathonis vtar, auerruncari, sono æris, ac crepitu vasorum æneorum. Vetustissimi enim Græcorum, æris sonos tāquàm rem validissimam adhibere in multis locis consueuere, vt in lunæ defectu, Quare Ouidius ait.

, Te que luna traho, quànuis temerata labores
, Aera tuos minuant. Et quarto Metamorphoseos,
, Cum frustra resonant æra auxiliaria lunæ.

Huius etiam rei Titus liuius libro. XXVI. meminit, inquiens, disposita in muris campanorum imbellis multitudo tantum cum ęris crepitu, qualis in defectu lunę silenti nocte fieri solet edidit clamorem, vt aduerteret etiam pugnātium animos, Plutharcus etiam author syncerissimæ lectionis in æmilio inquit. Ea nocte cum iam coenassent, & quieti, & somno indulgerēt milites, Luna cepit obscurari, ac deficiente lumine, multis que coloribus mutata, tandem nusquàm apparuit Romanis, vt consuetudo est tinnitu æris lumen eius reuocantibus. Est etiamnum grauissimorum monumentis authorum proditum, veteres tantam auctoritatem, ac vim æri adhibuisse, vt deliquijs Lunæ adhiberi solitum sit, vt scriptum reliquit Teocriti interpres, id pollutionum expiatorium appellatum, inde eo vtebātur in

purificationibus

purificationibus vniuersis, vt scribit Appolodorus, in libro de dijs. Cum ergo Pli. ait. OB ID CREPITV DISSONO AVXILIANTE, &c. Sonum absonum ęneorum vasculorum abigentem quicquid veneficij insit lunę defectum patienti intellige, quibus peruetustarum cęrimoniarum obseruantissima antiquitas vtebatur, putans lunæ defectui inesse aliquid prępostere, idque posse repelli sono tympanorum, ac æris crepitu dissono. Aduerte hic item veneficas, nescio quas mulieres, solitas antiquitus lunam deducere (quod delirum esse nemo ambigit) Rhombo, hoc est, figura quadrata solida'que, cuius latera sunt æqualia, anguli verò obliqui, hoc enim lunã deducebant, ꝙ liquet Carmine Ouidij.

, Quid torto concita rhombo licia — Et propertij
, Deficiunt magico torti sub carmine Rhombi. — Martialis
, Quæ nunc Thessalico luna, deducere Rhombo. — Nicias Athementiũ, &c.

Hic est imperator Nicias, cuius vbertim meminit Iustinus libro quarto.

MACTI INGENIO, &c. Perfectę disciplinę viri, ac auctę cumulatę'q;.

CAPVT .XIII.

DEFECTVS CCXXIII. MENSIBVS, &c. Paulò superius videmur, defectus disseruisse, verùm ne quid silentio pretereatur, quępiam adijciemus, quo plausibilior hæc videatur lectio, & superpondio aliquo suffulta. Facta autẽ à nobis mentio deliqui lunaris est, sed agitatum diu inter philosophia insignes, cur aliquãdo plus temporis, interdũ minus, duret huiuscemodi defectus, plęrique propinquitati hoc assignant lunari, iunctę eclipticę. nam directius se habet terra inter solẽ, & ipsam, hinc maior vmbre latitudo cadit super eã: luna enim existens in oppositione solis, distans à capite vel cauda drachonis duodecim gradibus, tota tunc luna eclipsim patitur, distans autem inter .XII. &. VI. in parte fit defectus, item eleuatio solis à terra, causa est longioris defectus. Nã luminosum maius opaco sphærico quantò magis distat, illuminat minorem partẽ opaci, & proijcit vmbram opaci protensiorem, quàm luna ingrediens diutius moratur obumbrata. Hinc fiunt eclipses longiores ęstiuo tempore (cum sol sit in apside) quàm hyeme. Adde hic eclipsim solis posse fieri vniuersaliter in se, nõ autem in terra. Et quãquàm defectus lunæ fiat per veram luminis priuationem in corpore lunæ, non tamen ita fit eclipsis solis. Nam duntaxat fit impedimentum transitus radiorum in terram per lunę interpositionem. Eclipsis.

CAPVT .XIIII.

LVNAM SEMPER, &c. Nec Plinio elegantiarum accuratissimo, ac rerũ naturæ consultissimo, satis visum erat solis lunęque defectus disseruisse, nisi illius lunæ motum eleganti ac peruenusto verborũ attextu, perpensa quę serię dixisset, ad quorũ notionẽ, prelibẽda quędã sunt, ac examinatiore lãce notãda, primo bifariã itelligi cresce re posse lumẽ: Vere, hoc est, quãdo maior pars lunę vno tẽ pore quàm alio illuminatur: luna enim post coniunctionẽ eius, & solis quandoque citius, quãdoque serius, apparet, quandoque vno die post coniunctionẽ, aliquãdo duobus, interdum tribus aut quatuor: quãdo enim est cita, ac velox cursu, citius apparet, pariter quã do post cõiũctionẽ moueatur in latitudinẽ septẽtrionalẽ, & quãdo fit cõiunctio in signo descẽsionis recte propter maiorẽ eleuationẽ ab orizonte, hoc enim est, quare post cõiũctionẽ habeat cornua eleuata versus nostrum (vt ita dicam) zenit, quandoque reflexa, vt paulò superins à no- Lumen crescit bifariã.

bis ostensum est. Est quidem in aperto, lunam crescentem cornua aduersa à sole, sique crescat spectare ortum, si verò minuatur, occasum. Subdit Plinius.

LVCERE DODRANTES SEMIVNCIAS HORARVM, &c. Hic enim locus astuto ingenio perpendendus est, quoniam confragosus, hic primo perpendat studiosus Plinianæ lectionis, res omnes in partis assis, diuidi posse, quamobrem quadrans, dodrans, triens, sextans, nedum ad pondus, sed ad numerum ac mẽsuram accipi consueuerunt, hinc sextans iugeri, pro sexta parte, quadrans hæreditatis, pro quarta, cõpari modo in mathematicis disciplinis vtimur. Nã & quadrantẽ cœli, pro quarta parte cœli poni assueuit. Huic Manilius.

Quadrans. , Hora nouo crescit, per singula signa quadrante
Sextãs , Et sextans pro sexta parte idem
, Bis bis æquandum est, signis sextante duobus.

Ita dodrans, pro tribus partibus diei artificialis poni à Columella secundo rei rusticæ solet, his, sed iugerum talis agri quatuor operis expeditur, nam pręscinditur duabus, vnà iteratur, tertiatur dodrante. IN LIRAM STATIM REDIGITVR, &c. Quæ omnia conspicuè ac solerter Budæus nostri æui politioris literaturę diligentissimus palàm nobis fecit libro assis. verùm ad rem longiuscule digressi redeamus. Plinij scita paulò famigatiori interpretamento redditur i hoc modo. Certum est lunam quãdo à coitu siue interlunio emergit, surgit'q; lucere primo tres partes vnius horę nocturnę, & deinde quartam, & vicesimã horæ partem, à secunda insuper ad plenum orbem, hoc est, ad plenilunium die quolibet tantum augmenti lucendo adijcere constat. Et iterum à plenilunio comparirationis examine diminutionis lucere minus, & quotidie minus vs'que ad tempus quo luna cùm sole coit. Dodrantes enim pro tribus partibus horæ dixisse videtur & semuncias pro quarta, & vicesima parte horę, sed de ijs hactenus.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

Canonica. ERRANTIVM AVTEM TRES, &c. Magnitudine motu, ratione'q; lunę & solis habitis ac discussis. Nũc errantiũ canonica, hoc est, regularia ac motus earũ stilo quidem elegantissimo, difficili tamẽ hic pandit, verùm antequam intercutaneam notionem trium superiorũ planetarum motus afferre in medium videamur: Aduertamus totam orbium alicuius planetæ sphęram moueri in XXIIII. horis motu primi mobilis, super polis mundi, quanuis orbes sint absimiles, tota tamen sphęra est vniformis crassitudinis, & mũdo concentrica: concentricos voco orbes, æquali figura afformatos: eccentricos quorum vnus alteri supereminet, omnino super extra ipsum, & duntaxat suo conuexo alterius conuexũ orbes contingunt instar globi alteri superpositi. Animaduertendum porrò Epicyclum, cuius paulò superius meminimus, circa centrum suum moueri, planetam deferendo in parte superiori secundùm successionem signorum semel complendo reuolutionẽ in tantò tempore, quantò à cõiũctione media solis, & talis planetę ad proximam coniunctionem eorum sequentem, in qua planeta est in apside, hoc est, auge epicycli, & in oppositione media est in opposito apsidis sui epicycli, quare tãtò velocius reuoluitur epicyclus, quãtò tardius circuit cẽtrũ epicycli. Nã vbi maior est tarditas deferẽtis, tãtò citius redit coniunctio solis cum eo veneris orbes apsidem deferentes, mouentur motu octauę sphæræ, prout apsides trium superiorum planetarum, hoc est, Saturni, Iouis, & Martis se ha-

(margin: Epicyclus.)

beant, differt enim Venus ab eis, quòd punctum apsidis veneris est in eodem loco zodiaci, secundùm longitudinem in quo apsis eccentrici solis, apprehenso enim loco apsidis solis, facilè est scitu vbinā sit locus apsidis, Veneris superiores enim has quas supra solem locatas diximus constat meantes esse cum sole illo'que occultari: oriuntur enim tempore sublucano, non descendentes ab eo amplius vndenis gradibus, deinde contractu radiorum solis teguntur: &, IN TRIQVETRO, Hoc est trino aspectu à gradibus. cxx. stationes matutinas faciunt. Ad horū perceptionem, & quo sequentia nobis fiant exploratiora attendenda sunt aliqua, hoc est, directiones planetarum, retrogradationes, stationes, velocitates, & tarditates. Planeta enim directus fertur quando lineæ veri motus eius progreditur secundùm successionem signorum, retrogradus autem contra, stationarius dum illa linea stare videtur, statio prima est punctus epicycli, in quo dum fuerit planeta: incipit retrogradari. secunda, in quo incipit dirigi planeta. Plinius enim hic tangit radiationes stellarum, quas alij aspectus vocitant. Nam triquetrum hic intelligo, quem alij trinum, alij trientalem vocant aspectum: ad cuius notionem, habe memoria circulum, quem nos signiferum vel zodiacum vocauimus, eum esse, in quo sol, & luna cum cæteris erraticis feruntur, hic in duodecim partes, vt à nobis ostēsum est, totidem signis redditas æquabiliter diuisus est. Eum sol annuo spacio metitur ita in vnoquo'que fermè mensis, spacio moratur. Sed signum quodlibet cum cæteris singulis habet mutuum conspectum, non tamen vniformem cum omnibus. Nā alij validiores, alij debiliores, alij quadrati, quos quartos, alij sextiles, quos sextantes iure appellauerimus. Signa enim diuersè se aspiciunt. Nam alia obliquè, alia rectè. Item signa, quæ, non comparis sunt naturę, sibi inuicem refragari quodammodo ab astrorum peritissimis dicuntur. Ob id Mannilius cecinit.

Triquetrus aspectus.

, Quinetiam proprijs inter se legibus astra
, Conueniunt, & certa gerunt commertia rerum
, Inquè vicem præstant visus, at'que auribus hærent,
, Aut odium, fœdus've gerunt conuersa'que quædam
, In semet proprio dicuntur plena fauore
, Et bellum sociata gerunt aliena'que sede.

Ob id igitur quępiam signa ab astronomis inter se diligentia alia diffidentia dicuntur. Diligentia, se triquetro, siue trino aspectu se aspiciunt. Odio autem se habere dicuntur, quę ex quadraturis, & quæ sibi refragantur ex opposito, signa enim obliquè orientia signis rectè orientibus parent, ac concordiam notant, vt est signum geminorum, quòd leonis signo obedit, Taurus Cancro, Aries Librę, Aquarius Sagittario, & id genus. Hic item aduertendum coelum partitum in. CCCLX. partes, qui numerus extensus per tres cœli partes ostendit triquetrum aspectum, quē trigonam radiationem alij vocitant: fit enim in signis, hoc est, in tertia parte zodiaci quæ constat centum, & viginti gradibus. Radiatio autem quàm appellitant quadratam, vulgarius quartam, alij tetragonam, fit per trium signorum intercapedinem, & gradus nonaginta: quò fit, vt à Plinio dicatur nonagenarius aspectus, quādo ait. EX QVADRATO SENTIT RADIOS AB XC. PARTIBVS, VNDE NOMEN ACCIPIT, &c. Fit hęc radiatio in quarto ab eo signo, à quo inchoatur, vt ab Leone, in Scorpiū: cum enim signum quoddā aspicit aliud quartum ante se, & post se, hic aspectus fertur quartus, quoniā teneat quartā partē. XC. hæc enim triū signorū est quantitas. Hic ne fuerit abiunctūm à proposito animaduertisse planetam si fuerit in aliquo signo, , radios illius in signis illis esse, quæ aspiciant ipsum signum, in compari gradu , ac minuto. Vt hoc peruium fiat cuique legentium, exemplo haud aspernabili

Aspectus nonagenarius.

vtemur. Esto enim sit mars in primo gradu arietis,& in primo minuto eiusdem, erũt radij illius in primo gradu signi libre,& primo minuto. Adde preterea aspectus multifariam accipi ad gradus æquales,& ad gradus æquinoctiales in circulo directo,vt scriptum reliquit Ptholemeus.L.prepositione centiloquij. Item radiorum proiectiones attende intelligi,ad ascensiones circuli directi:quando planeta, cuius radios proijcere volumus est in medio cœli,vel in angulo terre. Verùm nec de his verbosius. Nũc redeamus ad institutum. Antelatas ergo Pli. erraticas occultari solari radio prodit,quas & constat matutino oriri,ob id orientales dicuntur quando à radijs solis mane exurgunt,apparere enim incipiunt ante ortũ solis,quousque fiant soli oppositæ:hoc est,propinquiores circulo orizontis orientalis,cũ verò vna illarum trium superiorum oppositionem solis transire videbitur,occidentalis tunc dicetur. Venus verò,& Mercurius,quilibet eorum planetarum aliquo tẽpore quo suum epicyclum circuit soli coniungitur per directionẽ in superiore parte Epicycli,aliquis ergo eorum à coniunctione solis separatur in retrogradatione in inferiore parte epicycli,recedit à sole versus partem occiduam cœli:cũ verò separatur planeta à sole per directionem post occasum videtur,quare tunc vocatur occidentalis,quod innuisse videtur Pli. cum ait.

Aspectus multiplices.

Planeta orientalis & occidentalis.

MOX IN ADVERSO A PARTIBVS .CLXXX. EXORTVS VESPERTINOS, ITEM AB ALIO LATERE CXX. APPROPINQVANTE STATIONES VESPERTINAS, QVAS ET SECVNDAS VOCANT, DONEC ASSECVTVS IN PARTIBVS DVODENIS,&c. Graphicè dixit stationes secundas. Nam statio secunda, secundo significatu est arcus epicycli,ab auge vera,per eius oppositum vsque ad punctum stationis secundę. Tardos item dici planetas atque minutos cursu aduerte,quando linea veri motus eorũ tardius,quàm linea medij motus,aut cõtra successionem signorum incedit. veloces verò,quando celerius secundum successionem signorum mouentur. Notandũ præterea stationum signorum puncta mutabilia,primo vicinia ad oppositum augis equantis,item ad terram. Nam quantò magis epicyclus appropinquat opposito æquantis,& consequenter terre,tantò puncta stationũ fiunt propinquiora opposito apsidis ipsius epicycli. Item magnitudine Epicycli. Nam quãtò maiorem planeta habet epicyclum, tãtò pũcta stationum propinquiora sunt opposito apsidis epicycli:postremum,tarditate motus planetæ in Epicyclo non superantis motum eccentrici,quare non nisi vbi velociter contra successionem signorum incedit regreditur. Adde item venerem,& Mercurium, dici in recessu eorum à sole exire à radijs solaribus,ita,& dici occidentales. Planetę enim superiores cum semper exeunt à radijs solis fiunt orientales. Et à exordio retrogradationis, vsque ad oppositionem solis dicuntur orientales retrogradi. Ab oppositione verò solis vsque ad directionem retrogradi, Venus,& Mercurius,cum separantur à sole per retrogradationem. Subdit Plinius.

Tardi plantę

Veloces planetę.

Planetę retrogradi.

INFERIORES AVTEM DVAE, &c. Per has inferiores, Veneris, & Mercurij, stellas intellige. Nam hæc circum solis radios solem'que ipsum vti centrum itineribus coronantes, regressus retrorsum, & retardationes faciunt, etiam stationibus. Propter eam circinationem morantur in spacijs signorum:id autem maximè cognoscitur ex veneris stella, quòd ea cum solem sequatur, post occasum eius apparens in cœlo est,clarissimè que lucens, vesperugo vocatur,alijs autem temporibus, ante currens, & oriens ante lucem lucifer. Ex eo que nunquam plures dies in vno signo commorantur, aliàs celerius ingrediuntur in aliud signum, ita que non parili cursu peragunt numerum die-

rum in singulis signis, quantum sunt moratæ, transiliendo velocioribus itineribus, perficiunt cursum iustum, ita efficitur vtique quòd demorentur in nonnullis signis, nihilominus cum se eripiunt à necessitate morę, cito consequentur iustam cercinationem. Mercurij stella velociter volitat in cœlo: nam tricesimo die, & sexagesimo, per signorũ spacia currens, peruenit ad id signum, ex quo priore circulatione cępit facere cursum, & ita perequatur iter, vt circiter dies tricenos singulis signis habeat numeri rationem. Veneris autem stella cum est liberata ab impeditione solis radiorũ triginta diebus signi spacium percurrit, quo minus dies quadragenos in singulis signis partitur, quũ stationem fecerit restituit eam summam numeri in vno signo morata, ergo tantam circuitionem in cœlo quadragesimo, & octogesimo, & quinto die permēsa iterum in id signum recedit, ex quo prius iter facere cœpit. Sed ne obstrepera lingua offendatur lector, ad contextum Plinianum redeamus. MARTIS STELLA VT PROPIOR ETIAM EX QVADRATO SENTIT RADIOS, &c. Ex quadrato, Ex quarto aspectu, cuius iam meminimus. Et subdit siquidem. MAGNITVDINES SVAS ET COLORES MVTANT, &c. Magnitudo enim stellarũ se habet ad ratione circulorũ eccentricorũ, videntur autē nobis minui, quādo apsides habent altissimas à centro terrę, item hæc fiunt ratione signorum, quia quando sol est in initio cancri, tum est maxime remotus à terra, quia circulus solis altius eleuatur in eo, & maiori ambitu rotatur, ob diuersitatem centri deferentis solem à centro terræ. Hæc item perpendenda sunt ad ascensiones circuli obliqui, quoniam signa secundũ partes eorũ, & causas, & ortus, mutāt. Et cum sol vniformiter moueatur, & hic motus diurnus reguletur per circulũ equinoctialē, & moueatur sub zodiaco, cuius poli sunt his orizōtibus proximi interdum remoti, contingit varietatem ascēsionum fieri, stellasque remotiores, aliquando vero viciniores nobis apparere. Mutant autem colores ad appropinquationē, vel distantiā solis, & aliquando aeris affectione, vt quibusdam placet. Nā nec desunt qui dicant vaporibus terrę stellas affici, vt testatissimũ Ptholemeꝰ reliquit lib. apotelesmaton. Alij tamen, vt peripatetici, hoc respuunt, cœlũ ab hisce affectionibus esse penitus abiunctum ratione astruentes, quia physica ratio doceat vapores, non vltra stadiorũ sexdecim mensum surrigi. Subnectit Plinius.

Quadratus aspectus.

PRIMA CIRCVLORVM, &c. Græcis enim nominibus vtendũ est si non suppetat latinitatis locus, censura etenim decenti. Plinius apsidas vocat circulos paruos, apsis equidē à Barbaris, & bonarum artium expertibus, vocatur Aux, & oppositum eius, augis: quibus vocabulis astrorum peritissimi, vti assolent. Et paulò inferius ait. SVNT AVTEM Hi sui cuique earum alij quā mundo, &c. Sensus ita se habet. Erraticæ habent circulos sibi ipsis peculiares mundo, hoc est, nouæ sphęre, vel primi mobilis circulis absimiles. Nam plures habere orbes astronomi erraticas assertarũt, orbium enim pluralitas nō inuenitur in supremo cœlo, ac in superioribus cœlis, sed eorum quodlibet est vnum continuitate, reperitur tamen in septem planetarũ cœlis, orbium pluralitas, vt iam sumus præfati, sunt enim tres orbes cœli Saturni, ipsum cōponētes, duo sunt extremi absimilis crassitudinis, & medius vniformis habens iterum in se orbem paruum cui est planeta infixus, qui & Epicyclus fertur, ita se habet cœlũ Iouis, Martis, & veneris. Orbis autem solis medius paruum orbem epicycli non habet, cœli autem Mercurij orbes sunt quinque cum epicyclo planetam continente, constat igitur erraticas dissimiles habere orbes, quod & ait Plinius.

Apsis. Aux. Augis.

INQVIENS IDEOQVE DIVERSOS HABENT ORBES, &c. Deinde ait. QVONIAM TERRA A VERTICIBVS

TICIBVS DVOBVS, &c. Quoniam vt ait, Vitruuius, libro nono architecturę, in his locis naturalis potestas ita architectata est, collocauitque cardines tanquam centra, vnum à terra, & à mari in summo mūdo, ac post ipsas stellas septentrionum. Alterum trans contra, sub terra in meridianis partibus, ibique circum eorum cardinem, orbiculos, tanquam circum centra, vt in torno, perficit, qui

Poli. Grece πόλοι vocantur, per quos volitat sempiterno cœlum, per axis cardines extremos: axis enim cardines dixit, quoniam cœlum axe voluitur, estque linea imaginaria à polo artico transiens per cœlum ad polum antarticum, cum extremitates sunt duo puncta axem terminantia, quę dicuntur poli mūdi, super quos eo immobili permanente, rotatur cœlum spacio. X XIII. horarum, ab oriente, in occidentē. Centrum punctum medium sphęrę, in omni enim orbe medietas cētrum fertur, apsides exurgunt, medio puncto stellarum auges, vt ita loquar, exaltantur. Aduerte orbes apsidem, siue augem, deferentes super axe, & polis eclipticę, octauę sphæræ moueri motu eius, hoc est, in ducentis vno gradu cum. x x v i i j. minutis ferè, item solis orbes apsidem eccentrici deferentes moueri motu octauæ sphæ

Apsis solis. ræ, & sub ecliptica octauę reuoluitur apsis, siue aux, eccentrici solis. Adde hic apsidem solis, esse punctum circumferentię eccētrici, maxime à centro mūdi distans:

Oppositum augis. & dicitur longitudo longior, oppositum augis, esse punctum circumferentię eccētrici, maximè centro mundi propinquum ipsi apsidi diametraliter oppositum, & dicitur longitudo propior.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

IGITVR A TERRAE CENTRO, &c. Hic solerti ingenij examine differit: cur stellæ aliàs altiores, aliàs depressiores nobis apparere dicātur, ac terrę cōtiguæ. Hoc enim fit per motum orbis vniformis, inter duos orbes assimiles, moti: inter quos dum planeta peruenit ad punctū augis, est in maxima eius eleuatione à facię terrę. Cū verò est in pūcto apsidis oppositæ, est in maxima eius propinquitate faciei terrę, in punctis autem mediarum longitudinum, medio modo extollitur, velocius'q; pertrāsit signa, si sit in opposito augis, & tardius si in auge. Attendat item lector, quæ sumus in his sequentibus prōpturi in literas, mittat'que in digytos stellas quando'que ascendere in circum suum eccentricū, adeò, vt in superiori parte sui eccentrici, non distent ab apside, vel (vt barbare loquar) ab auge per. X C. gradus ante, vel retrorsum, lumen tunc apparet minus, ac minor stella quantitate eius'que cursus, tunc tardus est, ad motum centri Epicycli, verū quando est aliqua longitudinū mediarū sui eccentrici, distet'que ab apside, vel, vt dixi, ab auge per. x c. gradus ante, vel retrorsum, tunc est ęqualis lumine magnitudine, ac cursu, motus'que sui centri eccētrici, & cōpar cū medio motu ipsius, cū verò extra hæc fuerit, scilicet distans ab apside per. xc. gradus ante vel postice, tunc descendit, apparet'que lumine, magnitudine'que maior. cū verò augmentū stellę æquatū. c l x x x. grad. puta, quando additur æquatio augmēti supra mediū motū, tunc astrorū scientissimi auctā numero vocāt stellā: quādo verò augmētū ęquatū fuerit minus. c l x x x. gradus diminutam: item cū stella. V I. trāsili re nodū (Ita enī vocabulis poscēte materia vtēdū est) dicitur, deferētis sui cū ecliptica est septētrionalis ascendens, hoc est, augens latitudinem, donec fuerit elatus, ac dispalatus ab intersectione per. x c. gradus: cū verò elongatus plus. x c. gradus ab intersectione est septentrionalis descendens ab astronomis vocitatus: item hic

meminisse

meminisse iuuabit, stellas super alias aliquando eleuari, cuius rei Ptholę. LXIII. propositione affatim meminit: elatio autem hæc stellarũ super alias, est, vt sit remotio eius ab apside sui circuli breuioris, sed ad Plinianę lectionis perceptionem hæc sunt. Cum ergo Plinius ait. AD TERRAE CENTRVM HVMILIME AC PROXIME, &c. Quia tunc nobis viciniores apparent, hæc ergo fiunt ad rationem apsidum, Subnectit deinde.

NON QVIA ACELERENT NATVRALES MOTVS, &c. Qm̃ rata lege, moduloque stato, mouẽtur: sicut in rotis videmus radios: quia radij rotarũ, hoc est, bacillum apsidi iunctũ, & orbiculo superiori. Cum enim rota voluitur, alius radius exaltatur, alius verò deprimitur: ita fit in apsidibus planetarũ. Subnectit itẽ Pli. ITA'QVE ALIAS MAIOR, ALIAS MINOR MOTVS, &c. Non enim compari motu mouentur planetæ: vt iam à nobis ostensum est, hoc centri propinquitate agnoscitur. Altera autem sublimatum causa est, quia quando stellæ erraticæ habent suas apsidas altissimas à centro suo in alijs signis, quàm, in ijs quæ ante diximus, hoc est: quando Saturnus habet apsidas suas in. XX. parte librę, Iuppiter in. XV. Cancri, Mars ĩ. XXVIII. Capricorni, Sol ĩ Arietis pte. xx. Venꝰ ĩ pte Pisciũ, Mercuriꝰ. xv. parte Virginis, Luna ĩ quarta Tauri. Tũc ẽm̃ antelatę stellę; altissimos habẽt à suo centro circulos. Tertiam altitudinum rationem à mensura cœli fieri Pli. asfertat, non à ratione circuli, cœlum certè amplissimi esse ambitus liquet, potissimum cum constet. CCCLX. partibus. Altitudo enim erraticarum, fit prout cõsideratur signorum ratio. Quique enim circulus signorum, facit arcus obliquos per tria signa, vt sunt Taurus, Aries, & Gemini. Et ex altera parte, Libra, Scorpius, Sagittarius. quando enim signa oriuntur, efficiunt angulos rectos, super circulum orizontis: Hæc enim sunt voluenda animo, vt liquidior Plinianus contextus appareat. Item alia ratio harum altitudinum, à signifero, & ab eius obliquitate demanat: per signiferum enim erraticæ feruntur, quas vel euehit, vel deprimit, quæ causa fertur diuersitatis altitudinum. Pli. Venerem eum excedere binis partibus hic prodit. Plærique Plinium hic hallucinari, ac oscitanter de signifero differere asseuerant, quoniam neoterici astrologi, aliud sentire videantur. Subdit deinde Pli.

LVNA QVOQVE PER TOTAM ILLAM LATITVDINEM EIVS, &c. Luna, vtpotè per totam latitudinem zodiaci vagatur, non eam excedens, nec à loco constituto digrediens, quàmuis diuersas accipiat figuras: Sol item modulũ, ac statum non trãsgreditur, hinc Mannilius ait.

, Nunquàm transuersas Solem decurrere ad arctos,
, Nec mutare vias & in ortu vertere cursus,
, Auroram'que nouis nascentem ostendere terris,
, Nec lunam certos excedere luminis orbes,
, Sed seruare modum quo crescat, quo ue recedat.

Subdit Pli. SOL DEINDE MEDIO. &c. Quia non ęqualiter mouetur. Sunt enim qui putent hæc Plinij verba congruere coniunctioni latitudinis, quæ est, quando duo planetæ in vno signo commorari vidẽtur, fuerunt q́ue æqualis latitudinis ab ecliptica, vt latitudo vnius sit ascẽdens in septentrione, & alterius in meridie descẽdens, quæ nõ arridere videntur plęris'que, quamquàm id significasse videatur Pli. cum dicat. HAEC ERIT LATITVDINVM RATIO AD AVSTRVM DESCENDENTIVM, AVT AQVILONEM SVBEVNTIVM, &c. Quorundam sequentiũ meminimus superiore capite, quę nec fuerit alienũ iterare, quo hæc nodo gordiano implicatiora, lectori se liquidiora ingerent, prom=

Ascēdētes & descendentes. psimus ergo in literas ante lato Capite planetas alios dici ascendentes, alios descendentes, aliquādo auctos lumine, aliquando minutos. Item auctos numero, vel interdum minutos, quod adnuisse atque annotasse, videtur Pli. cum dicat hic.

QVONIAM TVM PRIMVM INCIPIANT DETRAHI NVMERI STELLAE'QVE RETROIRE, &c. Ad horum ergo notionem legito quae mandauimus memoriae, C. XV.

ET TRIANGVLO SOLIS RADIO, &c. Hoc est, radiatione triangula, siue aspectu triquetro: retrogradationis ita non minus scitè quàm luculētē meminit Vitruuius, ingenio clarus, libro nono architecturę. Planetę, inquit, qui supra Solis iter circinationes peragūt, sed regressus facientes morentur donec idem Sol de eo trigono in aliud signum fecerit, maximè cum perfecerint quod is inierit, tū non progrediūtur, donec sol de eodē trigono in aliud signum transitionem fecerit: id autem nonnullis sic fieri placet, quod aiunt solem cum longius absit abstantia quadam non lucis itineribus errantia per ea sydera obscuratis morationibus impediri. Nobis verò id non videtur, Solis enim splendor perspicibilis & patens sine obscurationibus est per omne cœlum, vt nobis etiā apparet cum faciunt hæ stellæ regressus & morationes. Ergo si tantis interuallis nostra species potest id animaduertere, quod ita diuinitatibus splēdoribusque astrorū iudicamus obscuritates obiici posse. Ergo potius ea ratio nobis cōstabit, quòd Solis splendor. feruor quemadmodum omnes res euocat & ad se ducit, vt etiam fructus ex terra surgentes in altitudinem per calorem videmus, non minus aquæ vapores à fontibus ad nubes per arcus excitari, eadem ratione Solis impetus vehemens radijs frigori forma porrectus insequentes stellas ad se perducit: & ante currētes veluti refrenando, retinendoque non patitur progredi, sed ad se cogit regredi, & in alterius trigoni signū esse, fortasse desiderabitur quid ita Sol quinto à se signo poti⁹ quàm à secundo aut tertio, quę sunt propiora, faciat in ijs feruoribus retētiones, id quemadmodum fiat si prompserimus in medium, haùd videbitur absonum. Eius radij in mundo vti trigoni paribus forma lineationibus extenduntur: id autem ne plus, nec minus est ad quintum ab eo signo, igitur si radij per omnem mundum fusi circinationibus vagarentur, neque extensionibus porrecti ad trigoni formam linearentur, propiora flagrarent. Id autem etiā Euripides græcorum poeta illustrissimus, animaduertisse videtur: ait enim, quæ longius à Sole essent, hæc vehemētius ardere. Si ergo res, & ratio, & testimonium poetæ veteris id ostendit, haùd puto aliter oportere iudicari, nisi de ea re, quemadmodum supra scriptum habemus: Iouis autem inter Martis & Saturni circinationē currens stella, maiorem quàm Mars, minorem quàm Saturnus, peruolat perficitque cursum. Itē reliquæ stellæ quo maiore absunt spacio ab extremo cœlo, proximamque habent terræ circinationem, celerius percurrere videtur, quod quæcunque earū minorem circinationem peragens sæpius subiens præterit superiorem. Quemadmodum si in rota, qua figuli vtuntur impositæ fuerint septem formicæ, canalesque toti dem in rota facti sint circum centrum in imo, adcrescentes ad extremum, in quibus hæ cogantur circinationem facere, verseturque rota in alteram partem, necesse erit eas contra rotæ versationem nihilominus aduersus itinera perficere, & quę proximum centrum habuerit celerius peruagari, quæque extremum orbē rotæ peraget, etiam si æque celeriter ambulet, propter magnitudinē circinationis, multò tardi⁹ perficere cursum. Hæc enim duximus prodēda, quo inferremus aliquid lucis Pliniano nubilo, vbi ita fertur.

Nota.

SICVT IN ROTIS RADIOS IDEMQVE MOTVS ALIAS MAIOR, ALIAS MINOR. &c. Et sequenti sermoni satis implicito, ita se habenti.

ET TRIANGVLO SOLIS RADIO INHIBENTVR RECTVM AGERE CVRSVM, &c. Ex PRIORE TRIQVETRO, &c. Ex priore trigono, ac triangulo, cuius ſatis commeminimus.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

PRIMVM IGITVR DICATVR, CVM SINT DIVERSAE STELLAE, &c. Prompta in medium ratione cur ſydera quępiam altiora, Alia verò depreſſiora videantur. His pendentibus Pli. rerum naturæ haud quàquàm indiligens, ſyderum catholica, hoc eſt, vniuerſalia, & promulgat, & palàm ſtudioſis bonarum artium facit. Ratio enim cur ſtella Veneris nunquàm lógius. XLVII. partibus, Mercurius verò. XX. à Sole diſcedant, eſt, quia illæ habent apſidas conuexas, vt iam ſuperioribus oſtenſum eſt, quare ad liquidiorem huiuſce capitis perceptionem antelata aduertenda ſunt. Verùm ad tenaciorem memoriam, haud fuerit abſonum quædam raptim mandare memoriæ. Quando enim aliquis trium ſuperiorum planetarum antelatorum tranſmeauerit oppoſitionem ſolis, dicitur iis planeta occidentalis ſineſtrę partis: non quòd ſit in parte occidentali cœli à Sole: ſed quia poſt Solem occidit. Venus verò & Mercurius quilibet eorum infra tempus (vt ita loquar) quo circuit epicyclum ſuum coniungitur ſoli, bis per directionem ſcilicet, in ſuperiori parte epicycli, Iterum per retrogradationem ſcilicet, in inferiori parte epicycli. Igitur aliquis eorum ſeparatur à coniunctionibus Solis in medio retrogradationis, puta, in inferiori parte epicycli recedit à ſole verſus partem occidentalem cœli. Cum verò ſeiungitur à ſole, eſtque tunc viſibilis ſub Lucano tempore ante Solis emerſum, tunc vocitatur orientalis dexter, quouſque amburatur à ſole, hoc eſt, ſoli iungatur in ſuperiori parte epicycli per directionem. Adde item eſſe diſcerniculum inter Venerem, & Mercurium, & tres ſuperiores ſtellas. Nam Venus & Mercurius aliquando in receſſu eorum à ſole ſub radiis, vt ita promã, fiunt orientales, & quãdoque in exitu fiunt occidentales. Planetæ verò cum à radiis emergunt ſolis, fiũt oriẽtales. & dicuntur augmentari fortitudine, donec ſeiungũtur à ſole per. XXX. gradus, & à. XXX. vſque ad. lx. dicuntur ab aſtronomiæ profeſſoribus fortes. Vbi verò diſiuncti fuerint à Sole vltra. lx. gradus, dicuntur orientales euntes ad diminutionem, vſque ad principium retrogradationis. Et ab exordio retrogradationis vſque ad oppoſitionem Solis, dicuntur orientales retrogradi. Et ab oppoſitione vſque ad directionem, dicũtur occidentales retrogradi. Hęc ergo non paulum candoris Pliniano contextui ſuggerunt, quare examinatè ſunt perpendenda, vt elucecat Plinianum dictum, huic capiti inſitum, ſubnectit item Pli.

Catholica.

NVNQVAM ID NISI QVADRATO STATIONEM FACERE, &c. Hoc eſt, niſi in quarta radiatione, ſiue aſpectu quarto, triquetro, trigono, ſiue trino aſpectu. lx. diſcreto partib⁹ qui numeris ſex angulas mundi efficit formas, hoc eſt numerus ſexaginta efficit ſextiles cœli aſpectus, ſiue exagonum aſpectum. Numerus enim ſexaginta, eſt ſexta pars circuli à nobis ſuperioribus antelati. Dicuntur enim ſigna ab aſtronomis ſe aſpicere, hoc eſt, omne ſignum aſpicit tertium ante ſe, & tertium poſt ſe, quod eſt vndecimũ, & hic aſpectus vocatur exagonus, ſiue ſex angulus, tritius ſextilis, ita nuncupatus, quia teneat ſextam partem circuli, hoc eſt. lx. gradus, & vt hoc compertius exploratiuſque

Sex angulę formæ.

Signa ſe aſpicũt q̃ modo

ploratiusque fiat Plinianæ lectionis studioso, non fuerit alienum exulcato, ac per= trito exemplo vti, Planeta qui fuerit in initio Arietis, aspicit eum qui fuerit in Ge= minis ante se, & eũ qui fuerit in Aquario post se, qui aspectus fertur amicitiæ. Sub= dit item Pli. Et inde fabula cernẽdi lynceo, hoc allusum est, ad lyncei fabulam, qui tanta oculorum acie claruisse fertur, vt vltra parietem viderit. Hunc tradunt hi= storici, Lunam nouissimam conspexisse, primamque, die ac notu. Diuidua Luna fertur, quum medio orbe cæsa est, hoc est, quando æqua proportione diuiditur.

CAPVT .XVIII.

COLORES RATIO ALITVDINVM TEMPERAT, &c. Et quia cum astrorum peri= tis negociari cœpimus, pergamus porrò breuib' quędam illorum scitâ contexere. Qui in philosophos aciem dirigẽ tes coarguere illos enituntur, qui censeant ijs placuisse vi= demus asseuerasse varios planetis inesse colorum modos, idque non diffitentur, vnde etiam natura queat iudicari in Saturno, inquiũt, premõstrat fuscedo terrestrem proprie= tatem, & bili atrę congruam Mars rubens igneæ qualitatis argumentum est, & ru= bræ bilis testimonium dictat, Venerem croceo & albo radiantem tum callidam intelligunt, tum humectam, & naturæ indicare temperamentum, in Ioue conie= ctant modo ferè eodem Lunam albicantem, esse humectationis indicium, quòd verò insit nigricãtis quippiam frigoris signum habent. Mercurij non vnam esse faciem, vt qui virorem quãdoque præferat, nunc fuscedinem, nunc aliud quid, sæ= pius tamen nigroris ostentare quiddam. Proinde cum terrena siccitate analogum habere schola peripateticorũ astipulatui astrologorum reffragatur. Nam nullã cœlestibus permixtionem coaptat, atque copulat, nisi lumen colorem quandam dixeris. Item subdunt astrorum peritissimi, Saturni sydus frigorificum, quia sit ab sole remotius. Item aridum, quia ariditatem parit lõgius à terra interuallum, Mar tem Solis propinquitas torret, ac arescere facit, Iouem temperatum reddit, huic Sa turni frigus illinc Martis incendium precipuè tamen calefacere, quia Martis & So= lis incumbat globis Venus, vt Luna, humecta est, quòd & ipsa luminis terræ copia authore Pthole. Vapores ascifcat, recipit tamen ex propinquo caloris vim. Mer= curius semper Soli adnexus arefaciendi potestatem inde comparat, humoris autẽ copiam tum ab Luna, tum ab terra, hæc enim sunt quę ex sanctario, ac penù Ptho= lemæi libro primo ἀποτελεσμάτων excerpsimus, quæ haud parum lucis ingerunt Plinianæ lectioni. IN QVADRATO, &c. In quarta radiatio= ne, siue aspectu quarto, Triquetro, Trigono aspectu, diuidua est æqua proportione diuiditur. Impletur autem. IN ADVERSO &c. Hoc est, cũ ple= na est. Nam Lunam dicimus in coitu Solis ardore corripi, cõuertique partem eius candentem proprietate quadam naturæ luminis, ad lumen trahendi, quo quidem tempore nostri auersam dicant eã, quæ enim non visuntur quæque latent ita nũ= cupari ab Mathematicis animaduertimus. Cum autem plena est, vt tota conspici possit, aduersa fertur. At Græci per diametrum hęc & dimetientem lineam obie= cta appellare solent. Verùm de ijs, nec verbosius, quare nõ fuerit alienum, alio in= genium reflexisse, potissimum quando capite nono fusius de ijs à nobis facta sit mentio, ad quòd recurrat lector, si de ijs vberius voluerit.

Saturni color.

Colores stellarũ

CAPVT .XIX.

SOL AVTEM IPSE QVATVOR DIFFERENTIAS HABET, BIS AEQVATA, &c. Errãtium ſyderum catholicis, ſiue vniuerſalibus adamuſſim enodatis, habita'que ratione cur eorum colores mutari videãtur. Nunc inequalitatis dierum cauſam pauculo verborum contextu perſtringit, ad quorum exploratiorem compertiorem'que intelligẽtiã quę ſumus præfati, in digytos mittẽda ſunt. Et quia dierum inæqualitatis, hic meminit Plinius, ſuppingamus quæ iutum eãt Plinij ſcita. Dies, vtpotè eſt reditio Solis ad meridianum cuiuſcum'que regionis, quæ reditio fit rèuolutione totius æquinoctialis, & ipſa ea parte poli quæ eleuatur in circulo finitioris ſphæræ rectè: Cur ergo dies longiſſimi fiant attendenda eſt ſolis in ſuo eccentrico maxima eleuatio, & ad aſcenſiones eleuationes'que ſignorum ad circulum meridianum, variantur certè eorum aſcenſiones in omni climate. Si igitur circulus Solis eſſet in ſuperficie æquatoris, & eſſet cõcentricus, nulla eſſet dierum diuerſitas. Sed quia Sol currit per circulum, cuius ſuperficies non eſt in ſuperficie æquatoris, & cuius centra diuerſa ſunt à centro æquatoris, eſt neceſſe ſequi diuerſitatem dierum. Hæc autem fieri ad rationem ſignorum eſt inconfeſſo. Nam propter obliquas ſignorum aſcenſiones, rectas'que fit ſignorum inæqualitas. Nam quæ ſigna tranſuerſa oriuntur, & recta occidunt, celeriores habent ortus, quàm occaſus. Contra, quæ recta oriuntur, & tranſuerſa conduntur tardius oriuntur. Cancri enim ſignum rectè oritur, inclinatum'que merſatur, licet in Capricorno parua inflexione curuetur, oritur tamen duabus horis, &. XXIIII. parte horæ, hora occidit & deunce, Leo duabus horis oritur, & dodrante, occidit hora & ſemis &. VI. parte horæ. Virgo oritur duabus horis &. xl. minutis. Similiter Libra occidit hora & minutis. xx. Scorpius verò vbi diminuitur ortu, occaſu augetur horis duabus, & xx. minutis occidit hora, & minutis. xl. Sagittarius duabus horis oritur, & minutis quinque occidit hora & deunce. Sed quę inuicem tranſuerſa oriũtur & recta occidunt, breuiores habent ortus quàm occaſus. Nam ex ijs quando Capricornus oritur hora vna, & deunce occidit horis duabus, & minutis quinque. Aquarius, oritur hora prima & minutis. xl. occidit duabus horis, & in. xx. Ex ijs ergo fit inęqualitas, quę dierum ſpacia, noctium'que diſcriminat. Nam quando Solis lumen eorum ſignorum principium, quę tardius oriuntur, ingreditur, dum ſequentia naſcuntur ſigna, diei prolixitas procreatur. Vbi verò Sol hæc tranſmearit, quæ cito orta tardius demerſantur diebus exiguis efficit noctes grãdiores. His ergo claret Solem quatuor habere differentias, quatuor inquàm, quæ regulantur ad duplicia æquinoctia, & totidem ſolſtitia. Quando igitur Plinius ait.

Dies.

Dierum inequalitas.

SOL AVTEM QVATVOR DIFFERENTIAS, &c. Intelligit ad rationem ſignorum tropicorum, quæ numero ſunt quatuor, Aries, Libra, Capricornus, Cancer. Hęc enim Sol permeans, aliquid dierum, vel noctium, vel deprimit, vel adiungit. Subdit iterum Pli.

Sol quatuor habet differentias.

BIS AEQVATA NOCTE DIEI, VERE ET AVTVMNO. &c. Hæ ſunt duæ differentiæ quas primo Soli aſſignarat, intelligens ſcilicet, æquinoctium, quod bis anno fit: tunc enim dies & nox horarum ſpacio æquales ſunt, ęquinoctium, inquàm, vernale, quod quarto idus martias fit, vel circa. viii. calen. Apriles, in octaua parte Arietis. Autumnale verò decimooctauo calen. Octobris, ad Vergiliarũ occaſum diebus quadraginta in octaua parte libræ, quod Pli. ſcitè expreſſit quando ait. OCTAVIS IN PARTIBVS LIBRAE ET ARIETIS, &c. Et ſubnectit.

Aequinoctiũ.

Vernale, Autũnale.

BIS

BIS PERMVTATIS SPACIIS, &c. Per quę Solstitia subtexuit, quæ duo sunt, hybernum, & æstiuum, illud facit Sol, quando transmittit octauam partem Capricorni, quod fit. VIII. calen. Ianuarij, quo tempore Sol altiores petit circulos. Hoc autem, quando Sol octauam partem Cancri transmittit, quod fit. viij. calē. Iulij, quo tempore Sol remeare incipit ad inferiores circulos. Ad autem perceptionem paulò cognibiliorem hāc, & ad facilius Pli. nubilum referādum non fuerit operę vacantis, ac leuioris: adnotasse duo esse genera dierum, qui alij naturales, alij ciuiles dici cōsueuerunt. Illi constant. xxiiij. horis partibus æqualibus ab occasu Solis ad alterum occasum, Ciuiles verò ab ortu Solis ad occasum cōstat duodecim partibus inęqualibus, at'que heæ duodecim partes hybernis solstitijs breuissimę sunt & tertia parte minores quàm illę, & quod sequēs est vincunt hybernas duabus quartis, siue quod idem est, dimidio, id quod significare voluit Vergilius hoc versu. Anne nouum sydus te mensibus addas, hoc est, Iunio, & Iulio, quibus horæ longissimæ sunt. At, vere Sole Arietem, autumno, Libram ingrediēte, pares sunt æquinoctialibus eædem'que ab hyberno solstitio ad æstiuū cum crescente die crescunt. Et quoniā singuli dies, ac noctes totius anni horis duodecim continentur, sexta diei hora semper est meridies, & prima incipit oriente sole, duodecima eodem occidente finitur, gratia exempli. Mense Martio cum ipsę horæ tēporales sint ferè pares æquinoctialibus, prima hora diei ciuilis est eadem cum tertia decima diei naturalis: secunda eadem cum quartadecima: tertia, cum quintadecima: quarta, cum sexta decima: quinta, cum decima septima: sexta, cum decima octaua, septima: cum decima nona: octaua, cum vicesima: nona, cū vigesima prima: decima, cum vigesima secūda: vndecima, cum vigesima tertia: duodecima, cum vigesima quarta: Illud igitur in literis sacris. A sexta autem hora vs'que ad nonā tenebræ factæ sunt super vniuersam terram: intelligendum est à decima octaua hora vs'que ad vigesimam primam diei naturalis, scitissimè (vt ad institutum reuertamur) Ergo Plinius dixit.

Dierum genera.

BIS PERMVTATIS SPACIIS, &c. Quia spacia horarum dierum, noctium'que permutantur secundùm rationem signorum tropicorum, vt iam diximus, Sole octauam eorum partem ingrediēte, quod solerter à Mannilio animaduersum esse constat, hoc carmine, libro. III.

, Regula quæ exactas primum formetur in horas
, Quæ segnem'que diem sedes perpendat & vmbras,
, Hec erit in Libra, cum lucem vincere noctes
, Incipiunt, vel cum medio concedere vere
, Tunc etenim solum bis senas tempora in horas
, Aequa patent medio, cum currit Phœbus olympo,
, His cum per gelidas hyemes submotus in astro,
, Fulget in octaua Capricorni parte biformis,
, Tunc angusta dies, vernalis vertit in auras.

Obliquitas zodiaci. Obliqua signa. Recta.

Inæqualitatis inquit causa obliquitas est signiferi. Trade memoriæ zodiaci obliquitatem dierum, ac noctium inæqualitatem efficere: quia quādo Sol obliqua signa, hoc est, obliquè orientia, vel adijcit, vel minuit. Aries enim obliquè oritur, Verùm Leo & Sagittarius rectè, ob igitur vel rectas, vel obliquas signorum ascensiones fit dierum inæqualitas: Quę inquit Plí. Recta in exortu suo consurgunt signa longiore tractu tenent lucem. Hoc enim patet habita Cancri ratione, quod signum Sole trāsmeante dies fiunt longiores: Vnde expressit Plí. longiore tractu tenent lucem. Quę verò obliqua sunt, ocyore transeunt spacio, argumēto est Aries, qui obliquè oritur, adde sex signa rectè oriri, Leonis, Virginis, Libræ, Scorpionis,

cancri Sagittarij, reliqua verò, obliquè oriuntur. Sequens caput facilè, quare à nobis omissum.

CAP. VIGESIMVMPRIMVM.

INTERVALLA QVOQVE SYDERVM Vt hæc Pli. fiant paulò apertiora Censorini assertionē hisperaccommodam censuerim hinc verborum attextui apponendam, quo plausibilior fiat studiosis politiorum literarum oratio. Ad hoc ait quòd accedit Pythagoras prodidit totum hunc mūdum musica factum ratione stellasque inter cœlum, & terram vagas quæ mortalium geneses moderantur, motum habere ἐυρύθμον, & interualla musicis diastematis motum habere cōgrua, sonitusque varios reddere, pro sua quoque altitudine ita concordes, vt dulcissimam quidem concinnant melodiam, sed nobis inaudibilem propter vocis magnitudinem quam non caperent aurium nostrarum angustię. Nam vt Eratosthenes geometrica ratione colligit, maximum terræ circuitū esse stadiorum. CCLII. millium, Pythagoras quot stadia inter terram, & stellas essent, indicauit, stadium autem in hac mundi mensura id potissimum intelligendum est, quod italicum vocitāt pedum. DCXXV. Nam sunt pręterea, & alia longitudine discrepantia, vt olimpicum quod est pedum. DC. item pithicum: pedum mille, igitur à terra ad lunam Pythagoras, putauit esse stadiorum circiter CXXVI. millia: idque esse toni interuallum, à luna autem ad mercurij stellam, quæ stilbon vocatur, dimidium eius velut semitonion hinc ad phosphoron quę est Veneris stella: ferè tantundem, hoc est, aliud semitonion, inde porrò ad solem ter tantum quasi tonum & dimidium, quod vocatur diapēte, à luna autem duos, & dimidium quod est diatessaron, A sole vero ad stellam Martis, cui nomen est pyrois tantundem interualli esse quantum à terra ad lunam: idque facere tonum hinc ad iouis stellam, quæ phæthon appellatur: dimidium eius, quòd facit hemitonion, tātundem à ioue, ad Saturni stellam, cui phanon nomen est, idem aliud semitonium, inde ad summum cœlum vbi signa sunt perinde semitonion, itē opinione Alfragani authore Alcabitio lōgitudo lunę à terra est. XXXIII. tantùm quantùm dimidium diametri terræ &. XX. pars eius eritque hoc. 10412. mil. & multa id genus, quæ idem ait.

Interualla.

CAP. VIGESIMVMSECVNDVM.

SED PYTHAGORAS, &c. Accuratissimos recunditioris literaturæ viros harmoniam cœlo assignasse à nobis cap. IIII. monstratum liquido est, haùd quaquàm tamen visum iri inamœnum reor. Si quæpiam modo superpōdij ac auctarij addiderimus, Musica haùd dubiè capi, omne quod viuit inde colligunt platonici, quoniam cœlestis anima, qua vniuersitas animatur, originem à musica sumpsisse asseuerant. Nec solum homo rationis compos verùm, & aliud animal rationis penitus expers musica, mulceri fertur. Nam, & strabo ingenio pariter, atque doctrina celebris, elephantes sono Tympanorum demulceri scriptum reliquit, quod, & Plutarchus confirmat plæraque brutorum deliniri ac affici musica asseuerans. Consonantiam nedum inferioribus, ve-

rùm, & ſuperius muſicam ineſſe teſtantur, rerum naturæ peritiſſimi. Nam Pythagoras tonon appellauit, quantum abſit à terra ad lunam, à luna verò ad Mercurij ſtellam ſemitonion, quòd aſſerit Plinius inquiens. Ab ea ad Mercurium ſpacij eius dimidium, hoc eſt, ſemitonion, à Mercurio verò ad Venerem ſeſquiplum, hoc eſt, hemioliō, quod tritius dixeris tonum vnum cū dimidio alterius, quòd nōnulli ſemitonion vocant. Subnectit item plinius.

ITEM SEPTEM EFFICI TONOS QVAM DIAPASON HARMONIAM VOCANT, &c. Hæc, quàm ſolertiſſimè refert, quia ſeptem tonis ſymphonia, ac vocum concentus fit, quæ alio verbo Diapaſon fertur, Symphoniæ profectò ſimplices ac primæ ſunt tres, quibus reliquæ conſtant, vna duorum tonorū, & ſemitonij habens diaſtema, ſymphonia hæc vocatur diateſſaron, alia trium, & ſemitonij, quam diapēte vocant. Tertia eſt diapaſon, cuius diaſtema cōtinet duas priores, eſt ſex tonorum, vt Ariſtoxenus memoriæ tradidit, vel quinque, & duorum hemitoniorum, vt Pythagoras aſſeruit. Horum autē affatim Vitruuius, libro quarto, item, Boetius, Macrobius, author reconditiſſimæ doctrinæ, Plutarchus, meminiſſe dicuntur, aſſerentes tria melorum eſſe genera, Enharmonicum: Diatonicum: Croniaticum, ait enim Plinius.

IN EA SATVRNVM DORIO MOVERI, &c. Hoc eſt, Saturnum moueri in ea vniuerſitate concentus, ſiue in harmonia, quàm Diapaſon vocitauimus dorio modulo, dorio dixit, quia dorius eſt ex ſpeciebus carminum ac ex genere modulationis, ſicut item Lydius, & Phrygius. His acceſſit genus aliud grauiſſimum, quòd hypodorium vocant, mox duo hypophrygij grauior, & acutior, deinde dorius medius, tum phrygius grauis, & alter excelſus: totidem lydij grauis, & acutus, tum meſolydij pari diuerſitate. Poſtremus Hypermeſolydius grauiſſimus. His enim conſtat muſicos modos, gentium vocabulis diſtinctos deſignatosque, etenim quò vna quæque gaudebat pro morum ratione eodem mo-, dus ipſe cenſetur nomine, delectationem vtique ſimilitudo conciliat, hinc nata, Phrygia, Doria, Lydia, Modulatio, Phrygium modum Barbarum appellat Por-, phyrio, eius proprium, vt inquit, Lucianus Eutheon, Lydij verò bacchicum. Do-, rij honeſtum, & graue, adijcitur à pleriſque ionicum, quod floridum intelligunt ac iucundum, in rebus ſerijs, priſcos inuenio dorium adhibuiſſe, non phrygium, neque lydium. Quare cum quid lætius, ac iucundius, vel dicendum, vel optandum eſſet, ab dorio dicebant in phrygiū, verò quid ſuper his Caſſiodorus prodit non, ſit alienum aduxiſſe. Dorius ait, prudētiæ largitor eſt, & caſtitatis effector, phry-, gius pugnas excitat: votum furoris inflammat. Aeolius animi tempeſtates tranquillat, ſomniumque ita placatis attribuit, Lydius intellectum obtuſis acuit, & terreno deſiderio grauatis cœleſtium appetentiam inducit, bonorum operator eximius: Lydiam tamen harmoniam Plato libro de rep. tertio, plurimū reprobat quę acuta ſit, & lamentationibus accommodata, prima enim eius conſtitutio fletus lamentationisque cauſa facta eſt. Nam Ariſtoxenus in primo de muſica, Olympū tradit in pythonis ſepultura ceciniſſe tibia ſecundum Lydium modulum funeralia. Hæc politicorum octauo Ariſto. de lydia mixte etiam comprobauit compoſitam, verùm & mediocriter afficere doricam retulit, phrygiam diſtrahere animum, ac rapere. Sed hæc dicta ſint, quò Pliniana illa fuſcedo, atque obſcuriuſcula ſententia niteat apertius. Et ſubnectit Plinius.

MERCVRIVM PHTHONGO, &c. Hoc eſt ſono, vox enim vel ſimplex, vel vtrunque emiſſa, vocatur phthongus, diſcrimē verò quo phthōgos acutior eſt, grauior autem appellatur diaſtema.

CAP. VIGESIMVM TERTIVM.

STADIVM .CXX. NOSTROS EFFICIT PASSVS, &c. Mūdi geometriæ profusissime Possidonium, Martianū Capellam, Macrobium, Ptholemę, meminisse liquet. Euidentissimis ac indubitabilibus argumentis ac dimensionibus constat terræ vniuersę ambitum, quę vbicun'que vel incolitur, vel inhabitabilis iacet, habere stadiorum milia ducenta quinquaginta duo. Item quadragies octies centena millia stadiorum, esse à terra vsque ad solis cursum, quo vmbram terræ diximus superioribus peruenire. Terra autem in mēdio cœlestis circuli per quem sol currit, vt centrum, locata est. Duplicatis & enim quadragesies octies centenis milibus erit integra diametros cœlestis circuli, nonagies septies centenis millibus stadiorum. Hanc autem summam quæ diametrū fecit ter multiplica, adiecta parte septima, & ita inuenies totius circuli per quē sol currit ambitum, stadiorum habere trecenties centena millia, & insuper centum septuaginta millia. Adde item ab astrologię calentissimis quantitatem totius diametri circuli signorū, id est octauę sphęrę esse .1 3 0 7 1 5 0 0 0. milliariorum, vt ita loquar, quorum vbertim Alcabitius meminit. Adijciam insuper, quod aliquid lucis inferat Plinianę lectioni, vapores non vltra mensum stadiorum sexdecim surrigi: animaduerte item, vt quantum est à terra vsque ad lunam, duplū sit à terra vsque ad solem, quantum'que est à terra vsque ad solē, triplum sit à terra vsque ad venerem, quantum'que est, à terra vsque ad venerem, quater tantum sit à terra vsque ad mercurij stellam, quantun'que est vsque ad mercurium, à terra nonies tantum sit à terra vsque martem, & quantum à terra vsque ad martem, octies tantum sit à terra vsque ad iouem, septies & vicies sit tantum à terra vsque ad Saturni orbem. NONNVLLI, (ait Plinius).

AVSI DIVINARE SOLIS AD TERRAM SPACIA, IMMO CERTE ALIARVM STELLARVM, &c. Nam longitudo lunę à terra est (vt diximus.) XXXIII. tantum quantum dimidium diametri terrę, &. XX. pars eius, erit'que hoc .10412. milliariorum. Et longitudo Veneris millesies centies, & vigesies, tantum quantum dimidium diametri terræ, hoc est .3640000. mil. Longitudo vero solis longior, tantum quantū semidiameter terrę, hoc est .3965000. huius autem magnitudinis, capit. XI. meminimus, quare de his hactenus.

CAP. VIGESIMVM QVINTVM.

COMETAS GRAECI VOCANT NOSTRI CRINITAS, &c. Hæc est Cometarū ratio. Vnde fatalis (vt plęris'que placet) & præsaga boni, vel mali oboritur dispositio, quare Lucanus iure cecinit.

, Ignota obscuræ viderunt sydera noctes
, Ardentem'que polum flammis cœlo'que volantes,
, Obliquas per inane faces crimen'que timendi
, Sideris, & terris mutantem regna cometem

Plęrique philosoforum, de horum generatione ratiocinati sunt, & quidē dubiē. Nā Anaxagoras, Democritus, & Apolonius, authore Seneca, libro naturalium, stellas comam habentes assertarunt esse quasdam stellas in orbibus inferioribus conglo-

batas,esseque mobiles modo aliarum stellarum. Alij vnam stellam memorię mandarunt, non plures alij impressionem in vapore humido, Seneca libro præfato cometem esse, prodit sydus, inter opera naturæ concretum, cuius natura sit ignita, Aristoteles verò compertius locutus est, asserens esse vaporem terrestrem, grossum, cuius partes sibi coniacent, paulatim ascendentem ab inferiore parte ad superiorem partem, quòd innuisse videtur Mannilius, quando ait.

Cometæ.

Aera per liquidum tractosque parire cometas
Rara per ingentes viderunt sæcula motus.
Siue quod ingenitum terra spirante vaporem
Humidior sicca superatur spiritus aura
Nubila cum longo cessant depulsa sereno
Et solis radijs arescit torridus aer.

Ptholemęus inter astronomię professores accuratissimus, in fine centiloquij plures esse species scriptum reliquit. Stellas has barbatas pogonias vocant, quoniam gręci πογόνον, dicunt barbā. Aliæ acōtiæ ferūtur, quia iaculi, sit mō ꝙ Græcę, ἀκόντιον vocant: dicuntur aliæ xiphiæ ab mucronis, vel ensis effigię. Aliæ ceratiæ à cornu quòd ceros nuncupatur, pithetes ab effigie dolij quod πίθον vocant. Sydus enim iure terrificum à Plinio fertur, portendit enim aliquando, vel æstus vel ventos, necnon bella, & tumultus subitos, quòd scitè animaduersum est à Mānilio, hoc versu.

Quin & bella canunt subitosque tumultus
Et clandestinis surgentia fraudibus arma.

Vbi enim iaculatur crines cometes ibi futurus est eius conatus, ac effectus, si verò teneat caudam immobilem, portendit regis proditorem futurū regno. Ex his nec fusius potissimum, quia antistes ille peripateticorum necnō, & Albertus magnus abundè de his deseruisse videantur. Sequentia autem capita nihil ambiguitatis capiunt, quo fit, vt discurrendum ad .XXXVII. cap. censuerim, vbi autem Pli. refert verba Cæsaris, inquiens. ID ORIEBATVR, &c. Vndecimam hic horā, pro tertia, & vigesima ītellige, sicut de duodecima, pro vltima hora diei.

CAPVT .XXXVII.

VIDI IN NOCTVRNIS MILITVM VIGILIIS, &c. Sunt qui putent Castora, & Pollucem geminorum esse signum, nonnulli Tindaridas vocitāt vti eorum soror Hælena Tindaris nuncupatur, Dionysius libro sexto antiquitatum scribit Castora, & Pollucem in pugna ad lacum regium apparuisse: forma angustiore ducentes equitatum Romanum, aduersus Latinos idem mox visi sunt sudorem ęquorum abluentes iuxta fontem iugurthæ, Hicque modo auctarij adijciēdum censuerim Castorem, & Pollucem dioscuros dictos, ab arte nauigantium, quo fit, vt Castoris, & Pollucis numen aduocēt nauigantes, quod insinuat Pli. inquiens id. POLLVCI ET, &c. Castoris ad nomen assignant eos qui in mari aduocant. ANTENNIS, &c. Lignis per transuersum in malo positis, quibus velum alligatur. Castoris, item & Pollucis, Seneca ita meminit in magna tempestate, quasi stellę cœlo incidentes, & tunc admirari se periclitantes existimant Castoris, & Pollucis numine. Hæc enim haud quaquàm paulùm cōferre videntur lectioni Pli. quare annexuimus. Hic ꝙ annectēdū esset capiti. xxx. iure admouisse videbor ꝙ illud breuissimū sit pauculis egēs emolumētis, vice tamē superpōdij adijciā, nūquā plures soles visos, sed

parahelios,

parahelios,hoc est,imagines ad solis latus vergentes:imago enim solis ad eius latus dicitur parahelius,quasi iuxta solem,tanta quidem est paraheliј cum sole similitudo,vt imago nomẽ retineat exẽplaris,& sol vocetur:in natiuitate enim saluatoris nostri perhibẽtur tris visi soles,quos non soles,sed parahelios fuisse dicũt,sed de his nec vberius. Arist. de his fusius pertractante,porrò Pli. Sęuam Helenam vocat,quia dicunt sydus Helenę,quòd & dicitur Vrania,quòd nautis sit aduersum.

CAP. TRIGESIMVMOCTAVVM.

HACTENVS DE MVNDO IPSO SYDERIBVSQVE, &c. Post vbi rerum naturę scientissimus Pli. quàm profusissimè, erraticarum,ac cœlestium non minus scitè,quàm festiuiter meminit, nunc de,quàm pręstantissimo elemẽto, sine cuius afflatu mortalium vita denegatur,disserit:quando id elementum sit,cuius omnes loci mutationes secũdùm naturam sunt,id autem medium inter cœlum,& terram fertur,ac inanitas plus multò habens admixtum raritatis,quàm cætera elemẽta inferiora. Aer enim partim ad terrenam,partim cœlestem materiam pertinet, iste verò aer,qui volucribus permeatur,ac stadiјs quadraginta,vt Possidonius ait,à terra distat,cum sit corpulentior,& exhalationibus humidis corporescat, terræ deputatur,quique multas ex se reddit species:Nam commotus,ventos facit:Vehementius concitatus , ignem,& tonitrua:Cõtractus,nubila:Conspissatus pluuiam:Cõgelatus nubibus,niuem: Distentus serenum. Aer,vtpotè tantum dignitatis sibi asciuit, vt meruerit cœlum vocitari,quare Homerus ille Mantuanus ait.

Aer.

, Maria ac terras cœlumque profundum.

, Quorum assertioni Augusti. adstipulatus est,inquiens,

, Huic autem cœlo in quo sunt luminaria ita vicinus est aer,Vt ipse cœli nomẽ acceperit,non solum sermone communi secundũ,quem dicimus serenũ, vel nubilũ cœlum. Sed etiam nostrarũ ipsarum consuetudine scripturarũ cum dicuntur volatilia cœli,cum aues in hoc aere manifestum sit volare. Adde loco superpondiј, disciplinã Stoicorum locum frigiditatis aeri attribuisse , quãquàm Empedocles aquę deputarit,stoicæ sectę rationes ita se habẽt. Quoniam sit ignis lucidus,simul & callidus,cõsequens videri,vt illi obiecta natura tum frigida sit,tum obscura. Vt enim lucido sese opponit tenebrosum,sic & callido frigidum : etenim sicuti confundit visum obscuritas,eodem modo tactum , & frigus:calor verò tangentis sensum diffundit vti videntis lumen. Proinde quia in natura principem tenebrarum vendicat locum, idem & frigiditatis vendicabit. Nam constat poetas nomine aeris tenebras intellexisse. Adstipulatur,& corruptionis ratio,quæ creditur trãsmutatio quędam in contrarium:item astruunt aquam concretionis expertem, sed vi aeris congelari, vt vero altissimum flumen est,ita congelationis nescium est, sed vi aeris ima altitudinis penetrare nequeũte. Hæc enim sunt Stoicæ rationes refragantes scholę Peripateticorum, astruantium aera non cõcrescere , nec nebulas esse concretiones,ac crassitudinem humecti aeris, & vaporosi, Aeris etiam abũde cap. .V. commeminimus.

CAP. TRIGESIMVMNONVM.

TEMPESTATVM RERVMQVE QVASDAM ESSE STATAS CAVSAS, &c. Palàm est procul dubio, tempestatum aliquas esse causas statas, siue constitutas, acrata quadam lege obuenire, quasdam verò quodam casu, & quasi præter naturam. Cõstituto enim temporis curriculo hyemes, ac æstates eueniunt, Veniunt item, & hybernę tempestates, vel æstiuę, prout sydera exercent motus suos, non solum hęc motu errantium stellarum, verùm cœlo hęrẽtium, hoc est fixarum, quod expressit Pli. Inquiens.

NEC MEANTIVM MODO SYDERVM HAEC VIS EST, SED MVLTORVM ETIAM ADHAERENTIVM COELO, &c. Emersu nam'que stellarum fixarum temporum varietates fieri, vel earum occasu produnt astronomicę consultissimi, sicuti occasu, vel emersu arcturi, vel vergiliarum, authyadum, quæ liquido Columellę rei rusticæ celeberrimi authoris assertione comprobantur eo, lib. quẽ de re rustica. XI. legendũ nobis reliquit. IX. Calend. Martij, inquit, prima nocte oritur frigidus dies, aquilone, vel coro, interdum pluuia. Item de vergilijs Octauo Idus Aprilis, vergilię vesperæ cælantur, interdum hyemat. Et de succulis subnectit, Pridie Idus Aprilis succulę cęlantur hyemat, his vtique diebus locis frigidis prima vinearum fossio ante Idus peragenda est, id vero hac parte credendum, & quidem constanter, hascè stellas fixas in temporum ratione non indigitari, vt ita loquar, quòd ipsarum, vel cauendos moneat influxus vel exoptãdos, quando nec astrologorum placita hoc continent, in quibus lectum est, per se illas nullarum omnino esse virium, nisi in cardinibus astituantur, item adde hic modo auctarij. Hyadas esse stellas septem, in cornibus Tauri, quod expressit Ouidius, hoc versu,

Hyades.

, Et simul inducent obscura crepuscula noctem
, Pars hyadum toto de grege nulla latet.
, Die micant tauri septem, &c. Et Mannilius.
, Pleiades hyades'que, fcri pars vtra'que tauri
, In boream scandunt.

Has nonnulli vergilias vocitant aut athlantides, tempestates scientes, hinc carmen illud Statij, nymbosum id sydus, vocantis.

, Nec per ægeas hyades pleidum nymbosum sydus, & olenijs dignum petijsse sub astris. Deinde subdit Plinius.

QVIN ET SVA SPONTE QVAEDAM STATIS TEMPORIBVS VT HAEDORVM EXORTVS, &c. Hoc est, aliud sydus constituto tempore ciens tempestates ac exoriens stata lege:

Hædi. Hędi oriũtur cum. xx. parte Arietis, quod palã fecit Mãnili⁹, hoc versu, lib. IIII.

, Cum'que decem partis aries duplicauerit ortus
, Incipient hæduli tremulum producere mentum
, Arcta'que tum demum terris promittere terga.

Hæc stella oritur ergo cum. XX. parte Arietis, aliquando cum. XXI. &. XXII. quæ partes in ventre Arietis figurantur. Horum ortus assueuit, vel ventos, vel pluuias inducere, hinc Homerus ille Mantuanus ait. Hędorum'que dies seruandi, & lucidus anguis. Et subnectit Pli. ARCTVRI VERO SYDVS NON FERME SIVE PROCELLOSA GRANDINE EMERGIT, &c. Arctur⁹ est in signo bootę, post caudã maioris vrsę. Martianus, booté, & arcthophilacem idem esse mandauit memoriæ, horum ita meminit Mannilius.

, A tergo venit arcthophilax, idem'que bootes,
, Qui similis vinclis instat de more iuuencis
, Arcturum'que rapit, medio sub pectore secum.

Oritur inter finem & principiũ Scorpij, alij cum quinta parte Sagittarij oriri produnt, alij .ix. calen. Martij.

CAPVT. XL.

NAM CANICVLAE EXORTV, &c. Canicula oritur, vt plærisque placet, septimo calen. Augusti: occidit, sed non tota post dies quadraginta. Hoc sydus æstiuis temporibus, hoc est, mensibus, in medio cętro cœli est, & dum Sol caniculam ascenderit, modo illa coniuncta fuerit Soli, duplicat calorem, & tunc dissolui corpora produnt: quidem sirium, alij procion vocant: est quidem omnium stellarum violentissima quod non ille pide à Mãnilio mõstratum est, hoc versu: Subsequitur rapido cõtenta canicula cursu. Qua nullum terris violentius aduenit astrum. Nec grauis cedit, non horrens frigore surgit. Hæc est certè sita infra hyemalem tropicum, & articum subterraneum, qui dicitur australis: ciet caligines æstuosas, authore Columella, libro nono. Tantæ malignitatis esse proditur, vt natos sub ea, posticæ amatores Veneris, siue puerarios efficiat: effrenes, violẽtos, impostores, fœdifragos, subdolos, nefandi, sceleris, ausores. Hoc etenim tãtæ obseruantiæ, ac plenum cærimoniarũ fuit antiquitus sydus, vt ab eius nomine augurium canarium dictum fuisse scriptum compererim: cui agendo constituerentur dies, prius, quàm, frumenta vaginis exirent: & antequàm in vaginas peruenirent, Rutilæ equidem canes immolabantur pro frugibus, deprecandæ seuitię causa syderis caniculę, veteribus memorijs proditũ esse hoc legimus, canicula exurẽte insulas cycladas, at'que inde sterilitate multa, ac siccitate consecuta caniculæ sacrificandum. Canes item sacrificabãtur ob rubiginem forte venturam, ac accessuram segetibus, & contra syderis huius violentiam agẽdum est, quod Ouidius innuisse videtur, hoc versu.

Canicula. Canum immolatio.

, Pro cane sydereo, canis hic imponitur aræ,
, Et quare fiat nil nisi nomen habet.

In verò rubiginem valere sacrificium canis, ostendit Columella, libro decimo, ijs carminibus.

, Hinc mala rubigo viridis ne torreat herbas
, Sanguine lactantis catuli placatur & extis.

Sed de ijs, nec verbosius. ORIGEM APPELLAT AEGYPTVS FERAM, &c. Oryx animal pręcipuè in Getulia nascens contueri Solis radios, ac adorare caniculam dicitur.

CAPVT. XLII.

NEC IMBRIBVS TEMPESTATIBVS'QVE, SED MVLTIS, &c. Hic Pli. Nedum imbres, tempestates'que statis temporũ ordinationib⁹ euenire, verùm etiam, quaspiã affectiones sydereo fluxu hominibus cõtingere: tãta certè nobis est, cum cœlestibus sympathia, quàm tritius consensum, dixero. Item exculcatum, ac peruulgatum ex promptarijs testatissimorũ authorum legimus. Inferna supernis ancillari: cœlique diuersa, à diuersis tum stellis, tum dijs, hoc est, angelis regi: Sed idẽtidem terras diuersis subesse

ſyderibus. Quin & cœleſtium rerũ periti terræ plagas, cœli zonis vrbes'que aſcẽdentibus accommodant ſignis. Item ſpiritus ſuperiores noſtris influere ſpiritibus: eo maximè argumẽto probari videtur, quod corporum ſupernorum poteſtate noſtra ſubinde agitẽtur, quòd ſi ſpiritus illi in noſtros agunt. Inſuper & in corpora. Corporis verò humani affectio vndecun'que fiat, eatenus redundat, in animam, quatenus tam cõparato, quàm naturali affectu ſeſe mergit in corpus. Porrò vim omnem, at'que virtutem ad nos demanantem, à ſuperioribus in bonum tendere aſtruunt peritiores, at'que aſtra nobis indere, vel affectionem, vel inculpatam vitam. Hinc Saturni grauitatem in triſtitiã rigiditatem'que labi. Martis magnanimitatem in audaciam temere ſeſe periculis obiectantem. Plato item philoſophorum ille antiſtes Octauo rei publicę: Cœleſtes quoſdam circuitus eſſe cauſas, vel fœcunditatis, vel ſterilitatis ait. Item quæ circa nos ſunt præparamentis quibuſdam cœleſtia ſibi vẽdicant. Nam cœlitus hęc facta ſunt, aſſidue'que regũtur: & illinc imprimis præparata ſunt ad illa, & quod maximum eſt, mundus ipſe animal, in ſe magis vnũ eſt, quàm, quoduis aliud animal. Si modo eſt animal perfectiſſimum, Ergo ſicut in nobis membri cuiuslibet, præſertim principalis qualitas, motus'que ad alia pertinet: ita membrum principalium actus, in mundo commouent omnia, & membra inferiora facile capiunt à ſupremis vltrò dare paratis, quo enim potẽtior cauſa eſt, eo eſt promptior ad agendum. Exigua igitur pręparatio nobis inſuper adhibita ſufficit cœleſtium muneribus capiendis, ſi modo quis'que ad id præcipuè ſe accommodet, cui præcipuè ſubijcitur, quo fit ſæpius, ſi credimus Aſtronomis, vt coniunctione quorundam planetarum, vel quid imprimis præpoſteri, vel commodi nobis accidat, hoc eſt, egritudines, vel quid huiuſmodi, ſtatis quidem temporum euenire curriculis, quare afflãtur ſydereo influxu, nonnulli: ſicuti ij, quos rude vulgus lunaticos vocitat, qui ſtato temporis interſtitio diuexãtur morbo, vi ſyderis. Item articulario morbo laborantes, prout Luna, vel decreſcat, vel aucta ſit, vel lumine, vel numero, aut potentia. Afflantur item, hoc eſt, vi ſyderis rapiuntur comitiales, ſiue apoplexia laborãtes, quàm caducum morbum vocant: quæ affecto authore Galeno, tertio de locis affectis, temporũ acciditinteruallis. Item vt teſtatiſſimum reliquit Auicenna ſecunda primi: contingit'que crebrius regionibus ſeptentrionalibus: quia ſint introrſum ſani & calore exuperanti. Hunc morbum lunaticum plæri que vocitandum cenſuerunt, quòd interlunio ęditos eo ferè corripi adnotatum memorijs veteribus ſit, alij coitu Saturni, ac Martis in ſede virginis, aut geminorũ, fieri ſcriptum reliquerunt. Ab hoc ſydereo influxu, ſyderatio dicta, quòd partem, aut totum corpus ſtupore quodã attonitum, ſubito conficiat, vel torqueat. Item ad arbores cætera'que inanimata transferri aſſueuit verbum antelatum, qui inſuper grauantur cephalea, immo eo quod Hemicraneum vocant, Lunę minutione afficiuntur, Haùd quàquàm vtique homines, ſed res ipſę ſurdę, hoc eſt, ignobiles: Itẽ & animalia rationis expertia ancilantur ſupernis. Argumento ſunt folia ſalicis, & eliotropia ſeſe ad normam Solis circumagentis gubernantia: Item pulegium, cuius vim alibi ſumus dicturi, tametſi radice herba hæc careat ſuſpenſa, ligno'que affixa, floret, hoc eſt, cur aſtronomi Eliotropium pulegum'que dixerunt ſolarias herbas, Lunari certè poteſtate augentur, vel oſtrearum, vel concharum corpora, rurſus minui liquet. Formicas etiã lunarem vim indicant, quoniam ceſſent interlunio, munia certe tũc (authore peripateticorum ſchola) deſinũt, remiſſioni ſeſe applicantes. Itẽ partibus pertenuibus, meatibus'que venarum, hoc eſt, febris ſoricum, lunares patent vires: nam numero dierum Lunę meatus venarum, vel harũſce partium equiparãtur, iis vmbilicum ſuppingam, alibi de ijs vberius dicturus, quando Pli. alibi dicat.

Lunaticus. | Afflari | Syderatio.

MVRIVM

MVRIVM IECVSCVLI FIBRAE AD NVMERVM LVNAE DIERVM, &c. Fibras hic intellige partes tenuissimas, vel tenues venarum meatus, per quos sudor affluit. Sequens ca. facile perceptu est: saltem mediocriter musarum sacris initiatis.

CAPVT .XLV.

ETSI IN NVBE LVCTETVR FLATVS, &c. Fulguris ratio multo copiosius ab Aristo. Alberto, A. Seneca, & penè innumeris aliis redditur. Hic tamen adnotandum, alia esse fulmina à priscis bruta vocitata, quę dicebantur nihil portendere, quasi inania, & nulla ratione venientia. Alia verò portẽdere, quæ nonnulli priscorum fatidica nuncuparunt. Et vt hoc paulò exploratius, compertius'que pateat: studioso compositissimę doctrinæ, animaduertendum tria horum esse fulgurum genera, postularia, pestifera, peremptalia: Postularia votorum, aut sacrificiorũ spretam religionem desiderabant. Pestifera, mortem, aut exilium denunciabant: Peremptalia superiorum fulgurum portentorum'que significationem. Authore autem Seneca, peremptalia interpretãtur fulmina, quibus sacrificia intermissa, aut non rite facta repetantur: quę portendebant quidpiam. Fatidica Pli. vocauit, quę verò nihil, bruta. Insuper Pli. asserat vẽtum dici qui in alto, hoc est, pelago est: redeuntem verò à mari tropeum. Adde tropeos dici vellicantes infestantes'que alios, conuertentes se ne deprehendantur: quare Suetonius ait. Interdum ferula flagro've, velut per ludũ excitabatur à tropeis: dicti à verbo τρέπω notante verto, Aristo. eos ventos Apogeos vocat, qui ex humecta perflant terra, quos Theophrastus matutino spirare prodit, Vapore refrigerato. Adde item appogea nauium retinacula dici, sicut epigea, At venti qui discissa concerpta'que prouolant nube, si discussionem crassitudini in sese contorserint τυφώνες vocantur, à nostris, turbines. Et quia capite. xlvi. quod raptim differitur, Echo meminit non obfuerit hic annectere summatim quod fuerit auctariũ capiti. Est enim echo, soni reflexio aere facta ob locũ circũdãtẽ, vt pila repulsa resiliente: Huius naturæ meminit Ouidius, tertio libro metha.

Fulgurũ genera.

Tropei

τρέπω.

, Ingeminat voces audita'que verba reportat.
, Hæc finit incipiat, sed quod finit, illa parata est,
, Expectare sonos ad quos sua verba remittat,
, Ante ait emoriar, quàm sit tibi copia nostri.
, Retulit illa nihil nisi tibi copia nostri.

CAPVT .XLVII.

SINE FINE VENTOS GENERAT, &c. Quisque mediocriter saltem musarum politiorum initiatus compertum habet, rationem, ventorum à pleris'que philosophia insignibus viris, pertractatam, nihilò secius nobis vitio non vertet lector compositioris literaturæ studiosius: si paululum super iis differuerim. Quàmobrem inter alia quæ ingenio singulari, doctrina'que nequaquam extrita, prõpsit in literas author Seneca illud insigniter obseruandum ingerit se modo de ventorum ratione, quod & appingam illius'que

illius'que authoris ob elegantiæ concinnitatem, iis apponam. Ergo ventos, inquit, Dedit summus ille rerum artifex, ad custodiendum cœli, terrarum'que temperiem, ad euocandas supprimendas'que aquas, ad alendos satorum, at'que arborum, fructus: quos ad maturitatem cũ diuersis aliis causis adducit ista iactatio in summa cibum attrahens, & ne torpeant permouens. Dati quo'que venti ad vlteriora pernoscenda: Quippe fuisset imperitum animal, & sine magna experientia homo rerum si circunscriberetur natalis soli fine. Dedit item ventos parens deus, vt cõmoda cuius'que regionis fierent communia, non vt legiones equites'que gestarẽt, nec vt perniciosa gentium arma transueherent. Hactenus de ventorum ratione finem complectãtibus ex Seneca. Cæterum cum scitu sit dignum scire vnde fieri assueuerit ventus, animaduertendum duplicem esse exhalationem, vt Aristotelis nos commonent placita, nec id obmisit Albertus. Vna quidem vapida, & humecta, altera verò fumida & arida, earũ neutra, sine altera inuenitur, at simul ambæ, Verò à dominante at'que exuperãte alterò, totum appellatur: Quę ita'que plus humidi habet exhalatio ea pluuiæ aquæ principiũ est: Quę autem plus aridi, principium creditur at'que causa materia'que vẽtorũ, reliquorum'que flatuum. Proin de ita finit Albertus, ventum esse vaporem terrenum, aeris superiora transcendentem & aerem ipsum fortius percutiendo impellentem. Porrò sicuti non omnis vtcum'que fluat aqua, fluminis dicitur: Sed qui fluendi principium fontem habet: ita nec flatus quidem omnis ventus nominatur, sed sui fluxus, tanquàm fontem habens principium. Nam ex terra suspirationes flatus quidem sunt, quod cõprobat hic Pli. quoniam flant, Venti nec tamen sunt dicendi, author idem est Albertus, vẽtum omnem fieri vapore frigido & sicco, Austrum verò esse calidũ, non exhalationis natura, sed loci. Sunt qui ventorum materiam esse opinentur calidam exhalationem, & aridam: nec tamen videri calidos ventos, quò d aerem moueant: qui multo & frigido vapore offertus agnoscitur. Omnis vtique exhalatio tam arida, quàm humida ob intestinum calorem euaporat, ac superna petit. Vnde sunt qui finiant ventum esse fluentem aeris vndam, cum incerta motus redundantia. Hic nõ mirari subit Plinium mira quędam dicta esse de Cyrenaica prouincia, ac de ora Dalmatiæ, quæ loca miram ingerunt mortalibus rem: ob ventorum vim. Nam addunt peritiores ventorum proprietatem miram in Lesbo insula apud Mitilenem obseruatam, vbi austro flante ægrotant homines: at coro vento, tussiunt, at septentrione in integrum restituuntur: vero frigore vrgente in angiportis, plateis've, cõsistere nequeũt: Ob igitur vim austri quæ tanta fertur in prouincia Cyrenaica rupes quędam sunt, vnde putant incolę ventos exire, sic & austro sacra, profanum'que est hominis manu attractari. Et vt aliquid lucis Plinii nubilo inferamus vbi fertur. QVI ASSIDVO MVNDI INCITATV ET CONTRARIO SYDEVM OCCVRSV, &c. Animaduerte hic ventos protolli, euocari'que ab oriente Solis vi, Iouia autem potentia à septentrione, quod cœlestium, stellarum potestate ista contingere cõtendunt, vt Lunari, ab occasu. Martia verò potestate, à meridie, sed & signa ventos producere scriptum relinquerũt: sicuti triangulum igneum: oriẽtales ventos, Triangulum terrestrę meridionales, Aereum, triangulum occiduos, Triangulum aquęum, septentrionales ventos prolicit. Item aiunt libram, dici vẽtorum signum, quòd Sole in ea constituto, vbertim Meridionali vento suppeditetur exhalationum materia, quæ omnia intelligisse, videtur Pli. his, sine disparili errãtium syderum ictu, radiorum'que multiformi iactu, per quæ radiationes syderum intelligit siue triangulum alicuius stellæ, nec solum hęc assignat erraticis verò stellis fixis, quare ait.

Exhalatio.

Vẽtus.

Flatus.

SIVE AB ILLIS COELO AFFIXIS CADVNT, &c. Nam emersu Vergiliarum, vel aliarum stellarum huiusmodi venti procreãtur: vt liquet Plinij verbis cap. xlix. huius libri, Sequens cap. facillimi est captus: quare iure à nobis illibatum.

CAPVT .XLIX.

VETERES QVATVOR OMNINO SERVARE PER TOTIDEM MVNDI PARTES, &c. Quanquàm antelatis ventorum rationem ad perpendiculum disseruisse videri possimus: genera tamen referanda suppetunt, quo ingenijs satisfaciamus: ad quæ intelligēda, annotādum genera quatuor præcipua: quatuor mundi partibus attributa. Nam in cōfesso est: limites regionesque cœli esse quatuor: exortum, occasum, meridiem, septentrionem: vltra tamen ea quæ ventorum genera diximus, ijs addunt adhuc quatuor, hoc est, octo numero binos cœli partibus asignantes, quare Pli. ait subsolanū ab oriēte æquinoctiali sufflat. Ad cuius dictū animaduertere: exortum & occasum, mobilia & varia esse, Meridiem septentrionemque perpetuo stare. Oritur enim Sol non idem semper, Sed aut æquinoctialis oriens dicitur, quãdo in circulo currit, qui vocitatur æquinoctialis, aut vt Grece fertur ἰσημερινὸς, hoc est, equidialis, aut solsticialis, aut brumalis, quæ sunt, vt Gelio placitum video, θεριναὶ τρόπαι & χειμεριναί .i. æstiua solstitia & hyberna. Item cadit Sol non in eundē locum semper, fit enim similiter occasus eius, aut æquinoctialis, aut solstitialis, aut brumalis: Qui ventus ergo ab oriente verno, hoc est, æquinoctiali, venit, vocatur Eurus: ficto vocabulo, vt etymologici dicunt, quod ab oriente Sole flat, is à Græcis Apeliotes fertur, à nobis subsolanus. qui verò ab æstiua & solstitiali orientis meta venit, latine aquilo, Boreas Grecis dicitur à boatu, quòd sit magni flatus. Horum abundè Gelius secundo acticarum noctium meminit, qui de Circio ita, & de quibusdam regionis familiaribus habet: Hæc sunt porrò alia nomina vētorū quasi peculiarium quæ incolæ in suis quique regionibus fecerunt, aut ex locorum vocabulis in quibus pollent ex aliqua causa, quæ ad faciēdum vocabulum acciderat, nostri Galli ventum ex sua terra flantem, quem sęuissimum patiuntur circium appellant, à turbine, opinor, eius, ac vertigine, Marc. Cato in libris originum eum ventū certium dixit, non circium. Hic enim prouinciæ Narbonensi peculiaris, attingēs Viennam vrbem; nec vltra progrediens Chelidon à nostris hirundo transfertur, quare visu harum auium ventus hic sufflare fertur: quem fauonium dicunt. Ornithiam, à verbo ornix, quo significatur ales, hinc ornithō, auiariū, Gręci enim ornithas aues dicunt. Quos prodromos appellant, quos tritius procursorios dixeris.

Circius ventus. *Chilidō ventus.* *Omnithia.* *Prodromi.* *Alciones.*

ALCHIONVM FOETVRAE, &c. Alciones aues authore eodem libro decimo maritimę, quarum abūdè Aristo. libro octauo animaliū, de quibus aliubi diffusius, ab ijs, dies dicti alcyonij, quibus mare tranare sit opportunum, quoniam id tranquillum & sine procella, vbi enim vndosum mare est, positis ouis alcyonum mitescere fertur, & omnes cadere ventorum procellę creduntur; flatusque aurarum quiescunt. ac fit mare placidum ventis, donec oua alcyone sua hęc septē fœtui addit dies, quibus decursis eduxit pullos: Illico alios septem adiungit quibus enutriat partus suos donec incipiāt adolescere, hos quatuordecim dies nautici præsumptę serenitatis obseruant, quos alcyoniadas vocant, ad quos allusisse Plinius constat, quando ait.

INDE

INDE NOMEN IIS DIES TRAXERE, &c. Subdit Pli. paulò inferius. SOL ET AVGET ET COMPRIMIT FLATVS. &c. Hæc sunt à promptario Aristotelico excerpta secũdo metheororum. Sol, inquit, sedat & cõcitat flatus. Tenues enim, ac debiles exhalationes vi redundantis caloris reprimit atque tabefacit, præter antelata ventorum genera. alia sunt omnibus nomine peruia, sicuti præster dictus amburens contacta pariter, ac proterens. At enim flatus qui cum aqua tumultuose profusa inhorrentes & fragosi feruntur Exhydriæ ab Aristo. dicuntur: Quicum'que verò in rectum proflant Entyopuri, vel euthyopuri. Ex violentis verò flatibus Catægis est desuper pulsans cum fragore. Thyella, hoc est, procella, flatus est cum tumultu valido afflans ex'que improuiso interflandum prosultãdum'que vehementer stridẽs, Lœlaps autem & strobilus est ventus, vel vt concinnius dicã, flatus reuolutus ex inferno loco sursum versus: Terræ autẽ anaphysema, hoc est, cum tumore sufflatio, ex imo flatus est, vel sese efflatione terræ eruptione facta attollens, præsteris venti meminit, Seneca, iis præster, inquit, est igneus turbo. In hac autem ventorum mentione, haud quaquàm omittendum ventos quandoque quod dixit Pli. sibi ipsis aduersos spirare: motu quodam reciproco sicut qui inde appellantur Palimboreę: veluti retrogrados dixeris Boreas, Theophrastus, nullius disciplinæ vberioris, ac bsucculentioris inscius: putat ista prouenire locorum, mõtium'que prominentia, quibus occursantes flatus cum nequeant transilire necessario repercussi, resiliunt. Et vt quid lucis Pliniano contextui inferamus. vbi cap. LVII. ait.

Præster Exhydriæ. Eutyopnos. Categis Thyella Lœlaps

Palimboreæ.

ET IN CIRENAICA PROVINCIA, &c. Scito in agro sycionio ventis structam fuisse aram sacrificii more noctem vnam occupãte modo quotannis: Sed & in fossis quatuor arcana fiebant, quædam placãdis à sacerdote truculẽtioribus ventis: reor præfatis cap. fore perceptu facilè, quare non sit absonum omisisse, tractaturi paulò difficiliora: Sed si copiosius de iis voles, adeas Aristo. libros, vnicuique eruditorum peculiarissimos, vel Alberti viri lectione physica exercitatissimi, ac aliorum testatissimorum authorum monumenta, quibus hæc ad vnguem, ac pertritè referãtur, & fulgurum rationes, ac violentiæ, cæterarum'que impressionum causæ promulgantur.

CAPVT .LIIII.

TVSCORVM LITERAE NOMEN DEOS EMITTERE FVLMINA, &c. Fulgorum genera paucula verborum serie subtili tamẽ & concisa præfato cap. Pli. absoluit. Seneca (ne id incursius quàm liceat transilire videamur) libro naturalium tria fulgurum genera memoriæ mãdauit: terebrans: dissipãs: vrens. Terebrans subtilem habẽs flammam, ideò per angusta foramina, & poros perquàm subtiles forat: nulla manente apparentia, ob eius flammæ suę tenuitatem. Dissipans globatum est, habẽs (authore Alberto, tertio Metheororũ) cõmistam virtutem spiritus coacti, ac procellosi: at terebrans fulmen redit aliquando per foramen per quod ingressum est, vel detruditur ad latus vacans: Dissipans non, nec perforat, sed rumpit ea quę percutit. Vrens fulmen multum habet grossi vaporis, magis'que terreum est, quàm igneum, vel flãmeum, quare magnas ipsius notas solet relinquere: Subtilius enim cõtẽta amburere potest, cõtinẽtibus illesis, quare pedem amburit calceo intacto,

vel

velquasi non tacto,quoniam sit pellis porosa ,ac meatibus quàm subtilissimis op
pleta,hoc est,cur aurum ęs'que,ac dolia,exinaniuntur vasis intactis,nullo'que vesti
gio relicto,quare minus mirandum subit dictum Pli.de Romanorũ principe Mar=
tia,cuius partus enectus fulmine fuit illa remanente superstite. Antiquitas(vt alio
, reflectamus ingenium)fulgura tonitrua'que Ioui attribuisse fertur, Iouem vt ait
, Seneca,regem vniuersitatis appellãs,qui deus deorum creditus appellatione est.
, Sed cum rerum omnium author diceretur,fulmina ei attribuẽda visa sunt, gene
ra item tonitrus tria esse memorijs veteribus scriptum reperio,Consiliarium,Mo
nitorium,aliud nomine status,quæ diuisio fuit augurum. Astronomię periti,Iouẽ
habere materiam ventorum siccorũ,ac violentorum, potestatẽ eleuandi produnt
potissimũ si coniungatur marti,tẽpore ęstiuo,& in signis aquilonaribus. Verùm

Tonitrus genera.

ne lõgius,quàm deceat abeamus,redeamus ad institutũ.Romani certè cęrimonia=
rum superstitionũ'que obseruantissimi,diurna fulmina attribuebant Ioui:noctur=
na verò Summano,Scio vt potè,multos etiã eruditiores lectiõe'que multiiuga ce
lebres ac peritos,quis Summanus deus fuerit ignorasse:quare,vt Plinio addamus
lucem,iure quidem appingendũ censuerim his,quid,Summanus sibi velit.Haùd
vitio versum iri nobis reor si ab antesignano , & quidem diuinorum doctrinę cõ=
, sultissimo authore versurã fecerimus. Aurelius ille Augustinus sacratioris elo=
, quij accuratissimus,libro Ciuitatis diuinę quarto,huius dei,hoc est ,Sũmani me
, minit non minus quidem scitè quàm concinniter Plinio,vt potè astipulans,hoc
, est,asserẽs fulmina nocturna ascribi Summano,Ioui verò diurna.Hũc autẽ Mar
, tianus author certè spectatissima lectione doctrina'que minime extrita ac ple=
, bea, Plutonẽ vocat libro secundo de nuptijs philologię. Summanũ vtique vo=
cant quasi summum deorũ maniũ. Vberioris ac succulentioris eloquentię author
ille Tullius in diuinationibus.Summanũ in fastigio Iouis optimi maximi de cœ
lo tactum fuisse testatissimũ reliquit. Cõstat itẽ Ouidium,huius meminisse,igno=
rasse tamen,quisnam is esset deus,quod carmine eius liquet,hoc.

Summanus deus quis.

, Reddita quis'quis is est Summano templa feruntur
, Tunc cum Romanis Pyrrhe timendus eras.

Plutarchus Appolinis nomine Summanum vel quasi summum accipit deũ. Ve=
rùm hæc sufficiant ad reserationem nodi Gordiani,nubilique Pliniani quàm abdi=
tissimi.Haùd puto nostras has racemationes iutum iri maiore cum ampliore'que
ratiocinatione fulgurum, quod potissimum multo copiosius hanc pertractet Ari
sto. addendum censuerim , id quoniam Pli. Tuscorum literarum meminit. Tu=
sciã,verbum,haùd afflatum poscere, celebrem fuisse regionem Italię sacrificijs
aptam,at'que cęrimoniarum ritibus. Nam hæc tanta faciendorum sacrificiorum
scientia floruit,vt Romani qui non seruandę tantum,sed etiam amplificandę reli
gionis cupiditate incendebantur,decem principum filios senatusconsulto singu=
lis Tuscię populis percipiendos sacrorum disciplinę gratia,traderent.

CAPVT .LV.

EXSTAT ANIMALIVM MEMORIA
SACRIS QVIBVSDAM,ET PRECA
TIONIBVS, &c. Et si Pliniana hęc lectio multum
ingeneret legentibus admirationis,quoniã persuadeat ful=
mina cogi vel impetrari hominis sententia. Quæstio cer=
tè diu agitata veteribus est , insit ne vis aliqua verbis,certa
quadam enunciata formula,hoc plerique astruunt,quoniã
& ipse rerũ princeps ac boni plenus deus,prefatiõe, quàm

breuissima seuocetur,& quodãmodo(si ita fas sit promere)eliciatur à cœlesti sede:quando,& Tullum Hostilium,quod ait Pli. Pisonis tradidere monumenta ex libris Numę eodẽ operatũ sacro Ioue elicere cœlo, quẽ & inde Elicium vocabãt.

Elicius Iupiter

Nonne scimus verbis alijs impetrantem,alijs depulsorẽ,alijs verò cõmendantẽ solitum precationẽ peragere? Cur vero,inquit Pli. primum anni incipientis diem lætis precationibus inuicem ominamur? cur publicis etiam lustris nomina victimas ducẽtiũ prospera eligimus,cur & fascinationibus adoratione peculiari occurrimus? Et vt hæc taceamus,constat serpentes recantari posse,atque contrahi Marsorum cantu,etiam in nocturna quiete. quod autẽ plus admirationis nobis affert, id est,quod videmus nominibus nil significantibus, vti in his excantamentis,argumento sunt verba Catonis,libro rei rusticę. Iamblichus ille inter Academicos cognomento diuinus,astruit nomina huiuscemodi nobis prorsum incognita inscitaque,habere tamen apud deos notiones suas. Nam,& quorundam significata nos esse assecutos diuinitus intellectu eorum insinuato,esse nihilominus modum in eis significandi ineffabilem, verùm de his alibi effusius: Quòd autem violẽtię cœlestes possint placari,vel verbis,vel quibusdam sacris,liquebit exaudito carmine Columellę,hoc.

Ipsa nouas artes varia experientia rerum
Et labor ostendit miseris vsusque magister
Tradidit agricolis ventos sedare furentes
Et tempestatum thuscis auertere sacris
Hinc mala rubigo viridis ne torreat herbas
Sanguine latentis catuli placatur & extis
Huic caput Archadici nudum cute fertur aselli
Tyrrhenus fixisse Tages in limite ruris.

Palladius item,libro primo rei rusticę,ita legendum de his scriptum reliquit. Contra grandinem,inquit,multa dicuntur panno roseo mola cooperitur,item cruentę secures contra cœlum minaciter leuantur,& multa id genus,vbi autem ait Pli.

Questores.

INTER QVAESTORES, &c. Quęstores,intellige deos quosdam nominatos,quoniam preesse dicebantur iudicijs exercendis,& maleficijs puniendis,quem maleficiorum iudicem appellare solemus quęsitorẽ,ob id Virgilius Minoem quęsitorem vocitauit,inquiẽs. Quęsitor Minos vrnã mouet, Tonantes vero dictos volunt,quoniam his tonandi potestas insit,vel quibus tonitrua,vt Summano,attribuẽtur. Seretrios verò dictos aiũt, quòd pacẽ ferre putarẽtur,nomenque hoc Ioui contributum,ex templo cuius quod Romę primo à Romulo ædificatum est. Sumebant sceptrum per quod iurarent,& lapidem,& silicem,quo fœdus ferirent. vnde Plutarchus author conspicuo ingenij acumine,à feriendo feretrium dictum ait. Sequentis capitis nubilũ his copulã dũ discutiẽdũ'q; censuerim,meminit enim moris sepeliendi vel condendi corpora,inquiens. Hominẽ ita examinatum cremari fas non est condi terra religio tradidit. Antiquissimum sepulturæ genus M. Tullius id esse,quo apud Xenophontem vtitur Cyrus. redditur enim corpus terræ,& quasi matris operimento obducitur,quo ritu sepultus sit Numa & sepulta gẽs Cornelia, donec è patricijs Cornelijs primus Sylla cremari voluit. Adde humatos dictos, ab antiquitatis obseruantissimis,quos humus iniecta contegit. Eum morem ius pontificale confirmabat. Nam prius,quàm,iniecta gleba esset,locus vbi crematum corpus erat,nihil religionis habebat,iniecta gleba tumulis corpus humatum dicebatur:& gleba tunc dicebatur,ac tum denique multa religiosa complectebatur,ad ritum allusisse videtur Maro,his versibus.

Quęsitor.

Feretri.

Sepeliẽdi mos.

Humati.

Eripe me his iniecte malis an tu mihi terram

Iniice,

, Inijce nam'que potes portus'que require velinos.

Cæterum vltimo non pretereũdum illud loco videtur, veterem fuisse Græcis morem cadauera comburendi, quòd à septentrionalibus diu ita seruatum animaduerto. Exustionis verò ratio non vna affertur, alijs certè opinantibus quod in nobis diuinum est igneo veluti vehiculo ad superna subnectum cœlestibus inseri, subsidente quod terrenum est; alij purificationem quandam intelligere maluerunt, quoniam sit igni quædam vis expurgandi. Nam & purgationes quas Chatarmos vocant, non citra ignem fiebant, verum de his hactenus.

Catharmos.

CAPVT .LVII.

EX HIS QVAE TERRA GIGNVNTVR LAVRI FRVTICEM, &c. Iure Platonem diuinę disciplinę consultissimum naturam rerũ parentum, rebus naturalibus abditas, & quidem miras indidisse virtutes prompsisse in literas scimus. Cõstat, vt potè, multas res multum miri, & quasi incredibilis habere, quarum ratio hominibus non est obuia, ob id Seneca ille sapientiæ, pariter at'que vberrimæ doctrinę author, libro, quem de quęstionibus naturæ posteris legendum reliquit, plęra'que, esse inquit quorum ratio reddi non potest, vt cur aqua nilotica fœcũdiores efficiat fœminas. Haud pauxillam quidem Plinij dictum legentibus ingerit admirationem, assertantis fruticem lauri non afflari fulmine, hoc'que à non paucis fuit experimẽto cognitum. Nam & Suetonius ille Tranquillus pressioris æloquentię vir, Tyberiũ Cæsarem gestare solitum lauream coronam, memorię tradit, ne fulmine percuti posset, quoniam id genus frondis non quatiatur fulmine. Sunt qui dicãt, asserãtque id fieri sydereo influxu, assertãtes laurum esse iouialem arborem, sicuti palmam phœbœam, laurum'que, qua virtute venenosa repellit, & fulgur. Fraxinus etiam venenosa longius arcet, phœbœa quadam virtute. Addunt lauro, vitulum marinum, cuius pelle cooperti, non fulmine feriũtur: item nec aquila hoc icitur, ioui que sacra fertur, quam'quã prodãt quidam illam ictam. Ex pœnu Cęlij, libro lectionum antiquarum, nono, vellicatim libatim'que, ficum non ici fulmine excerpsimus, cuius ita se habent verba. Accedit admirationi quòd inter frugiferas arbores ficus modo est ἄνανθεος, hoc est, flores non emittit, quòd vero non tangatur cœlo id vtique vel admaritudini acceptum referri oportet, id genus quippe non attingũt fulmina, quod vitulus marinus comprobat at'que hięna. Hæc ille. Subnectit Pli. AEDEM FERONIAE, &c. Feroniam attende fuisse deam nemorum, à ferẽdis arboribus, hinc Virgilius ait. Et viridi gaudẽs Feronia luco. fuit & feronia ciuitas sub monte Soracte, in quo eiusdẽ nominis dea erat, quam incolę mira religione venerabantur. Sequentia capita paulùm nubili habere constat, quo fit, vt pretereunda censuerim. Qui de armorum crepitu, & prodigijs alijs volet, adeat Val. Ma. Titulo, prodiogiorum, & Li. pluribus locis.

Laurus non icitur fulmine.

Vitulus marin⁹

Ficus.

Feronia

CAPVT .LXI.

ARCVS VOCAMVS EXTRA MIRACVLVM FREQVENTES, ET EXTRA OSTENTVM, &c. Fulgurum cęterorum'que cœlestium pẽsiculatè & examinatè habitis rationibus, minimè aspernabilibus iridis causas colores'que varios auspicari duxit non fore legentibus inamœnum Pli. assertans non minus scitè, quàm conciniter irin nihil vel boni vel præposteri portendere. Legimus nihilosecius irin, se ostẽtãte rubeo

Iris. albido adiuncto, haberi fertilitatis prognosticum: ratio verò est, quia cum rarior sit materia facilè peruincitur à sole, vt inde pluuiæ iuges, aut large consequi nequeant, quæ plurimum vbertati seminum officiunt, in iride certè visitur color rubeus albido permixtus, quia materia hic rara, & radius solaris fortior. Fiunt autem iridis colores in substantia perula, ac diaphana. Alius certè irin dixit, alius arcum varium. Sunt & qui arcum dæmonis, hoc est, intelligentiæ, vel sapientię dicant, astruentes in eo esse diuinæ clementiæ præsagium, quæ mundo cladem, igni vel aqua non videatur illatura, quod inibi rubens videatur calor: qui constet ex humido inflãmato, quo significetur humectam naturam non preualere, cum ignis in arcum suam vim proferat. Ceruleus verò color, qui & ipse indidem visitationem facit, constat'que ex aqueo indigesto, igneam vim non ita videtur procellę monstrare. Addunt item irin apparere nũquàm nisi vbi partim differenauerit, partim humoris persistat densitas, serenitatem verò ex calido prouenire ac sicco, quòd igneę congruit virtuti. Verùm si versuram fecerimus à Plutarcho super iis quę libro tertio, quem de placitis philosophorum scriptum reliquit, de iridis ratiocinatione haud quaquàm videbitur absonum. Eorum, inquit, quæ in sublimi fiant, quæ πάθη Græci vocant, nos dicere affectiones possumus, alia per hypostasim, hoc est, substantiam effici, cuius est modi imber, grando, & alia plura. Alia verò per Symphasim, hoc est, apparitionem, fit'que hoc modo visus, inquit, aut per lineas efficitur rectas, aut flexas, aut refractas: per rectas quidem, vt in aere, aut per lapides perspicuos tenuium siquidem hæc omnia sunt partium, per flexas lineas, in aqua. Tertius videndi modus in refractis est: sicut per specula, cuiusmodi est iridos affectio, humecta siquidem intelligenda est euaporatio in nubem transmutata, inde sensim in pusillas, humectantes'que aspergines. Cum ergo sol occasum petierit ex

Serenitas. aduerso eius irin spectari necesse est. Cæterum Aristoteles libro meteororum prodit, vt contingat iris, requiri prædensam nubem antequàm altera nubes sit rosida, quoniam in nube concipiatur iris quædam speculi similitudine. Rosida solis radium transmittit, densa repercutit. Hic modo auctarij adijciam, nonnullos prõ-psisse in literas irin lunaribus radijs fieri non posse, Aristo. non posse fieri negat. Nam luna modo plena, & ea in occasu, vel ortu posita: Et amplius annorum spacio quinquaginta bis tantum, id quod nulla ratione dici argumentantur eruditiores, immo bis eodem anno visam nocturnam irin experimentis probant. Quin & in aquilone luna in meridie constituta, nec vtique plena, sed ea phasi, quàm alibi amphicyrton appellari diximus, Plinius noctu fieri irin negat, quem, hic, hallucinari ac conniuere dicunt plærique, cuius assertioni refragatur Aristo. vbi autem ait Plinius.

QVOD TAMEN FATETVR NON NISI TRICESIMA LVNA POSSE, &c. Hic certè locus deluxatus est, truncus ac præposterus, male'que cusus, potissimum cum Aristo. asserat hoc fieri in plenilunio, hoc est, ἐντῃπανσελήνῳ id est, plenilunio, id'que contingere quartadecima luna ferunt. Vbi ergo legitur luna tricesima, lege quartadecima. Hunc, certè locum Hermolaus Barbarus oscitanter omisit, vt taceam alios qui in eandem pedibus iere sententiam. Addam irin, esse semicircularem neque semicirculo maiorem, authore schola peripateticorum, at'que tricolorem. Nec fieri in meridie, quanuis sint qui dicant fieri, sed à nobis non videri. Nam nec irin videt aliquis vltra tria millia passuum. Aduertendum irin nunquàm fieri ascendente nube, sed ad imum vergente. Irin item Seneca primo naturalium portendere aquam adnotauit, his verbis. Quãquàm (inquit) non easdẽ vndecunque apparuerit minas affert, à meridie ortus magnã vim aquarum ve-

het, vinci enim non poterunt vehementissimo sole, tantum est illis virium. si circa occasum refulsit, rorabit, & leuiter impluet, si ab ortu circa've surrexerit, serena promittit. Adde Arati dictum referentis irin geminam, pluuię esse presagium. His vmbilicum supingam.

CAP. SEXAGESIMVMQVINTVM.

SEQVITVR TERRA CVI VIM RERVM NATVRÆ PARTIVM, &c. Quãuis hæc lectio se lectori peruiam ingerat: sunt tamẽ scrupi haùd silentio pretereundi: quoniam scitu, lectu'que digni, quibusmodo superpondij, aliquid adijciẽdum censuimus his verbis Plinij. TVM, inquit, VT MATER OPERIENS NVLLO MAGIS SACRAMENTO QVAM QVO NOS QVOQVE SACROS Facit etiam monumenta ac titulos gerens, &c. Hic Pli. ad veterem ritum allusisse videtur sepeliendi, ac hominum sepulchra faciẽdi. Nã violasse sepulchra summum prioribus scęlus esse habitum, multis comprobatur exemplis, indicio sunt, quia sepulchra, vt opera publica putabantur, quoniam Sepulchrum.
commendentur religioni. Vnde legis vis ita se habet, vbi corpus demortui hominis condas, inquit lex, sacer esto, ad quam allusit Pli. sacros homines appellans: Plutarchus ille author ingenio versatili ac absolutiore doctrina clarus in Numa, mortuos, sacros vocitat quorum sacra sint sepulchra. Nam ex lege duodecim tabularum, vestibulum, aditum'que ad sepulchrum vsucapere non licuisse obseruatum est, sancitum'que lege, legimus: vt grauis multa irrogaretur, si quis bustũ, vel columnam violasset apud Athenienses, tãta cura sepulchrorum fuit, vt etiam peremptos bello si quis dux honestare sepulchro neglexisset, capite plecteretur. Apud hebręos lege cauebatur, ne hostem insepultum relinquerent, Romanorum quidem sepulchra ac maiorum nostrorum exquisitissimis delineamentis compacta visebantur, titulis'que quàm celeberrimis affixis, ad quæ omnia allusisse videtur Pli. inquiens. ETIAM MONVMENTA AC TITVLOS GERENS, &c. Haud quaquàm certè licebat antiquitus sepulchra maiorum nec violare nec quidem attingere, quòd & comprobat Vulpianus iurisconsultus, inquiẽs. Sepulchri (inquit) violati actio infamiam irrogat. Paulus quo'que ita scribit, rei sepulchrorum, violatorum. si corpora ipsa extraxerint, vel ossa eruerint, humilioris quidem fortunę summo efficiuntur supplicio, honestiores in insulam deportantur, aut relegantur, aut in metallum damnantur, hæc ille, Iure ergo Pli. sacros vocauit homines quòd videlicet eorum sepulchra sacra sint habita, & quia nobis fit sepulchrorum mentio: Addamus, nullam esse tam efferatã gentem, quæ non senserit sepulchrorum rationem habẽdam, prẹter quosdã, quos lotophagos populos appellauere, quos ex vltima barbariè dicant suorum corpora in mare abijcere, parum interesse dicentes humo, an ne aqua, an igne, dissoluerentur. Albani item curam mortuorum agere nephas credunt. Sabęi non magis corpora defunctorum curant, quàm stercus, hinc reiectos in sterquilinia reges suos legimus. Scythas, quibus erat moris, inter epulas honoris causa mortuos vorare Aegyptios legimus, pręsigni magnificentia, sepulchra construere consueuisse: siquidem sepulchra mortuorum, domos sempiternas vocabant, hi condunt im

mo & condiunt mortuos, deinde domi seruant. Pars ę cęra circumlitos condiunt, vt quàm maximè permaneant diuturna cadauera, vbi autem Pli. ait.

SI VLLI ESSENT INFERI IAM PROFECTO ILLOS AVARICIAE LVXVRIAE'QVE CVNICVLI inuenissent, &c. Inferos quidem his verbis sustulisse liquet, ignarus christicæ veritatis, quæ constanter, & verissimè quidẽ esse asserit, sed ex veteribus pauci hoc affirmant, Cymmerijs (vt aiunt) tenebris obuallati obseptique. Nam & M. T. in oratione pro Cluentio, falsa esse, quæ de inferis tradãtur ait, itẽ, & Seneca in consolatione ad Martiam. illa inquit, quæ nobis inferos faciunt terribiles, fabula est. Lucreti⁹ item de natura tertio, nõ alibi inferos statuit, quàm in hac vita, quòd nitet suo versu.

, Ad qui animarum etiam quęcun'que acheronte profundo
, Prodita sunt esse in vita sunt omnia nobis.

Mercurius verò ita de his scriptum reliquit, cum fuerit animę facta discessio, tunc arbitrium, examen'que meriti eius transiliet in summi dęmonis potestatem, is'que si delictorum illitam, maculis, vitijs'que oblitam viderit, desuper ad ima deturbãs procellis ac turbinibus aeris, ignis, & aquę, sæpe discordantibus tradet, at'que inter cœlum, & terram, mundanis fluctibus in diuersa semper ęternis pœnis agitata, raptabitur, vt in hoc obsit maxime ęternitas, quòd sit immortali sententia, ęterno iudicio subiugata: increduli enim post delicta cogentur credere nõ verbis, sed exẽplis, nec minis, sed ipsa pœnarum passione, hæc ille. His antelatis in meditullio terrę ac cœli astruit inferos Aurelius ille Aug. Fatetur se ignorare locum inferis attributum. Iudicatis inquit, de ijs quæ scripta non sunt in lib. vitæ, & in æternum ignem missis, qui ignis cuiusmodi, & in qua mundi rerum parte futurus sit, hominem scire arbitror neminem', nisi forte cui diuinus spiritus ostendit, verùm, hæc theologis nostris relinquantur.

CAPVT .LXVI.

SST AVTEM FIGVRA PRIMA, &c. Hęc fermè attigisse videmur capite quinto, haùd tamen versum iri vitio nobis autumno si huic cap. quid lucis inferamus, Auerrois accuratissimus sectæ peripateticæ assertor. Terram inter omnia elementa ignobiliorem haberi prodit, quæ rerum series, inquit, non modo in ijs visitur inferioribus, sed in corporibus cœlestib⁹. Nam libro animalium Aristo. ait lunæ naturam persimilem videri naturę terrestri, cæterũ sicut ignis naturę suę mobilitate, raritate, luciditate, in mũdi ratione qui ambiret maximè contulit, ita & terra soliditate insita ad media mundi compingenda perutilis, ac necessaria fuisse videtur, quàm deus tanquam chorũ aliquem diuini templi medium constituisse: Adijce item pythagorę assertionem,

Terra. qui terram ex stellis vnã dicebat, quòd Alcinous, & Plotinus confirmant, ille enim in cõmentatione de Platonis doctrina, ait, terram si vniuerso comparetur, esse veluti punctum, vel quasi stellam quandam minimam reliquarum. Propterea si concipias, esse te in sublimi quodam loco mundi, vnde subijciatur oculis terræ moles aquis circunfusa, & solis, & syderum radijs illustrata, nõ aliam profecto visum iri probabile est, quàm, ęqualis modo visatur lunaris globi species. Terrã Homerus ἀπειρόνα, hoc est, apirona, quia sit orbicularis. Cur mediũ occupet, cur've incumbat suo cardini, hoc est, terrę, capite quinto, disseruimus, quod legat lector.

CAPVT . LXVII.

INGENS HIC PVGNA, &c.
Magna apud eruditiores disceptatio fuit, sint ne antipodes dicendi ac ponendi, Diuus Augustinus, lib. ciuitatis Diuinę sextodecimo, nullos esse tradit, Martianus Capella esse prodit, libro sexto, & Cleomedes, ca. secũdo metheororũ. Item Mannilius poeta elegantissimus, ijs versibus,

, Altera pars orbis sub aquis iacet inuia nobis
, Ignotæ hominum gentes, nec transita regna
, Diuersas'que vmbras, læuaque cadentia signa
, Communeex imo lumen, ducentia sole
, Et dextros ortus cœlo spectantia verso.
, Nec minor illis est mundus, nec lumine peior.

In horum opinione est Lucretius, asserens nullos esse antipodes, hoc carmine, libro primo.

, Nec numerosa minus nascuntur sydera in orbe
, Illi cum videant solem, nos sydera noctis
, Cernere, & alternis nobiscum tempora cœli
, Diuidere, & noctes pariles agitare diebus
, Et vanus stolidis hæc omnia parturit error.

Lactantius, libro tertio, cap. nullos esse ait, esse tamen docet physica ratio.

CAPVT . LXX.

IAM PRIMVM IN DIMIDIO COMPVTARI MIHI VIDETVR, &c.
Neminem latere arbitror plæros'que, & ingenio conspicuo, ac doctrina exactissima authores, vbertim quæ hic Pli. promit in literas, disseruisse: Verùm ne pressioris eloquẽtię, doctrinæ'que quàm succulentissimæ studiosi lectores abscedent: quæ è sacrarijs testatissimorum authorũ præcerpserimus, in medium afferenda duxerim: quo etiam minus curiositatis nobis ingeratur: Quæpiam igitur sunt prælibanda, quo intercutaneam medulam hauriamus. Et quibusdam circorum rationibus recessis, commodiorem accedamus viam: Inter enim cœli circos, alios parallelos vocari scriptum reliquit, Martianus Capella: horum enim medius & maximus est æquinoctialis, duo extremitatibus vicini sunt, atque ideo breues: quorum vnus septentrionalis dicitur, alter australis: inter hos, & medium duo sunt tropici, maiores vltimis: medio minores: & ipsi ex vtra'que parte zonæ vstæ faciunt terminum: Preter hos, alij sunt duo coluri: quibus nomen dedit imperfecta cõuersio, vt Martiano placet: ambientes enim septentrionalem verticem: atque inde in diuersa diffusi, & se in summo intersecant & quin'que parallelos in quaternas partes æqualiter diuidunt, zodiacum ita intersecantes: vt vnus eorum per Arietem & Libram: alter per Cancrum, atque Capricornum, meãdo decurrat. Sed ad australem verticem, non peruenire creduntur. Duo alij sunt, Meridianus & Orizon, qui non scribuntur in sphæra, quia certum locum habere non possunt, sed pro diuersitate circumspicientis habitantis've variantur, item quin'que illi cinguli, quos scitè zonas dixeris, quibus'que terra cingitur, teneri'que cœlum testatissimum reliquit Maro. ij certè terram coronant, terra enim nona & vltima sphæra est, hanc diuidit orizõ, Circi.

hoc est, finalis circulus, cuius iam meminimus. Ergo terra, cuius nos partẽ incolimus sub eo cœlo, quod fuerit super terrã, & reliqua medietas sub illo, quod dum voluitur ad ea loca, quæ ad nos videntur inferiora, descendit. In medio enim locata ex omni sui parte cœlum aspicit. Huius igitur ad cœlum breuitas, quæ punctũ est: ad nos vera immensa globositas distinguit, locis inter se vicissim pressis, nimietate, vel frigoris, vel caloris geminam indepta inter se temperiem. Nam & septentrionalis; & australis extremitas obriget perpetua pruina: & ij velut sunt duo singuli, quibus terra diuiditur. Sed ambitu breues, quasi extrema cingentes. Horum vterque est impatiens habitationis, quia torpor ille glacialis, nec animalibus, nec frugibus vitam tribuit: illo enim aere animal nutriri dicitur, quo & herba. Medius autem circulus, cuius paulò superius memini: & ideo maximus æterno afflatu, vt physicis video placitum, assidui caloris vstus spacium, quod & lato ambitu & prolixiore occupauit nimietate caloris, facit id spacium inhabitabile. Inter autem extremos circulos antelatos, & medium circulum, maiores vltimis medio minores ex vtriusque vicinitatis temperatura temperantur: & ita fiunt habitabiles. Hæc enim sunt quæ de zonis dicenda suppetebant: horum item omnium Ptho. inter astrologiæ professores antesignanus. I. Alm. cap. III. abundè meminit: ex cuius promptario aliqua item perpendẽda veniunt. Is enim circulum ęquinoctialem, cuius iam à nobis facta mẽtio est, diei, & noctis æquatorẽ vocat, quòd tunc dies, noctesque sint eiusdem longitudinis per vniuersum, vbi Sol oritur & occidit: is est circulus quem describit Sol, raptu firmamenti per motum: videlicet diurnum, quando est in primo puncto Arietis, & eundem describit in eodem puncto Libræ: Idem author etiam vltra æquinoctialem, nõ esse habitationem scriptũ, reliquit: & si euidens experientia ei refragetur. Nam & Auicenna sub æquinoctiali habitationẽ esse assertat: quod & liquet quibusdam terris, vel si mauis insulis nuperrimæ ab industria regis Henrici portugalliæ compertis, quem locum terras nouas vulgus vocat, idem, terram habitabilẽ in quatuor diuidit partes: datque lineam quandam imaginariam, transeuntem ab oriente, in occidẽtem, per mediũ habitationis, adeò vt illa diuidat partẽ meridionalem ab septentrionali, quę distat ab æquinoctiali authore Heli. per. x x x v j. gra. secundũ quàm diuisionem distat ab vltima habitatione in septentrione. x x x. gradi. ita, vt tota latitudo capiat l x v j. gradus: & tanta est distãtia æquinoctialis vsque ad circulum arcticum immo. L X V I. grad. X X V I. mil. &. X X X. Longitudo enim lineę antelatę est. c l x x x. gra. Ijs perpensis, perpẽdatur & linea illa secari per medium, ita vt remaneant. x c. gradus, versus orientem, & alij. x c. versus occidẽtem. & item perpendatur vna linea transmeare per polos mundi, per medium sectionis lineæ antelatæ, ita vt discurrat per medium terræ habitabilis ad latitudinem. Prima enim linea dicebatur transire per medium terræ habitabilis ad longitudinem, duæ ergo illæ lineę antelatę diuidunt totam terram habitabilem in quatuor partes, iunguntur que loco intersectionis linearum, vbi est punctũ in medio terræ habitabilis, Hæc Ptholomei sententia. Subnectit deinde Pli.

Terræ nouæ.

OCEANI RAPINA IN INCERTO EST, &c. Quantum certè oceanus quo terra circunscribitur, ac ambitur terræ auferat, nec dictu quidem est facile, quãnuis sint qui dicant facilè, omne enim terræ corpus gemino eius ambitu circunflui physica edocet ratio. Cęterum eius prior corona per zonam terræ calidam meat, superiora terrarum, & inferiora cingens, Fluxum circi ęquinoctialis imitata. Ab oriẽte autem duos sinus refundit, vnum ad extremitatem septẽtrionis, ad australis alterũ. Rursusque ab occidente duo pariter enascũtur sinus, qui vsque ad ambas, quas diximus extremitates refusi occurrũt, ab oriẽ

te demissis

te demissis, & dum vi magna, ac impetu immenso miscentur, inuicem'que se feriunt: ex ipsa aquarum collisione nascitur illa famosa oceani accessio, pariter & recessio. Ceterum eius alueus tenet (vt plerisque placet) zonam perustam & tam ipse qui æquinoctialem in quem sinus ex eo nati: qui orizonta circulum ambitu suæ flectionis imitantur: omnem terram quadrifariam diuidunt. sed ne verbosiores pica videamur, canamus receptui.

CAPVT . LXXI.

MEDIAM ESSE MVNDI TOTIVS TERRAM, &c. Pluries à nobis astructum est, terram in medio, quasi fæx omnium sit sphærarum, quia si non media esset, contingeret minime bis æquinoctium fieri anno, vt scite, ac quàm lepidissime assertat Ptho. I. Alm. cap. quinto. Item si terra magis accederet ad vnum polũ quàm ad alterũ, contingeret lunares eclipses nõ posse fieri in oppositione Solis & Lunæ. Item inequalitas dierum, quos artificiales vocant, non æquaretur cum noctibus signorum oppositorum, ne'que Sol ageret motum suum ab oriente contra motũ primi mobilis: Quæ omnia concinniter à Mannilio fuere animaduersa, hoc carmine.

„ Qui nisi librato penderet pondere tellus
„ Non ageret cursus mundi, subeuntibus astris
„ Phœbus ad occasum & nunquàm remearet ad ortus
„ Luna vel submersos regeret per inania cursus.

Subdit deinde Pli. Et dioptræ quæ vel maximè confirmant: Dioptras animaduerti dici instrumenta geometrica, à perspiciendo dicta, quibus vtuntur astrologi ad quid solerter perspiciendum, visu'ue dirigendum: hinc dictam comperimus tertiam astrologiæ partem, dioptricæ, Solis & Lunæ cæterorum astrorum distantias huiuscemodi instrumentis, quæ dioptras vocant internoscentem. Inter quæ astrolobij est inuentio: quàm Synesius Ptholemæo attribuit: Cuius partes vagina ipsa continet tympana, in quibus æquinoctialis tropicique describuntur, circi quique alterius orizonti sunt anaphorici: Tum supra tympana quæ vocatur Aranea designatur, in qua zodiacus, & clara quædam sydera cernuntur: vt per noctem quota sit hora, quotum'que temporis momentum, reperiamus. Adde loco auctarij maiores dioptras, item dici, aquarum librationibus instrumenta apta, victruuio teste. Dioptrę

CAPVT . LXXII.

TRES AVTEM CIRCVLI, &c. Quàm exanimatissima perpensione, ac assertione quàm probatissima, terram globo similem à nobis astructum esse liquet. Iis pendentibus Plinius syderum inæqualitatem insinuat. Compertum quis'que (nisi male feriatus) habet, aliqua sydera terre tumore occultari nobis: nobis item apparere, vt claret eleuatione poli: quis esto, sit, sub equinoctiali, ille enim neutrum polorum videbit: verùm si elongetur ad septentrionem, polus tunc illi sublimior semper super orizontem apparebit, quànto plus ab æquinoctiali recedet: eadẽ est assertio si quis ab æquinoctiali recedat versus austrum tendens. Nam polus ille antarticæ regionis eleuabitur, &

polus septentrionalis deprimetur sub orizonte: Verùm si effusius de ijs quęras, volue cap. XI. huius libri, vbi de ijs affatim: globo igitur terræ quæpiam sydera nobis occidunt, hoc est, cur italia non videat canopum. Horum ita graphicæ meminit Vitruuius libro nono, cap. VI. Non, inquit, omnium syderum occasus, ne'que ortus possumus aduertere & oculis contueri. Nam vti septentriones circum axis cardinem versantes nō occidunt, ne'que sub terram subeunt, sic & circa meridianum cardinem, qui est propter mundi inclinationem subiectus terræ: Sydera versabunda, at'que latentia non habent egressus orientes super terram, ita'que eorum figurationes propter obstantiam terræ non sunt notę: huius autem rei est stella canopi, quę ijs regionibus est ignota, renunciantibus negociatoribus, qui ad extremas ægypti regiones proximas'q; vltimis finibus terræ incolūt, hæc ille. Cōstat igitur sydera non omnibus apparere, ꝙ & annotauit Mānilius lib. primo, hoc carmine.

, Sed stellis glomerata manent, mundun'que figurant
, Iccirco terris non omnibus omnia signa
, Conspicimus: nunquàm inuenies fulgere canopum
, Donec Niliacas per pontum veneris oras.

Canopum stella tantum claritatis illis regionibus, vt etiam die (vt aiunt) luceat.

CAPVT. LXXIIII.

Horoscopa.

VASA HOROSCOPA NON VBI'QVE, &c. In veterum monumētis obseruatum esse animaduertimus, vasa horoscopa dici, quibus commonstrantur, horæ, quę & eliotropia latini, vel græci, vel congrui sermonis vsu dici possunt, si Solis & vmbrarum ratione cōstent, quod quinto ciuitatis diuinæ Aurelius Augustinus prodit, porrò notationem horæ genitalis Horoscopon vocant: vasis ergo horoscopi horas vel diuidentis, vel præmonstrantis multæ sunt differentię. Nam aliubi se habent Romæ, aliubi Athenis. , quare Vitruuius libro nono, capi. octauo, ait. Nobis autē ab ijs separādę sunt ho, rologiorum rationes, & explicandæ menstruæ dierum breuitates. Nam'que Sol æquinoctiali tēpore Arietem, Libram'que versando quas ex gnomone partes habet nouem, eas vmbræ facit octo in declinatione cœli, quæ est Romę. Item Athenis quę magnę sunt gnomonis partes quatuor, vmbræ sunt tres, Ad septem Rhodo quin'que, Ad Tarenti nouem ad vndecim, Alexādrię tres ad quin'que. Cæteris omnibus locis aliæ alio modo vmbræ gnomonis æquinoctiales ab natura rerum inueniūtur disparatę, hęc ille, & multa id genus. Hic modo auctarij adde: horas ab

Horographię

horo, hoc est, Sole, vt ait Macrob. defluxisse, cum illius mot⁹ orbes moderetur, reliquos'q; temporum distinguat. Interualla item horum: annulum dici quòd horas contineat cōuersiones'que ex quo dictæ sunt horographię, quę descriptiones sunt quotānis factę, eorum, qui in ciuitatibus sunt: adijciam hemiorion dici dimidium horæ: suppingam denuo ijs horas inæquales Gręcis appellari καιϱικας hoc est, cęricas, nos temporales, dies verò ex aduerso æquales, antisios: sed redeamus vnde sumus egressi. Horoscopon astrorum periti, partem eam cœli aiunt, quę geniturę tēpore ab orientali parte cœli emergit in hæmisphærium nostrum, & ortus fertur:

Horoscopare Gnomō

Mannilius horoscopare verbo vtitur, pro horas diuidere Solis ratione, ac vmbra: Gnomonen, dici Vmbilicum, siue stilum vmbram Solis metientem, nemo est qui ignoret: Vnde ipsa vmbrarum ratio Gnomonicæ dicta, nōnulli peritorum partes quasdam architecturę cōcipiunt, ita, vt vna dicatur ędificatio, altera gnomonicæ,

postremò verò machinatio. Est & mechanicum canoniū gnomon, & geometrica figura. Athenis etiam gnomones dicebātur magistratus: inter enim scientes dicuntur gnomici, & gnostici.

CAPVT . LXXV.

SIMILI MODO TRADVNT IN SYENAE OPPIDO, &c. Haud vbique esse vmbras argumēto locorum liquet. in Syenę enim oppido: Vrbs enim hæc in confinibus ethyopiæ atque ægypti supra Alexādriam, versus meridiem quinque milibus stadijs, sub tropico Cācri directè locata: vnde Sole existēte in Cancro medio solstitij die supra verticem ciuitatis cadens, nullam prorsus in ea vmbram facit, cuius ita meminit Macrob. Aduersus austro apud nos Sol esse non poterit, cū nunquàm sanè septentrionales attingat, quoniam pars illa exustæ, quę temperatę vicina est, admittit habitantes illic, hoc est, trās tropicum, quęcumque habitantur spacia vmbram mittunt in austrum eo tēpore, quo Sol Cancrum tenet. Tunc enim fit Sol ei septētrionalis cum tropicum tenet, quòd ab illis ad Septentrionem recedit. Ciuitas autem Syenæ quæ prouincię Thebaidos est, post superiorum mōtium deserta principium est: sub ipso æstiuo tropico cōstituta est: & eo die quo Sol certam partem ingreditur Cancri hora diei sexta, quoniam tunc Sol super ipsum ciuitatis verticem inuenit: nulli illic potest in terram de quolibet corpore vmbra iactari: Sed nec stilus hemisphęrij monstrantis horas, quem gnomona vocant, tunc potest vmbram creare. Subnectit Pli. RVRSVS IN MEROE, &c. Deluxati codices male Merope habent: Meroe insula Nili est, de qua alíubi, ait item Plinius ea loca appellari Ascia. Ascia dici cōperio, quasi sine vmbra: quo fit, vt pugna vmbratilis & quę sub vmbra fit: dicatur Sciamachia: quànuis à Galeno & Paulo Aeginita primo medicinæ, genus dicatur exercitationis.

CAPVT . LXXVII.

SIC FIT, VT VARIO LVCIS INCREMENTO, &c. Astruit hic dies non eodem se habere modo: quia aliubi grādiores, hic paulò breuiores, illic diuersi: quę cōprobat argumēto insulę cui nomē inditū est Meroe quàm Cābises nomine sororis ita appellauit: quę eñ hic Pli. in literas prōpsit, parū authoritatis legētibus suggerūt, q̄ quàm sint qui Pli. applaudāt authores nō quidē vulgarię, nec dilutę auctoritatis: verùm plurib⁹ colligit argumētis Pli. incuriose de ijs disseruisse. Ratio enim sphærica deprehendit eos qui polum articum pro vertice habent: etiam æquinoctialem habere: pro finitore circulo, qui verò habent æquinoctialem, pro finitore, necesse est eos nullam noctem habere, sed diem perpetuū: quo ad Sol per signa mearit septētrionalia, quod fieri solet ab æquinoctio verno ad alterū æquinoctium. Et vice versa, perpetuam noctem, quo ad Sol per signa australia cursum faciat, hoc est, à Libra ad Arietem. Pli. autem non ab ęquinoctio verno ad autumnum: sed à solstitio ad brumam fieri hic assertat. Strabo, author celeberrimi nominis & doctrinæ compositissimę, libro septimo. Pli. refragatur. Martianus autem Pliniano astipulatui adhæret, libro sexto, ijs verbis. In Britannia noctes decem & septem horarum, solstitiali verò tempore cum cœli verticem Sol inuectus subie-

ctas lenorsum

ctas leuorſum terras ꝑpetui diei cõtinuatione colluſtrat. Item'que brumali deſcẽſu ſemiannuam facit horrere noctem, quòd in inſula Thyle Pytheas Maſſilienſis aſſeruit: cuius aſſertioni refragatur Mela Pomponius, ac Solinus, ſolſtitio brumali nullos penè dies in inſula Thyle eſſe ſcriptum reliquit. Hæc inſula in oceano inter ſeptentrionem & occidentem vltra Britanniam eſt.

CAPVT .LXXVIII.

Horologiorum ratio & genera.

Sciatheras.

Sciathericon.

VMBRARVM HANC RATIONEM, &c. Ratio vmbræ inueniendæ, ac cauſa gnomonica ab rerum cœleſtium peritiſſimis dici aſſolet, quàm inueniſſe Anaximenem produnt, qui & primo horologium ſolare, quòd noſtri vulgo quadrãtem dicũt, Lacędemone oſtẽdit: hic animaduertẽdum cenſuerim quod Vitruuius induſtria pollens, ac ingenio quàm ſubtiliſſimo, libro nono, teſtatiſſimum reliquit. Is enim plura horologiorũ genera tradit memoriæ, quæ huic ſeriei non fuerit alienum admouiſſe. Hemicyclium exacutum ex quadrato ad enclyma ſucciſſum Beroſus Caldeus inueniſſe dicitur: ſcaphã ſiue emiſphęriũ Ariſtarchus Samius, idem etiam diſcũ in planitia, Arachnẽ, Eudoxus aſtrologus, Plinthũ, ſiue lacunar, ꝙ etiam in circo flammineo eſt poſitum, ſcopas ſyracuſus προσπανχλύμα, Teodoſius & Andreas patrocles: Pelecinõ, Dionyſioporus Conum, Appolonius pharetram, alia'que genera: & qui ſupra ſcripti ſunt & alij plura inuenta reliquerunt, vti Gonarchen, Engonaton, Antiboræũ. Item ex ijs generibus viatoria penſilia vti fierẽt plures ſcripta reliquerũt: hęc ille, & multa id genus. Sciatherã dicunt Gnomona, cuius vmbra intergnoſcũtur horæ: quare Sciathericon horologium ſolare: quo horæ per vmbram Solis nobis apparẽt σκιαθέρας .i. ſciatheras, eſt inſtrumẽtum gnomonicum, quo architecti metandis vrbibus vtuntur, quare σκιατῆρας, hoc eſt, ſciathiras, gnomon dicitur .i. vmbræ indagator, & ſciathericon, vt hic, horologiũ, hoc eſt, vmbrę indagatoriũ.

CAPVT .LXXIX.

IPSVM DIEM ALII ALITER OBSERVARE BABILONII INTER DVOS SOLIS ORTVS, &c.
Clariſs. grauiſſimorũ'q; authorũ monumentis proditum eſt, diuerſa dierum genera à priſcis cõnumerata. Et quia hæc cuique obuiam fiũt, ſuccinctius quàm fieri poterit, de ijs differendum cenſuerim, quæ tamen à mutis magiſtris vellicatim ſubſultim'que hauſimus, promemus in lucem: Naturalis enim dies (vt Cenſorino placuiſſe video) eſt tẽpus ab oriente Sole, ad ſolis occaſum, cuius cõtrarium tẽpus eſt nox: ab occaſu Solis ad ortum. Ciuilis verò dies vocatur tempus quod fit vno cœli circunactu: quo dies verus & nox cõtinetur, vt cum diximus aliquem dies triginta vixiſſe, relinquitur etiam noctes intelligere: huiuſcemodi enim dies ab aſtrologis, & ciuitatibus quatuor modis definitur. Babilonij quidem à Solis ortu ad exortum, quod ea Pli. aſtruxit, eũdem diem ſtatuunt. At in vmbria plærique à meridie ad meridiem: Athenienſes ab occaſu Solis: ad occaſum Romani à media nocte ad meridiem noctẽ diem eſſe exiſtimarunt, iudicio ſunt ſacra publica & auſpicia magiſtratuum: quorum ſi quid ante medium noctis actum eſt: diei qui præterit aſcribitur, horum abundè Cenſorinus.

CAP. OCTVAGESIMVM.

CONTEXENDA SVNT HIS COELESTIBVS NEXA CAVSIS, & Homines alios alijs moribus aliáque natura constare, & nasci pro regionum varietate consultissimi rerum naturæ memoriæ mandarunt. Ob id Iulius ille Maternus, non absone ait, quedam corpora gentesque, ita à cœlo formata, vt propria sint morum vnitate perspicua, compertum quisque habet inferna corpora supernis subijci, ob id ex cœli aeris que crassitudine varios hominibus mores inesse animaduersa regionum qualitate palàm est, quarum proprietas, varias gentes, & morum, & corporis disparitate formatas efficit. Hinc scythę immanis ferocitatis dicuntur, Galli animo regali, & nobilitate perfulgidi, Syri auari, & id genus, quare ab Lucano ita dictum est,

, Quicquid ad æoos tractus mundique teporem
, Labitur, emollit gentes clementia cœli
, Omnis in arctois populus quicunque pruinis
, Nascitur indomitus belli, & mortis amator.

Hæc ergo efficit vel cœli rigor, vel clementia, harumsce igitur gentium dispositio fit ad regionis ingenium. Constat autem Aethyopas nigrore infectos, propter viciniam zonæ torridę, horum vtique nigriciem omnino exustioni, & superficiali calori qui non in corde resideat, sed in extremis supernatet Alexander putat ascribendũ: cui rei argumento illud, esse populos illos qui æstuosissima incolãt, timidos item esse ac effœminatos. Scythas verò, qui in gelidissima sunt regione, albos esse & animosos: quod etiam nobis vsu venit, quibus in corde, & iecore naturalis subsistit calor, nec ad extima se magnopere promit. Indicio est cãdor cutis, inde ferme prouenit euentus is, vt febricula inferuescens Aethiops plurimum commoriatur, quod insito ardore, & consequenti siccitate cõtingere exploratissimum est. Item quòd ęthiopum vibrati crispique sunt pili vicinia zonę perustę, ac vi caloris. item quòd sicciore sint cerebro ac cœlo. Nam vt concinnè ait argutissimus ille peripateticorum Aristoteles quinto generationis animalium, eorum cœlũ siccum cerebrumque contra, Scythæ promisso ac simplici pilo sunt. nam & ipsi humidi, & aer eos ambiens humectus est. Qui vero sunt habitudinis temperatę so, lis temperatus calor eos ambit, quibus astipulatur Auicenna primo canonis. Feruide, inquit, habitationis loca capillos nigrore ob vehementẽ vaporũ fumidę naturę aduftionẽ, ex quibus progigni capillos cõstat. Capillorũ aũt crispitudinẽ duplici causa euenire annotatũ esse à Galeno secundo cõplexionũ animaduerto, caloris vi, ac siccitatis, altera est de meatuũ tortuositate per quos pilli egrediũtur. Vt enim illi sunt dispositi, ita & capilli emergentes afficiuntur. Contingit hoc vel vaporis debilitate, vel cutis duritię. nã erũpẽs capillus adeò tenuis est, vt se minus tollerare valens corrugetur. verùm, vt suppellex hęc verborũ nostra plausibilior sit non fuerit dissentaneum Vitruuij dictum hic apposuisse, quo has nostras racemationes iutum iri arbitror, ille libro sexto hæc promit in literas. Sol, inquit, quibus locis mediocriter profundit vapores in his conseruat corpora tẽperata, quæque proxime currendo deflagrat eripit exugendo temperaturam humoris. Contrà, refrigeratis regionibus quod absumit à meridie lõge nõ exhauritur à calorib⁹ humor, sed ex cœlo aer rosidus in corpora fundens humorẽ efficit ampliores corporaturas, vocisque sonitus grauiores. Ex eo quoq; sub septentrionibus nutriũtur gẽtes corporibus candidis coloribus, directo capillo, & ruffo, oculis cęsijs, sanguine

Aethiopes cur nigri.

Cur crispi.

Capillorum crispitudo

multo, quoniam ab humoris plenitudine cœlique refrigerationibus sunt conformati, hæc ille, & paulò mox. qui autem sunt proximi ad axem meridianum subie ,ctique solis cursui, breuioribus corporibus, colore fusco, crispo capillo, oculis ni- ,gris, cruribus inualidis, sanguine exiguo, solis impetu perficiũtur, ita'que propter ,sanguinis exiguitatem liuidiores sunt, sed ardores sufferunt sine timore quòd ,eorum corpora sint cum feruore nutrita. ita'que corpora quæ nascũtur sub sépte ,trione à febri sunt timidiora, & imbecillia, sanguinis enim abundantia resistunt ferro, sine timore. ita'que non mirandum est si acutiores efficiat calidus aer hominum mentes, refrigeratus verò tardiores, quùm sint autem meridianę nationes animis acutissimis, infinita'que solertia consiliorum simul ad fortitudinem ingrediũtur, ibi succumbunt quòd habet exustas ab sole animorum virtutes. Qui vero refrigeratis nascuntur regionibus, ad armorum vehementiam paratiores sunt, magnis'que viribus ruunt sine timore, sed tarditate animi sine considerantia irruentes sine solertia suis consilijs refringuntur, hæc ex Vitruuij fontibus exhausta.
Hominibus ergo varij colores, mores, capilli, ritus ad naturam regionis, cœli, aeris, sunt natura inditi. Quæ omnia exactissimè executus est carmine Mannilius, inquiens.

, Iccirco varias leges varias'que figuras
, Dispositum genus est hominum proprio'que colore,
, Formantur gentes sociata'que iura per artus
, Materiam'que parem priuato fœdere signat,
, Flaua per ingentis surgit germania partus
, Gallia vicino nimis est infecta rubore,
, Asperior solidos hyspania contrahit artus
, Martia Romanis orbis pater induit ora
, Gradiuum'que suum miscens bene temperat artus
, Per'que coloratas subtilis græcia gentes
, Gymnasium prefert vultu fortes'que palestras,
, Et Syriam produnt torti per tempora crines:
, Aethiopes maculant orbem terras'que figurant
, Perfusas hominum gentes minus India tostas
, Progenerat, medium'que facit moderata tenorem
, Iam proprior tellus'que natans ægyptia nilo
, Leuius irriguis infuscat corpora campis.

Concinniter ergo Pli. dixit. AETHIOPAS VAPORE VICINI SYDERIS TORRERI AC VIBRANTI ESSE CAPILLO. Subnectit Pli. EX ADVERSA PLAGA MVNDI, &c. Hoc est plaga occidentali, proxima zonę gelidę indidem enim gentes sunt cutę alba, ob videlicet, & caloris, & abundantiam humoris frigorifici, huiusmodi gentes capillo sunt promisso, siue producto, & simplici. Et subsequitur.
ILLIS IN SVPERA REVOCARI, &c. Hoc est æthiopibus humorem reuocari in superiori parte capitis, & hoc natura vaporis, siue exhalationis calidæ, cuius est ascendere. His verò, hoc est, incolis plagæ occidentalis, crines in inferas partes depelluntur, humore decidente, qui quùm sit ,grauis, eius est descendere. Capillorum autem ratio fit vapore vel sicco, vel ,fumoso, vel terrestri egrediente per poros: deinde extollitur vapor, similis ,huic interdum, & ita fieri solet capillorum scaturigo, vt compertissimum Galenus secundo, complexionum reliquit, cap. VII. Causa autem capillorum tenuitatis ac crassitudinis, potissimum cutis est: alijs enim cutis crassa, alijs tenuis, alijs

Capillorum ratio.

rara, alijs densa, tum differentia humoris inditi cōsors causę est, alijs enim pinguis, alijs aquosa. Et cum cutis horum causa potissimum sit. Capilli autem proportionale'que capillorum, non ex carne, sed ex tenui cute proueniunt, quod si cutis crassior sit, & rarior gignentur propter copiam portionis terrenæ, & meatuum laxitatem. Sed si spissior est tenuiores exeant ob meatuum angustiam. item si vapor aquosus inest breui siccescens, facit ne pili capiant magnitudinem. At si pinguis cōtra euenit, nō enim facilè exsiccatur quod pingue est pilorum. igitur crispitudo est æthiopibus indita, quia fit exhalatiōe fumosa, quæ suapte natura crispare habet capillos, crispitudo solet inflecti, quoniam duplici delatione fertur. Terrenum enim deorsum, callidum vero sursum, fertur, ob id scitè dixit Plinius.

ILLIS IN SVPERA SVCCVM REVOCARI, Naturæ vaporis, &c. Inopia enim humoris eam aeris calore assumente fit crispitudo, & reuocatur pilus, ob adustionem vim'que caloris, & siccitatis, simplici autem sunt pilo quæ humore abundant. Fluit enim humor in his, ob eam rem Plinius ait.

HIS IN INFERAS PARTES, &c. Constat ergo antelatis, ritus colores, sensus'que varios, hominibus inditos secundum ingenia regionum at'que aeris, quod & comprobat Vegetius libro primo rei militaris, verum ad alia.

CAPVT .LXXXI.

BABILONIORVM PLACITA MOTVS TERRAE, &c. Et quia Aristo. argutissimus philosophorum affatim, & concinnè quidem horum meminit pauca his apponēda censui. Verùm ne incuriose Plinij scitum pretereamus, quid lucis suppingamus lectioni, Anaxagoræ monumentis authorum classicorum, proditum esse animaduerti, terrę motum fieri ęthere, & aere inflāmatis, terrę viscera penetrātibus, & hic diu agitatis, quibus exitus tunc cum sunt in interiore parte terræ denegatur. indidem'que tumultuantibus sursum ac deorsum colluctantibus, terræ ita motum facere ac inferre. Anaximenes ignem causam esse motus terræ asseruit, apposuit his terrę calorem, quendam naturalem, quo viuificaret ea quæ ex illa emergerent, differebat terram senescere, & per calidum humidum deficere, & tunc simul euaporari, quorum assertionibus refragatur Aristo. tertio meteororum, ventos assertans esse motus terræ causas. Vapor enim siccus est ventus, modo fuerit à terra elatus, is eleuatur calore solis, prouenientis ad eum: est enim aliquando subtilis in superficię terræ, & ille vapor transcendit aerem ipsum quatiens ac agitans: aliquādo item extrahitur à profundo terrę, qui est tunc grossus corpulentus'que, cui non datur expirare, nec exire ob terræ soliditatem, & profunditatem, tunc inuenit loca cauernosa, & hiantia, quibus se, & ingerit, & immiscet, qui coarctatus, exitum quęrēs terræ facit motum. Astronomię cellentissimi: Martis ac Saturni coniūctione motum terræ fieri astruunt, Prisci cęrimoniarum frequentium obseruantissimi motum terræ assignabant Ioui, Summano, & id genus dijs. Adde hic motū terrę non omnibus fieri regionibus, sed aliquādo hic crebrius, illic tardius, ad dispositionē situs. Vehemēs fit in locis diutina percussione agitatis, ac aquarū iugi aggregatione. itē his qui marinis procellis subijciūtur, & locis cauernulis rimulis'q; scatentibus & à natura quodāmodo. Theophrastus ille ingenio quàm lepidissimo ac subtilissimo Aristo. astipulatur. Archilaus autem ventū asseruit aerem motū, nam scriptū reliquit Motus terræ.

ventos in cauis terrarum deferri, deinde vbi iam spacia plena fuerint, aer densatus superuenit priorem partem, elidit'que crebriusculis verberibus ac agitatiōibus quatit. Deinde, is vltro citro'que quā'que partem diuexat, quos'que obices dimouens, conatur claustra, quibus arctatur, effringere, quibus terrę motus cōsequūtur. Adijciā hic loco auctarij, terræ motū vere, & autūno crebrius fieri quàm cæteris temporum interuallis, nam tempus ad aeris qualitatem variatur. Vere enim liquescunt niues, algor'que tunc stringit terræ superficiem, quare haud quaquàm sinit exhalare quod visceribus terræ concluditur. Vere enim multiiuga fit exhalatio, qua multiplicàta calore solis sub terra propellitur ad loca rimosa, terram tunc pulsans. Autumno autem, ob solis declinationem, & caloris, exhalatio fit à terra, illa arescente, & calore solis pręcedente, plena'que rimis, motus fit terrę. Item autumno venti violenti, procellosi, minaces'que flant, quibus assueuit motus terræ fieri. signa motus terrę physica ratio haud tacuit astruens solis nubilum consequi motū terrę, quòd vapore corpulento ac terrestri fumoso'que solis fulgor infuscetur, quare hæc vbi exhalatio è terra exierit, aerem caliginosum efficit, multum tunc nubili radijs solaribus ingerit, vnde obscuritas sequitur. Haud fuerit ab instituto abiunctum adnotasse, pestilentiam concomitari terræ motum, ac oriri quodāmodo ab eo, quia is corpulentus vapor, aer item fuscedine differtus, tabificum ingenerat quiddam animalibus, hausimus quidem ex pœnu Senecæ, eum qui terræ motum inhæsit agro campano, tempore Neronis tantum intulisse tabidi aeris, vt plura animalia perierint: signa verò motus futuri quando ventus in superficie terræ ante terræ motum existit tranquillus, item aer ante terræ motum proximè futurus est frigidus, tranquilitas autem venti in terra superficię fit ex vētorum materia, quæ tota fertur in profundum terræ. Seneca vir emunctissimę naris, ac compositionię doctrinę clarus, de his differens, cum, inquit, motus terrę futurus est, præcedit aeris tranquilitas, quoniam vis spiritus, qui concitare ventos solet, in viscera, ac cauitates terræ retinetur, ad quæ omnia Plinius respexisse videtur, quando ait.

Signa motus futuri. NEQVE ENIM VNQVAM INTREMISCVNT TERRAE NISI SOPITO MARI AC COELO ADEO TRANQVILLO, &c. Signum item aliud motus terræ futuri, sunt lineæ decussantes, siue secantes aliquando per medium solem interdum eum circumagētes extensę stricte'que potissimum tempore vespertino fiūt, quoniā sol per calorē diurnum concitauit aliquid vaporis. Aliud est etiam signū à Physicorum schola positum, hoc est, eclipsis solis, in coniunctione lunæ. Verùm ad Plinianum redeamus contextum.

ET MAXIME, inquit, Pli. CIRCA QVADRATA MVNDI, &c. Hæc quàm scitissimè ac solertissimè dixit. Nam motus terræ, vt compertum quis'que fermè habet, saltem qui musas politiores aliquando excoluit, in septimo climate crebrius euenit, & vltra versus aquilonem. Frequentius item à sexto climate versus meridiem quòd videlicet venti fortiores ac violentiores sint in partibus aquilonaribus, quàm meridionalibus. Et æquora aquilonaria procellosiora sunt meridionalibus. Verùm quę'nam causa horum, sit à Physicis datur, quòd in plagis meridionalibus licet sol in hisce regionibus comburat vaporem in terræ superficiæ, & plus assumat ex ipso quàm surrigat, tum quia in concauitate agit per medium interiectum, immo, in inferioribus terræ, plus eleuat, quàm consumat, ob id in terra multiplicatur inibi spiritus ad agendum motum terræ. His ergo antelatis constat, terræ motum disparili modo se habere, est nobis argumento Aegyptus, quæ, vt ait Pindarus antiquitus aquarum exuperantia scatebat, pauculo vero solido fundo, quibus mollis ac glu-

tinosa adeo effecta est, vt non sit terræ motui obuia, sed fermè expers motus. Adde quadrata mundi dici quadrangulum cœli, sed de his hactenus, potissimum quando Aristo. & Albertus Magnus, tertio meteororum fusius differant. Hic liber Plinij nihil præter physicam subolet rationem, quare non fuerit alia illibata omisisse.

CAPVT XCIX.

SED AESTVS MARIS ACCEDERE, ET RECIPROCARE MAXIME MIRVM EST, &c. Quoniam verò maris naturam indagine scrupulosa plerique literatorum enixe perquirunt, illud neutiquè transmittendum, videtur mare plurimũ miri nobis ingerere. Nam mare, vt physica edocet assertio: vicissitudine perpetua in se, & ex se quadam recurrenti agitatione, & præcipuè miro modo profertur, modo refertur restit'que, id verò perstanti in littore contemplantique facit palàm fluctuantis aquæ commotio, pariter enim pedes (si ita metaphoricè vti permittimur) diluit sese porrigens vnda renudat'que velut refugiens, assilit'que mox irrequieto motu, appetẽdo semper quæ reliquat, rursum'que relinquendo quod appetat. Hoc'que fieri constat ventis quos iam apogeos, hoc est, abterraneos vocitauimus. Plutarchus ille ingenio quàm solertissimo, libro quẽ de philosophorum placitis nobis legendum reliquit, plura & scitu quidem digna de maris natura scripsit. Adde hic Pythagoricos sanxisse mare, esse lachrymam Saturni. Necnon primo controuersiarum à Seneca positum sacrum quidem terris natura circũfudit oceanum, qui iã syderum collegerunt metas, & annuas hyemes, æstatis'que vices ad certam legem redegerint, quibus multa pars mũdi ignota est: de oceano tamẽ dubitant, vtrum ne terras velut vinculum circunfluat, an in suum colligatus orbem, & in hos quibus nauigatur sinus, quasi spiramenta quædam magnitudinis exestuet ignem post se, cuius acumen ipse sit, habeat, an spiritum in id amplius animum intendisse iuuat. quod physicis placet. Aristoteli imprimis quem tenet mare locum, quorum ille secundo meteororum affatim meminit: qui ante dixerat obscurũ videri, & à ratione abiunctum, si non sit aquarum locus proprius, sicut elementorum reliquorum, inde fluuios ad mare tanquam ad suum delabi locum, fluxus siquidem in magis cauum cadit, quod suum est aquę. At mare magis cauũ totius terrę petit locũ. Hebręi congregationem quamlibet aquarum, mare vocant. Vnde mare Tiberiadis legimus, opinionum diuersitatem quid omnino censendum sit esse mare, quas exequitur Plutharcus, libro antelato transeo sciens, id modo recensuerim, quod Albertus non pretermisit, fuisse, qui ita astruerent. Terram vniuersam aquis opertam solis'que crassantem vim, prę sertim in meridie inde vapores eduxisse, qui in aerem ignem'que attenuarentur: at'que ita humectam naturam demouisse, at in septentrione loci frigiditate nõ defecisse maria: proinde, cum de homogeneis, idẽ sit de toto, ac de parte iudicium, colligunt fore quando'que vt totum inarescat mare, & elementa tria modo fiant, quod ridiculè Democritũ adcredidisse subnotauit Aristoteles, qui secundo meteororum ita habet de maris ratione. Aquarum, inquit, quæ circa terram, & in terra sunt aliæ, quidem sunt fluctantes, aliæ stagnantes, & fluitantes quidem è fontibus aliquibus habent initium, vt fluuiatiles, & manu institutæ. Stagnantium autem aquarum, aliquæ sunt fontanæ, quædam sunt Sylogisimeæ, hoc est, collectitiæ. Fontanæ stagnantes par= Mare.

tim hominum comparantur induſtrię, vt puteales, ciſternæ'que, partim natura-
les omnino ſunt quæ exiguos habent fonticulos, & locorum cauitates proflue-
re dilabi'que non queunt. Collectitiarum autem aquarum alię ſunt pluuię, aliæ ex
fluminum curſu excipiuntur, & vberes quidem ac perennes ſufficientes aquæ pa-
ludes vocantur. Sin autem minores dicuntur ſtagna, ſi perexiguę, volutabra, ve-
rùm ſi mare fluitans dixeris, hoc abiunctum erit à ratione. Quo enim modo hunc
fluxum fecerit. Nam qui hyrcanum mare, & caſpium illuſtrarunt nauigarũt'que:
nullo ipſa in loco copulari, inuicem'que inter ſe iungi animaduerterunt. Horum
neutrum fluitare, fluxu'que elabi compertum eſt. At videtur alicubi mare diffluе-
re, videtur vti que, ſed in terrarum anguſtijs, vbicun'que enim mare ex alto pelago
in anguſtum cogitur, cum ſit ambiens terra, ęditior altior'que, ob id pelagus fluere
ac refluere in aliam at'que in aliam videtur partem, quoad eius hinc at'que illinc a-
qua libretur. Fluit quo'que mare ab eminentioribus ad magis cauernoſa, & loca de-
hiſcentia ob multitudinem fluminum in ſublimiores partes eius influentium, flu-
xum tamen, & refluxum, qui refluxus à Græcis ampotis, hoc eſt, reciprocatio, dici
tur. Lunari poteſtati attribuitur à philoſophorum plęris'que, vt liquet Plinij teſti-
monio, aſtruẽtibus, Lunã aquarum ac humidarum rerũ eſſe rectricem. Aeſtuaria
Aeſtuaria. loca per quæ mare viciſſim tum accedit, tum recedit, ſiue quæ aquis marinis refer
ta ſunt ex inundationibus pelagi, item adde Euripos, quia horum meminit cap. ſe-
quenti Pli. dici ductus aquarum ſiue canales. aliquando Euripos legimus pro piſci
Euripi. nis. Hic vero pro freto anguſto. Animaduerte, item Euripos foſſas dictitari in lu-
dis circundatas pro ſeptis, verùm ad reliqua tranſeamus.

CAPVT .CI.

OMNIA PLENILVNIO MARIA, &c.
Paulò ſuperius aſtruximus mare commoueri vẽtis ſubter
raneis, hoc eſt, apogeis. Nihilo enim minus in terram de-
ferri fluctum, eſt in confeſſo. quanuis in diuerſum reflante
vento, velut proprio quodam maris motu, cum eo pariter
agitato. Quamobrem cum cadauera, & naufraga denique
omnia fluctuũ propulſu repurgantis ſe maris quadam ima
gine ad terras protrudãtur, Taurominitanum litt⁹ Copriã
dici, hoc eſt, fimum accepimus à mutis magiſtris, quando'que in caribdim fuerint
pręcipitata: illuc denique renouantur: quare Plinius dixit.
OMNIA PLENILVNIO MARIA, &c. Et ſubſequitur.
Boues ſolis fabula. VNDE FABVLA SOLIS, BOVES IBI STABV-
LARI, &c. Meminit loci huius, & boũ Appollonij interpres lib. quarto Mylę
inquit, Siciliæ Cheroneſus in qua ſolis boues paſcebãtur. Sed rem quo'que cum fa-
bula recenſuit in naturalium quæſtionum libris Seneca. Palàm eſt plęra'que ani-
malia ſoli ſacra fuiſſe antiquitus. Nã & Appollonię, quę in ſinu ionico eſt, Sacras
ſoli oues fuiſſe græci ſcribunt, quæ interdiu ſecundum fluuium paſcerentur. No
ctu vero ſtabulantes in antro ab vrbe non procùl cuſtodirent delecti viri, diuitijs,
& genere inter populares ſplendidiſſimi. Verùm hæc ſufficiant ad diſcuſſionem
huiuſce nubili.

CAPVT .CII.

QVO VERA, &c. Haud quaquam dubium est, Lunam ipsam esse mortalium corporum conditricem, caducorum'que dominam. Adeò vt nonnulla corpora sub luminis eius accessu patiantur augmenta, & hac decrescente minuantur. Est nobis argumento, hęrba Lunaris folijs cęruleis, atque rotundis: crescente Luna vnum quotidie producens folium, decrescente deponẽs: Sol, vtpotè, elementalium dominus fertur virtutum: Luna virtute Solis, domina generationis. Ideo Albumasar, per Solem inquit & Lunam omnibus vim insinuari: vnde cõstat plæra'que augeri Lunę accessu: recessu verò inaniri: huius enim incremento conchylia implentur: recessu verò vacua conuisuntur: hæc est rerum caducarum cum Luna societas.

CAPVT. CIII.

ITAQVE SOLIS ARDORE SICCATVR LIQVOR, &c. Cur mare salsum sit, physica ita perdocet ratio. Salis autem amaroris'vi incoqui saporem ab eo quòd stat & omnino sub Sole euaporat. Exstante siquidem quòd tenuius est: exhaurit Sol: quòd verò crassius relinquit: quòd aquę sit superfluitas: salsum est, ac amarum. Nam sicuti in animantium corporibus potabili humore ingresso ad nutriendum: amara, & salsa redditur, quæ in vesicam corriuarit superfluitas: quòd cognata, animalibus quæ caliditas potabile trahat quòd in pulpas: & reliquam corporis substãtiam vt eius natura est: vertat id ipsum, vt in aqua contingere conijciẽdum est: nam cum sit tota pariter dulcis, quod eius potabile est, per euaporationes à calore solari secernitur: reliquum, vtpotè superfluitas vniuersi salsum est, ac amarum: quod cõprobat Plí. & etiam Aristo. secundo metaphysicæ. Mare, inquit, salsedinem contraxisse dicitur: quia terra super qua residet, aut in ambitu est, à Sole fit adusta. Sed hoc quidem inquit falsum est: quod verò ex terrestri adusto id contingat verum vtique est. Nam cum sint duo vaporum genera: alterum frigidum, et humectũ: reliquum frigidum, & siccum: ex his vapor vnus attolitur è superficie maris, alter ex imo surrigitur solis, ac stellarum vi. Quoniam verò aquęus vapor subtilior est, ideo in ærẽ eleuato eo remanet terręus vapor crassior, per mare dissipatus. Aquæ vero frigiditate illum circumuadente propellitur ad eum ipsum caliditas, quę expulsa illius partes vrit, atque ita salis concoquitur sapor. Sal enim terræ cõbustæ species est. Et ideo liquescit frigido, & humido, cogitur vero calido, & sicco: quę omnia comprobat Albertus, quarto Meteororũ. Si vero calor adurẽns excedit mensuræ modum, tunc vapor ille sal non efficitur, sed veluti cinis, quo facto ingeneratur aquis amarissimus sapor. Nam adustę res à quibus secretum fuerit humidum totum, vt cuius amarorem concipiunt euidentissimum, sudor & vrina hoc ita esse significant, quę aliud nõ sunt q̃ ciborum superfluitates salsę, quia in eas agit vrens calor, qui si fuerit excellens, etiã fiunt amaræ. Sed redeamus ad Plí. cõtextum. Ideo, inquit, summam ęquorum aquam dulciorẽ profunda. Hęc certe Plinij sentẽtia aliena est ac dissentanea à verissima physicorũ ratione, nec admittet hoc physica ratiocinatio. Nam falsum hoc esse varijs comprobari Aristo. argumentis potest, quibus omnino contra colligitur, superius videlicet mare salsius esse q̃ inferius, immo et ĩ puteis quoq; potu idoneis, pars superna salsior est q̃ ima. At quia sol et aer partem humorum lęuissimam assiduè trahũt, dulcissimum autem quod leuissimũ est potissimũ'que de locis propriorib[9] hauriũt. Et maris igi-

Cur mare salsũ.

Duo genera naporum.

Sal terrę cõbustæ species.

tur & aquarum dulcium ſumma exercet ſolis vis. Itaque neceſſe eſt partem ſummam eſſe ſalſiorem: proinde calidior quoque pars eadẽ ſuperior eſt. Salſum enim quam dulce calidius eſt. Ariſto. non it infícias: maris partem terræ proximã eſſe dulciorem, vel quia frequentius moueatur. Salſus enim humor cum mouetur, dulcior redditur, vel quia in profundo ſalſior à qua eſt: minus autem alta: quæ proximè terram eſt. Quamobrem quę ſtatim à terra præcipiti altitudine deſcẽdit: ſalſa eſt: nec dulcedinis tantundem reddere poteſt: cuius rei cauſa eſt, quòd ſalſa in imum ſuo pondere deferatur prius: profluentes aquas ideo Philoſophus opinatur dulceſcere: quia per terrã percolentur. ſubinde, quicquid grauius eſt, aſſiduè ſubſidente: ſalſiores verò non profluere aquas ratione grauitatis, verùm quoquo modo res ſit recaſura propoſitum teneamus.

CAPVT. CIIII.

CONTRARIO FERVNT LVNAE FOEMINEVM AC MOLLE SYDVS, &c. Lunæ naturæ meminimus cap. IX. eodem libro. Verùm paucula ſunt hic annectenda, quo Plinij ſcitum eluceſcat, impendio, pauſillum certè caloris genuini Lunæ tribuit, maxima phyſicorum pars: cui ſententiæ ſubſcribit Ariſtoteles, vbi de animalium partibus diſputat. Noctes inquiens in plenilunio eſſe calidiores propter Lunę lumen: vnde contingat Piſces ad aquarum ſuperficiem cõmeare. Sed comprobat Auicenna, vbi plus luminis, ibi vero plus eſſe caloris. Hinc & Hipocrates ait aerem nocturnum ſtellarum luminibus ſubtiliorem fieri: & calidum aliquãtum generationi que ac vitæ accommodatum, ille tamen quem modo retulimus calor: adeò pauculi eſt effectus, vt non ei ſit datum areſacere, etiam vtcumque euenerit: Lunã enim hic Pli. humorem nocturnum trahere teſtatiſſimnm reliquit: quoniam fortè ſit proxima terræ, vel ob vaporum ab ea eleuatorum receptionem, vt Ptholemęo placuiſſe videmus libro Apoteleſmaton: cuius tamen refellimus ſentẽtiam, quoniam ſpaciũ quòd inter faciem terræ eſt, & propinquiorem locum in quo ſita eſt Luna ſit. 128044. milliariorum, vt ita loqui permittamur: ferè ea menſura qua ſit vnum miliarium. 3000. Haud enim altius vapores eleuantur quàm. 16. ſtad. Nec ergo Phyſica admittet ratio, Lunam vapores haurire, quoniam cœlum ab hiſce afflactionibus ſit penitus abiunctum, ſed nec vltra, vt iam diximus, menſum ſtadiorum ſexdecim ſurrigi phyſica perdocet ratio: quo nomine altior deprę henditur. Luna vt de Venere, & Mercurio, taceam. Iuuat autem Plinij ſententiam, Macrobij ſeptimo Saturnaliorum aſſertio: quę ita ſe habet. Calor autem ſi modicus ac temperatus ſit, nutrit humores: ſi nimius, exſicat, & habitudinem carnis extenuat. Ergo de corporibus euectis, Sol vt maioris caloris haurit humorem. Lunę verò lumen in quo eſt nõ manifeſtus calor, ſed occultus tepor: magis diffundit humecta, & inde puenit iniecto tepore & aucto humore putredo. Humectat enim corpora Luna: & velut occulto rore madefacit cui aduſtus calor ipſe Lunaris putrefacit carnem, calor ergo Solis areſacit. Lunaris verò humectat. Hinc nutrices pueros alentes operimentis obtegunt quando ſub luna prętereunt, ne plenos naturalis humoris per ętatem amplius lumen humectet. Hoc quoque (inquit) notũ eſt: quia ſi quis de ſub luna ſumno ſe dederit, ęgre excitatur, & proximus ſit inſano, põdere preſſus humoris, qui in omne corpus eius eſt diffuſus proprietate Lunari, quæ vt corpus inſundat omnes eius apperit & laxat meatus. Nec minus lunę proprietas circa inania oſtenditur. Nam ligna quę vel luna iam plena, vel adhuc creſcẽte ſunt cæſa, fabricis inepta dicuntur, quaſi emollita per humoris conceptionem. Et

agricolis

agricolis curæ est frumenta de agris non nisi luna deficiente colligere: vt ficca permaneant. Contra vero quæ humecta desyderas, luna crescēte conficies tunc & arbores aptius feres, maximè cum illa est super terram, quia ad alimenta stirpium necessarium est humoris alimētum: hæc enim à nobis prodita sunt, quo intulisse videremur aliquid lucis Plinianæ lectioni. Vbi autem Pli. ait, id manifestum est ferarum corpora occisa in tabem suo visu resoluat, hoc est, luna suo lumine & calore quodam abdito, ac genuina dote corruptionem carnibus ferarum occisarum noctu ingeneret. Verum quādo subdit, Sed & in dulcibus aquis lunę alimentum esse sicut in marinis solis: Hic haud dubie cœlestia nutriri comprobat: quam tamen opinionem physica refellit ratio: vt à nobis satis monstratum esse auguror, cap. IX. eodem libro: quare qui fusius super iis volet, illud reuoluat.

CAPVT. CVI.

MIRABILIVS ID FACIVNT AQVAE DVLCES, &c. Haud quaquàm nobis marinę aquæ paulùm miri suggerunt, vt testatur reciprocatio, & id genus multa. Nam & mare quibuscunque ferè miris stet, quanquàm non horū sint expertes aquæ dulces, quæ quātam ingerent nobis admirationem, nec quidem dictu facilè est. Verùm quia alubi paulò effusius de aquarū natura sumus dicturi, pauca hic dicemus. Verùm ne quis nos veterno marcentes, ac sub mandragora consopitos putet: quędam quę à thesauris Theophrasti & aliorum testatissimorum authorum pręcerpsimus afferam in medium: & quę à Vitruuij pœnu sacro hausimus, quę quātum cōgruent Pliniano atextu non facilè dixerim. Is enim libro architecturæ octauo, prodit fontem esse, haud distantem à Carthagine, in quo natat insuper oleum odore vti scobe citrio, quo oleo pecora etiam solēt vngi: zachinto & circa dirrachium & appoloniā fontes sunt: qui picis magnam multitudinem cum aqua vomunt. Babilone, lacus amplissima magnitudine: qui limneasphaltis vocatur: habet supernatās liquidum bitumen: quod & approbat Pli. quo bitumine & latere testaceo structo muro Semiramis circundedit Babilonem. Item Ioppe in Syria Arabia'que numidarum: lacus sunt immani magnitudine qui emittunt bituminis maximas moles, quas diripiūt qui habitant circa. Etiam est in Cappadocia, in itinere quod est inter Masacca & Tuana lacus amplus in quem pars siue harundinis, siue alij generis si demissa fuerit: & postero die exempta, ea pars quę fuerit exempta inuenitur lapidea: quę verò pars extra aquam manserit permanet in sua proprietate. Sunt enim Bœtiæ flumina Cephysos & Melas, Lucanis, Cratis, Troiæ, Xāthus, fontes Item & flumina cum pecorum suis temporibus anni parantur ad conceptionem partus: per id tempus adigūtur eo quotidie potum: & ex eo'que quāuis sint alba procreant alijs locis leucophea: alijs locis pulla, alijs coracino colore, ita proprietas liquoris cum init corpus proseminat intinctā sui generis qualitatem. Sunt item fontes vti vino mixti sicut paphlagonię, ex quo etiam sine vino fiunt temulenti. Alius est fons in Archadia cuius potu homines fiūt abstemij. Et multa id genus quę Vitruuius ante lato libro cap. III. promsit in literas. Subnectit paulò inferius.

MARINAS TARDIVS GELARE, &c. Physici ob amaritudinem sui aquam marinam non gelare astruunt: quòd & cōprobat Macrob. Saturnaliorum octauo, inquiēs. Acetum, inquit, liquidissimum est inter cęteros humores, & tanto acerbius, vt sit acore tristificum, exemplo aquæ marinę quę ipsa quo'que amaritudine sui aspera est nunquàm gelu contrahitur. quod autē Herodotus mare bosphoricum quod & Cimmeriū vocant, gelu cōtrahi ait, absurdum est: Aqua maris non gelascit.

dum est:

dum est, sed sunt dulces aquæ, quæ superficiem quandam congelatam mari huic ingerunt, quòd sitibi multum fluuiorum, ac paludum in ipsa maria influentium. Celerius item accēdi aquas marinas astruit Pli. quòd videlicet pinguiores, ac plus elementi ignei habent. Mare certè minus aquis dulcibus esse minus frigidum cōstat: sed cur nam hoc fiat plærique ignorant, quare subnectemus causam: id affertur argumentum esse omnino spissius mare, ac corpulentius: quę verò eiusmodi sint nimis posse refrigerari sicuti amplius valent incalescere: siquidem insita densitate melius calore cōfouere: sed & illa non inepta ratio est: mare vtique esse pinguius. Nam ne'que flāmam potest extinguere, at'que aquarum reliquę: omne porrò calidius est quod pinguius: preterea plurimū terræ in se continere inde'que esse siccius, dicunt: quod autem siccius idem calidius est. Adde hic loco auctarij, aquā maris hyeme minus esse amaram, quoniam dicant (vt Plutharcus) maris illam asperitatem omnino interlitæ dulcedinis habere quidpiā, vtpotè numerosis illuc deuolutis fluminibus. Cæterum quod dulce est cui genuina insit lenitas, ac proinde fluitans supernatet, corripit è vestigio, haurit'que solaris potestas, dum æstiuis horis latius vim propagat fundit'que: quod hyeme nequit, flaccescente syderū vi, quòd accedat longius: proinde minus minus'que surrigi quippiam ex mari potest. Et subdit Pli. OMNE OLEO TRANQVILARI: OLEO, &c. Si quid cū vndabūdum mare tranquilari autument plærique physicorum, hac'que ratione vrinātes, hoc est, in aquam mergentes se, hinc vrinatores, qui quo pacatius, & vt longiore vtantur spiritu quando ima fluuij mergendo perscrutantur, hoc'que oleo, his auxiliante, clarius vident.

Mare calidius dulcibus aquis.

Aqua maris nimis hyeme amara.

CAPVT .CVIII.

SIMILIS EST NATVRAE NAPHTA, &c. Habemus & Plutarcum authorem in gestis Alexandri Magni scribētem, peragrata victa'que omni babylone, quę armis & imperio eius sine labore subito cesserat, nihil ęque eum regem admiratum fuisse, quàm in ecbatanis, sic enim regionis eius pars quædam vocitatur, vbi scatet naphta, sic enim scribit, τό τε χάσμα τοῦ πυρὸς ἐμ ἐκβατανοις ὥσπερ ἐκ πηγῆς συνεχῶς ἀναφερόμενον καὶ τὸ ῥεῦμα τοῦ ναφθαλιμνάζοντος διὰ τὸ πλῆθος οὐ πόρρω τοῦ χάσματος ὅς τ' ἄλλα μὲν ἀσφάλτῳ, &c. Quorum sensum si quærat aliquis, hic est. In ecbatanis autem admiratus præcipuè est ignis veluti ex fonte continue emergētis hiatū. et Naphta ex eo fluxum qui non procul ab hiatu illo tāta eructatur copia, vt paludem faciat, cuius adeò ad trahēdos ad se ignes tam facilis natura sit, vt ex interuallo, &c. Sequētia clarissime lector, capita illibata manebunt, quòd profusius quàm interfari possim, eorum materia ab testatissimis & quidem luculētissimis authoribus pertractetur, non est vtique nostri consilij in exculcatis, ac pertritis legentium animos demorari longius. De Naphta, Strabo, libro decimo quinto meminit, cuius verba adijciam. Liquidum bitumen quod vocant Naphtam, admirabilem habet naturam. Nam admotum ignem illi corripit, & si corpus eo illitum igni admoueris, deflagrat, ne aqua vllo pacto extingui potest, sed magis ardet, nisi valde multam superinfuderis, Cœno, & aceto, & alumine, & visco oppressum extinguitur. Vnde Alexandrum tradunt, experientiæ gratia, puero cuidam, balneo naphtam inspersisse, ac lucernam admouisse, vt puer totus deflagrasset, nisi circūstantes multa aqua flammas eiicissent, &c. Subdit Pli. ITA FERVNT A MEDEA PELLICEM CREMATAM, &c. Pellicem intelligit Pli. Creontis filiā. Diodo. tradit illam nō naphta, se vi cuiusdam radicis, quàm Circes docuerat Medeam,

rat Medeam, duo esse genera Naphtæ tradit Strab. quem adeas, si plura voles.

CAPVT .CIX.

VERVM IN MONTIVM MIRACVLIS ARDET AETNA, &c. Incendium mõtis Aetnæ Poetæ, tũ Oratores, tum Historiographi tradunt, quare carmen extat hoc.

, Sedes esse dei, tumidisque è faucibus ignem
, Vulcani ruere, & clausis resonare cauernis
, Festinantis opus. Et aliud extat,
, Illis Cyclopas, memorant fornacibus vsos
, Cum super incudem numerosa in verbera fortes
, Horrendum magno quaterent sub pondere fulmen.

Causam autem flammę diuturnioris retulit Albert. cap. tertio, secundi lib. quẽ in librum Aristo. de proprietatibus elemẽtorum condidit. Huius mõtis semper ardentis meminit diuus Augustinus, libro Ciuitatis diuinæ. XX. cap. IIII. Meminit item Claudianus primo de raptu Proserpinæ, iis versibus.

, Seu mare sulphurei ductum per viscera montis.
, Oppressis ignescit aquis, & pondera librat.

Lucretius etiam de hoc agit libro sexto naturæ rerum. Refert item Seneca, epistola septuagesima nona causam ardoris diuturnioris. De hoc habes apud Philostratum, libro quinto de vita Appollonij. Et Syluium, lib. XIIII. Et Strabonem libro sexto. Hic refert Pli. Niues non procul abesse, quas nec Sol, nec calor soluat. Loca enĩ superiora niue referta prodit Strab. De quib⁹ sic cecinit Sylui⁹, lib. xiiij.

, Sed quanquàm largo flammarum exæstuat intus
, Turbine, & assidue subnascens profluit ignis
, Summo cano iugo, cohibet (mirabile dictu.) Deinde ait,
, Vicinam flammis glaciem, æterno que rigore
, Ardentes horrent scopuli, stat vertice celsi
, Collis hyems, calida que niuem tegit atra fauilla.

CAPVT .CX.

PRAETEREA CVM SIT HVIVS VNIVS ELEMENTI, &c. De ignis cũ dote tum natura satis dixisse videri possumus, hic tamen obiter de hoc agendũ. In quibusdam enim locis ignem accẽdi prodũt, vti apud Egnatiam, aut ab ipsa non procul, cuius meminisse videtur Horati⁹, saty. primo sermonũ, esse apud Egnatiam vrbem, locum in quo aiunt absque igne in sacrificio Thura liquescere. De hic (ait) Egnatia nymphis iratis, extructa dedit risus que, iocos que. Dum flãma siue thura, liquescere lumine sacro psuadere cupit. Meminit Egnatię Strabo, lib. VI. Est etiã Egnatia via dicta ab eo dẽ cui⁹ meminit, lib. VII. Per has gẽtes ait Egnatia via ex Dyrrachio & Appollonia producitur, &c.

CAPVT .CXI.

PARS NOSTRA TERRARVM, &c. Meminit mensuræ terrę Strab. lib. I. geo. & lib. II. His verbis, plurima etiam accederet ex adiacẽtibus insulis cõmoditas. Quod si ad interuallum ex Rhodia ad Borysthenẽ illud apponatur spaciũ, quod ab Borysthene ad septentriones est millium stad. quatuor, totum interuallum fit duodecim millium stad. ac septingentum. Terminus autẽ ex Rhodia in Australe

habitabilis

habitabilis est millium sexdecim sexcēta stad. Vnde vniuersæ latitudo terrę minor esset, mil. XXX. stad. ab Austro in Septentrionem. Longitudo autem, mil. septuaginta esse traditur, &c. Hęc ille, & multa id genus. De ijs etiam Martianus Capel. quos adeat, qui de ijs volet. Ceterum hic vnumquen'q; ingenuum lectorē exorādum habeo, vt non mihi vitio vertat, si in hac Philosophię actione, fuerim interdum vsus verbis non satis apud eruditiores authores receptis, ac latinis, Philosophorum tamen scholis pertritis, ob id oportuit me ijs vti, & si compertum mihi esset, ea non phrasin Ciceronianam subolere, sed meminerit lector, aliud esse oratoris, aliud rhetoris, aliud interpretis, aliud philosophi. Candide igitur moneo, quen'que boni cōsulat, de eorum vsu citra latinam elocutionem posito. Hęc enim collibuit suppingere, ne argutulus quispiam, putet me tam ingenio rudem, vt ea scripserim sciolè: potuissem, fateor, alia explanatione vti, sed nō tam Philosophis Neotericis peculiari. Quo enim quis paulò facilius conciperet sensum germanū, ac Plinij, aliorum'que mentem, hæc huic instituto infulcimus. Scio profecto non defore qui obstrepant, in hoc genus verborum antelatorum non mere latinorum. Sed aduertant, oro, me cum prefatione vsum venię. Hęc igitur sint pro veniæ prefatione.

Errata ex prælo animaduersa.

Pūctū post foliorum numerum, anticam pagellam signat: Ante verò, posticā.

Facies	Linea	Sic legitur	Sic legendum
.i	vij	sublimaris	sublunaris
iij.	i	faustu	fastu
.iiij	xxxv	diaurea	dianoea
vj.	viij	leuem	lenem
eodem	xv	mole	molle
vij.	xiij.	καιλόμ	κοιλόμ
.vij	xv	qua mediante	quo medio existente
eodem	xlij	hunc	huc
xiij.	xvij	ositantibus	hesitantibus
eodem	xviij	capas	caepas
eodem	xxxj	Pollucē	Pollucem
xiiij.	vij	Carmilius	Carulius
eodem	xlvij	Preshta	Precata
xix.	vij	contigit	contegit
xx.	xxix	proximam	proximum
eodem	xlix	se fere	sed fere
xxi.	x	quedam	expunge quedam
.xxi	xij	superi⁹ attigisse	superius id attigisse
.xxij	xl	inuchitur	vehitur
eodem	xxviij	uiuiā	inuia
.xxij	xx	hydrologa	hydraulogs
xxiij.	xvij	modo	mundo
eodem	xli	terram	.terre
.xxiii	xxxiiii	recedet	recidit
.xxvii	xl	gradus	gradibus
.xxxiiii	xliii	pulegum	pulegium
.xxxvi	xxxvii	fulgorum	fulgurum

IN TERTIVM

PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE ARGVTISSIMI SCRIPTORIS LIBRVM, STEPHANI AQVEI VIRI EQVESTRIS, COMMENTARIA.

HACTENVS, &c. Egregie siquidem ille ad præsens institutum sermo videtur nobis adduci quod situs orbis est descriptio ad ciuiles vsus maiori ex parte cōducens, rerum nan'que gerendarum campum (Vt scriptum reliquit Strabo.) mare explicat, præstat & terra, quā incolimus, amplissimarum actionum locus dicendus. Excellentissimos autem Imperatores cōstat extitisse, qui terræ ac maris imperium adepti, nationes ac ciuitates sub vnam potentiam, gubernationem'que ciuilem cogere noluerunt. Haud quaquàm igitur hæsitandū terræ descriptionis notitiam, quam vocāt Geographiam, omnes ad Imperatorias actiones adducere in terra cuncta continenti. Preterea'que iis vtilem eius dispositionem, quorum interest nosse, hoc sese habere modo, vel aliter, cognitione posse, aut non posse deprehēdi. Vera cuius cognitione, nihil abstrusius, difficilius've, grauissimorum ac receptissimorum quidē authorum discordibus sententiis, itē ignorantia obseruationum Eclipticarum, cœlestium'que. Nam scitè & luculenter Hipparchus, authore Strabone in iis quæ ad Eratosthenem scribit, edocet, quod vnicuique tum priuato, tum doctrinarum auido, cum terrenę descriptionis notitia pertineat, eam capessere fermè sit impossibile, citra cœlicarum perpensionum discriptionem prælibatā. Quare iure à Strabone Geographorum accuratissimo dictū animaduerto. Quicun'que (ait) locorū proprietates edisserere nituntur, propriè rē attingunt, quùm cœlestium terrestrium'que mensurarum figuras, & magnitudines, & interualla, & climata, calores frigora aeris'que naturā manifestant, quæ omnia nostris inserere monumentis non est nostri instituti, quòd constet tot viros, cū singulari ingenio, tum præstabili doctrina, multarum'que rerum vsu insignes, rē huiuscemodi tam scitè, tam graphicè, ac concinniter tractasse, vt nihil desyderari possit, in quorum albo sunt, Strabo, Pōponius Mela, Ptholemeus, Dionysius, & infiniti fermè id genus, quorum placita omnia, huic rerum seriei apponere turgescentis ac luxuriantis putarim lectionis. Quare in hac geographiæ distinctione, ingenuos & bonarū literarum candidatos lectores diutius immorari non est consilii nostri: quare potius epitomem, quàm profusum verborum ordinem, his subnectendam duxi. Vniuersam igitur terrā cognitā, occeano velut insulā circūfusam esse, cū Homerus, tū Strabo, tū Ptholemeus scriptū reliquerūt, quod quidē experimētis cognitū est Diui Augusti. Sunt enim qui orbis terminos aliquos ex Gaditano freto ortos ponant, de cuius origine itē & de Gadiū ratione, hic meminisse non obfuerit. Datū enim (vt placitū video Straboni lib. III.) Tyriis esse oraculū ferūt, qui gratia speculādi missi fuerant, vbi ad fretum, & ad Calpes angustias peruenere

Necessaria orbis descriptio

Astrologia necessaria geographo.

orbis terminos esse rati. Et ibi Herculeę expeditionis finem, & has ab oraculo columnas nominari intra angustias, quendam ad locum constituerunt, post temporis interuallum missi, extra fretum stad. mille & .D. progressi in insulam Herculi consecratam peruenerunt, existimantes hic esse columnas Herculis, deo sacrificium instituisse, non portendentibus læta hostijs domum repetisse. Tertio cũ classe missos Gades condidisse, & phanum adspectantes in orientem insulæ partes ædificasse, vrbem autem ad occasum quamobrem nonnulli angusti ipsius freti vltima, columnas videri, quibusdam vero Gades, alijs adhuc longius à Gadibus foris iacere, aliqui Columnas Calpem, & Abylycem opinati sunt. Ad quas cum perueniãt qui nauigationem absoluerint, Herculi sacra ferentes, à deo se iuuare instruuntur, vt tradit Strabo. hic maris terręque finem esse ferũt. Meminit etiã huius rei Aelianus libro varię historię afferens apud gaderam esse duas aras, alteram anno, alterã mensi, vbi longiori, & breuiori esse dicatam, item templum sacratum senectuti, alterum morti, de quibus alıubi fusius.

CAPVT PRIMVM.

PRIMVM ERGO, &c. Iure conijcere licet, Pliniũ orbis descriptionem ab Europa auspicatum fuisse. Nam vt concinniter scriptum reliquit Strabo, libro secundo, Multiformis imprimis est Europa, & ad virorum virtutem ingenue disposita, ciuium & suarum ad alios rerum trãsfusiua. Est enim tota habitabilis, in exigua tantum modo parte propter vim frigoris inhabitabilis, quæ finitima Tanęidis, & Meotidis incolis est. Sunt autem Europę sinus quatuor, à gadibus ad Licinium promontorium Italiæ secundus à Licinio ad Acoceraunia, inde ad Hellespontum, quartus autem esse dicitur ab Hellesponto ad Meotidis ostia. Ex occidente igitur Hispania primum sese offert. Nam vt memoriæ prodidit Strabo libro secundo, particularis autem pars prima est omnium ab occasu Hispania corio bubulo similis: cuius pars tanquam in collum extensa, superuenit in finitimam Celticam. Hanc Hispaniam in tris diuidunt parteis, Beticam, Lusitaniam, Tarraconensem: primę duę consulares sunt, cęteræ præsidiales, Plinius solum citeriorem & vlteriorem diuidit Hispaniam, Beticam Fluuius diuidit anas ab Lusitania: Betis vero fluuius mediam abluit. Cętero quod de Betica hic Pli. ait, Strabo, etiam testatur, Betica plebi attribuitur, ad quam prætor mittitur, qui legatum habet & quęstorem, reliqua Hispania Cæsaris est, qui duos mittit legatos, prætorium & consularem, hæc ille & multa id genus, quæ consulentes breuitati omittimus. Porrò Tartessus cuius hic meminit Pli. antiquitus Betis dictus est, quare Martialis ait, Betis oliuifera crinem redimite corona, Aurea quis nitidis vellera tingit aquis. Quem Bromius quem pallas amat, in hac Hispaniæ distinctione annectitur Erythrea insula, quam eandem esse cum gadibus Pherecidi placet, Strabo, hanc tantæ fœcunditatis testatur, vt pecudes pabuli copia, sit necesse excreatione sanguinis purgari, cuius rei gratia ea finguntur, quæ de Geryonis armentis produntur. Hanc insulam Aristoteles, vt ait Aelianus, negat esse, neque boues Herculem abegisse, sed ex Hypate, vt ex antiquo epigrammate conuisitur inibi. Promontoria duo esse dicuntur, Calpe, & Abyla, Melaria, à mellis copia dicta est, cuius meminit Ptholemæus, sed corruptè legitur Meralia, nunc dicitur Begerra de Melana, in hoc tractu Turduli sunt, inter quos regnum Granatæ, Granatum dictum volunt eruditiores, à grano, id est cocco, quod eo scateat. Corduba iũgitur, quæ à Pli. Colonia patricia fertur à Strabo. à Marcello deducta, Lusitania à lusu liberi patris dicta est, duobus hęc flumini-

[Margin notes:] Europe. — Hispania corio bubulo. — Hispanię diuisio. — Anas. — Betis. — Betica. — Tartessus. — Erythrea. — Armenta Geryonis. — Calpe & Abyla. — Mellaria. — Begerra de Melana. — Turduli.

bus clauditur, Ana, & Doria in ora eiꝰ est ciuitas regia dicta Vlyxipo, à Strabone, Vlyxea. Est & alia vrbs dicta Pax Iulia, quæ nunc pacensis dicitur. Ossonoba, nunc siluensis, Ebora, quæ Elborensis, sisapones duæ, noua, & vetus, altera iuxta flumen Durium sita zamorensis à quibusdam nunc fertur, cuius meminit Cicero in Antonium. Sunt, & alia nomina vrbium veluti, Sentica, Selium, Salgua, oppidorum Laccobriga, Mirrobriga, Arcobriga, arabriga & id genus, flumina sunt insignia hæc Tagus, ramentis aureis scatens, Munda: Vacus, Calybs iuxta Aradum, & pacem Iuliam, fluens, Durius Ptholemeo dictus Doria, quorum fermè omnium affatim meminit Strabo libro tertio. Stephanus itē & Ptholemeus, quare hactenus.

CAPVT TERTIVM.

CITERIORIS HISPANIAE, &c. Citerior Hispania siue Tarraconensis vtrunque complectitur littus, Aquitanici videlicet, & Balearici maris omnium amplissima longitudine à Pyreneis ad Castulonem mil. pas. D C V I I. Latitudine à Tarracone, ad alterum littus. C C C V I I I. è radicibus Pyrenei vbi curuatur angustiis inter duo maria, paulatim sese pandens, qua contingit vlteriorem, diuiditur autē, vt hic ait Pli. in conuentus V I I. Carthaginensem, Tarraconensem, Cerauguſtanum, Clunicēsem, Asturum, Lucensem, & Bracchorensem. Brechari tenent inferiora littora vsque ad Nerium promontorium. Horum est flauium Brigantium, vti ex Ptholemæi lectione conijcere licet, nonnulli nunc Compostellam vocant, propè quam ferunt esse sancti Iacobi oraculum, haud procul Lucus Augusti est vrbs, quam alij nunc Lucensem vocitant, Astures populi Callecis proximi sunt, aurifodinis & equisꝰ nobilitati, vt conijcere licet carmine Sylij, hoc. Venit & auroræ lachrymis perfusus ī orbem Diuersum patrias fugiens cum deuius oras Armiger eoo non fœlix Memnonis Astyr. His paruus sonipes nec marti natus & idem Aut inconcusso glomerat vestigia dorso. Aut molli placata celer trahit esseda collo. Et Martialis. Hic breuis ad numerū rapidos qui colligit vngues, Venit ab Auriferis gētibus astur equus. Sed de his libro octauo profusius agemus. Vrbes autem horum populorum Augusta Asturica, nūc Asturicēsis, Brigetiū Veca nūc, Onetēsis ciuitas, ex horū finibus emergunt flumina plura, Anus, Narius, Minius Lethe, & id genus, Lethes meminit abunde Strabo libro tertio, his. Circumhabitant Galli qui colentes Anam fluuium cognatione contingunt. Nam cum ij pariter atque Turduli socijs armis peruenissent seditionem egisse ferunt, postea quam lamium fluuium traiecerunt. Cæterū post seditionem eorum amisso duce. Pallantes ac dissipati ea in regione desederunt. Hanc ob causam flumen λήθης. i. obliuionis appellatū, hæc ille & multa id genus de Lusitanorū moribus, propius autē Pyreneo Vascones sequūtur, gens fortissima, antiquitus credita, vnde Sylius libro tertio ait. aut vasco insuetus ferre arma, &c. Horū est Pōpelon vrbs quasi Pōpeij ciuitas, nunc vocant hanc Pāpilonā, subiungitur Seconţia, quæ fertur nunc Seguntina, Iacca, vbi est nunc Burgensis ciuitas. A littore Carthaginis noue minus. X X X. mil, campus Spartarius in longitudinem porrigitur, magno accolarum questu iuncus est sponte nascens, quo carbasa funes que fiunt, post antelatos populos Cosetani sunt, quorū Tarraco Scipionis ædificiū, Pli. regionem hanc Cosetaniam vocat, Celtiberorum quoque gens maxima est in hoc tractu eorum vrbe. c c c. à Ti. Graccho Subuersas tradit Polybius, eorum origo à gallis corriuauit. Nam Gallos Greci Celtas vocāt, qui cū Iberis

Regnum granatæ vnde. corduba Lusitania Ana flu. Doria. Vlyxipo Pax Iulia pacensis. Ossonoba, Siluēsis nunc. Ebora, nūc Eborensis. Sisapones zamorēs. Sentica, Selium. Salgua. Laccobi. Arabri. Tagus. Mūda vacus. Doria. Tarraconensis. Castulo. Cōuētus quatuor breccha. Nerium promon. brigātiū cōpostella nunc Sancti Iacobi Lucus Augusti Lucensis. Astures Calleci Equorū bonitas. Augusta Asturia nunc Asturiensis. brigetiū. veia nūc onetensis Anus Narius. Minius. Lethe. Lethes vascones Pompelō nūc Pāpilonam.

, commixti Celtiberi appellati sunt. Vnde Lucanus cecinit, profugisque à gēte vetusta Gallorū celtę miscentes nomē iberis. Et Sylius libro tertio, Venere & Celtę sociati nomen iberis, hac regionem nostrates vocant Biscaiam. porrò dignū scitū quod, Strabo libro tertio de Iberis scriptum reliquit, item de Celtiberis Possidonius inquit, author est M. Marcellum tributum ex Celtiberia exegisse talentū. D. C. ex quo coniecturam facere licet quod Celtiberorum natio frequentissima fuerit, auri &, argenti copia excellens, Tametsi polybius. C C. vrbes illorum à Tiberio Graccho subuersas esse memorię prodidit. Et subdit paulò post de Iberis, Iberos autem vniuersos sicut de Lusitanis diximus peltas gestasse constat, & armaturas propter latrocinia, iaculo, item funda, & gladio, vtebantur inter pedites, equitatum immiscere consueuerant, equis ad montes conscendendos edoctis, nec minus ad curuāda leuiter genua, quoties iussi fuerint. refert idem Iberos antiquitus cōsueſſe sibi conficere lauacra ex lotio diu in cloacis seruato, illoque dentes ac os colluere, qui de his plura volet, adeat Strabonem libro tertio, & Ptholemęum, Pompo. Martianum.

biscaia nunc. Auri copia scatet. Celtibe. Iberi. Consuetudo Iberorum. Narbonensis.

CAPVT QVARTVM.

NARBONENSIS PROVINCIA, &c. Brachata gallia dicta hæc quondam quidam volunt, quòd incolæ vterentur brachis, siue femoralibus, item vestibus breuibus, vt scriptum reliquit Strabo libro quarto. Hęc igitur gallię pars, terminatur ab oriente Adula monte alpibus vsque ad vari fontes Ab austro mali Gallico, ab occidente pyrenei, à septentrione iura monte regiones enim inibi feruntur: Sabaudia, delphinatus, & prouincia Tholosana, Sabaudios ex Sabatijs vadis, ac populis putant nomen accepisse. Hi nūc tenent agros incolunt quos quondam coluere vocontij: veragri Caturiges, Centrones, Lepōtij, porro oppidum quod quondam dicebatur Cinarion quo initio belli Cęsar traduxit legiones hodie putarim dictum Viuariensem ciuitatē, sunt & in prouincia hac Narbonensi vrbes insignes veluti Massilia clarissimis dotibus à Strabone, libro quarto illustrata, cuius placita non suppingere collibuit, quòd putem lectionis esse ambagiosæ. est & Antipolis nomine, item forum Iulij, sequuntur ostia Rhodani & fossę marianæ quas nunc vocamus aquas mortuas, Marianę quondam à Mario dictę Agathopolis inibi oppidum, Stephanus, bonam fortunam, ἀγαθὰ τύχῃ nonnulli putant montem pessulanum esse. Cętero Plinius. Coloniam vocat Narbonem decumanorum, quia. X. legi. milites in eam deducti sint, Aquas item sextias vocat, quòd sextius dux, authore Liuio, ciuitatem hanc, reductis in potestatem Sallyibus ædificauit, nunc dicitur aquensis ciuitas, Alba eluorum, nunc Eluensis, Betere vero, Biterrensis nunc, Cauellio, nunc Cauallicensis, Ruscino, nunc Ruscinio & parpinianus. Cætero tantæ est Narbonensis prouincia fertilitatis vt vera Italia dici possit, quare Strabo libro quarto ait. Narbonensis enim ora, eosdem quos, & Italia fructus producit. Quod si proficiscaris ad arctos montemque Cemmenum, oliueta ficique deficiunt, alia tamen procreantur. Vlterius vero progrediens, non facilè vitem, vuas ad maturitatem conficere perspicies. Alia vniuersa frumenta milliū, glandem, vbertim gignit, & omnis generis pecora. Nulla ipsius pars inculta iacet, excepto si quid duntaxat paludes vel syluę coli prohibeat Mulieres etenim fœcunditatem, & educandi studio optimę: Viri autem bellorum magis quam agri colendi studiosi, hæc Strabo: quo diximus loco, vbi de Massiliensibus

bracchata gallia. Adula Sabaudia Delphinatus. Tholosa. Sabaudi vnde. Vocō. caturigis Cētrones Lepontij. Cinarion nunc viuariensis Massilia. antipolis. Forum Iulij. Fossę marianę, nūc aquę mortuę dicūt. Marianę, cur ita di. Agathopolis nūc mōs pessulanus. Aquæ sextiæ, aquensis. Alba eluorū, nūc Eluensis. betere, nunc biterēsis. Cauallio Ruscino, nūc Ruscinio vel parpinianus. Fertilitas Narbonēsis. Mulierū fœcunditas. Viri bellicosi.

sibus eorum'que origine scitè agit: inquiens phocensium verò ædificium est Massilia, petroso in loco sita, cui quidem portus subiacet saxum, videlicet in theatri formam ad austrum spectans. Vrbs vniuersa pulcherrimis circuncincta mœnibus, magnitudine eximia, in cuius arce Ephesium & apollinis delphicis templum conditū est, hoc quidem nomini Ionico commune est, Ephesium autem Ephesiæ dianæ ædes sacra est. Nam cum phocenses à natali solo discederent, sermo extitisse traditur nauigationis principi at'que duci, vt ab Diana Ephesia cursus initium auspicarentur, igitur Ephesum appulsos percontari, quonam modo, & dea imperatum assequerentur, porrò Aristarchę matronę admodū honoratæ deam in somnijs astitisse imperantem, vt accepto quodam à sacris simulacro vna cum Phocensibus nauigationem Aristarcha subiret. Eo autem confecto, vt primum colonia cursum expleuit, & phanum ædificatum esse, & Aristarcham eximia veneratione habitā, subinde in ciuitatibus per colonias deductis, deam hanc vbique honorem in primis assequutam, & eundem diuinę statuę ordinem, & reliqua eodem ritu seruari, quæ in ipsa metropoli consueuere. Cæterum Massilienses rem vrbanam per optimates & aristocratiam regentes, omnes legum æquitate superant cōsilium &c. ex viris instituentes, qui quo ad vita superstit, id honore genus habent quos timuchos τιμουχοὺς, i. honorificos vel præditos honore vocant, hæc Strabo.

De Massiliensibus. *Aequitate florent Massilienses.*

CAPVT QVINTVM.

ITALIA DEHINC PRIMIQVE EIVS LIGVRES, &c Rescriptionis Italicæ, Strabo, libro quinto his verbis, post infimas alpium radices, eius quam hac ætate Italiam vocāt, initium est. Nan'que maiores Italiam, quæ à Siculo Freto vs'que in sinum Tarentinū & posidoniatem progressa est, Oenotriam appellabant. Nomen autem obtinens vs'que ad alpium radices precessit. Assumpsit etiam ab ora Ligustica Vari fluminis confinia, maris'q; proximi à Thuscię finibus Istrię'que vs'que ad polam. Opinari verò licet, priscos Italos fœlicitate florentes, in communione conuocasse finitimos, at'que huc in mo dum auctis deinde viribus in Romanorū imperium peruenisse, paulò post de forma eius subdit. Vna igitur forma Italiam omnem geometrica ratione complecti, haud in procliui est, quāquam extremitates illius in austrū, & Hibernos ortus excurrentes esse triangulas commemorent, eius verticem ad Euripum siculum produci basin autem alpes habere. Cōcedere verò latus alterum in freto siculo & Tyrrheno allui pelago, cæterū formam rectis descriptam lineis, proprie triangulum appellant. Hic autem bases, & latera rotunda sunt, hæc Strabo, & multa id genus, quæ lector si volet legat. Pli. comparatur quernofolio, ac tribus veluti peninsula circunfusa ęquoribus, supero, infero, & Ionio, A Salassis qui locus nunc Salutiarum, & montisferrati est vbi alpes initium capiunt Rhegium vs'que per Capuam, pass. mil. mille. XX. Latitudine vero maxima à Varo ad Arsiam amnē, in foroiuliēsi regione. C.C C C L. Cętero Italiam quin'q; nominibus vocitatā fuisse est in cōfesso, Saturnia enim dicta à Saturno, Italia à rege, Ausonia, Oenotria à rege arcadię Hesperia magna, Huius primos habitatores hic inserere supuacaneū putarim ꝙ Liuius, Salustius. Solinus: & id genus affatim de hoc meminerint, porrò, quod. Plini⁹ de Italiæ laudibus iure hæc dixisse autumandum. Nam & in eā eunt pedibus sententiā Virgilius libro georgicō: & ex Græcis authoribus Aristides in Encomio vrbis, & Plutarchus de Fortuna Romanorū, item Aelianus de varia historia, his ver-

Italia Oenetria. *Forma Italię.* *Salassę, nunc salutiæ.* *Saturnia dicta Italia.* *ausonia Laude Italię.*

Fœcunditas Italiæ

bis Italiam multi incoluere, nec vlla magis terra frequentata, quòd ob terræ fœcunditatem aquarum adfluentiam, maris commoditatem, portuum dispositionẽ, hominum mansuetudinem, ciuium'que humanitatem cæteris regionibus antecellat: fuere'que in ea ciuitates antiquitus. M. C L X V I. Hæc ille. Solinus item de Italiæ laudibus hæc habet in Collectaneis, sed Italia tanta cura ab omnibus dicta est, præcipue à Marco Catone vt largiter in laude excellentis terræ materia suppetente. Dum scriptores præstantissimi reputant locorum salubritatem, cœli temperiem, vbertatem loci, aprica collium, opaca nemorum, innoxios saltus, vitium olearum'que prouentus, nobilia pecuaria, tot amnes, lacus tãtos, bifera violaria, inter hæc vesevum flagrantis animæ spiritu vaporantem tepentibus fontibus Baias, colonias tam frequentes, tam assiduam nouarum vrbium gratiam iam clarum decus veterum oppidorum, quæ primo Aborigenes, Arunci, Pelasgi, Arcades cõdiderunt, hæc ille. Ceterum quia sæpius Coloniarum meminit Pli. hic non obfuerit scisse qui scit Italiam diuisam in Municipia & Colonias, Coloniarum autem Latinarum, vt ait Pedianus, duplex genus, quando videlicet noui coloni ex latio deducebantur, alterum quando veteribus colonis ius latij dabatur, vt possent habere ius, quod cæteræ coloniæ, hoc est, vt petendi magistratus ciuitatem Romanam adipiscerentur. Italia igitur consulum tempore pro prætoribus & præfectis committebatur, imperatorum vero, procuratoribus, postea comitibus. Cetero vt de Italiæ diuisiõe dicamus Strabo libro quinto Italiam in octo parteis diuidit, Venetiam, Liguriã, Picenam, Lucaniam, Tusciam, Romam, Campaniam, Apuleiam, alij aliter, hoc est, prouincias. X V I. Campaniam Tusciam cum Vmbria, in qua est Roma, Nursiam, in qua est Reate, Flaminiã, in qua est Rauẽna, Picenum in quo est. Asculũ, Liguriam in qua est Mediolanum, Venetiam cũ Istria: in qua est Aquileia Alpes Cottias, & Apenninum, in quibus est Genua, Sanniũ in quo est Beneuẽtum, Apuleiam cum Calabria in qua est Tarẽtum, Brutiũ cum Lucania, in quo est regiũ Rhetiam primam Rhetiã secũdam Siciliam Sardiniam Corsicam, de quibus abunde Strabo, libro quinto, Cetero quando Plinius ait.

Coloniæ quid.

Italiæ diuisio. Venetiæ Liguria Picenum Lucania. Tuscia. Nursia vbi reate Flaminia vbi rauẽna. aquileia. Cottię alpes, vbi Genua. Regium. Retia. Padus fluuius. Muli Italici.

INTER SEXTAM HORAM PRIMAMQVE BRVMALEM, &c. Sic intelligendum, hoc est, inter meridiem & hibernum solis exortum protẽditur. Italiæ Padus Fluuius peculiaris est, cuius ita Strabo meminit, Maximus sæpenumero hymbribus crescit ac niuibus, is multas diffusus in parteis, eruptionibus occultum efficit ostium, haud ingressu facilis, at peritia mortalium vel difficillima superat. Dignum præterea scitu quod Homerus Italiæ mulos laudauerit, his quòd illam scatere prodidit potissimam in parte Venetiarum, cuius carmen, hoc est, Mularum genus è Venetis quæ robore præstant. Dionysius quo'que Sicilię tyrannus hinc alendorũ semen equorum constituit, quos ad equestre certamẽ tollebat. Adeò vt per Grecos equinę prolis venetę nobilitas maneret, & ad longa tẽpora propago ipsa famã vẽdicaret, vt scriptũ reliquit Strabo libro quinto, qui de Venetorum origine ita meminit. Cæterum de Venetis duplex est sermo: quidam enim eos à Gallis eiusdem appellationis, occeani accolis colonos esse, memoriæ prodiderunt. Nonnulli è Venetis qui post bellum Troianum cum Antenore salutem assecuti cursum huc è paphlagonia tenuere, descendisse affirmant, hoc vsi testimonio sua in alendis æquis industria, quę hoc omnino tempore defecit. Antea verò summo apud illos honore fuerat, ab illorum imitatione, qui ad creãdos ex equabus mulos studium agitabant hæc ille. Idem de Rauẽna mirum ait. Inter cętera, inquit, eius loci mirabilia illud est quòd palustribus in locis aer innoxius est: quemadmodum ad Alexandriam Aegypti paludis vitium æstate propulsatur: propter amnis incremẽtum, simul etiam euanescente

Venetorũ origo.

Rauenna

coeno.

cœno. Quid quod vitibus euenit quàm admirabile, eas palus creat celeriter perficit, & multum fructum edit, annis verò quatuor, vel quinque corrumpuntur: hęc ille: Rauennã condidisse Thessalos idem scriptum reliquit. Cętero Ligures plures esse ab authoribus scribuntur. Alpini, Trãsalpini, Iuganni, Apuani, Salturi, Deciates, Exubij, Buriates, Trãsalpinorũ, Trogus & Eustathius, Stephanusque meminere affatim. quare de ijs subsultim agẽdum à nobis est. Nam & Strabo, de ijs etiam vbertim libro quinto disserit: Trog⁹ & Eustathius scribũt Ligures esse inter Massiliã Alpinorũ: Cicero vero de lege agraria Ligures, inquit, mõtanos duros atque agrestes docuit natura ipsa loci nihil ferẽdo, nisi multo labore quęsitum, Apuanos, Deciates & cæteros populos, quorum meminere antiquiores historiarum scriptores extinctos, teste Liuio constat. De vniuerso autem genere: Florus ita habet: Peracto punico bello sequitur Ligusticum Ligures inuijs alpium iugis adhęrentes, inter Varum Macrãque impliciti dumis syluestribus victitabant: quos penè maius fuit inuenire quàm vincere. triti occasione locorum, latrocinia magis quàm bella factitabant, hæc Florus. Sauona inibi est: cuius meminit & Liuius libro octauo secundo bello aduentum Magonis in Italiam referens: Sauonę (inquit) oppido Alpino prædam deposuit: Strabo, Pli. Mel. Pompo. in eo fero loco ponunt vada sabatia, Vltra est oppidum Altilia: quod nunc vocant Alteiolam, Deinde Genua, item portus delphini: qui & nunc portus Finus nuncupatur: deinde vici nouorum nominũ Siestrum, Lauauia, Rapula, Portus Veneris, Spedia. Itẽ authore Ptholemæo, Castrũ sancti Romuli prope Rumbum fluuium palmis nobilitatum: sequitur regio Lunensis, partim citra, partim vltra Macram consistens. Liguriæ item meminit Strabo, quinto ijs verbis. Secũda exponatur liguria in ipsis Apẽninis montibus, inter Galliam, sic enim vocatur hoc tẽpore atque Ethruriam sita, nihil descriptione dignũ habens, nisi quod vicatim vitam agũt, terram arantem asperrimam fatigãtesque ligonibus, immo verò saxa incidentes: vt Possidonius inquit: hæc ille & multa id genus, De Thuscię item longitudine hæc ait. Cæterũ Thusciæ longitudinem maximam à Luna vsque ostiam per littus. Stad. milibus duobus & quingentis esse dicit. Latitudinem per mõtana minus dimidio E luna verò pisas vltra stad. CCCC. esse, hinc Volaterras stad. CCLXXX. Rursus huic populonium stad. cclxx. è populonio ad Cossam ferme D. ccc. alij D. c. dicunt. Polybius verò non omnia mille. ccccxxx. inquit: Porrò de pelagis quorum hic meminit Pli. ita agit. Rerũ quoque scriptores atticarum de pelasgis tradidere, Athenis fuisse pelasgos: qui cũ instar auium quo Fors vocaret, huc atque illuc errabundi commearent, pro pelasgis pelargi, hoc est, ciconiæ vocarentur ab Atheniẽsibus, hæc ille qui de Italiæ situ affatim meminit: Post Liguriam regio Subalpina versus mediterraneam occurrit: quam Padus mediam diuidit: à cuius vlteriore ripa Ticino, à citeriore verò Trebia, duobus quasi brachijs ab latere septentrionalis includitur, à meridiæ & occidente montibus: Igitur inde Trãspadani: hinc Cispadani dicuntur Alpibus & Liguriæ vicini, quorum post Trebiam Derto est ciuitas: deinde Tanarus fluuius in Padum influens: ab eodem abluitur vrbs, quæ nunc Alexandria dicitur: quę quondã Cæsarea dicta: vltra Tanarum ad Padi ripam Augusta Barienorũ est, authore Ptolemęo, & Pli. nunc vocant Bassinianum oppidum. Sũt & multa alia oppida quæ parcens verborum prolixitati omitto. Transpadum vero subalpinorum loca hæc sunt, Ad ripam fere exoriẽtis padi iria à ptholemęo dicta, item Augusta Taurinorum, quæ nunc Taurinum, Stephanus grãmaticus Massiliensium ait esse coloniã, Tauro appellatam, quo signo Massiliẽses adnauigantes vtebantur in naui, non procul Fluuius est, quem alij orchum vocant, Versellę, Nauaria, Pallãtiæ, Eporodia, & id genus. Non est enim nostri consilij annumerare vrbes omnes nec locos, nec

Ligures. Alpini. Trãsalpi. Iuganni. Apuani. Salturi Deciates Exubij buriates. Ligurum situs. Sauona. Altilia nunc Altiola. Genua Portus delphini: qui nunc portus finus. Siestrum Lauania. Rapula. portus veneris Spedia Castrũ s. Romuli Lunensis regio. Thusciæ, lõgitudo Pelasgi. Pelasgi, vnde. Ticinus Trebia. Transpadani. Cispadani. Derto Tauarus fluuius Alexandria quõdã Cęsarea. Augusta barienorum, nũc bassiniaũ Iria Augusta Taurino. Orchius, Versellæ Nauaria. Pallantia eporodia

Regio Trāspadana. Mediolanum. Aquileia Istria. Atesis. Papia a quibus cōdita. Sāctus colūbanus. Medoecia Regenenum. Mōs bralius. Telina. Anguedina. Canomica. burmiū. Larius. Comum. Leucum. Addua flu. Glarium. Suricum. Domasiū Grauedono. Musecha. brixia. Mantua. Nouūcomum. Istria. Liburni. Titias. Tergeste Formio, Cisanus nunc. Aegis. Pola. Colchi. Ligusticū mare.

omnia oppida, quorū Pli. hic meminit: ꝙ putē turgescētis lectionis: & quia cōijcere licet Strabonē: Stephanum, Dyonisium, Pomponium Melā, Ptholemęum, de ijs copiosius quàm desiderari possit disseruisse. Cætero regionem Trāspadanā, Strabo, in tris diuidit partes, Subalpinam, & Venetiam, in qua est Mediolanum, vsque ad Aquileiam, deinde Istiam, Plinius autem Subalpinam partim cum liguria coniungit, secutus diui Augustini sectionem, deinde Trāspadanam, in qua est Mediolanum quam nouam regionem constituit: postea Venetiam: quam decimam: postremò Istriam vndecimā: sed nūc eā partem quę post Ticinum vsque ad Atesim continetur attingamus raptim, Ticinum ex alpibus defluens in Padum oppidum sui nominis habet: Papiam nunc dictum: quod Pli. testatur conditum à Lenijs & Maricis gallica gente: supra Ticinum sanctus Columbanus oppidum, ab latere occidentis oppidū alterum noui nominis Medoecia alijs dicta: vbi Cæsares diademate ferreo redimiri consueuerunt. Item Regenenum regio verò quę vltra Mediolanum alpes contingit tota ferè ignobilis: vbi post Adulam montem, qui pars est Rhetiorum alpium: vocatur à quibusdam nūc mons bralius, Telina vallis appellata iacet longitudine mil pass. l x. ditionis Mediolanensium. huic & alię valles coniunctæ Anguedina, Camonica: in ijs oppida complura seu vici potius, inter quæ Burmium, Larius primo à septentrione in ortum hiberium excurrit: inde ijs duo brachia diffunditur: altero Comū inter meridiem & occasum petit: altero ad oriētem Leucū, vbi Adduam amnē emittit circa Glarium, oppida Glarea, Suricū, Domasium, Granedono, Musecha, Mussium lapidicinis insigne Comum orobiorum ædificium hic Pli. authore Catone ait, Trogus tamen à Gallis cōditum prodit. Strabo, libro quinto huius rei ita meminit. Ijs inferiores Brixia, ac Mantua, & Regium, & Comum, Hæc mediocris erat colonia. cęterum Pōpeius Strabo Pompeij magni pater colonos in eam restituit. Quam incumbētes rhæti vastauerant: inde. C. Scipio tria milia hominum insuper adiecit. postmodum Diuus Cæsar quinque inquilinorum milia ad inhabitādum deduxit: è quibus fuere quingenti illustrissimi gręci. Hos etiam ciuitate donatos in habitatorum numero descripsit: haùd tamē ibidem domicilium habuere, sed oppido nomē relinquētes & Nouūcomum appellantes: Nouocomenses oppidanos vocauere: hæc Strabo, sed de ijs hactenus. Nunc de Istria agamus cursim: post Timauum istria velut peninsula panditur altitudine pass. M. XI. circuitu. c x x i i. cum Liburnis & amne Titio terminat, ad quem ab aquileia sunt pass. cc. Mil. istriam ab istro flumine cognominatam ait Pli. Istrię caput Tergeste colonia Romanorū est, sita in sinu sui nominis: post eam quo'que sex passuum milibus Formio est fluuius: nūc Cisanus vocatus. Deinde Aegis parētiū à Pli. Pola in extrema hora Italiæ à Colchis condita: vt ait Pomponius Mel. Item Pli. Strabo addit: quòd Colchi aduersum Medeam fugientem missi: cum minimè compotes essent: redire frustra timentes hunc locum ędificauerūt: polam quo'que lingua Colchorum exilium significat, appellauere. Verùm qui plura de ijs volet, adeat geographos antelatos.

CAPVT .VI.

Corsicanus ager.

IN LIGVSTICO MARI, &c. Ligures incolæ exordiū Corsicæ dederunt vt oppida ibi instructa sint, vt ait Solinus in Collectaneis, vt colonias ibi deduxerūt Marius & Sylla, vt ipsa Ligustici sinus æquor alluat in agro Corsicano lapidem esse ait Solinus, quem Cathochitem vocent. Maior est cæteris qui ad ortum destinantur: nec tam gemma quod cautes idem impositas manus detinet. ita seiunctis corporibus

annectens,

nectens, vt cum ipsis hæreat à quibus tangitur. Sed ei inest vellus velut de glutino lentiore nescio quid parat gummi. accepimus, ait Solinus, Democritum Abderitem ostentatione scrupuli huius frequenter vsum ad probandã occultam naturę potentiam in certaminibus, quę contra magos habuit. Strabo autem Corsicæ ita meminit libro quinto. Corsica verò quàm Græci Curnum appellant, maligne cõlitur, aspera, & plurimis in partibus prorsus inaccessibilis, Adeò vt qui eius montes habitant, ex latrociniis vitam degentes superent ipsas immanitate beluas. Cum ergo Romani Imperatores in eos irruant, ipsorum'que castella irrũpãt, magnũ'que seruorum gregem captũ aduehant Romæ, est cernere simul & mirari, quàm agrestis sit effigies quan'que bestiarum appareat diritas, Facies'que truculẽtæ: aut enim vitam tolerare non possunt, aut per socordiam, & ignauiam insensati dominos cõterunt. Ita'que licet pro eis paululum exponant prætii, tamen pœnitentia torquẽtur. Habitabilia tamen nonnulla sunt eorum castella, Blesmi, Carax, Eniconiæ, Vapanes, locorum scriptores insulæ huius longitudinem asserunt miliaria. c. & lx. esse latitudine verò. lxx. hæc ille: idem Pithecusæ & Capreę meminit, libro primo & libro quinto iis verbis. Ante Misenum prochyta iacet insula à pithecusis quando'que diuulsa. Eretrienses autem simul & Chalcidenses Pithecusas habitarunt: qui cum terræ frugibus & auri fossionibus beatissimi forẽt, coorta seditione, insulam reliquere, postremo'que terrę motibus expulsi, & exhalãtibus ignibus & inualescente mari, & aquarum feruoribus excessere. Caprearum antiquitus duo fuere oppidula, nunc verò vnum, quod Neapolitani occupauere, ii amissas bello Pithecusas recepere, denuo Augusto Cęsare illis donante. Capreas verò magnificẽtissimis ibi structis ædificiis, peculiare sibi fecit receptaculum, hęc ille, caprearum item Suetonius affatim meminit.

Corsica | Blesmi. | Eniconiæ. | Vapanes. | Pithecusæ. | Capreę

CAPVT SEPTIMVM.

SARDINIA, &c. Strabo, libro quinto Sardiniæ nõ minus scitè quàm festiuiter ita meminit. Sardinię pars non modica est, aspera, minime'que trãquilla. Magna quoque pars, agrum habet rebus omnibus fœlicem, precipuè tritico, pleras'que etiam vrbes continet: ex quibus digniores sunt, Caralis, & Sulchi locorum virtuti malignitas quędam obstat. Insula enim æstiuo tempore morbosa est: in locis maximè fœcundis, & quod hæc ipsa mõtani incolæ populantur: & quidem frequenter, qui Diastebes vocãtur: qui antea Iolenses nominarentur: memorię proditum est, Iolaum plæros'que adducentem Herculis filios huc appulisse, hæc & multa id genus. Strabo porro dignum scitu quod Solin⁹ de Sardinia agit. Sardinia inquit, est quidem sine serpentibus. Sed quod aliis locis serpens Solifuga Sardois agris animal perexiguum quàm araneæ forma Solifuga dicta quod diem fugiat. In metallis argẽtariis plurima est, nam solum illud argẽto diues est: occultim reptat, & per imprudentiam supersedentibus pestem facit. Huic incommodo accedit & herba Sardonia in defluuiis fontaneis prouenienes iugo largior: Ea si edulio fuerit, vescẽtibus neruos cõtrahit: rictu ora deducit, vt qui mortem oppetunt velut ridentium facie intereãt. Contrà, quicquid aquarum est variè seruit stagna pisculentissima, hybernæ pluuiæ in æstiuam penuriam reseruantur. Nam homo sardus optime plurimam de himbrido cœlo habet hoc collectaneum depascitur. Vt sufficiat vsui vbi defecerint scaturigines, quæ ad victum vsurpari solent: fontes sanè calidi & salubres aliquot locis, aut abolent à solifugis

Sardinia | Diastebes. | Iolẽses. | Solifugæ.

infertum venenum,aut etiam ocularias diffipant ægritudines: fi qui oculis medẽtur,& coarguendis valent furibus. Nam quifquis facramento raptum negat luminá aquis obtrectat, Vbi periurium nõ eft,cernitur clarius. Si perfidia,abnuit, detegitur facinus cæcitate & captus oculis admiffum tenebris fatetur, hæc ille.

Periurij fignnm

CAPVT OCTAVVM.

VERVM ANTE OMNES, &c. Sicilia profecto iure maximis dotibus à Strabone illuftratur,qui de ea agens inquit. Quid vulgatam ab omnibus locorum virtutem prædicem:quam nulla ex parte inferiorẽ Italia demonftrant: fuperiorem verò diceres frumento, melle, croco, alijs'que permultis. Adde locorũ propinquitatem: Infula enim veluti quædam Italiæ pars eft, Romæ quo'que fingula tanquam ex ipfis Italiæ prædijs facile,nullo'que labore fuppeditat,Ita'que Romę horreũ Siciliam vocauere, huc enim omnia ibidem nata comportantur:paucis exceptis,quæ incolarum vfus abfumit:non fructus modo,fed etiam pecora,pelles,lanæ,cætera'que eius generis. hęc Strabo,libro fexto,& paulò fuperius de ea dixerat. Nam cum hactenus femper fingulis gentibus vicinas dinumerauerimus infulas, & nunc tandem vs'que in finem ad Oenotriam peruenerimus, quam folam Italiam nominauere prifci: iure eundem feruabimus ordinem,& ad Siciliam & proximas Siciliæ infulas accedemus. Eft autem Sicilia tribus formata angulis,idcirco quę primis fæculis Trinacria pofterius Trinacris appellata eft:hæc Strabo,& multa id genus de Sicilia:cuius placita nõ collibuit fufius appingere, quòd putem quem'que bonarum literarum candidatum lectorẽ legiffe quę Pli. de ea differit. Solinus, etiam hanc vocat triquetram .i. triãgularem: Porrò: quod Pli. vocat Crateram in Aetna montem, expendendum hic: Siciliam eminere mõtibus duobus Aetna & Erice: ille facer eft Vulcano, hic Veneri, in ętnę vertice duo funt hiatus Crateres nominati, per quos eructatus erũpit vapor præmiffo prius fremitu per æftuantes cauernarũ latebras longo mugitu intra vifcera terræ diu voluitur: nec ante fe globi flammarum attollũt: quam interim ftrepitus antecedant: de quibus abunde Solinus, & Strabo libro fexto. Cætero Thucidides, Cyclopas & Leftrigonas primo Siciliam incoluiffe tradit, poft hos Sicanos genere Hifpanico: deinde plerique Troianorum hunc tenuerunt locum: vrbes Sicanorum Egeftra,& Eryx,ijs accolæ adcefferunt quidem phocenfes: poft hos Siculi ex italia fugiẽtes, multi item barbarorum Siciliam incoluere, Græcorum primi Chalcidẽfes ex Euboea tranfeuntes cum Theocle duce Naxon incoluere, De Sicilia item abundè meminit Trogus libro quarto. Item Diodorus: qui ait, Sicaniam dictam fuiffe quondam,

Siciliæ Foecunditas. Siciliæ forma. Trinacria. Crater in mõte Aetna. Crateres. Cyclopes. Leftrigones. Sicani. Egeftra Eryx.

CAPVT NONVM.

LIPARA CVM CIVIVM, &c. Liparæ infulæ & aliarum infularum Siciliæ meminit Strabo, libro fexto ijs verbis, quę ad Siciliam & ad Liparas infulas accidere feruntur, & ad ipfam Liparam oftenduntur. Sunt autem numero feptem, è quibus maxima Liparis, in quam Guidij Coloniam deduxere, &c. Plinio etiam, Solinus, aftipulatur ijs. In freto ficulo Ephiftiæ infulæ. XXV. milia paffuum ab Italia abfunt, Itali Vulcanias vocant. Nã

Liparæ infulæ.

et ipfa

& ipsa natura soli ignea per occulta commercia, aut mutuantur ætnę incendia, aut subministrant. Numero septem sunt Liparæ, nomen dedit Liparus rex, qui ante Aeolum rexit. Alteram vocauerunt Hieram, ea pręcipue Vulcano sacra est, & plurimum colle eminentissimo nocte ardet. Strongile tertia, Aedi domus: item Didyme, Eriphysa, Phoenicusa, Euougmon, &c.

CAPVT DECIMVM.

LOCRIS ITALIAE FRONS, &c. Locri Italiæ dicuntur ad discrimen alterius loci: qui Locri dicitur, cuius meminit Strabo, libro nono, ijs verbis. Quo autem modo Boetię Phocis accumbit, eo & Locris vtrique Phocidi. Duplex nanque est, à Parnasa partita bifariam, altera quidem ab occidua parte Parnaso accumbens, & eius depascens portionem, ad Crissæum verò sinum pertinens altera, in orientem ad Euboicum finita pelagus. Vocantur autem ij occidui Locri & Ozolæ, hæc ille. Eustathius: Locretium Italicorum meminit asserens eos fuisse seruos Locrensium ozolarum: qui apud sinum Crissæum inter Grecos siti sunt, ac dominis in bello commorātibus matronis concubuerunt. Timentes deinde irā dominorum, aufugerunt in Italiam, Enanthe duce, paulò post conditam Crotonem, vocatique Epizephiri, quòd venientibus ab occasu portum habet accommodum. Apud eos statua Eunomij cytharœdi cum cicada facti memoriam testans, quòd illa abruptæ casu chordæ succederet. Liuius, libro septimo etiam meminit horum quādo ait. Locros in Brutijs Crispinus oppugnare cœpit, & rursus Annibal à Butroto amne, haud procul ab vrbe Locris, &c. Post Locros, Sagra fluuius est, deinde Caulonia, prius Aulonia quasi Vallonia à vicina valle dicta ab Achæis ædificata, vt placet Straboni: Caulonis oppidi cuius hic Pli. mētionem facit, etiam meminit Vergilius, vbi ait. Caulonis ad arces. Item Liuius, loco antelato: post hanc vrbem Sciletium oppidum Atheniēsium colonia, hinc Scilleticus sinus cognominatus: qui ad Hipponiatem sinum Isthmum facit, quem Dionysius quādoque mœnibus munire cogitauit: Petelia, cuius hic meminit Pli. Strabo, Lucanorum metropolim ait esse à Philoctete, & Meliboeo ædificatum Liuius in tertio de secundo bello in Brutijs ait esse, porrò quod Pli. de Lacinio siue Licinio promontorio non procul ab eo fuit templum Iunonis Licinię: authore Dionysio, Strabo, libro sexto. Lacinij abundè etiam meminit, & Sagræ fluuij.

Thurij. Locris. Boetia. Phocis. Ozolæ. Crissęus Croton Statua Eunomij. Bustroton. Sagra. Aulonia Vallonia. Caulonis. Scletiū Hipponiates. Petilia.

CAPVT VNDECIMVM.

LACINIO PROMONTORIO, &c. Hic est secundus Europæ sinus, iuxta hoc promontorium Croto est, iuxta hanc elabitur fluuius Aesarus, post Crotonem Sibaris vrbs, ab Acheis condita, sita inter duos fluuios Crathidem, & Sibarim ingens quondam oppibus. XXV. ciuitatibus subiectis. Sibaritæ vt nimium molles, ac delicati taxantur, quùm eo processerint, vt vel equos ad symphoniæ cantum saltantes haberēt: quę res causa fuit vt deleretur. De Crotone enim ita habet Strabo, libro sexto. Prima Croto est, à Lacinio c. &. l. stad. Est & Aesarus fluuius & portus, & fluuius alter Neethus nomine, quorum cognomina casu prouenisse dicūtur: & paulò post subdit Antea sane Iapyges

Lacini⁹. Aesarus Sibaris. Crathis Sibaris. Sibaritæ molles.

Crotonem Ephoro teste,incolebāt. Fuit autem ciuitas rei bellicæ peritissima,nec paruam exercendis athletis operam dedit. In vno igitur olympiaco certamine septem viri,qui ceteros studio superarunt Crotoniatę fuerunt omnes:iure ita'que dici visum est:qui Crotoniatarum postremus est. Is reliquorum Græcorū primus est, Vetus quoque prouerbium alterum Crotone salubritas:quod esse ortum aiūt: quia locus ipse ad salubritatem, & bonas habitudines:propter athletarum multitudinem plurimum conferat:hæc ille,& subdit Plinius.

THVRIVM INTER DVOS AMNES, &c.

Thuri°. Huius etiam meminit Strabo,quod diximus loco Thurij incolas dictas asserēs à nomine fontis vicini. Et vrbem,ait,alium in locum prope trāspositā ędificarunt, Pot° Sibaridis. & eos Thurios ducto de fonte vocabulo, nuncuparunt: si equi de sibaride biberint sternutamentis agitari constat: quàm obrem ab eius potu greges amouent. Crathis Crathis autem,homines in eo lotos cęsarie candidos & flauos efficit,ac multis medetur morbis,hæc ille, qui etiam Aciris & Siris fluuiorum meminit: quorum hic Pli. Hera-clea. facit mētionem. Item meminit Heracleę postea,inquit,Heracleopolis supra mare paululū,& nauigabiles amnes duo Aciris & Siris: super quo eiusdem nominis Aciris. Siris. est ciuitas Troiana,à qua procedente tempore,deducti à Tarentinis coloni,Heracleam tenuerūt. Deinceps quidem est Metapontus ad quam ab emporio Heracleę stad.sunt. c.&. xl.id oppidum à pylijs qui a Troia cum Nestore nauigarent ædificatum esse dicitur,eos tantum fœlicitatis è re rustica & agricolatione cōsecutos Aurea æstas. fuisse,fama est:vt Delphis donum obtulerint auream æstatem:hæc Strabo. Tractus enim à Tarento vsque ad Hydruntem,& ab eo per littus vsque ad montem Garganum hic est:qui regiones senis appellatas nominibus inter se affines cōtinebat Iapygiam,Damniam,Messapiā,Peucetiam,Salentinos, Apuleiam, quę nostro Iapygia Dania. Messapia. Peucelia tempore vno Apuleiæ nomine censentur & vltra apenninū sitæ omnes, subiugatæ verò à C. Sulpitio, & Q. Aemilio Cos. Vt ait Liuius in octauo,& item in nono, per Q. Lunium Bubulcum,Brutum. Contigua primum Metapontinis Iapyga est, Brudusium. vsque ad Brudūsium isthmo inclusa. xxxii. pass. Mil. à Iapyge Dædali filio, qui dux Cretensis,in hæc loca adplicuit: vt scriptum reliquit Strabo, libro sexto: eadem & Messapia dicta à Messapo duce, vt idem ait quam & Ptholemæus diuersam facit à Peucetia: quòd ponat eam magis septentrionalem. Cætero quod Pli. de Messapia ait,etiam id testatur Dionysius Halycarnasseus, porrò in hac parte duę tantum insignes vrbes sunt,Tarentum, & Brudunsium, altera Colonia laconum Tarētū Partheniæ. sinum Tarentinum efficiens, maximè importuosum à Tarēto heroe, vt Straboni placet,libro sexto, qui huius ita meminit. Lacedæmonij cum aduersus Messenios rebelles bellum gererent,nec redire nisi bello confecto statuissent, misere domum iuuenes electos qui virginibus commixti proli,& ciuitati consulerent, ij qui deinde nati Partheniæ vocati eiecti sunt, tanquam nothi ab ijs qui post annos. xviii. cum victoria redirent, illi verò duce Phalantho egressi huc adplicuerunt, eiectis Cretensibus qui loca ea occupauerant, Tarētini quondam potentia, ac rebus gestis, terra marique floruerunt exteros duces plures adcersiuere, cōtra Messapios & Lucanos Alexandrum Epirotarum regem,& ante eum Archidamum Agesilai filiū, postea Cleonimum & Agathoclem, postremo Pyrrhum aduersus populū Romanum. Nam teste Liuio. xii. quum à Tarentinis classis romanę direpta esset eius occiso præfecto: legati à senatu ad eos quæstū de iniurijs missi, pulsi fuere, ex quo bellum eis indictum, Pyrrhus semel victus, rursus ex Sicilia in Italiam reuertens, Calabri per Curium superatur: In Annibalis deinde Venere potestatem, à Fabio postremo Rudiæ. recepti: porrò finis hic est Adriatici sinus. Prope autem versus orietem breui tractu & angusto Calabri sunt, ita à Ptholemęo vocati, in quibus Rudiæ: quas Strabo,

libro sexto. Rodiam vocat, his verbis. Hinc obseruato ferente vento, Brundusinis propinquant portubus, & egressi Rhodęos vrbem Græcam pedestres ocyus aduentant, ex qua oriundus Ennius poeta fuit, &c. Sequuntur Salētini in peninsula siti, Hi à salo, id est mari, vt ait festus, dicti sunt: metropolis eorum Hydruntes, in hoc medio cursu parua est insula à Ptholemęo, Sasina dicta. Est Neritium vrbs etiam Salētinorum, authore Ptholemęo. Est & aliud propè Corinthum Leuca promontoriū antiquum, in quo nunc est castellum sanctæ Mariæ de Leuca, item hic est vrbs nomine Gallipolis, authore Pomponio Mela. Manduria item, cuius meminit Liuius qui vi captam à Quinto Fabio tradit. Cętero Appuli versus occidentalem extenduntur plagam, vsque ad garganum, & amnem fiternum, iidem Danni appellati sunt, à socero Diomedis, vt ait Pli. in hac ora Egnatia est authore Ptholemęo, ex cuius occasu nouum iuxta oppidum excitatum Monopolis, Barium à Pli. dictum antea Iapygem nuncupatum tradit, à Dædali filio Iapyge. Est & in appuleia oppidū nomine Salapia, cuius meminit Strabo lib. sexto, quem legat, qui plura volet,

Rudię. Salentini. Hydrūtes. Sasina. neritiū. Leuca vbi nūc sanctę Mariæ de Leuca tēplū Gallipolis. Maduria.

CAPVT DVODECIMVM.

SEQVITVR QVARTA REGIO, &c. Vltra Picenum, authore Strabone Vestini sunt, & Marrucini, & Marsi & Frentani & Peligni & Samnites, quorum ferme oīm hic Pli. meminit, nūc vno nomine aprutiū vocāt regionē, quasi pręcutium, & pręcutini in ea parte positi, vt tradit Ptholemęus, Pręcutianos Pli. vocat. Hi terminos habent Apenninum & mare, ab occidente vero Picētes populos vsque ad amnē Fiternū, porrò Alternus amnis, cuius hic meminit Pli. nūc Pescara vocatur, qui Marrucinos à Vestinis diuidit, vt placet Straboni, Vestini enim vsque ad Lirim & Suessam durant, quorum amiternum, de quo Liuius. X. scribit. P. Cornelium alterum consulum amiternum oppugnatum de Samnitibus cœpisse, in eodem colle. VIII. mil. distat oppidum Furconiū: in hac parte est Angula, à Ptholemæo Angolus, post Aternum peligni sunt, qui à Fretanis Sagro, vt placet Straboni, vel Ptholemęo, Saro dicti, iuxta est mons niger Pelignorum olim metropolis Corfinium fuit oppidum id in bello Marsico italicū dictum est: tanquam commune vniuersis Italis receptaculum, & propugnaculum contra populum Romanum, vt Strabo scriptum reliquit, in ora vero Pelignorum Ortona est oppidum, quod à Ptholemęo Orton dicitur, à Strabone Ortonium. Post hæc Fiternis amnis, horū populorum terminus & appuleię initium, Marsorum vero gētes & Samnitum omnes in iugis apennini sunt sitę, Marsos à Marso Circes & Vlyssis filio ortos quidam putant, veluti Pli. Sylio tamen placet ortum duxisse à Marsya, qui victus ab appolline huc concessit, regnauitque, quando cecinit,

, Sed populis nomen posuit metuētior hostis. Cum fugeret phrygios trans ęquo-
, ra Marsya crenas, Mygdoniam phœbi superatus pectine Lothon, Gens haud

magna alioqui ferox, initium defectionis Italię à Marsis cœpit, qui non impetrata libertate & communione ciuitatis cæteros deciuere, ex quo socialę bellū exarsit, victi demū a P. Sulla fuere, sub quo Cicero militauit. Caput eorū Marruuiū antiquit⁹ dictū propè lacū Fucinū, quare Virgi. ait, Quin & Marruuia venit de gēte sacerdos hic Alba est. Tres tamē Albas comperio. Nam vna est in latio, alia in regione Subapina, postremo ea cuius hic meminit Pli. propè ast Fucinus lacus, nunc Marcę, cū oppido Celano: cuius emissarium Claudius fecit, per hanc aqua Martia Romā venit. Hic nemus Angitię, hoc est medeę, ab angendis serpentibus, vt Seruius ait, Me-

ria. Appuli. Danni. Eguatia Bariū. Salapia. Picenū Vestini Marrucini. Marsi. Fretani. Peligni Sānites. aprutiū Pręcutiani. Altern⁹ Pescara Augula Fretani. Corfinium. Ortona. Fitern⁹. Marsi vnde. Marrunium. Fucinus lacus. Marcæ. Celanū

Nemus āguitię. Valeria Sabelli.

deam enim hic habitaſſe produnt,& vim ſoporiferam in ſerpẽtes Marſos edocuiſſe,hic ponitur regio à Strabone,quæ dicta Valeria,hoc oppidum Ptholemęus ponit inter Equiculos,quæ gens pertinebat ad Marſos.Cętero, Samnitum populi, longè ſequuntur in apennino,qui & Sabelli dicti ſunt,vt ſcriptum reliquit Strabo,diminutiuo vocabulo à Sabinis,quorum Florus libro ſecundo meminit affatim.

CAP. DECIMVMTERTIVM.

Ancona. Flauinianum. Matrinus flu. Truētus Romanus. Adria. Sena. Capua.

QVINTA REGIO, &c. Hic Ancona eſt:Syracuſanis qui Gręci Dorici erant Dionyſij Tyrannidem fugientibus ædificata, cuius meminit Lucanus,vbi ait. Quam Dorica ſuſtinet Ancō,portum hic excitauit Traianus poſt Anconam Numana ſita eſt,à ſiculis cōdita,inibi eſt Cupra vetuſta vrbs Thuſcorum ædificium , vbi templum Iunonis erat,quod Cupra Iunonem vocabant, vt memorię mandauit Strabo,cuius & meminit Sylius,vbi cecinit. Quis littoreę fumant altaria Cupręhic Caſtrum nouum,quod hodie Flauianum,hic ager palmenſis,qui nunc turris palmę fertur. hic Fluuius Matrinus,item Truentus,cum oppido eiuſdem nominis,Romanus,apud quem Adria eſt Picentium ſita. VII. millibus paſſuū,a mari diſtans,Romanorum colonia,vt conijcere licet verbis Liuij,lib. XI. Sena,inquit,& Adria colonię deductę , &c.Hic eſt Aſculū,in vltima autē fere Picentium parte Capua eſt,non procùl eſt Saluia vrbs,potentia item oppidum & flumen,& id genus multa,quæ non duxi ſuppingenda,quòd putem eſſe turgeſcentis lectionis,quare ſequentia ca.illibata maneant.

CAP. VIGESIMVMPRIMVM.

Aſia. Illyrici. Daci. Illyrij vnde. Liburni Iapyges Dalmatæ. dryopis Cerauni Chelidonij.

ASIAE GENS LIBVRNORVM, &c. Tractus Illyrici Strabo libro ſeptimo ita meminit. Ad Adriaticum quidem Illyricus tractus eſt:ad alterū vero vſque ad propontidem,& Helleſpontum , ora Thraciæ locata eſt, & ſubdit paulò poſt de Illyricis,igitur dicēdi ſumamus initiū quæ Iſtro ſunt contigua,ac alpibus,interque Italiam & Germaniam iacentia.inchoant autem à lacu vindelicorum , & Rhætorum & Tœniorum ipſius verò oræ partem deſolatā fecere Daci,ſuperatis bello boijs,atque Tauriſcis,ea gallica natio eſt,Cretoſiro ſubiecta , &c, Porrò dignum ſcitù quod Euſtathius prodit , Illyricos ortos ab Illyrio Cadmi & Hermionis Filio, quorum ſepulchrum propè Ceraunia ſeruatur. Huc enim è Thebis profecti in ſerpentes mutati fuerunt,poſtquàm Cadmus Martis draconem qui Dyrcem cuſtodiebat,interfecit. Appianus aliam prodit originem,quā, & apponere non collibuit,quòd longam plusquā par ſit putem , porrò de Allyrijs L.Manlius triumphaſſe dicitur, à Liuio, populi autem huius loci dicuntur Liburni, Iapyges,Delmatę,Dryopes, Cerauni.Chelidonij & id genus:de quibus nec verboſius,qui plura volet,legat Strabonem, libro ſeptimo.

CAP. VIGESIMVMSECVNDVM.

LIBVRNIA FINIS, &c. Multa tum flumina tũ oppida hic numerantur, vt Alnoua, Flamona, Senia, nunc Signia, Euona, nunc Noua, Iadera colonia pro qua bellum diuturnum inter venetos & pannonios gestum, Scardona item huic Halmissa octo ferè passuum mil. procùl, arce nobilis Siclodie vocata, inter quam & Salatum tractu maritimo ad montes vsque pertinet gens quæ quod Diocletiani genere se ortam iactat, eorum locum politiciam quasi Rẽpublicam appellant, legibus nunc suis, senatu Veneto permittẽte viuũt. sinus deinde panditur Chelidonius Narona colonia, Narentam nunc vocant, Naro etiam hic fluuius, à Ptholemęo ponitur Narbo, quùm legendum sit Naro, Epidaurum item quod alij Limirum vocant, Olchinum item quòd antea dicebatur Colchinium, à Colchis conditum, nunc dicitur ciuitas dulcinensis, deinde fluuius Drino à Ptholemęo & Pli. Drilo indigenę bolianam dicunt, post eũ Drinus Delmatię Albanię'q; terminus, post Drinum oppidum Lissum: nunc Alexiensis ciuitas nuncupatur, itẽ Scodra ciuitas, quæ nunc scutarensis: Tribullum item, nunc Tibuniensis, est hac in parte oppidum Labatum, quod Pli. Neuportũ vocat. Sunt præterea insulę in Illyrico multæ sicuti Tragurium, Arba, pharus: à Ptholemęo Pharia, Issa, Chissa, itẽ & alia quam vocat Ptholemęus Miliginam, Polybius vero Melitussam. Hinc canes Melitei, Corcyra, quæ nunc dicitur Cursula, sunt & alię, quas silentio prętereundas censui verborum prolixitati parcens, de his enim affatim meminit Pius papa: in geographię libris.

Liburnia
Alnoua.
Flamona
Senia nũc Signia.
Euona nunc Noua.
Iadera.
Scardona
Halmissa
Siclode arx sinus.
Chelidonius,
Narona
Narentũ.
Naro.
Limira.
Olchimũ
Colchiurum.
Drilo.
Drimum
Lissum nunc lexiensis.
Scodra nunc scutarensis.
Tribullũ nunc Tibuniensis
Rabatum
Neuportum.
Traguriũ
Arba.
Pharus.
Issa.
Chissa.
Meliginã
Corcyra nunc Corsula.

CAP. VIGESIMVMTERTIVM.

ALYSSO MACEDONIA, &c. Macedonia omnis in medio duorum marium Ionij ab occasu, & Aegei ab oriente describitur, ab aquilone Delmatiæ partẽ & Mœsiam superiorem, à meridie Epiri habens, Pli. in duas parteis diuidit, quarum alteram prouinciam facit, Strabo vero superiorem & liberam appellat, eam videlicet, quæ per sinum Ionico littore protenditur: Illyrico ac Italiæ proxima, Altera vero vltra Candanię mõtes Macedonicis regibus seruiebat. sunt in hac regione littorales vrbes, vt Dyrrachiũ, Appolonia, deinde Oricum, oppidum cum portu: de Macedonia abundè Strabo libro septimo: de Noricis agemus vbi ventum erit ad Germaniæ actionem. Nunc agamus de Pannonia, quam Hungariam nunc vocant.

Macedo.
dyrrachiũ
Appollonia,
Oricum.

CAP. VIGESIMVMQVINTVM.

HABITANTVR INDE, &c. Pertinet autem ad Pannoniam quicquid est agri vltra Sanum Appianus Pannoniam à Græcis diei Pœoniam scriptum reliquit, & Pannonios, pœonas, alij tamen geographi pęoniam diuersam faciunt, eam'que apud Axium fluuium, in Macedonia constituunt. Duas Pannonias Ptholemęus posuit, alteram superiorem, vbi nunc est Austria, alteram inferiorem, cuius limites multo breuiores quàm imperium. Nam Iaziges qui Transyluani, & Daci, qui Valacchi & Valerię, qui Croacij dicuntur, item Amanti-

Panoniæ quę nunc hungaria
Pãnonia duplex.
Austria
Iaziges.
Daci.
Valacchi
Croacij.
Amãtini

ni regioni ipſorum ſubijciuntur, Ptholemęus, multas ciuitates nominat quorum nomina deleta ſunt: Metropoles autem nunc duę ſunt, Strigonienſis & Colocenſis.

Mœſia

CAP. VIGESIMVMSEXTVM.

PANNONIAE IVNGITVR, &c. Inter graues authores de Mœſia eſt diſceptatio, alijs duas, alijs vnam conſtituentibus, Ptholemęus, duas ponit, ſuperiorẽ,
Getæ. & inferiorem, vnde qui habitant Aſiaticas Myſias proue=
Mon= niſſe dicuntur, illæ Myſiæ, eę Mœſię, nuncupantur. Græci
dania. autem vtraſque Myſias dicunt. Has Auguſtus per Luciũ
Iſtrio= Piſonem in poteſtatem redegit, Getas, Strabo, inferiorem
polis. habitaſſe prodit, in qua eſt pars Valachiæ, quàm alij Mon=
Tomis daniam dicunt, inſuper & Danubij oſtia. In ora ponti autem Iſtriopolis & Tomis,
Boſua. porrò Mœſia ſuperior, inter danubium & montes macedonicos continetur, in quo
Raſcia. fermè ſpatio, tres nunc regiones ſunt, Boſua, Ruſcia, & Seruia, Boſua propè fluuiũ,
Seruia. qui fertur Moſeus à Ptholemęo, apud hos Manichęorum ſecta pullulat, hi duo principia, alterum bonorum, alterum malorum ponunt: habere dicuntur cœnobia in abditis montium cõuallibus, vbi matronæ quæ ex aliquo morbo euaſerunt, ſanctis viris ſtatuto temporis ſpatio, ex voto ſe ſeruire ferunt atque ita inter monachos mixtæ vna viuunt, quod vitium adhuc apud eos durare produnt.

Commentariorum in tertium Plinij Secundi, Naturalis hyſtorię, ſcriptoris argutiſſimi,

FINIS.

IN QVARTVM PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE ARGVTISSIMI SCRIPTORIS LIBRVM, STEPHANI AQVEI VIRI EQVESTRIS, COMMENTARIA.

TERTIVS EVROPAE SINVS, &c. In hoc tertio Europę sunt, apud Molossos, vt scriptum reliquit Solinus: Iouis dodonei templum est: Tomarus item mons nobilis centum fontibus, vt placet Theopompo, de quibus paulò post agetur, in hoc enim tractu regiones permultæ sunt vt Bœtia, Phocis, Epirus, Achaia, Megaris, de quibus suo loco agetur, primo de Epiro.

Tertius Europę sinus. Tomarus. Bœtia. Phocis. Epirus. achaia. Megaris.

CAPVT PRIMVM.

EPIRVS IPSA AD MAGNESIAM, &c. Epirotarum regionem, vt placitum video Trogo, libro XVI. Molossi primo incoluere. Troianis verò temporibus Vlyssem inibi rexisse ferunt historiarum scriptores, in quam it pedibus sententiam Homerus, post quem res ad Aeacidas peruenit, sub quibus longè imperium propagatum fuit. Nam primus ex illa gēte Pyrrhus Achillis filius per discessum ad Troiam, amisso paterno regno, in his locis consedit, à quo Molossi pyrrhidæ nuncupati sunt, porrò de situ Epiri dicamus aliquid. Epiri situs, vt Ptholemęo placet, ab arcto, Macedoniam, ab ortu Achaiam, ab occidente, littus Ionij maris, à Meridie adriaticum adtingit. In eo sunt gentes authore Strabone libro septimo, Chaones, Thesproti item, Tymphei Tarauli, Aminei, Acamanes, Casiopi, Molossi, & alię plures, vrbs item Ambratia Thesprotiæ ab ambracia Thesproti filio, prius Eponia, & paralia dicta, Sinum efficit Ambraciensem; cum natura tum arte munitum, vt scriptum Polybius reliquit, duplici muro extructo ita vndique paludibus clausus, vt vnum solum aditum, & quidem angustissimum habeat, hic gens est Amyctæ Thesphrotica, vt ait Aristo. in republica, Epirotarum, Argyrini gens, Epirotica, Acarnanes, Curetes, & Abantes, ijdem ferè sunt. Nam hi Eubœam, quā abautidē vocatā ferunt, incoluisse ferūtur, bellū'que cōtinēter de Lilāteo cāpo cū Vicinis gerētes, tandē ab hostibus in pugna, crinibus anteriorib⁹ apprehēsos ac deuictos ferūt, sinciput postea rasisse, relictis, tātū occipitij capillis, vnde dicti sunt Curetes ἀπὸ τῆς κουρᾶς quare Homerus dixit Abantes post terga comātes. Hos deinde migrantes in Aetoliā, atque Epirum vocatos esse Arcananas, quasi minime rasos, quia abrasos crines suc-

Epirus. pyrrhidæ. chaones. Thesproti. Tymphei. Tarauli. Aminei. Acarnanes. cassiopi. Ambratia. Thesprotiæ. Paralia. amyclę. Argyrini. Abautidem. Abātes. Archananæ.

 crescere

Acciũ. Apollo Accius. Triteria Alycio na. Anacto rea. Melapa Buune= nia. camma nia. Cestria. chaonia chao= nes. Cassio= pea. Dodo= na. Ammo nis tem plum. Acroce raunia. Casopũ Phala= crum.

crescere permiserint. Hic Accium ciuitas Acarnaniȩ, in latere sinus ambraciensis Augusti colonia ipsius insignis victoria. Hic apollo Accius colebatur, in cuius honorem fiebãt Triteria, Alyciona vicus Acarnaniȩ Anactorea, vel vt placet Thucydidi, libro quarto Anactorius, Metapa Acarnaniæ vt scribit Polybius, libro quinto, Bunema item vrbs Epiri ab Vlysse cognominata ex boue prius immolato, Cammania Thesprotiæ pars dominata quondam ab Heleni priami de Filio Cestrino, qui eam appellauit Cestrinã, abluitur ab amne Cadmo, vti ait Stephanus, Chaonia regio, vnde Chaones & Chaonij, item Cassiopea regio, quam Herodotus, vocat Casopum, Dexamene verò pars est Ambratiæ, ab Dexameno Mesoli & Ambratiæ è phorbãte genitȩ filio, Vnde Dexameneus, Dexarij verò gens Chaonum, vt placet Stephano, Dodona ciuitas Molossorum, vbi oraculum & officina æris, quod cum, magnopere resonet fecit gradum adagio in loquaces, χαλκεῖον Δωδώνειον, id est æs, dodoneum. oraculi autem Herodotus meminit his verbis. Aegyptij sacerdotes dicunt è Thebis Aegyptijs columbas nigras volitasse, vnam in molossis in fago constitisse, voceque humana monuisse, hic habendum Iouis oraculum. alteram fecisse in lybia, vbi ammonis oraculum: ego vero, inquit, putauerim has duas fuisse puellas, vocatasque columbas ob barbariẽ lingua humana locutas ac deposita Barbarie, ita demum eleganter respondisse. Porrò montes Epiri dicuntur Acroceraunia, quæ in sinum Ionicum prominent, de quibus mira canit Dionysius poeta, duas hic esse petras, quȩ tumultu alicuius belli futuri mutuo cõcurrunt, modo Symplegadum: promontoria Casopum, quod Strabo, vocatum tradit Phalacrum Leucas item clarum fama belli actiatici, sed de Epiro satis.

CAPVT SECVNDVM.

Aetoli Aetoliȩ diuisio. Calydo nia. Pleuro= nia. Naupa= ctum. Lepan= thum. Pleuron Euenus. fluuius. Moetes

AETOLORVM POPVLI, &c. Aetoli ab aetole Endymionis filio dicti, qui è Pisa profugus huc accessit, appulitque. quidam ex eo dictos autumant quòd maximi sunt funditores, & quòd longe iaculari dicantur, Aetoli ferox hominum genus, more ferarum degentes, nullo amicitiæ aut pacis iure tenentur, hos quondam rexit Antigonus, post cuius mentem, & quùm Philippus in regno successisset, ætate puerili spreta belli occasione, cum Peloponensibus querere cœperunt, & à M. Attilio Glabrione superati sunt, causa quòd ab amicitia populi Ro. deficientes societatem cum Antiocho iunxere. Diuiditur autem authore, Strabo. omnis Aetolia in Calydoniam & pleuroniam, in ora igitur prima vrbs est Calydon, à Calydone Endymionis filio, Olenus cuius meminit, Strabo libro, octauo Naupactum à naufragio dictum Heraclidarum, nunc Lepanthum dictum, à Turcis nunc occupatum, pleuron domicilium curetum, à curio monte illis imminente, vt ait Eustathius Moetes item sunt in Aetolia, fluuius item à Ptholemȩo Euenus dictus, qui Aetoliam à Locris discriminat.

CAPVT TERTIVM.

PRROXIMI

P ROXIMI AETOLIS LOCRI, &c. Strabo, omnem Locrentiũ regionẽ in duas diuidit parteis: alteram in occidentem spectantem, quæ Parnaso occũbat monti: pertinetque ad sinum Crissæum, vbi Locrẽses habitant, qui Ozolæ dicti sunt ἀπὸ τῶν ὄζων, quoniam pastores quũm sint, hircorum pellibus fœtidis tegebantur. Alterã partem in oriẽtem partem spectare tradit, ad mare Aegeũ desinẽs: porrò Amphissa, & Emphissa dicitur vrbs Locrẽsium. Bessa, campus nemorosus ex argumento nominis. Nape item collis quod sit arboribus cinctus, vt prodit Strabo. Cynos à Cyno Locrensi Opũtis filio ciuitas, Daphnuntem & Scarpham propè Thermopylas Strabo locat. Thronium item vrbs. Sunt & oppida quæ silentio præterimus, consulentes breuitati.

Locri. Ozole vnde. Amphissa. Euphissa. Bessa. Nape. Cynos. Diaphnuntem Scarpha Thronium.

CAPVT QVARTVM.

P ELOPONNESVS, &c. Peloponẽsus inter Ionium & Aegæum mare sita est, quę plura nomina sibi asciuit ex diuersis colonis qui eam habitarunt. Nam prius Apia, vt ait Pli. hic, ab Apeo Phoronei filio, à Pelasgis item, vnde Pelagia dicta, mox Argos ab Argiuis, postremo Peloponnesus ab Pelope, vt scriptum reliquit Strabo libro septimo, ijs verbis. Pelops quidem ex Phrygia, ducto secum populo ab se Peloponneso nomen indidit. Idem libro octauo asserit, Peloponnesum esse arcem totius Græciæ: eadem de forma eius, ait, quæ hic Pli. refert. Est, inquit, igitur Peloponnesi forma simillima folio platani lõgitudine, ac latitudine fermè, ab occasu in ortũ stad. mille, &c. cccc. hæc Strabo. Porrò sunt in ea regiones. viii. Corinthia, Sicyonia, Argia, Laconica, Messenia, Pisea, siue Elis, Acaia, Archadia: montes verò sunt. lxxvi. Maria tot ferè quot sinus: hæc quondam dicta arx Helladis, quòd isthmo cõiungeretur Helladi. Hellas enim in Isthmi angustijs incipit, atticam'que comprehendit: quo sanè nomine omnis Græcia vocabatur olim: Græcia deinde, à græco rege dici cœpta est, vt ait Pli. Inibi regio Corinthiorũ est, post Isthmum occurrit, vbi Corinthus ciuitas, quæ Ephyra dicebatur & Acrocorinthus, & Heliopolis ob soli siccitatẽ, hunc in locum omnis deliciæ græciæ conuenerunt, vt in locum ad effœminãdos animos ob mulierum „ elegantiam paratissimum, Strabo memoriæ mandauit: libro octauo, hic condi- „ tum fuisse templum Veneris. Vbi mille circiter scorta nobilia parata se prostare „ venientibus hospitibus ostendebant: in quarum albo fuisse dicuntur Lais, Cyrene, Læna, Synope, Pyrrhine, Sicione, quo fit Corinthus fecerit gradum prouerbio κορινθιάζειν .i. lasciuire, & illud item: non cuiuisuis datum est adire corinthum: hic fuit æs præstantissimum, quod Corinthiachum, vel Corinthium dictum: ab Homero diues Corinthus. Chencrea in ora sita est corinthi & portus Chencreus. Itẽ Oppidum nomine Lecheum cum portu in ipsa Isthmi angustia. Cremmyon vicus est Corinthi, vbi Cremmiana sylua, Thucydides emporium græciæ Corinthum vocat.

Peloponesus. Pelagia. Arges. Corinthia. Sicyonia. Argia. Laconica. Messenia. Pisea. Elis. Arx helladis. Corinthus ciuitas. Ephyra Heliopolis. Meretricum copia. Meretrices insignes. Chencrea. Lecheũ Cremmyon.

CAPVT QVINTVM.

Achaia Patras. Dymas Pharẽs Triteã. Laertia. Aegira. Pellene Bura. Perau=nia. Parym nam. Olenũ. Iouia. Hype=resia. Aegion Helice. Patra, vrbs fa=ctus Adreas Glãch⁹ Crios fluuius peneus. Amy=thaonia

ACHAIAE NOMEN PROVINCIAE, &c. Achaia Sicyoniæ & Elidis media duodecim olim vrbibus habitabatur, quas Polybius has esse commemorat, Patras, Dymas, Pharen, Triteam, Laertiam, Aegiram, Pellenem, Buram, Ceraunıam, Carymnam, Olenum, Helicem: Pli. Achaiam prius Aegialos dictã prodit. Pausanias ab Aegialo vocatũ dixit primo rege è Thessalia veniente, ac patre Achæi, qui regioni nomen indidit. Achaiam inde vniuersa libertate donatam ab Nerone ait, quam postea Vespasianus eripuit, reduxitque ad primum vectigal: porrò est vrbs Achaiæ dicta Aegialus, dicta & Ionia, quo nomine dicta est tota Achaia. Aegira item quæ prius dicebatur Hyperesia. Aegion etiam vbi dicunt Iouem à capra educatum. Aratus vrbem hanc vocat Oleniam, quòd Olenus proxima sit huic. Helice, quę fertur terremotu corruisse, Item Neptuni templum: Bura, Dymas, Olenus: ab Oleno Iouis & Anaxithoe Danaidis filio. Patræ item vrbs, vbi Diuus Andreas martyrium sustulit: per fines huiusce vrbis fluuius discurrit nomine Glanchus: Pellene vrbs, à Pellante vno ex Titanibus, vt placet Pausaniæ, sita in alto monte. lx. à mari stadijs recedẽs, vbi pręmia lænæ certaminibus proposita fiebant, vt scriptum reliquit Strabo. Flumen Achaiæ Crios dicitur, fluens supra pellenem prope Aegiram vrbem, authore Pausania. Peneus item fluuius Elidem ab Achaia diuidẽs: Elis, vrbs & regio inter Messenios & Acheos siculo mari abluitur, authore Strabone, Homerus regionem tantũ vocat vicatim habitatam: diuinam'que eam vocitans, ob sacra Olympiæ certamina. Incolæ dicuntur Elei & Epei, & Elis ipsa dicta est Epia, vt scriptum reliquit Stephanus, Pausanias in Elide primo Aethlum regnasse memorię tradit: quẽ dixit filium Iouis, & filiæ Deucalionis, porrò Alesium vrbs Achaiæ ab Alesio filio Silleuntis vnius è proces Hippodamię, Amythaonia autem pars est Elidis, ab Amythaone filio Crithei, vt author est Stephanus. Brubasium ciuitas & fluuius & regio Elidis: à Brupratio conditore, Brysiæ & Augeę vrbes sunt, sed hactenus de ijs.

CAPVT SEXTVM.

Parrha=sia. Aza=nia. Arca=dia.

MEDITERRANEA EIVS, &c. Archadiam in medio Pelopõnensi sitam testantur eruditiores ab Arcade'que Iouis filio nomen accepisse, hanc nũcupatam olim pelasgiam produnt. Item Parrhasiam, Licaoniam, Azaniã, Pauiam'que: Arcades item dictos Prosilinos Licophron tradit: quasi ante Lunam genitos: quòd prestẽt cęteris vetustate, & quia Soli post Deucalionis diluuium incolumes euaserint: hic primum regnasse Licaonẽ Pelasgi filium / Pausanias scriptum reliquit. Strabo autẽ, libro octauo de Arcadia, ita meminit. Arcadia cum in media Peloponneso sita sit: præcisam habet plurimam montanæ regionis partem: in ea mons est Cyllene maximus, eius altitudo ad perpendiculum, vt quidem dixere ad. xx. surgit stadia, alij ad. xv. aiunt: gentes arcadiæ inter græcam nationem vetustate prestare creduntur: Azanes, at'que Parrhasij & cæteris generis eiusdem: hæc Strabo, & multa id genus. Plato refert Arcades cum sint bellicosissimi, laudem victorię alijs referre solitos, porrò Eudoxus diuisam ait Arcadiam in Parrhasiam, Azaniam, & Trapezãtios iuxta Azaniam narrat esse fontẽ, ex cuius aqua si quis hauserit tetro odore arceri: hac quòd aqua Melampum prodit sanasse filias Protei. Acacesium vrbs arcadiæ, ab Aca-

co licaonis

co Licaonis filio, vt tradit Pauſanias, Aemylium item vrbs Alea, Aliphyra, Cynetha, Diopa, Eparthe, Euthea, Eniſipe, Gatheę, itē & Licoa vrbes: & id genus. de quibus nec verboſius, qui plura volet, adeat Strabonem: eo quo diximus loco.

CAPVT OCTAVVM.

IN THESSALIA, &c. Geographiæ peritiſſimi, potiſſimum, Strabo, libro nono de Theſſalia ſic agūt. Ipſa Theſſalia, inquit Strabo, omnis priori ſęculo Pyrrhęa, ab Deucalionis vxore Pyrrha nominabatur: & Hæmonia ab Hæmone, à cuius filio Theſſalo, Theſſalia dicta eſt: quidem ſanè bifariam diuiſerunt: ipſam quidem partem in auſtrum ſpectantem Deucalioni in ſortem obueniſſe dicētes, ipſumque à matris nomine eam Pandora vocaſſe: reliquam verò Hæmoni, à quo Hæmonia dicta eſt. Tranſmutato deinde nomine hāc quidem Helladam ſiue Gręciam ab Deucalionis filio Hellene, reliquā verò Theſſaliam ab Hæmonis filio dici cœptam. alij verò venientes ab Ephyra Theſprotidis Antyphum & Philippum pronepotes Theſſali Hercule geniti ab Theſſalo eorum progenitore, regionē Theſſaliā nominaſſe, hæc Strabo. Deſcribitur autem Theſſalia hoc modo. Cāpus eſt maximus ac curuus vndique montibus cinctus, ab oriēte Oſſam, & Pelion mōtes habet, ab occaſu pindum, à quo Peneus annis exiens orientē verſus tendit, ab aquilone olympū, à meridie othrim, nobiliſſimos. xxiiii. amnes in Theſſalia ait Plinius, montes permultos: quorum principes ſunt: Olympus, Pieris, Oſſa, Othrys: ad ortum verò Pelius, Flumina Apidanus, Phœnix, Enipheus, inter omnes amnes nobiliſſimus Peneus, oriēs iuxta Gomphos: non procul ab hoc tractu, Tempe eſt, iuxta labitur Peneus, locus limpidis vndis amœnus, gramine viréſcente cinctus, & canoro auium concētu refertur, Gręci hoc vocabulum Tempe, ad omnem piſcoſi loci virentiſque amœnitatem traducunt: porrò Theſſalos ferunt verſatili ingenio fuiſſe, quare theſſalicum ingenium ob aſtutiam illis innatam fidei item improbatę, quare fides Theſſalica, pro vana, Theſſalis palmā equitandi datam etiam produnt: gentem necnon ſuperſtitioſam & præſtigiarum plenam commemorant: magicisque deditam. Cætero attingamus curſim vrbes Theſſaliæ, in quarū numero eſt Argos, quę dicta eſt Lariſſa & Argura Emonia regio Theſſaliæ & ciuitas, ab Emone filio Licaonis, vt Pauſanias tradit, Alopa eiuſque incolæ Alopēſes dicti: Amycus: quam vrbem Sudas Amyricem dixit. Antron item vrbs: Aſterion, & multa id genus, de quibus abundè, Strabo, Stephanus, Dionyſius.

Hæmonia.

Theſſaliæ deſcriptio

Othrys Apidanus. Phœnix. Enipheꝰ

Theſſalicū ingenium

Vrbe, Theſſaliæ.

CAPVT NONVM.

THESSALIAE ANNEXA MAGNESIA, &c. Magneſiam à Meandro haud procul diſtare produnt geographię ſcriptores, Colonia inſignis è Theſſalica orta: abeſt ab Epheſo. xxv. mil. antea dicebatur Theſſalonica: Aelianus, libro varię hiſtoriæ. Magneſios etiam iuxta Meandrum eſſe ſcriptum reliquit: in bello vſos tradit canibus & ſeruis loco ſpeculatorum, ac dimiſiſſe canes ad turbandas hoſtium copias, ordinesque peruertendos: quos & ſerui iaculis depugnabāt: in hac ſunt oppidula, vt ait Strabo, itē

Magneſia.

Canes p cuſtodia.

Stephanus,

Melampea. Magiſte Agra. Meſopi thracia Thraces Muſice periti. Thracię diuiſio. Hadrionopolis Aenus. Poltyobria. Bizantium. Cōſtātinopolis Perith⁹ nūc pera. Abſynthus plena. abſynthio herba. Greſconia. Flamopolius. zela.

Stephanus, Melāpea, Magiſte, Agra, Meſogis, Thyeſſus, Cyalus, Meliboea, & id genus, Nihil agendum conſtitui de Macedonia, quòd trita ſint, quę ferat Pli.

CAPVT VNDECIMVM.

THRACIA SEQVITVR, &c. Thracia iure ab Euripide dicta eſt Martis domiciliū, quòd ea ferox genus hominum gignat, incolæ varijs nominibus dicti, primo Bryges, deinde Phryges. Nam Xenophō tradit Aſianam quādam Thraciam eſſe, incipiētem ab ora ponti, vsque ad Heracleam à dextra nauigantibus: quod & Arrianus adfirmat, ponens Thraces adfines Aſianæ, validiſſimam gentem: non ſolum Pli. ſed etiam Herodotus & Strabo, ferunt: Thraces in ſtratogeas diuiſos, ait Pli. L. Polybius prodit Thraces filios muſica erudire ſolitos vsque ad annos. xxx. Etſi genus hoc hominum ſit ferox, Feſtus, Ruthus, omnem Thraciam diuidit in ſex prouincias, populo Romano acquiſitas in Thraciam, Hemimontium, Moeſiam inferiorem, Moeſiam ſuperiorem, Sythoniam, Rhodopeam, & Conſtantinopolim: hic ſunt ciuitates Vſchodonia, quæ Hadrianopolis fertur, nūc Philippopolis: poſt eā oſtia Neſi fluminis Abdera eſt: ab Abderito Erini filio. Diodorus, libro nono ait, hanc ædificatam Maroneæ: iuxta eſt Aenus à Strabone dicta Poltyobria. Selymbria item ciuitas, Sequitur deinde Byzantium ad os ponti: vrbs dicta quondam ligos, vt ait Pli. Byzantiū verò ab Byzante filio Certheſſæ filiæ Iſidis, vel à Byze præfecto claſſis Megarēſium. Dicta etiam eſt, à Conſtantino Magno, Conſtantinopolis, & Aethuſa: & noua Roma, & Agios: ante Conſtantinum, & ab Antonio Antonia, Trogus verò Lacedæmonios eam condidiſſe ait, duce Pauſania. Hanc nunc Mamnethes occupat: huic proxima vrbs eſt Perinthus, quæ nunc Pera fertur. Appollonia deinde, Auchiala dicta, vt Straboni placet. Meſembria Colonia Megarenſium. item Phthinopolis, vt ait Ptholemæus. Promōtoria verò: Thinia, Philia que, Incus vrbs Aenea, Aeſyma, Abſynthus, vrbs ab Abſynthio herba qua ſcatet: qua authore Theophraſto, oues paſcuntur, ſine felle que reperiūtur. Biſtonia item vrbs, Bizya regia Thracię inuiſa hyrundinibus, ob crimen Terei, Cicones gens Tracum: quæ Vlyſſem fatigauit multū, Homero teſte. Horum ciuitas eſt Maronea Greſconia regio prope Macedoniam, vt ait Thucydides, libro ſecundo: Gerania, vbi Pygmeorum quondam genus à Gruibus ſublatum eſt, Flauiopolis, vbi antea oppidum zela fuit. Olynthus nobilitata ciuitas orationib⁹ Demoſthenis: quas Olynthias vocauit. Odones gens Thraciæ Phillis regio Thraciæ, vt ait Herodotus libro ſeptimo. Potidea item vrbs authore Stephano. Montes autem Thracię Aeneus, Rhodope, Flumina, Neſus, & Athyra, Hebrus, de quibus abundè Ptholemæus.

CAPVT .XII.

Cyclades. Cycladę quare ita dictę.

INSVLAE AVTEM, &c. Nunc agendum de inſulis ante latarum regionū, primo de Cycladibus & Sporadibus de quibus ita Strabo agit, libro decimo. In Aegæo inquit. Magis dolos eminet & circunſtātes illi Cyclades & ipſis incumbentes Sporades, hoc eſt, diſperſæ, de quibus illę ſunt, quas circa Cretam enumeraumus: hæc ille. quare autem Cyclades dictæ ſint, ſic colligit Solinus in collectaneis. Cycladas autumant dictas inde, quia licet ſpatijs lon-

gioribus

gioribus à Delo proiectę, in orbem, tamen circa Delũ sitę sunt. Orbem enim Gręci Cyclon dicunt. Adiacentes ergo Aegæo mari creticóque Cyclades sunt & Sporades: has alias alij, ac penè innumerabiles faciunt, quę omnes partim in Venetorum, partim Turcarum venerunt potestatem, mutaruntque nunc nomina. Antiqua dicebatur Samꝰ: Samothracia, Imbrus, Pathmos, Anaphe, Tenedos, Cia, Chiꝰ, Tenus, Tasus, Cycladum prima est Delos, ob phœbi numen: quare delius Apollo, Strabo posuit hic Cynthum, quando ait. Delos igitur vrbem habet in plano positã & Apollinis templum atque Latonę. Cynthus autem mons sublimis & asper, incumbit vrbi amnísque per insulam non sane magnus labitur, hæc ille, libro decimo. Porrò Ortygiam cum delo aliqui ponunt: alij hanc Asteriam vocant, à cultu Apollinis, vt ait Solinus: nunc ait à venantibus Lagya, vel Cyntho Pirpile dicitur: quia tabula ibi & ignis inuenta sint. in hac primo visæ sunt Cothurnices, quas gręci Ortygias vocant: hic Chencrius amnis est, vbi ferunt latonem peperisse: oleamque monstrari post eius partum: haud procul est Parus, vt ait Callimachus. Sunt qui eam dictam contendant Practiam & Demetriada, & zacynthum: & Hyriam varijs nominibus. Naxos itẽ & Strongile hic sitę sunt. item Dionysias: sacra Baccho Nycon, & à Strabone Myconus hic est, in hac Gygantes dicuntur sepulti, ab Hercule interfecti, Vocant & Myconios caluos, quòd eorum regio, vt quibusdam, placet, sit huiuscemodi. Syrus item sita hic est. Tenus etiam inter has enumeratur, vbi Athæneus ait, esse fontem, cuius aqua vino non commiscetur. Hanc appellari Ophiusam tradit Stephanus: præterea esse alterã Tenum laconiæ. Therę etiam vna ex cycladibus dicitur, quam Euphenius argonautarum vnus iacta in mare gleba ædificauit, ac vocauit Callisteis: Anaphe, propè Theram sita est: quæ prius dicebatur Membliarus, à conditore eiusdem nominis. Hippurus item non procul à Thera Cythnus prius dicta Ophiusa, & Dryopis. Nisyros, vbi vinum præstantissimum, quod dictum Nysirum, vt ait Eustathius, Strabo, dicit Polybontem gygantem à Ioue fulminatum hic natantem, & à Neptuno tridente petitum, frustráque ictũ. Co insulæ partem hancque fecisse Giarus, asperitate situs & cœli clementia infamis. Antigonus Carystius scribit, In hac mures lętali esse morsu: ita vt ferrum rodant, arboremque si attingãt reddãt aridam. Circa autem mare creticum insulæ potentissimæ sunt, Siphnus, Sosandra, Melos, Cythera, Calabria, vbi perijt Demostenes. Siphnus, prius Merope dicta, Solandra à salute nomen accœpisse ferunt, quòd à Piratis incursantibus incolas seruauerit, vt prodit Stephanus. Cythera vrbem habet eiusdem nominis, vnde Venus Cytherea dicta. Vocabatur autem ante Porphyrusa ob pulchritudinem, & purpurarum frequentiam, vt author est Aristoteles. Thasus, item ædificiorum pariorum, vt placet Straboni, hanc insulam Eustathius Auream vocat, ob inuentas aurifodinas à Phœnicibus, qui ex Thaso Phœniceo huc habitatum venere, Cimolus hic est, vnde terra Cimolia pręparãdo vitro apta, vt ait Strabo, libro decimo. Therasia: quæ nunc dicitur Sanctorinum: cui dux ex gente Veneta pręsidet. Casos oppidum habet sui nominis, circa hanc plures sunt insulæ Casiæ dictæ, vt docet Strabo. Helena quæ Macris dicta est, inter Sporadas situ dicitur, Strabo hanc esse putat, quam Homerus Craneam vocat, vbi primum Menelaus Helenæ concubuit. Icariam inter Sporadas ponunt, ab hac mare Icarium dictum est. Alij ab Icaro Dædali filio. Cõiungitur enim à septentrione mari Carpathio, ab Austro, Aegyptio, ab occasu Cretico & Aphrico. Carpathus insula est tetrapolis: quarũ vna Nisyrus eodem nomine cum insula supra nominata. Carpathium hinc mare: quod à meridie Icarium habet. Amorgus item: Oenoe, Astipalea, Calidne insulæ, Ceos, Cea, Cia. Item Cos insula. Cæterò sunt & multæ, Atticæ, Ionicę, ac Aeonicæ insulæ, vt Pathmos, Sa-

Cyclõ. Samus. Chius. Ciæ. Ortygia Pirpile. Coturnices, primo visæ. Parus. Practia Naxos. Micon. Miconij Tenus. Ophiusam. Therę. Hippurꝰ Cythnꝰ Mures veneno si. Sosãdra Cythera. Venus Cytherea. Thasio Insu. aurea. Aurifodinæ. Terra Cymolea. Helena Icaria. Carpathus. Ceos. Cea. Cia.

lamis,

Lesbos. lamis, Samus, Lesbos, Aeolicarum metropolis, vbi insulæ Mytilene Erassus. vnde fuit Theophrastus, Smyntha, Cilla, Grinium, Tymbra, Lenos, Guidus, & id genus: de quibus affatim Strabo, libro decimo. Cætero quod Pli. de Hyperboreis dicit, satis incuriose id dixisse, Budęus noster homo multijugæ doctrinæ docet, libro primo Assis: quem qui volet legat.

CAPVT .XIII.

Helespõtus. Euxin⁹ brachiũ sancti Georgij Thracius. Bosphorus.

HELLESPONTVS, &c. Post enim Aegæum, Hellespontus, propõtis, Bosphorus & Euxinus, cum eorũ insulis sub vno aspectu consideranda. Hellespontus nunc brachium sancti Georgij dicitur, ab Helle Phryxi sorore in eo demersa. Propõtis autem est, vbi paulatim mare ex angustijs spatiatur: hic est insula Cyzicus, vbi est Arctax mons, vbi nutrices Bacchi conuersę dicuntur in vrsas: rursus igitur mare in arctũ & angustias coit, & Thracius Bosphorus vocatur, latitudine. D. pass. qua Dareus Xerxis pater ponte transuexit. Sequitur Pontus, qui inter duos Bosphoros est. Cimmerium & Thracium, dicitur & Euxinus, quòd Hercules hunc locum purgauerit, hospitalem'que reddiderit. Hunc Herodotus maximum esse pelagus ait. Habet præterea Pontus Cyaneas petras, quarum hic meminit Pli. quas Strabo refert paruas esse insulas inter se a duersas, alteram in Asiam, alteram in Europam spectãtes, ab Euripo. xx. stad. diuisas. Herodotus vocat planetas, quasi erraticas & mobiles. Dicuntur autem Cyaneæ à colore nigricanti ab vndarum concursu, ac nauigiorum, dicuntur Symplegades à mutuo congressu. Est in eodem ponto Thynias, authore Ptholemęo. Strabo Item in eodem mari prope Paphlagoniam duos esse dicit scopulos, à colore, Erithrynos dictos: quia tellus in ea parte videatur rubere. Cimmerius, Bosphorus, ab oppido Cimmerio dictus, latitudine. xxx. longitudine. lx. stad. vt ait Strabo, libro. x. Mæotis enim ipsa quasi mater ponti dicitur. vii. mil. sta. continet, & intus insulam habet Alopeciam. Cætero insulæ Aegæi maris reliquique maris Mediterranei, Euboea, Creta, Rhodus, Cyprus, dicuntur. Euboea primo ab occidente longo Euripo quod ponto coniungitur, à Boetia deducitur, à Meridie myrtorum quod ab insula eiusdem nominis cognominatur, simul & atticam ex vicino promontorio Gerasto, ex altero verò promõtorio Caphareo, Hellespõtum prospicit: de qua abundè, Strabo, Stephanus, Ptholemæus, quare de ijs hactenus. Nõ est enim nostri consilij, vt diximus hac in geographiæ distinctione lectorem remorari.

Symplegades vnde. Cimeri⁹

Mẹotis

Rhod⁹.

CAPVT .XIIII.

Rhetię. Germania.

RHETIAE PROPE, &c. Nunc de Germania agendum. Vniuersam Germaniam sunt qui diuidant in quinque genera, in Isteuones proximos Rheno, quorũ sunt Cimbri mediterranei, Hermiones: quorũ sunt Sueui, Hermãdri, Catti, Cherusci, Ingenones, quorum pars Cimbri Teutones, ac Cancorũ gentes, Vindelos, quorum sunt Burgundiones, Varini, Guthones, Peucini, Basternæ, Dacis cõtermini, Ptholemęus in tris diuidit parteis, in Germaniam superiorem, inferiorem, & magnam, vt qui ad Rheni fontes habitãt in Germania superiore gẽtes, hęe sunt inter se finitimę: Rhetij, Vindelici, Horici, Boij, Heluetij,

Burgundiones. Heluetij Boij, Horici.

& qui Pannoniam superiorem, hoc est Austriam incolunt, sunt qui ponant nunc Rhetios, & Vindelicos inter sueuos, apud quos vrbes sunt preclaræ, vt Augusta vindelicorum adhuc nomen retinens priscum, Basilea & id genus, Sequũtur, Norici, & Boij, quorum regionem nunc appellamus Bauariam, perinde ac si Boariam dicamus, Strabo ait Boios Noricã regionem habitasse libro septimo, vbi affatim de germanis meminit, Tauriscos autem Pli. vocat Noricos, id est Bauaros, quibus sunt ciuitates Badacum, nunc Salezaburgensis: a fluuio quem Salezam dicunt, item Ratispona metropolis eius, Etelburgium vbi literarum ludus est, cui Comes palatinus dominatur elector imperij ex Bauariæ ducibus. Hos sequitur Austria, danubio vicina, eius oppidum Vienna, olim Elexum, vt ex sententia Ptholemæi conijcere licet, Heluetij quos nunc aliqui Suizeros vocant, circa Rheni fontes habitant: oppida eorum Lucerna, olim Nasium, Berna adhuc nomen obtinet antiquum, forum Tyberij, Suntia, Turegium, olim Tugurium vel Tugurinũ, Curia, circa Rhenũ, Raurici quorum ciuitas Augusta Rauricorum nunc Basilea vocata, hos iuxta in eadem ripa Argentoracum nunc ciuitas Argentinensis, deinde, Spirensis, & Vagiones nunc Vuormacienses, Macontiacum, nunc Maguntia, Trans Rhenum vero non lõge omnes hi populi sunt vbi Bataui, Phrisij, Sicabri Tencaterij, Vsipetes, Cherusti, Catti, Hermandui Canoni & id genus, quos populos nunc Holandia, Selandria, Geldria, Asta, Marchia, Badensis, Istualia, gignunt. Isteuones sunt, quos nunc Istualos Vocamus, proximos Rheno, Thuringos putarim dici quos Pli. Cimbros mediterraneos vocat, Sicambri putãtur nunc Gelrenses siue Geldrenses, quorum affatim meminit Cæsar in commentarijs: Sueui antiquum nomen retinent. Non enim vna gens est, vt ait Tacitus, sed maiorem Germaniæ partem obtinent proprijs nationibus, & nominibus discreti, inter Sueuos hodie ponunt Rhetios, in quibus Constantia est vrbs, item Vulma, à Ptholemæo Alcimenes dicta.

Basilea. Bauare. Taurisci. Saliza fluui. Suizeri. Lucerna. Berna. turegiũ Raurici Argentinensis Geldria Marchia. Constantia.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

EX ADVERSO, &c. Britãnia quæ antiquitus Albion dicebatur forma est triangulari, vt scriptum reliquit Strabo libro quarto. Britanniæ, ait, forma triangula est eius latus vbi ad longitudinem maximum est Galliæ è regione opponitur neque minus, neque productius. Est enim stad. circiter. I I I. Mil. &. ccc. aut. cccc. latus vtcunque Gallicũ ab Rheni eruptiõe, vsque ad arctica pyrenei montis excurrẽtia saxa ad Aquitaniã & Cantij, & Rheni ostijs oppositum, &c. meminit abunde Britanniæ Cæsar, in commentarijs. Insulã eã vocans natura triquetram. Tacitus Britanniam aurum ac argentum gignere prodit, hic promontorium est, quod Helenum dictum est olim, nunc vero Cornubiã vocamus, vbi vena est stanni. Diuisa enim est in tria regna, vbi Cantiũ & Londinum Angliterram appellãt, ex anglis, & Saxonibus appellata, quia eam partem occupauerunt. Deinde ad latus occidentale Scotiæ, regnum, vbi insula ingẽs Caledonia, & mare Caledonium illi vicinum, vt placet Ptholemeo, quæ pars est diuisa ab Angliterra montibus & syluis, simul & duobus euripis. L X. passuum milibus inter se distantibus, Scotiam Angli Albaniam vocabant. Ptholemeus Britanniã minorem, nam reliquam maiorẽ vocat. Tertia pars Britanniæ versus Iberniam Vuallia fertur, vbi Brigantes populi quondam fuere, distincta hæc pars ab Anglia, ex orientis parte vallo ingenti, sed qui de his plura volet, legat Strabonem libro quarto, nunc de Gallia cum Lugdunensi, tum Aquitanica.

Anglia Britannia. Cornubium. Londinum. Cantiũ. Scotia. Caledonia. Albania Scotia. Ibernia. Vuallia.

CAPVT .XVIII.

Lugdunē sis gallia. Garũna. Arar. Matrona. borbonē sis. Aurelianensis. Doleses. Maclouiē ses. Carnutes burgundiones. Visontiũ nunc bisuntum. Matisco, Cabulo. bibracte. Lingones bellio. Pictones. Taruisatij. bigerrenses. bigorra. vasconia. Sanctones. bituriges Chernotensis. Albiēsis. Picardia. Lotaringia. Arduēna Sylua. Atrabatis. Morini. brabātia. Romādui

LVGDVNENSIS GALLIA, &c. Gallia Lugdunensis ab occidēte flumine Garumna disterminatur, ab Aquitanis, à septentrione Britannico occeano, ab oriente Sequana, & Matrona, à meridie flumine Arari, hęc enim regio habet prouincias siue principatus ducatus've Britonũ Burgundię, Borboniensem, Aurelianensem. Comitatus autem Niuernensem, Antissiodorensem, Mōtisbelicardi, Ferretensem & id genus. In mediterranea quo'que nomina cũ vrbium tum populorum recentiora sunt, Maclonienses, Dolenses, Leonēses, Armoricæ. Lexouij, deinde sequuntur Turones, item Andes, qui nunc Adegauenses, deinde regio, eorum oppida Agedicum, Velamiodunum, Carnutes, quorum oppidum Genuabum, Parisij quorum Lutetia, ad sequanam posita. Cæterò sunt Burgundiones in hac parte, inter sequanos & intra ararim, & iuram siti, quorum originem Orosius à Germanis productam dixit, libro vltimo, Burgundiones, Pli. Ptholemęus'que ponunt vltra Vistulam proximos Germanis: ciuitates Burgundionum Visontium, nunc Bisontium metropolis, in eodem agro Bisontino locus est Salinēsis dictus vbi (mirum dictu) veridicum tamē, duo fontes, alter aquę dulcis, alter vnde sal densatum candore eximio conficiunt. Porrò Matisco: populi item Eduenses Augustodunum in finibus ipsorum, alexia, Nouiodunum, Cabalio nunc Cabilo, Gergobina, vbi Cæsar Heluetiorum bello impedimenta collocauerat, Heduis confidens, Bibracte iuxta ciuitatē Eduēsem. Longoes, nunc Lingones, Bellio vrbs nunc bellicensis vrbs, & multa id genus. Aquitania sequitur, quæ tertia pars est gallię, ab occidente occeanum, ad septentrionem Ligerim fluuium, vel vt placet Cæsari in commentarijs suis, Garumnam ab oriente, Lugdunensem à meridie, Pyreneum: ciuitates aquitanorum nominantur à Cæsare, item populi pictones, nunc Pictauenses, Taruisatij, nunc Turse, Tarbeli, nunc Tariuenses propè autem ostia Aturi iuxta pyreneos, Bigerones nunc Bigerrēses, vbi castrum est, quod Bigorram vocant, in Vasconia quæ à nostris Gasconia, Prętiani, Garietes, Garumni, Corosates, Ausci nunc Auxitani, vnde regio cognominata. Horum sunt Vassarij, nunc Vassatenses, Fliossates, Sanctones, Buturiges, quorum oppidum Auaricum, nunc Bituris, Petrogori, Burdegalenses inter garumnā & Auscios, Vascones quibus Libreteses viri clari natalibus, Abretenses eos dominos, nostrates vocant nunc. Præterea Ruteni, nunc Rutenenses, Lemouici, & Auerni, nomen seruant inter aquitanos, trans enim Ligerim à geographis quibusdam poni solent, in aquitania item quędam sunt nomina recentia, cum vrbium, tum populorũ, vt Claromotensis, Sancti flori, Tutelēsis, Albiēcis, & id genus. Porrò Belgica gallia sequitur in qua sunt prouinciæ hęc, Picardia, Flādria, Lotaringia, Normandia, in belgicæ gallię hac parte sylua est Arduenna nomine, à Rheno incipiens per fines Treuerorum Eburonum qui nunc liegenses à nostris dicuntur, & menapiorũ. D. pass. mil. in lōgitudinem per mediam belgicam tendens. In hac galliæ parte Ambiani ponuntur à Ptholemęo, Atrebates itē, deinde Cameracenses, deinde Morini, sequuntur deinde Bellocassij: Tungri, vbi nunc Brabātia, Menapij, qui nunc Iuliacenses putantur, Neruij qui nunc Tornacenses. In mediterranea autem penitiore Normādi sunt, quos Ptholemęus videtur nominasse Romanduos, horum ciuitas Rotomagũ, & multa id geuus, de quibus hactenus, qui de Lusitania.

Commentariorum in quartum Plinij Secundi, Naturalis hystorię, scriptoris argutissimi,

Τ Ε Λ Ο Σ.

IN QVINTVM

PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE ARGVTISSIMI SCRIPTORIS LIBRVM, STEPHANI AQVEI VIRI EQVESTRIS, COMMENTARIA.

APHRICAM GRAECI LIBYAM, &c. Nunc de Aphricę partibus eiuſque populis ac oppidis, quorum rationem veram adferre non facilè eſt. Nam vt ſcitè Strabo ſcriptum reliquit libro decimoſeptimo, ſed quoniã ait, veſtræ intercidunt ſolitudines, non omnia loca ſcimus. Eodem modo ignorantur, quæ vltra Ammonem ſunt, & Anaſes vſque in Aethiopiam. Nam nec Aethiopiæ fines, nec libyę dicere promptum eſt, immo nec eius, quæ ſecus Aegyptum iacet, apertè quicquam ſcimus, nec eius quæ ſecus occeanum, hæc Strabo. igitur omnia referre quæ capit Aphrica ancipitis eſt lectionis, abſoluamus ergo pauco verborum prętextu, quæ notiora ſunt.

Aphrica.

CAPVT PRIMVM.

PRINCIPIO TERRARVM, &c. Aphryca mari Herculeo, ac nilo cæteris orbis partibus diducitur, Libya & Heſperia Græcis appellata. Hanc principio, vt ſcriptum reliquit Saluſtius, Getuli & Libyes incoluere populi certè aſperi, quibus cibus erat caro ferina, atque humi pabulum, veluti pecoribus, Rurſus vniuerſam Aphricã diuiſit in ſex prouincias, Proconſularem, in qua eſt Carthago, Numidiam conſularem, Hirtacium, Tripolitanam conſularem, ac duas Mauritanias, Cæſarienſem & Siriphenſem præſidiales. Ptholemæus ijs regionibus diſtinguit, primo Mauritanijs duabus Maſſylia, Numidia, Aphrica minore, Cyrenaica, Marmacia, Aegypto, ſub Tingitana ponit Aethiopas, Athacas, ſub Cæſarienſi Atlantem, & Getulium, ſub minore Nigrates, Aethiopas & ijs inferiorem Libyam. ſub ea quoque Aethiopiam interiorem ęquinoctialem trãſgredientem, poſt enim pelagus Atlanticum Mauri occurrunt, a Græcis Mauriſij. Porrò Strabo libro decimo ſeptimo de Libyę figura, ſic ait: eius figura eſt, ſi quis in plano conſideret, rectangula triquetra, Cuius baſis eſt ora nobis aduerſa ab Aegypto, atque Nilo, vſque in Mauritaniam & Herculis columnas. Et ſubdit paulò poſt.

Situs aphricæ.

Diuiſio aphricę

Aethiopia.

Mauri.

HOC IN LOCO II HABITANT QVI A GRAECIS MAVRVSII APPELLANTVR, &c. Libycũ genus, magnũ

Atlas mons. & opulentum,eos Romani & indigenę Mauros vocant,iuxta hos, est etiam colũnarum fretum,mons item est in Libya,quem græci Atlantem vocant,Barbari Dyrim,extrema mauritanię pars occidétem versus Cotes appellatur, proximum est oppidum quod Barbari vocant Tinga,hæc ille. Cęterò Plinianæ lectioni huic Solinus,calculum albũ adiecisse videtur ubi ait.Libya excipit Mauritaniam,quæ nũc Colonia,& cuius primus author fuit Antheus,porrò quia in illo ambitu Aegyptiũ

Aphrica vnde Horti Hesperidum. finitur pelagus,& Libycũ incipit,placuit vt Aphricam ab afro Lybis Herculis filio potius dictam receperint. De hortis hesperidũ & peruigili dracone ne famę licentia vulneretur fides,ratio hæc est. Sinuoso meatu ęstuarium è mari fertur,adeò flexuosis lateribus tortuosum vt visentibus procul lapsus angueos facta vertigine mẽtiatur,ita'que quos hortos appellauere circundat,vnde pomorum custodem interpretantes struxerunt iter ad mendacium fabulandi, hæc ille & multa id genus, Cæterò vt ad Mauritaniã veniamus in ora cuius Tinge est,quę regioni nomen de-

Tinge. dit,quam Pli. ab Antheo conditam refert,quæ vrbs Cæsarea dicta est à Claudio, Lixus vt Straboni placet,vrbs cuius meminit Sylius hoc versu. Audit non paruo di

Lix flu. Zelis. Simica. Simiarũ copia. Phuth. Malua. ,uisus gurgite Lixus. Lix, flumen item dicitur & oppidum,vt ait Pomponius Me,la,item Zilis à Ptholemæo. Zelia,Strabone,Zelis, Abyla quam alteram dicunt co,lumnam,mons est ab Hispanis simica ob simiarum multitudinẽ dicta, item Septensis ciuitas,elephãtis plena tellus,promontorium Cotes ab Hispanis caput sparti dicitur,ob copiam Sparti,Salas fluuius,& oppidũ. Phuth oppidũ etiam, authore Ptholemæo. Malua fluuius contra hunc Mulucha fluuius sic,à Salustio,dictus:porrò in idem mare Ampsaca authore Ptholemæo Mauritaniæ terminus. Atlas mõs minor & maior,incolæ mõtis huius Canarij dicti quibus victus caninus est,hac in parte nascitur herba Euphorbia oculis vt ait Solinus cõferentem,hic & Citri arbor,

Citri arbor. vnde mensarum luxuria Romę,porrò Athlas maior per vniuersam Aphricã vsque ferè in Aegyptum extenditur, Herodotus post Garamãtas,decem dierum iter ponit Athlantas populos ab monte cognominatos,quos refert ab animalibus abstinere, & somnia nunquam videre,quod & adfirmat Arrianus,mons hic nomen de-

Fortunatę insulæ. Insulæ capitis viridis. dit mari athlãtico,vbi in medio est parua insula Geryonis dicta Erythrea ab Ptholemęo,& paulò inferius citra æquinoctialem Fortunatorum insulę quin'que, quas mythici poetæ volunt deberi ijs qui bene beate'que vixerint,vbi æuo æterno apathes,id est sine perturbationibus malis've sub cœli benigna temperie degant. sunt qui has insulas nunc vocent,insulas capitis viridis.

CAPVT TERTIVM.

AB AMPSACA, &c. Numidię incolæ quia diuerrarunt pabulationibus vagabundis Nomades dicti sunt. Nã vt scitè de his agit Strabo libro secundo. Non improbabile est horum etiam aliquos dici Numidas nequeuntes antiquitus ob multitudinem ferarum agrum colere,qui nunc peritia venãdi excellentes,simul'que in hoc adiuti etiam à Romanis propter studium pugnę bestiarum. Et libro decimo septimo. Nam & Massimissa ob virtutem & amicitiã plurimũ Romanis curæ fuit,& ipse Numidas ciuiles & agricultores reddidit,& pro latrocinio eos militiam docuit,sed profectò peculiare quiddã hominibus ijs contingit. Nã cũ regionẽ fœcundã incolerẽt,quã quã feris abundantẽ,ijs omissis & agricolendi studio licentius inter sese conuertebantur, & regione feris demissa vagã & instabilem vitam,degebãt,non secus quã qui inopiam & locorum sterilitatem

& aeris inclementiam eiusmodi vitæ genus eligunt, quare Massæsylij id nomen sunt assecuti: Numidę enim vocantur, necesse, quidem hos inopes esse, & plerũq; radices edere, & carne & caseo & lacte nutriri, hæc ille: Generosos in Numidia vrsos ali, eruditiores scriptum reliquerunt, quorum abũdè Solinus meminit. Numidę igitur longe in littore vsque ad sinum Numidicum, & ostia fluminis Ampsacæ extenduntur, Salustius Persas fuisse, memorię mandauit, qui defuncto in Hispania sale, ab exercitu eius cum Medis in Africam nauigarunt, vbi deficiẽte materia, ad construendas domorum moles alueos classium loco domorum habuere, & quia vltro citroque vagabantur Nomades, id est pastores dicti sunt, inter hos marmor est insigne numidicum dictum, eorum vrbs Cirtha fertur, Massyli inter hos habitant. Hinc Ampsata flumen in sinum numidicum ex Atlante fluens: deinde minor africa, cuius caput Carthago, quam Grecorum aliqui vocitant Charchedonem, à Charchedone conditore, vt est Appianus author.

Numidæ. — Nomades. — Cirtha. — Chalcedone.

CAPVT QVARTVM.

ATVSCA, &c. In sinu Carthaginiensi oppidũ est quod Tunis dicitur Vtica in eodem littore à Catonis morte facta illustris, Tyriorum colonia secunda post Carthaginem, vt Straboni placet, libro decimo septimo. Tapsus item vbi Scipio à Cæsare victus fuit, superatus tamen ab eodem fertur in alijs locis quorũ ita meminit Strabo, eo quo diximus loco: post alia atque alia bella sunt secuta, sed vltimum fuit quod Cæsar cum Scipione gessit, in quo & Iuba mortuus est, vrbes principibus sunt deletæ Tisiaus & Vata, & Thala, & Capsa vbi Thesauri Iugurthæ erant, & zagma, & zincha, & eę apud quas Cæsar Scipionem debellauit, primo apud Rhuspinum. Deinde apud Vzitas, apud Thapsum hæc ille. Porrò sunt hic vrbes nomine Hippones vna quam graij Διάῤῥυτον, id est diarryton, vocãt, id est aquis affusam, vt placet Ptholemęo. Altera regia appellata, cuius meminit Sylius, quando ait. Tum vaga, & antiquis dilectus regibus Hippo, ab equis nomen sumpsisse vox indicat, huic Diuus Augustinus prefuisse memoratur. Clupea item vrbs siue Clypea, cuius meminit Solinus, his verbis, Nobilissima oppida equites Græci condiderunt, Clypeam ciuitatem siculi extruxerunt, & aspida primo nominarunt Veneriam etiam in qua veneris erycinę religionem transtulerunt. hæc ille. Aspis deinde promontorium ex clypei forma nũcupatum, aliud quoque promontorium Mercurij apud quod. M. Aemilius & M. Fuluius, naues Carthaginiensium sibi obuias cœperunt, sicuti tradit Polybius. Tagasta, oppidum, vnde fuit Augustinus, vt quibusdam placet, Zama, item oppidum vbi Annibal ab Scipione superatus, Tripolis Aphricana, quam Solinus putat Leptim magnam & Taphram. Est & altera Tripolis, quæ neapolis dicitur, inter duas syrtes, vbi Lotophagi habitant, Sabathra inter syrtes, Ityca vnde fuit Dionysius, qui de situ orbis scripsit, Byzantes gens propè Carthaginem, Dulopalis hac in parte etiam est. Flumina verò Bragada, quod authore Strabone libro decimoseptimo Vticam abluit, Cinips fluuius fluit inter duas syrtes in mare per Macas populos, vt scriptum reliquit Herodotus: sunt & insulæ multæ, & oppida alia quæ omittimus scientes Strabonem, Stephanum, Pomponium Melam: de his multo profusius disseruisse, quare de his hactenus.

Tunis. — Vtica. — Tapsus. — Capsa. — Zincha. — Darrithon. — Diuus Augu. vbi pręfectus. — Aspis. — Tagasta vnde fuit Augu. — Tripolis. — Byzantes. — Cinips.

CAPVT QVINTVM.

Cyrenaica.

YRENAICA, &c. Regio Cyrenaica à Pli. Fertur panta politana, quòd quinque ciuitatibus illustretur, Cyrene, Apollonia, Barce, Arsinoe, Berenice, hic ferunt fontem esse solis Apollini sacrũ, adeò fœlicem vt finxerint poetę cœlum eo ornatum. Horti etiã Hesperidũ ab Ptholemæo paulò ab hac ora esse dicuntur. Hic item Ammonis oraculum est Cyrenem. Strabo libro decimo septimo Theręos condidisse commemorat, Cyrene inquit in campo quodã tacet, adeò ædito, vt ex mari eam videremus, Cyreneum Therei condidere, qui ex laconica profecti Theram insulam coluerunt. Thera olim Callista dicebatur, hęc ille. Herodotus Cyrenaicam regionem feracem vocat, quòd octo continuos menses fructus habeat, ad quod facit quod Strabo eò quo diximus testatur, inquiens. Equorum nutrix est, & fructus optimos fert, &c. Equorum enim nutricem iure dixit. Nam ob id Dionysius poeta, item & Pindarus regionem hanc ἔυιππον vocauere, quòd bonorũ equorum sit ferax, Barce vrbs hic est: quæ deinde vocata est Ptholemais. Herodotus, originem hanc sumpsisse ab Batto tradit. Strabo Cyrenem à Batto conditam cõmemorat. Stephanus à Perseo zacynthi filio ædificatam, Arsinoe à nomine Sorore Ptholemęi Philadelphi: sub Cyrenaica Libya est latissima gens, diuersi populorum generibus commixta, quare Ptholemæus, libyophœnices, & libyægyptios vocat & interior libya sub Aetiopibus, Nigritis, iuxta hos Nasamones populi & Garamantes, & paulò supra Marmaride ad Aegyptias pertinentes: Nasamonas prius dictos Mesamonas tradit hic Pli. quòd inter medias arenas siti sint cum Troglodytis, carbunculum gemmam venditant, Dionysius Nasamones à Romanis victos ait, quòd trucidarint Lentulum ducem ad eos confugiẽtem. Garamantes Strabo libro decimo septimo Charcedonijs gẽmis abundare tradit: Asbestę populi Libyę, vbi Ammonis est oraculum, Bemmyes item populi, satyri quibus pręter figuram nihil sit moris humani, Aegipanes Hymatopodes.

Fertilitas Cyreneneę. Baræ. Batto.

Lybiophœnices.

Garamantæ.

CAPVT OCTAVVM.

Aegyptus.

SVPER EOS AETHIOPVM GENTES. Iungamus his Aetiopiam, ac pauca de Aegypto ne labor alius Lectori occurrat, Aethiopia ab æthiope Vulcani filio, post athlantia dicta est, Natio Aethiopum per meridiẽ ex occidente in oriẽtem lõge lateque varijs adsumptis cognominibus diffunditur, quare Homerus primo Iliadis, bipertitos ait Aethiopes ad occasum & orientem, vt etiam confirmat Strabo libro primo. Sunt enim Aethiopes sub Aegypto, itẽ Erembi populi ac Nigritę, Macrobij, Hesperij, Brachobij, Automole, de quibus abundè Strabo libro decimo septimo. Horum caput Meroe est insula nili, & ciuitas clypei figura, à sorore Cambisis ibi mortua, vt placet Straboni, in ea sunt aurifodinę, ferrariæ, ærariæ, & preciosorum lapillorum genera, post hanc Napata, Pselia, prẽnaque. His proximi sunt Troglodytę, qui sub terris in specubus ob nimiũ æstum degunt. sunt in eadem parte Astartæ & Gypseis insulę & Homeritę gens, & vrbs nomine Aroma, vbi generosum vinum nascitur, quod Strabo libro decimo quarto, Aromense vocat, Aethiopes Nigritę sub Africa ponantur minore, à nigro flumine dicti, oritur fluuius is ex monte Thala inferioris libyę, vt ait Ptholemęus, Aethiopes occidentales ille vocat Hesperios. Herodotus autem Macrobios, porrò Cerua est insula apud eos, quam Dionysius vocat aquosam, Græce τέμπτια Bemmyes populos propè Ceruam Dionysius ponit, duo hic promontoria ceu duę Ca-

Meroe.

Troglodytæ. Aroma

taractæ, vnde Nilus exire fertur. Brachobios Dionysius ait, non vltra annos. xl. viuere: quod & Strabo scriptum reliquit. Homerus duo eorum genera ponit, Sidonios, & Erembos. Mirum quod scriptum reliquit Pōponius Mela, de loco in æthiopia, vbi apparate epulæ sunt, succrescūt'que appositæ vesci volentibus, locum'que semper iis esse refertum tradit: ob id locum hunc vocant Heliotrapezam. i. Solis mensam: cuius rei meminit Herodotus, libro tertio affatim. Cæterō vt summatim attingamus Aegypti particulam. Tenet enim hęc extrema Africæ versus oriētē, in duas hæc diuisa est partes. Delta ex forma literæ, vt ait Strabo: quæ inferior Aegyptus etiam dicitur, Altera quę secundum Nilum Aetiopiæ contermina meridiem versus vsque ad Cyenem procedit. Thebais dicta, vniuersa autem Aegyptus prius Aeria dicebatur. Item Heptapolis à septē primis vrbibus. necnō Heptanomus dicta est, à septem præfecturis, vt scriptum reliquit Stephanus: in ora Aegypti Alexandria est, in qua Museum reges Ptholemęi ædificarunt, habens ambulationes, & exhedras maximam'que domum in qua cœnaculum erat eorum, qui Musæi erant participes, vt ait Strabo, libro decimoseptimo: iuxta in portu Pharus erat insula, & turris sostrati Gnidij opus Architecti, specula hæc erat nauigantibus præsidium. Porrò præter hanc Alexandriam Stephanus. xxii. enumerat, Mons nomine Idothea est pharo proxima, vbi sepulchrum esse ferunt Osyridis. A pharo autem stad. xxx. vt placet Straboni. Nicopolis oppidum est, victoriæ Augusti de Antonio & Cleopatra monumentum. Paretonium ciuitas, & portus Mareotis Lacus & vrbs, deinde Canopus. cxx. stad, ab Alexādria distās, vbi dicitur esse Serapidis templum. Heracleopolis item vbi templum Herculis, ostium hic primū Canopicum patet dextera in Parte Libyam attingente, post hoc Colbiticum, Sebeuticum, Pharnicum, Mendesium, Taniticum, postremò Pelusiacum, vrbs'que Naucratis, fluuius'que Saiticæ Milesiorum Colonia, Sebenitica præfectura, in qua est Mercurij ciuitas, & Mēdes vbi Pan colitur, & hircus, hic cū mulierib[9] hirci coeūt, vt scriptum reliquit Strabo, libro. xvii. auctoritate Pindari, cuius carmen extat, hoc. Vltimum'que Nili cornu caprarum pascuntur greges. Et lasciui mulieribus, admiscetur hirci, Græce μενδῆτα πὰρ κρημνὸν θαλάσσης ἔσχατον νείλου κέρας αἰγιβάται, ὅθι τράγοι γυναιξὶ μίσγοντα. Bubastus item ciuitas heroum, vt ait Strabo. Ioseph[9] ait hanc Hiessen dici. Sinum hęc facit Hieropolitanū, non procùl nobiles obelisci, Babylon, Ptholemæus Babyloniam vocat. Sunt qui dicant nunc esse Cairum, alij Memphim, vrbem populosam, Acanthus vrbs. Tantyra vbi crocodilos respuunt, de quibus si quis plura volet, adeat Strabonem, libro. xvii. & qui de Nilo Diodorum Siculum, quare cap. sequens à nobis illibatum manebit. De'que auctu ipsius Nili, Strabo, libro antelato affatim.

Brachobij à Viię breuitate.

Solis mensa.

Heptapolis.

Gnidij.

Idothea

Nicopolis.

Sebenitica præfecturę.

Mēdes.

Mirū de Hircis.

Babylō

Cairus.

CAPVT VNDECIMVM.

VLTRA PELVSIACVM, &c. De fœlici nunc Arabia cursim agamus, quā & triplicem geographorum nonnulli faciunt, Petream, Desertam, & fœlicem. Petrea est contermina Aegypto, ac Iudeę, vt prodit Ptholemæus, à Strabone, libro. xvi. Cunis metropolis Petra hodie à quibusdam Arach fertur, sacræ literę hanc Petrā deserti vocitant, locata in plano, vt tradit Strabo, libro antelato, septa rupibus celsis, inter quas fontes esse dicūtur vberrimi, hac in parte nihil dignum memoratu, præter mōtem Casium versus Aegyptum, vbi Magni Pompeij sepulchrum esse produnt. Addi potest mons quem nos

Arach.

Petra de serti.

Mōs syna vulgo Gerrei.

passim vocamus Sinam, vel Sinai, quē & Pthole. appellat Melanē, vbi Diuę Catharines sepulcrum est, & lex Mosi concessa. Horum populi sunt Agræi, Gerręi, Ammanitę: quorum Iosephus meminit ab Ammano Lothi filio. Post Petreā Arabia deserta est à Ptholemæo vocata, à Strabone autem Scenetis, vbi Scene vrbs, ἀπὸ τῶν σκηνῶν, quòd gens vaga & sine domibus in tentorijs habitare soleat. Hæc à meridie mōtibus fœlicis Arabiæ cincta à septentrione Mesopotamiam habet, ab occidente Petream. Arabia autem fœlix, meridiem versus inter duos sinus, Arabicum, & Persicū, veluti peninsula excurrit, quam bis posse seri, Strabo, ob fœcunditatem, testatur: omnium enim est abūdans fructuum pecoris & aliorum animalium, demptis equis, mulis, & porcis. Item scatet omnibus auibus, demptis gallinis & anseribus. Est & omnium aromatū feracissima. Populi in ea penè innumerabiles, sed præcipui numerantur Sabæi, Characeni, Ataceni, Gebbanitæ, quorum caput Thoma, Edumęi, Atramitæ, Achomeni: quorum caput Achome, partes autem meridionales tenent Ichthiophagi piscibus victitātes, septentrionales verò Cyraceni & Saraceni, & id genus: de quibus abundè, Strabo, eo quo dicimus loco.

Gerręi. Ammanitę. Arabia deserta. Scene. Arabia fœlix.

CAPVT .XII.

IVXTA SYRIA LITTVS OCCVPAT, &c. De omni hic Syriæ genere agēdum. Ampla enim est regio Syria, authore Strabone, libro. xv. septentrionē versus, Cilicia, & Amano, finitur. A mari ad Euphrastis pōtem stadia intersunt ab Issico sinu vsque ad pōtem, qui est iuxta Commagenam dictum latus terminantia, non pauciora quadrigentis. Orientem versus, terminatur Euphrate & arabibus scenitis, qui cis Euphratē sunt. Austrū versus Arabia fœlici, & Aegypto: occidentem versus, pelago Aegyptio, hæc Strabo, de situ Syriæ & multa id genus, Varijs enim dicta est nominibus, vt scriptum reliquit Ptholemæus. Nam & Cōmagena, & Phœnicea, & Seleucis, Cœlosyria, Leucosyria, Palestina, porrò author noster Mesopotomiam & Babyloniam nomine Syriæ contineri ait. Dionysius poeta Syriam propriè vocari testatur circa Libanū & Casium montes, vsque Sinopem, Plutarchus Syriam appellari in Parallelis ait à Syro Apollinis & Sinopes filio. Post enim Amanū & Ciliciam Comagena est: cuius caput Samosāta authore Strabone, Seleucis Tetrapolim cōtinet, quā quatuor constare ciuitatibus ferūt, Antiochea, Seleucęa, Apamea, & Laodicęa: quas omnes condidisse Seleucum produnt. Seleucęa sita est in ora ad Orontis ostia: cui adiacet mons Pieria, vt Ptholemæo placet. Orontes fluuius primo Typhon dictus est: quòd Typhon hic dicatur flumine occisus, Ex Libano enim oritur, vt Strabo ait. Anthiochea metropolis olim erat omnis Syriæ, quondam dicta Reblata, vt legitur quarto Regum. Hanc ferunt ab seruis Abraami ædificatam. Tempore autem Iustiniani dicta hæc est Theopolis, Hic prima sedes apostolorum, hicque nomen Christiani adepti primo sunt, Stephanus plures agnoscit Antiocheas in Lycia, in Mesopotamia, in Arabia. Apamea est tertia Tetrapoleos sita ad Orontis ostia. Vocata Chersonnesus: ob aquarum copiam, Pella item dicta, Laodicęa quarta Tetrapoleos, prius Leuca, & Rhamata, postremò Lyche terra, fructuum vinique feracissima, Dapne vrbs propè Antiocheam, vbi fons Dianæ sacer, vt ait Strabo.

Issicus sinus. Cōmagena. Seleucis Orōtis flu. Antiochea. Theopolis. Lycha.

CAPVT .XIII.

OX IDVMAEA INCIPIT, &c. Idumæi in littore Palestinę versus Aegyptum siti dicuntur, Gens ex Nabathæis vicinis Arabiæ populis profecta, vt scriptum reliquit Strabo. Idumęorum vrbs Ascalon dicitur, ab Ascalo Hymenei filio, vt ait Xanthus: huius vrbis meminit Diodorus, libro tertio, asserens ibi tēplū deę quā Syri colunt, deam hanc Dercion vocāt, ore virgineo depingitur, cętera piscis habet effigiem. Azotus est inter Ascalonem, & Ioppem: hęc vna est ex quinque Philistinorum. Item Gaza, distat paulū à Hierosolymis propè Bersanam. Anthedon item vna ex Philistinis sita in monte, nunc hanc, Geth vocant. Antipatris vrbs ab Herode condita. Raphace inter Palestinos nunc dicitur Rama. Iudęa est versus mediterraneam, & cōtinetur in regione Palestinæ, continet autem Galilęam, Samariam, & regionem trans Iordanem, ex parte Boreali Galilęa est, quam Iosephus diuidit in superiorem & inferiorem. Iudeæ latitudo ex Iordane fluuio vsquead Ioppem est: Longitudo à monte Libano vsque ad lacum Tyberiadem, in medio ferme spatio sita est Hierosolyma, Iotapata ciuitas Galileę quam nonnulli Bethleem vocant, supra verò ingressum Galileę occidentem versus oppidulum est, quod Nazaret vocāt. Hebron vicus propè Hierosolymam, Hiericus oppidum & campus, vt est author Strabo, libro. XVI. Hic Balsami est viridarium. De iis affatim Strabo eo quo paulò superius diximus loco, sequentia tria cap. per se patent, quare de iis nihil agendum censui.

Idumęi. Xāthus. Ioppe. Galilęa. Hierosolyma. Iotapata. Nazaret. Hebrō. Balsami cōpia.

CAPVT. XVII.

B OCCIDENTALI LITTORE, &c. Esseni occupant interiora Iudeę qui ad occidentem spectāt, hi procul absunt à moribus reliquarum gentium. Nam Venereis minime tentari dicuntur. Viuunt enim semoti à mulieribus: auaritiam penitus ac aurum argentum've aspernari feruntur, palmarum fructibus victitāt. Ex æquo iudiciis conuenarū turba renascitur, tam fœcunda illis aliorum vitę pœnitentia, Solinus opē fert Plinio de Essenis inquiens. Interiora Iudeę qui occidētē contuentur, Essenij tenent: qui præditi memorabili disciplinæ recesserunt à ritu gentium vniuersarum maiestatis, vt reor prouidentia, ad hunc morem destinati. Nullæ ibi fœminę, Venere se penitus abdicauerūt: pecuniam nesciunt: palmis victitant: nemo ibi nascitur, non tamen deficit hominum multitudo, locus ipse addictus est pudicitiæ, ad quem licet plurimi vndique gentiū properent, nullus tamen admittitur nisi quem castitatis fides, & innocētiæ meritum prosequatur, hæc Solinus & de Asphaltite fluuio & de Balsamo & Iudęa multa id genus.

Gentes nō coeūtes. Esseni.

CAPVT. XIX.

HINC REDEVNDVM EST AD ORAM, &c. Tyrus, & Sidon, nomina tum vrbium, tum insularū sunt: Trogus, libro. XVIII. Sidonem phœnices primo ædificasse prodit, ac Tyrum vrbem, Strabo, Sidon, & Tyrum, Colonias factas testatur: Tyrum ob decus purpurę libertate donatum à Romanis. hanc Hebræi vocant Sur. Sidon & Tyrus vtra sit metropolis phœniciæ ambigi solet. Cæterò de Libano monte & Cassio nihil constituimus agere, quòd

Tyrus.

protrita

protrita putemus quę de iis referuntur, quę & Solinus in Polyhistore adfirmat, cuius lectionem legat, qui de iis plura scire concupiat.

CAPVT .XXIIII.

Euphrates.

ET DE EVPHRATE, &c. Quæ de Euphrate author noster prodit, eadem & Strabo, cum libro secundo: tum vndecimo, iis verbis. Hinc fluũt Tigris & Euphrates, qui Macedoniam circundant, & apud Babylonios inuicem coherent, deinde in mare Persicum emittunt. Quorũ Euphrates maior est, & pl⁹ regioni flexuoso alueo percurrit, fontes habet in parte Boreali, fluit ad occidentem per Harmeniam, quæ maior appellatur, vsque ad Harmeniam minorem, quam à dextris habet: à sinistris verò Lisanam, deinde ad Austrum flexus confiniis iungitur Capadocum, quę ad dextram reliquit: ad sinistram Commagenorum confinia: rursum'que à Sicinsina etiam Sophena maioris Harmeniæ, ad sinistram relicta progreditur in Syriam, atque iterum flexum alium capit in Babilonios, & Persicum signum, hæc Strabo.

CAPVT .XXV.

Palmyra.

Borea.

PALMYRA, &c. Palmyra Syriæ totius arx mediterranea, & regio Palmyrena, Stephanus ait eam ab Hadriano principe restitutam, & Hadrianopolim vocatam: Propius intra Palmyrę solitudines Stellendena regio existit: dicta Hieropolis, & Borea, & Chalcis: quarũ meminit author noster, ca. sequenti: quod nihil habet nubili, quare prætermissum.

CAPVT .XXVII.

Cilicia.

SED REDEAMVS, &c. Ciliciam Cilices eius incolas esse, à Cilice Agenoris filio dictos, claris historiarũ monumentis proditum est: is ad inquirendam missus Europam ad piraticam se conuertit: tandem opum cumulo parto, hanc sibi sedem delegisse fertur, & Ciliciam appellasse. Cilices ob id Piratas vocãt: quos & superasse fertur Cn Pompeius, Strabo Ciliciam in Tracheam, quę ad mare & Issicũ signum vsque protenditur, & campestrem, quæ cum Isauria, ac Lycaonia terminatur, diuidit, inter Ciliciæ vrbes est Tarsus, Sardanapali ædificium, Argiuorum deinde fuit Colonia, vocabuli originem venire produnt à Tarso.i. parte pedis equi Pegasi. qui hunc in locũ cecidisse fertur, Strabo, libro. xiiii. hic fuisse Gymnasium celebrè philosophiæ Diuus Paulus hinc originem sumpsit, haùd procul ab hac est, Soloe, vrbs, à Solone. vt quibusdã placet dicta, Strabo verò opus esse Argiuorum testatissimum reliquit, item & Rhodiorum: hęc quondã Pompeiopolis appellata: quòd hic Pompeius Piratas dicatur superasse. Adana itẽ hic vrbs est, Sarus fluuius rapidissimus, Anchialea vrbs: quam Sardanapalus ædificauit: vbi est eius sepulcrum. Mallus item: necnon & Amaxia, Anaxarba, quæ & Cæsaraugusta dicta, vnde fuit Dioscorides, Coricũ oppidum: pontes item & specus, ibi crocum ferunt pręstantissimũ nasci, quare Coricium vocant: Mopsus iuxta fluuium Pyramum, præterea Castabala, Aphrod: Seas'que & id genus, quorum nomina omnia subtexere non est consilij nostri. Cætero, Isauria regio est & ciuitas

Sardanapali ædificium. Ort⁹ Diui Pauli. Soloe. Anaxia Mopsus Castabala. Isauria.

Lycaonibus contermina, prope Taurum montem. Pamphylia ſequitur: quam di-
ctam etiam ferunt Moſopiam: cui adiacent Piſidia, Cybira, Cabalia, Lycia, Lycios, Lycia.
Herodotus ex Creta veniſſe ſcriptum reliquit, duce Sarpedone, Minois & Rhada-
manthi fratre: quos primo Solymos dictos teſtatur: Lyciorum oppida olim fue-
runt. lxx. Strabo in hac Lyciæ parte, ſex maximè inſignes memoriæ tradit, Xā-
thum, Patara, Pinaram, Olympum, Miram, Tion, Xanthus fluuius & vrbs. Patara, Tion.
vrbs & promōtorium, vnde ſanctus Nicolaus fuiſſe dicitur, Pinara ciuitas Lyciæ,
Crago monti adiacens, in ora huius regionis mons Olympus, Corycus oppidum,
flumen Cataractus, & multa alia oppida quę ſcientes pręterimus, adiacent antela-
tis regionibus, Cabalenſes, Cibirenſes, Solimi, Iſaurici, de quibus abundè Strabo, li- Solymi.
bro. xii. De Indo item fluuio, idem meminit affatim, libro. xv.

CAPVT .XXIX.

CELEBERRIMA VRBS, &c.
Haud deſunt qui ponant Laodiceam in Phrygia, alij in Ly-
dia, Strab. Laodiceam etiam eſſe vrbem in Media ait, libro
vndecimo. Sunt, inquit, etiam græce vrbes in Media, à Ma-
cedonibus conditę, è quibus eſt Laodicea, Apamia, & Rha-
ga. Decimo autem quinto libro, de Laodicea hæc habet.
Deinde Laodicea optime ad mare ſita & pertuoſa, locum
habens præter cęteram feracitatem, vino aptum, quapro-
pter maximā vini partem Alexandrinis præbet, cum montem habeat ſibi immi-
nentē vineis plenum, vſque ad vertices ferè: qui longè abſunt ab ea paulatim aſcē-
dentes. Deinde de Apamia ſubnectit, Apamię verò imminent erectam altitudi-
nem euecti, Hāc Dolobella non mediocriter labefactauit in eam fugiens, & vſque
ad interitū à Caſſio obſeſſus, multas vrbis parteis ſecū traxit. Apamia habet vrbē
magna ex parte optimè ſeptam. Eſt enim collis quidā in campo bene munitus:
quē orontes, & ingens lacus circumpoſitus, & latæ paludes peninſulam faciunt: tū
prata paſcendis equis & bobus excellenti magnitudine diffunduntur, vrbs in tuto
iacet: hæc illæ. Porrò vt de Ionia & Ionibus ſubſultim agamus, ab Ionę filio Xuthi
ij dicti ſunt, indeque Ionia appellata, Euripidem Xuthum vocat conditorem tel- Xuthi.
luris Aſiaticæ. Vir enim atticus fuit, ex quo Attici prius Iones vocati, & in Attica
Ias condita regio. Strabo autem, libro nono ſcribit Melanthum Codri filium ex
Athenis in Aſiam cōceſſiſſe, ibique partim à Neopotibus, partim ab alijs duode-
cim ciuitates, quæ dictæ ſunt Ionicæ, ædificatas. de Ioniæ autem deſcriptione ita
habet Strabonis lectio, libro. xiiii. Reliquùm eſt, vt de Ionibus Caribusque dica-
mus, & de ora quę trāns Taurum eſt, quam Lycij habent, & Pamphylij, & Cilices.
Nam hoc modo tota Chernoſi peragratio ad finem producta erit, cuius Iſthmum
diximus tranſitum, qui ex pontico mari fit in Iſſicum, Ioniæ circūnauigatio ſecus
terram eſt mille ferè & quadringentorum & triginta ſtadiorum propter ſinus, &
propterea quod regio multas peninſulas efficit, hæc Strabo, & multa id genus, quę
nō collibuit cumulatius ſuppingere, quòd ea ſi volet ſtudioſus Geographię legat.

CAPVT TRIGESIMVM.

Aeolis.

AEOLIS PROXIMA EST QVONDAM MISIA APPELLATA, ET QVAE HELLESPONTO ADIACET TROAS. AB EA PHOCAEA ASCANIVS PORTVS, &c.

In Asia est & Aeolia: geographi Aeolas esse Troadas commemorãt: qui maximè per Aegeum littus extẽduntur, versus meridiem cum Ionibus terminantes: sed & ad septentrionem olim peruenisse dicuntur & Phrygiam. Trahunt autem originem vocabuli ab Aeoli filijs: vel quòd ex aiola. i. varia gẽte creuisse credãtur. Nam & Aeoles dicti quondam sunt Dores, Strabo, ciuitates habuisse. xxx. scriptum reliquit. Porrò de Epheso agamus aliquid, Ephesum ciuitatem fuisse Lydię clarissimam Herodotus narrat, Ionicarum'que ciuitatum præstantissimam: cuius meminit cum Strabo, tum Ptholemæus, ac Herodotus & innumeri ferè geographi: quorum monimenta leget, qui de iis plura volet: de Rhodo, Samo, & Chio quę hic dicũtur, adeò scitè antelati authores disseruerũt, vt nihil desiderari possit: nihilque sit opus alia verborum copia, nisi quis voluerit nauseam lectori ingenerare: quare de ijs hactenus.

Ephesus

Commentariorum in Quintum Plinij Secundi, Naturalis hystoriæ, scriptoris argutissimi

FINIS.

IN SEXTVM PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE ARGVTISSIMI SCRIPTORIS LIBRVM, STEPHANI AQVEI BITVRICENSIS VIRI EQVESTRIS, COMMENTARIA.

PONTVS EVXINVS, &c. Meminimus paulò
ſuperius Helleſponti, pontum autẽ eſſe inter duos boſpho-
ros palàm eſt, cimmerium, & Thraciũ, vt præſtruximus,
D. Mil. paſſ. diſtãtes. Dicitur & Euxinus, quòd Hercules lo
cum purgauerit, hoſpitalẽque reddiderit, cũ prius propter
Scythas inhoſpitales, Axenus à Sophocle diceretur. Hunc
maximũ pelagus Herodotus aſſerit, duo'que ibi eſſe pro-
montoria, velut columnas geminas modo pontum Scythi-
ci arcus cõtinẽtis, qui cornibus coniungatur, alterum ex ijs auſtrale dicitur Caram-
bis, alterum Crinmetopon, Strabo, lib. ſecundo. Euxini ponti ita meminit. Quod
Euxinum pontum nominãt, hunc quodãmodo duorum mariũ dicimus, ad mediũ
nan'que duo procumbunt promontoria, vnum quidem ab Europa, partibus'que bo-
realibus, alterũ ex Aſia, vnde trãſitus coarctatur ipſe intermedius, & ingẽtia duo
efficiunt maria, Europe quidem promontoriũ Crium, id eſt arietis frontem appel-
lant, alterũ Aſiæ Corambin: diſtant autem inuicẽ circiter ſtad. duo Milia, & quin- Crium.
genta, hæc ille. Et paulò poſt de figura ipſius ponti, ait, Spectãs igitur in occaſum
pelagus è Bizantio vs'que in Boriſenis eruptiones, longitudinem habet ſtad. trium
mil. lxxx. Latitudinẽ verò duo mil. in quo Leuca, id eſt alba inſula eſt. In oriẽtem
verò ſpectans parẽ cõtinet longitudinẽ, & in anguſtũ finitur receſſum, qui ad Dio
ſcuridẽ pertinet ad ſta. mil. v. aut paulò plura, latitudo ad ſtad. mil. tria, patet. Am
bitus verò totiꝰ pelagi ſtad. mil. XXV. Huius autẽ ambitus figurã arcui Scytico,
dũ extenditur cõparant aliqui, neruum dexterioribus Ponti partibus ſimilẽ ex-
hibent, hæc Strabo. Habet præterea pontus Cyneas petras, vt diximus, quas Stra-
bo, pernas eſſe inſulas ait inter ſe aduerſas, alteram in Aſiam, alteram in Europam
ſpectantes, ab Euripo. x x. ſtad. diuiſas, Pindarus fabulam ſequens, eas viuere pro-
dit. Has Herodotus, vt paulò ſuperius diximus vocat planetas quaſi mobiles.

CAPVT SECVNDVM.

VLTRA QVEM, &c. Vltra ponthum, & Fluuiũ Bi-
leum, Paphlagones ſunt. Strabo, lib. XII. horum ita memi
nit in ea Cappadocia hæ gentes continẽtur, primo ab oriẽ- Paphla
te Paphlagones, Phryges, Lycaones. Et eodem libro paulò gones.
inferius poſtremo verò Diotarus Caſtori filius, cognomen
to Philadelphus Paphlagoniæ imperauit Eudoxus, autor
eſt foſſiles piſces eſſe in Paphlagonia in locis ſiccis, locum
tamen non determinat. Paphlagoniæ enim gentes mix-
tæ ſunt vna cum ponticis, Paphlagoniam hic Pli. ait dictam Pylemoniam à Pyle
flumine, quod inter Mariãdynos, & Paphlagonas fluit in põtum, Stephanus tamẽ

à Paphlagone filio phinei dictã testatur, gẽs Paphlagonica Barbara, & immitis dicitur. Horũ populi Mariãdyni dicũtur, habitãtes orã, vsque ad fluuiũ partheniũ, quos Strabo, quò citauimus loco, ait esse à Thracia profectos. Amastris, Paphlagoniẹ dicitur metropolis, dicta ac vxore Dionysi Heracleẹ Tyranni filia, Oriactis
Amastris. Darei regis fratris, vt ait Strabo. Mons hic est Citorus, a Citoro Phryxi filio, vt placet Straboni, idem tradit scatere Citorũ buxo, ad quod facit Vergilij id, Et algen-
Crona. tem buxo spectare Citorum. Crona nunc ipsa Amastris dicitur, Aegialus promontorium. habet etiam vicũ eiusdem nominis. Tius vrbs, à Tio sacerdote mile-
Tius. sio, authore Philone. alij ferunt à pataro quodã ortũ habuisse, qui in Paphlagonia res gessit, ciuitatemque Tion appellauit, quasi Dia, quia Iouem maxime coleret, huius etiam ciuitatis meminit, Pomponius, & Stephanus.

CAPVT .III.

CAPPADOCIA INTVS HABET, &c. Cappadociẹ descriptionis sic meminit Strabo, libro. XII.
Capadocia. Cappadocia multas habet partes, & mutatiões plurimas accepit, maxime itaque eiusdẽ linguẹ sunt, qui austrũ versus, Cilicio terminatur, qui dicitur Taurus, orientẽ versus Harmenia Colchide, ac diuersarũ linguarum gentibus, quæ in
Nazaca termediæ sunt, Septẽtrionẽ versus Euxino, vsque ad Halys ostia, occasum versus Paphlagonum gente, hæc ille. Ptholemẹus sic de ea agit, Cappadociã Halys ab occidente determinat, Therinodon ab oriente: à meridie Cilicia. à Capadoce fluuio Capadociam dictã volunt nõnulli.
Sebastũ Arrianus tamen Cappadocas vsque ad Euphratẽ quódã Syros vocatos scriptũ reliquit, deinde nomen à Cappadoce Nini filio mutasse, Plutarchus Cappadociã Syriam dici à Syro Apollinis, & Sinopes filio prodit, Strabo eo quo diximus loco Cappadociã à senatu Romano in decẽ præturas diuisam testatur, persas tamen primũ in duas prẹfecturas diuisisse, deinde Macedonas in duo regna, quorũ alterũ proprie vocabant Cappadociam, propè Taurum: alterũ Cappadociã magnam, propè ponthum. Eusthatius Cappadocas Leucosyros dictos ait, ad discrimen Syrorũ, qui sunt extra Taurum siti. Nazaca vrbs quẹ à Tyberio, authore Eusebio, dicta est Cẹsarea
Colopona. hæc, authore Strabone, sita est propè Argẹũ montẽ. Neocæses rea item quam Lycus fluuius alluit Sebastapolim, & Sebastam ponunt in Colopena regione, Melium, alij legunt Melitam, à Semiramide conditam ferunt: non procùl ab Euphrate.

CAPVT .IIII.

NVNC MANTAEVM, &c. Lycus fluuius, cuius meminit Pli. ca. superiore, ex Armẹnia per fines Cappado-
Trapezus. ciæ Cæsaream alluẽs progreditur, donec cũ in phanetea cũ Iri cõcurrat: post Sidinã, & Thermiscirã pharnacia est oppidũ paruulũ, deinde Trapezus Græca ciuitas, Ante inueniũtur duo promõtoria in ora, Herculaneũ, deinde Iasoniũ, deinde sinus, ĩ quo sunt Cẹrasus, & Hermonassa mediocres habitatiões. Herodotus tamẽ Cẹrasuntẽ, & Trapezũtẽ testatur colonias, Eusthatius Cẹrasa à Lucullo hinc auecta scriptum reliquit Trapezũti
Cerasus enim imminent Tibarni, Chalybes, Heptacometẹ, item Mosinceri populi, qui in turribus habitant, quas Græci μοσύνας appellant, hic tres Pompeij cohortes deleuisse tradit Strabo, mirũ quod reperitur à Xenophonte proditum eos populos pinguedine Delphinorũ loco olei vti, nucibus verò iuglandibus non scisso putamine: vino austero propterea esse corporibus teretibus longitudine ac crassitudine æquali. Calybes, gentem produnt paucam, & subiectam Mosynecis. Victum ex ferri

metallis

metallis quærentes, eos testatur esse Eustathius, quos Homerus vocat Halybes, Strabo autē Calybes, suo sæculo Caldæos vocatos, scriptū reliquit, lib. duodecimo. Porrò in ora pōti Calathis vrbs est, à Calatho dicta ibi reperto, in eadē ora est Melas fluuius, dictus à Melane Phryxi fratre, ibi demerso. Porrò de Macronibus, Tibarenis, Sidenis, affatim Strabo, eo quò diximus loco, de quib⁹ ita habet, Tibareni, & Chaldæi, & Sanni, qui prius Macrones dicti, & Appaitæ his locis quodāmodo proximi, qui prius Cercitę dicebātur, per hos præterit Scydissa mons asperrimus, & moschicis montibus coniūctus, qui vltra Colchidem sunt, cuius summa ab Heptacometis obturentur, & paryadra, qui vsque in Armeniam protenditur, à Sidenæ, & Themiscyne locis proximis, & orientale ponti latus efficit. sunt autem omnes hi Agrestes homines, præsertim Neptacometæ, horum nōnulli super arboribus ac turribus habitant, vnde antiqui Mosynæceos appellauere, turres enim Mosyni vocātur. Hi ex ferina carne, & arborū fructibus viuunt, atque ex lignis desilientes, peregrinos adoriuntur, iter agentes, hæc Strabo, & plura alia quæ putauerim exuberantis lectionis si adferrem.

Calathis.

Chaldæi.

Agrestes homines.

CAPVT QVINTVM.

SVBIICITVR PONTI REGIO, &c. Colchis à Septētrione Sarmatiā habet, à meridie Armeniā maiorē, & Moschios mōtes, ab occasu Euxinū pontū, ab oriēte mare Caspiū. Dionysius, ac Herodotus, Colchos tradūt colonos esse Aegyptiorū, argumento φ eiusdē sint coloris & iisdē vestibus, hoc est, lineis amiciātur, φ itē longis sint crinibus, dictos volunt à Colcho filio Phasidis, capræ iis sunt aurea vellera ferentes, vnde illis euenit ingēs cōmodū. Plicapras huiusce modi vocat Tragelaphos, pinde ac si velis dicere inter capras, & ceruos, ab iis velleribus ortū aurei velleris fabulamētū putarim, Colchorū metropolis dicitur Dioscurias, sita in ora quodā florētissima, in hac triginta descendisse nationes dissimili lingua vtentes ferūt, sunt qui referant hanc vrbē ædificatā ab Amphito, & Telchio Castoris, & Pollucis aurigis, vnde nomē vrbi inditū. Sūt & aliæ vrbes Neapolis, Sebastopolis, Aea, Hippo, & Cianeo fluuio irrigata, Amarāthi populi Colchici, insula Martis vbi vellus custodiebatur aureū. Moschii item authore Stephano, Colchici sunt populi, Mautinęis ad fines, & montes, Mosci qui diuidunt Colchos, Iberos, & Albanos, tū Armeniā maiorē à minore, fluuij verò ex Caucaseis, Corax, Glaucus, Phasis, Aippus, Cyaneus, Phasis maximus omniū, quorū omniū affatim meminit Strabo, lib. XI. his verbis. Colchis magna ex parte ad mare protēdit. Hāc Phasis illabitur flumē ingēs, ortum armenia ducēs, Glaucum in se recipit, atque Hippū, è vicinis montibus cadentes, & paulò superius de gēte Heniochorū ait. Tradūt Phthiotas Achęos, ex Iasonis exercitu Achaiā hāc habitasse, Laconas verò Heniochiā, quorū duces Rhecas & Amphistratus fuere, Castoris, & Pollucis aurigæ, vnde ἡνίοχοι dicti, ex lembis enim classem comparantes, & interdum ad naues onerarias, interdum ad regionem vel vrbem aliquam nauigātes, mari dominātur, Bosphorani nōnunquam eos accipiūt, & cōmeatus, & vendendę prædæ copiā suppeditant. Hi cū domū repetunt, & vltra nauigare nō possunt, lembos humeris impositos in syluas ferunt: in quibus habitātes, tenue solū arāt: rursus cū nauigandi tempus adest, eos in mare deferunt, idē faciunt in aliena. Nā Syluosa nota habent, vbi absconditis lembis ipsi noctu, nonnunquam interdiu pedibus errant, capiendorum hominum gratia, quos cum cœperint, facilè redēptitios faciunt, hęc ille. Nunc ad Armeniam decurramus, cæteris retrocessis.

Colchis

Tragelaphos.

Amarāthi.

CAPVT OCTAVVM.

Armenia.

PERACTA EST INTERIOR ORA, &c. Nationem Armeniorum Syrorum, & Arabum eandem ferè esse Strabo lib. primo testatissimum reliquit, inquiens. Nam Armeniorum Syrorum, & Arabum natio magnam præ se fert generis coniunctionem, seu linguam seu viuendi ritus, siue corporum lineamenta consideres, cum maximè sint finitimi. Armenia certè minor à Septētriōe, & occasu Cappadociam habet, ab oriente Euphratem, & Armeniam maiorem, à meridie verò Taurum montem, intersecatur autem ab Antitauro, hanc totam regionem in prouincias diuisam tradunt, primum enim phryges colonos habuisse scriptum reliquit Eudoxus. Herodotus autē ab Armeno originem sumpsisse prodit, fuisse in partes quatuor diuisam sunt qui prodant, in Pentapolim, cuius metropolis est Bizatus, deinde est Theodosia colonia, Trapezus, Cerasus. Secundam dicunt in Pentapolim, tertiam Hexapolim, quartam Zophanē constituunt. Armenia autem maior, à Septētrione Colchidem Iberiā, & Albanos, ab occasu parte Cappadociæ, ab oriente partem hircani maris, à meridie Mesopotamiā habet, hāc enim & Mediā, Strabo, à Iasone originē duxisse scriptū reliquit, mons Niphrates nō procul, Armeniā ab Assyriį diuidēs, ex quo Lycus, & Caprius orientes in Tigrim profluūt, Araxes ex eo mōte à quo Euphrates oritur, cōtrario ei tamē cursu versus oriētē prius tendēs vsq; ad Atropatiā, Deinde in boreā cōuersus, Azarā, & Artaxata præter labēs in mare desinit hircanū, vt placet Straboni, Herodotus, tamē nō in eandē it pedibus sententiā. Nā ex Matiana ostijs eū. LX. in paludē dilabi, vno tātū in Caspiū mare, is enim eū refert nō esse minorē Istro, & insulas maximas capere, sed sufficiat hæc epithome super vtraque Armenia.

Capri⁹.

CAPVT DECIMVM.

DLANICIEM OMNEM, &c. Agamus nunc de Iberis, & Iberia, illos magis quàm Colchi, esse orientales prodūt geographię a castrologiæ professores, ab Iberisque occidentalibus profectos, veluti Dionysius memorię mandauit. Hos Pompeius Magnus subegisse fertur, post eum Domitius Corbulo, vt ait author noster. His proximi dicuntur Georgiani, quos quidam ferūt eandē esse gentem hanc, produnt Christianis præceptis maiore ex parte obsequi, nomen sibi ita cōparasse autumāta Diuo Georgio, cuius vexillū vbi preliandū est, gerunt, in infideles, sunt qui coniectura ducant, eos esse quos Pli. vocat, Georgos: sequūtur Albani, & eorum regio. Horum originē Trogus ab Italica progenie defluxisse prōdit, Albanos Herculem ex Albano monte cum ille Geryone superato armenta eius per Italiam duceret, secutos fuisse tradit, Albanis iunguntur Sacasani.

Georgiani.

CAPVT VNDECIMVM.

ABIIS SVNT, &c. Portas Caucaseas propè Hircanum mare esse monumentis eruditiorum virorum proditum esse, est in cōfesso: dictę enim feruntur caucaseę quòd prēruptis quaquauersus nō tantum angustum exitum mōtibus prębeant, ad has portas ex iberia peruenitur. Fit autē mentio de montibus Gordyeis apud Strabonē, lib. vndecimo his verbis. Has montium parteis parachoathram vocant, atque eas etiam quæ vsque ad Caspias portas & vlterius tendunt. Preterea orientem versus boreades montes, qui Ariæ iunguntur, hic ipse mons in initio Taurus vocatur, Sophenam, Armeniam quòd ceteram disterminant

minant à Meſopotamia,ſunt qui Gordygęos montes vocent.in his eſt mons Naſius,
hæc Strabo,& multa id genus,quæ legat ſi volet lector:de inſulis ſequentibus acta
eſto mentio,quare de his nihil differendum cenſui.

CAP. DECIMVMTERTIVM.

NVNC OMNIBVS, &c. Aſiam,Tanai,Nilo ac Bo
ſphoro diſcretā palā eſt,quā ab occeani filia quidam dictā
volunt,placet tamen Herodo.dictam ab matre promethei
Lydis vero ab Aſieo Atyis filio. Vnde gens quędam ſardis
Aſia dicitur,vt ſcriptum reliquit Euſtathius,Hanc vniuer=
ſam vt dictū eſt Taurus diuidit,vijs multiplicibus,& fle=
xuoſis,quidem ad iuga Riphęorum proueniens ex oriente
inibi multos eſſe populos ſcribit Strabo,item & Stephanus
quos reiterare ſuperuacaneum putarim,quare de Hyperborȩis,quorum hic memi
mit Pli.agamus,Strabo libro ſeptimo,non in eam it pedibus ſententiam,item nec
Pomponius Mela,quorum ſenſa ſcitaque non obfuerit appoſuiſſe,quo paulò faci= Hyper=
lius conijcere liceat Plinium à vera de Hyperborȩis ſententia diceſſiſſe,quod,& lu borȩi.
culenter Budęus noſter homo quidē recōditioris doctrinę annotauit,libro primo
aſſis.Strabonis igitur,verba in hāc ſe habēt ſententiā,propterea autē locorū igno
rantiā,ij qui riphęos montes,& populos Hyperborȩos fabulati ſunt, in hominum
exiſtimationēque venerūt,& ipſe Pytheas Maſſilięſis mēdaciter hęc ſcripſit,quæ
ad occeani littus pertinēt. Porrò Pōponius Mela, lib.III. ita habet de his. In Aſia=
tico littore primi Hyperborȩi ſuper aquilonē riphęos'q; mōtes ſub ipſo ſyderū car
dine iacēt,vbi ſol nō quotidie,vt nobis,ſed primū verno tēpore æquinoctio exor
tus,autumnali demū occidit,& ideo ſex mēſibus dies,& totidē alijs nox, vſque cō
tinua eſt,hęc ille. Cęterò ſunt qui eoſdem cum Arimaſpis Hyperborȩos faciāt,vt
Antimachus:quos eſſe viros Scytarum vnoculos Herodotus ſcribit : ita nuncupa=
tos:quod gentiū earū lingua Arima,vnū ſignificet:Spu.vero oculū.idem author
videtur alibi fabuloſum arbitrari:qui tamen verſus quoſdā nominat Arimaſpeos:
ab Ariſteo conditos proconeſio:ſicuti Strabo. Item ſcribit: quòd etiam putat: ex
Scythica forte hiſtoria,Luſcos Cyclopas ab Homero tralatos. Demaſtes verò in li Dema=
bro de gentibus:vltra Scythas inquit Iſedonas incolere,ſuper hos Arimaſpeos,vl= ſtes.
terius eſſe riphęos mōtes:ex quibus flet Boreas:vbi ſint etiam perēnes niues:poſt
hoſce montes Hyperborȩas pertingere ad mare. Diodorus prodit Hyperborȩos
Græcis quidem omnibus,ſed præcipuè Athenienſibus, atque Delijs ſocietate be=
neuolentiaque iunctos. Cæterò loco auctioris lectionis,& quidem plauſibilioris
non obfuerit,Solini,in polyhiſtore ſententiā adferre,cū de Hyperborȩis tū de A=
rymphęis ſubnexuit. Incolūt,inquit,Hyperborȩi propè Ptherophorō,quē vltra a=
quilonē accepit,iacet hic gēs beatiſſima. Eā Aſiæ quidā magis q̄ Europe dederunt.
alij ſtatuunt mediam inter vtrunque ſolem Antipodum occidentē, & noſtrum re=
naſcentem,quod aſpernatur ratio,nam vaſto mari duos orbes interfluente ſunt,igi
tur in Europa apud quod mundi cardines eſſe creduntur,& extremos Syderum am
bitus ſemeſtrem lucem aduerſum tantum vna die,ſolem , quāquam exiſtunt qui
putent non quotidie ibi ſolē,vt nobis,ſed vernali ęquinoctio exoriri,autumnali oc
cidere,ita ſex menſibus infinitam diem,ſex alijs continuam eſſe noctem. De cœ=
lo magnā clementiā auræ ſpirant ſalubriter nihil noxij flatus habet. Domus ſunt
nemora,in diē arbores vitā ſubminiſtrant,diſcordiā neſciūt,ægritudine nō inquie
tantur,ad innocētiā omnibus æquale votū,mortē accerſunt,hæc ille,& multa id ge
nus.De Arymphęis autem ſic meminit,Altera gens in Aſia ad initium oriētis ęlti Arym=
ui,vbi deficiūt riphęorū mōtiū iuga,hyperborȩis ſimiles,quos dicūt arymphęos, phæi.

Et ipsi arbustorum frondibus gaudent, baccas edunt. Iuxta viros ac fœminas tedet crinium. Itaque vterque sexus comas tondet: amant quietem, non amant lædere, sacri habentur, attractari que eos etiã à ferocissimis nationibus nefas dicitur. Quicunque periculum à suis metuit, si ad Arympheos transfugerit, tutus est, velut asylo tegatur, vltra hoc Cimerij, & gens amazonum porrecta ad caspium mare: hæc ille. IN LATITVDINEM PANDI, &c. Curuari, pandare curuum fieri, de quo aliubi agetur fusius.

Pandare.

CAP. DECIMVMQVARTVM.

Ecbatana.

ECBATANA CAPVT, &c. Meminit Ecbatanę Strabo, libro vndecimo his verbis Media est in duas partes diuisa, quarum alteram maiorem vocant, cuius metropolis Ecbatana magna ciuitas, & medici imperij caput, qua nunc etiam parthi regia vtuntur. Nam reges ibi ęstatem agunt, frigida enim Media est. Hyemen verò Seuleciæ, de Media autem aliubi agetur fusius.

CAPVT .XV.

Cadurci.

ADIABENIS CONNECTVNTVR CADVRCI, &c Adiabenę & Adiabenorũ meminit Strabo, lib. xv. his verbis. Maxima Adiabenę pars planicies est ea præsertim quæ ad Babyloniam pertinet, quãquam proprium principem habeat, nõnunquã Armenię adhęrescit. Nam Medi, Harmenij, ac Babylonij pręter omnes alias gẽtes; quæ hic sunt, ita erant constituti, vt se inuicem adorirentur, aut cuique opportunum videbatur, rursum conciliarentur: Adiabeni etiã Sacropodes vocantur, hæc ille, & de parthia affatim: porrò à Pli. Hecatõpylos caput parthię, quod & etiam Strabo lib. vndecimo adfirmat, quãdo ait. A Caspijs portis Rhagas vsque stadia sunt (Vt Appolinius vult) quingẽta vsq; Hecatompylon, quæ est regio parthorũ, &c. Et de Bactra oppido paulò inferius subnectit, Vrbes habuere bactra, quæ etiam zariaspa appellata est.

CAPVT XVI.

Tapyris.

A CASPIIS AD ORIENTEM, &c. Harum gẽtium quarũ hic Pli. meminit etiã Strabo, lib. vndecimo his verbis de Tapyris. Tapyri atras vestes gerunt, & comas longas, mulieres vestes candidas, & comas breues, habitant inter Derbicas, & Hyrcanos, Caspij eum qui septuagesimum annũ excesserit famę necant, quo in solitudine posito, euẽtum eminus speculantur. Nã quem ab auibus è lectulo distrahi viderint: fœlicem putant, si à feris vel canibus nequaquã. Si à nullo, ducunt infœlicem esse, &c. Meminit etiã idẽ mardorũ & aliorũ populorum. quorũ hic agitur mẽtio, Mardi inquit Persis erãt finitimi, & de moribus Derbicũ ait, sunt qui pro maximis etiã delictis neminẽ interficiant, sed in exiliũ cũ filijs mittãt, ecõtra derbices. Nã pro minimis quibusque delictis iugulãt, tellurẽ venerãtur fœmininũ nullũ sacrificãt nec edũt, iugulant eos qui septuagesimũ annũ excesserint, qui genere proximi sunt, eius carnes absumũt, Anus strãgulãt, deide sepeliunt: eos qui citra septuagesimũ annum obierint, non edunt, sed sepulturæ mandant. De Gelis item eodẽ libro Albanorum inquit, nonnulli & Armeniorum quadam ex parte habitant, partẽ ve-

Mardi.

Gelis.

ro maximam Gelæ,Docusini & amardi. Quitij & Auariacę. Porrò, de Sogdianis, ait Eratosthenes dicit Arachotas,& Massagetas bactrijs occidentē versus adiacere ad oxum,Sacas & Sogdianos toto solo indię opponi Bactrios aliquanto, nam magna ex parte paropamiso adiacēt,Sacas à Sogdianis Iaxartem dirimere,Sogdianos à Bactrianis oxum. Et de Saraparis,ait,dicuntur etiam Thraces Sarapare,id est decapitatores vltra Armeniam habitasse,propè Guranios,& Medos. Et de Bactrianis ait,olim Bactriani & Sogdiani vita & moribus nō multum à Nomadibus dissferebant,Bactriani aliquanto erant mitiores. Verùm Onesicritus de ijs non rectè dicit,quod qui iam senio confecti sint, viui canibus apponātur ad hoc ipsum de industria enutritis,quos patria lingua sepulchrales vocant. Gælis. Sacæ. Bactriani.

CAPVT .XVII.

VLTRA SVNT SCYTHARVM POPVLI, &c. Nunc par est de Scytharum moribus aliquid ijs addere,Scytharũ plærisque cōmunia esse omnia, præter ensem & cyathũ,à multis proditum est:inter promiscua verò, tanquàm ex Platonis præscripto: esse item vxores liberosque, Aschylus appellauit Scythas ęquitatis obseruatores eos omnium principes communibus vsos legibus Clearchus scriptum reliquit:mox non infesti modo, iniurijsque immortales omnes euasere,illuc verò immanitatis prouecti,vt cūctis, ad quos accederent,nares præciderent:scytharum proprium,lactis gratia,seruos occæcare, iracundos aiunt natura scythas:scytharum item mores sic Strabo,libro septimo describit. Scythicæ gentis & Sarmaticę mos, proprius est equos castrare, vt mansuetiores ad parēdum fiant: parui enim sunt,& celeres,& acres,& rebelles, venationes illis sunt intra paludes quidem, ceruorum aprorumque,in cāpis onagrorum & caprearum. Hoc item locis illis est peculiare ne aquilam gignant. De Sacis autem,& Massagetis sic agit Strabo,libro vndecimo. Scythæ à Caspio mari incipientes magna ex parte appellantur. Daeę,qui orientaliores sunt Massagetę dicuntur,& Sacæ: Massagetæ virtutem suam maximè in bello aduersum Cyrum ostenderunt:de quibus ab ijs audiendum est, qui eos prędicant. De ijs tamen hæc dicuntur, quod alij montes habitant,alij cāpos,alij paludes, quas flumina efficiūt, alij insulas, quæ in paludibus sunt: Tantum modo Solem deum putant: atque illi equum mactant, singuli singulas vxores ducunt. Vtūtur etiam vxoribus aliorū, idque haud occulte. Nam qui cum aliena congreditur,pharetrā ex cincto suspendens in propatulo coit. Genus mortis apud eos optimum iudicatur, vt senio confecti in frustra cædantur,& cum ouillis carnibus promiscue edantur,eos qui morbo moriuntur,vt impios abijciunt, & dignos qui à feris deuorētur,equites,ac pedites optimi sunt: vtuntur arcu, gladio, thorace,ac securi ænea:aureas zonas habent, & diademata in gladijs, aurea equorum frena, & aurea pectoralia. Argentum apud eos non est:ferri parum, ære atque auro abundant. Qui in insulis habitant:cum semine careant,herbarum radices edunt,& aggrestibus fructibus vtuntur. Vestis est eis arborum cortex: pecudes enim non habent. Qui verò incolunt paludes,piscibus nimis viuūt, hæc Strabo. Idē de Arāmęis,libro primo ait. Harū verò gentiū appellationes inter se quā similes esse coniectare oportet. Ipsi enim Syri,quos Syros nos ipsi vocamus, Armenios,& Arameos vocant. Porrò Antropophagorum idem meminit,libro quarto Antropophagi,inquit,hoc est,carne humana vescentes:defunctos tam parentes in eximia parte honéstatis ponunt. Nec minus alie- Scytharũ mores. Massagetæ. Argentũ nõ est.

Antropophagi. nis in propatulo vxoribus immisceri, matribus atque etiam sororibus, eorum etiã mentionem facit Solinus. Cæterò quod de populis, quos appellat Pli. Seres, Strabo libro. x v. horum meminit, asserens ducentesimum annum excedere. Hominum conuersationem refugiunt in commercijs mercaturæ, scribunt in saccis præcium rerum atque ponunt saccos in littore: mercatores præcium annotatum, videntes hic relinquunt & abeunt. Herodotus similem huic cõuersationem esse apud Herculis Columnas scriptum reliquit: quod enim Sericũ procreat animal vocatur Ser, authore Pausania. Plures sunt & aliæ gentes, quarum mores & vitam adferre sicut longum ita & superuacaneum.

Seris. Ser.

CAPVT .XVIII.

HVNC ALII INCERTIS, &c. Strabo, libro decimoquinto de Gangis scaturigine ita commeminit, Artemidorus author est, Gãgẽ ex Emodis mõtibus ad austrum deferri, & cum ad Gangẽ vrbem peruenerit, conuerti ad aurorã vsque ad Polibothra, atque in mare egredi, & paulò superius dixerat. Tota india fluminibus irrigatur, quorum quædam in duo maxima irrumpunt. Indũ, atque Gangẽ: quædam proprijs ostijs in mare emittunt: & omnia ortum habent à Caucaso primo ad meridiem delata: postea alia in eodem permanent cursu, præsertim quę in Indum influunt, alia flectuntur ad orientem. Gãges. queadmodum Ganges, qui à montibus descendens quùm in planiciem peruenerit ad orientem versus, & Polibothra ciuitatem maximam præterfluens: in eius mare progreditur, & vnum ostium habet: hæc ille.

CAPVT .XIX.

Gadaris NOVISSIME GENTES GADARIDVM, &c. Gadaris regionis, & populorum meminit Strabo, libro. x v. ijs verbis. Quidem trans Acesinem & Hyarotidẽ finitimam terræ: Pori, consobrini alterius Pori, qui ab Alexandro captus fuit. Regionem verò quę sub est Gandaridem vocant: sed mirũ in modum pulchritudinem in Cathea excoli dicunt, vt equorum & canum, & Onesicritus author est, apud eos regem pulcherrimum eligi, puerum verò post duos menses, quam natus fuerit iudicari, vtrum legitimam formam habeat, & vita dignam, Eumque quùm ab eo iudicatus fuerit, qui rei pręest, vel viuere, vel interimi. Tingi item mẽtum eius multis, ac varijs colorib[9] ornatus gratia, & multos ex Indis id studiosius facere regionem enim colores admirabiles & capillis, & vestibus tingendis ferre, homines cæteris in rebus frugales esse, circa ornatum autem curiosos, hæc ille. subdit deinde, quę non parum huic instituto conferre autumo, quare suppingere non fuerit Indorũ genera. alienum. Dicunt, ait, totam Indorum multitudinem in septem genera dispertiri, quorum honore philosophi antecedunt, numero verò paucissimi sunt, vtũtur eorum vnoquoque priuatim, qui mactant, & sacrificant, publicè verò reges in eo cõ Nota. uentu, qui maximus apud eos fit: quùm nouo anno incipiente philosophi omnes cum rege ad venationem exeunt: & quicquid quisque composuerit, vel obseruauerit, eo anno, de fructibus, de animalibus, de republica, in medium proferunt. Vbi qui ter mendax repertus fuerit, ei per totam vitam ex lege silentium indicitur, qui vera dixerit, immunis, & omni tributo exemptus censetur. Secũdum genus agricolarum, qui plurimi sunt, & paucissimi in maxima operãdi licentia, & immunitate militiæ,

tate militiæ. Hi nec ciuitatem, nec publicum negotium, nec vllum aliud munus attingunt, quamobrem eodem tempore, & eodem loco alij pugnant: & cum hoste periclitãtur, alij arant, vel fodiũt sine vllo periculo, cum illos pugnatores habeãt: & cum regio tota sit regis, ipsi eam conducti operantur: in quarta fructuum parte. Tertium genus est pastorum ac venatorum: quibus solis & venari & pascere pecora, & vendere, & iumenta locare licet: pro eo autem quod terram bestijs liberant, & ab auibus, quæ semina legunt: præmia à rege compensantur, & vagi & errabũdi vitam in tugurijs agunt: priuato homini equum & elephantem non licet alere. Vtrũque enim possessio regis cẽsetur, hæc Strabo: & id genus alia nõ min⁹ amœna, quàm scitu digna, & Plinianæ lectioni percongrua. Porrò quod de Dardis Plini⁹ hic ait, etiam Strabo adfirmat, ij enim restiterunt Dionysio, vt placet quibusdam authoribus, vbi formicæ vulpium magnitudine aurum effundiũt, quod vicini clã rapientes exportãt carnibus in itinere dispositis, vt cibus insequẽtes formicas quas formidant moretur. De Palibothra, item & Prasijs populis, meminit Strabo, libro decimoquinto ijs verbis. In huius fluminis concursu, sita esse dicitur Palibothra, quę octoginta stadiorum longitudinem habet, latitudinem. xv. in figura quadrata cincto ligneo & perforato circundata: ita, vt per transennas sagittent proposita esse etiam fossam tutelæ gratia, & recipiendorum purgamẽtorum ex vrbe affluẽtium, gentem in qua ciuitas est, Prasios vocari, ab omnibus differentes: eorum regem vltra proprium nomen à generatione impositum de nomine vrbis Palibothrum appellari.

CAPVT. XX.

INDVS SANDVS, &c. Indum aliquanto minorem Gange testãtur eruditiores: flumina enim Indię insigniora sunt: Ganges, Indus, Hydaspes, Hypanis, Acesines, Ganges medium interluit oriens à Sacarum montibus, versusque meridiem in sinum indicij maris, qui Gangeticus dicitur Sinus: quinque ostijs erumpit: affatim Indi fluuij meminit Strabo, libro decimoquinto. Hypanis.

CAPVT. XXI.

VLTIMO FINE, &c. De Arijs sic habet Strabo, libro quo diximus paulò superius. Paropamisadis ad occidentem Arij adiacent, Arachotis & Gedrosijs: Arij ad aquilonem & occidẽtẽ Drangis adiacent: per quos Alexander Caucasum transcendit in Bactrianam. Deinceps Arijs adiacent parthi, ad occidentem: hæc ille & multa id genus. Satrapię quatuor, quatuor præfecturæ ac prouinciæ, Satrapes præfectus.

CAPVT. XXII.

TAPROBANEM ALTERVM ORBEM, &c. Taprobane quodã existimata alter orbis terrarũ ꝑpter appellationem Antichthonũ, hoc est Antipodũ. Antichthones enim Antipodes dicuntur / sicuti pericœci circũcolę. Antœci verò qui Anticolę, hoc est humeros nobis obuertentes. Cætero huius insulæ scitè meminit Strabo decimoquinto Geographiæ, ijs verbis. Taprobanem in mari sitam insulam Taprobano.

distare

diſtare dicũt ab auſtraliſſimis partibus, quę ſunt apud Coniacos, meridiem verſus ſeptem dierum, nauigatione eius longitudinẽ eſſe ad. v i i i. milia ſtadiorum, verſus Aethiopiam: in ea elephãtos gigni, hæc quidem ab Eratoſthene traduntur: quibus ea ſunt addenda, quę a nonnullis qui propriam ſcripturam componunt exquiſite dici exiſtimantur, vt ab Oneſicrito, qui huius inſulæ magnitudinem facit ſtadiorum quinque milium. Longitudinem verò & latitudinem nullam diſtinguit, diſtare eam à continenti. x x. dierum nauigatione, ſed naues velorum vitio male nauigare, quę etiam aluis non mitratis ſint fabricatæ. Circa eam gignit cete vitæ ancipitis, alia bobus, alia equis, alia terreſtribus, animalibus ſimilia, & libro ſecũdo de eadem ſubdit: ipſa verò Taprobane indiæ obiecta eſſe vehementer eſt credita, inſula in Pelagoſita: permagna ad auſtrum ſita. porrigitur autem in Aethiopiam ſupra ſtad. milia quinque, vt fama eſt, è qua multum eboris ad indorũ nundinas, & teſtudines & reliqua huiuſcemodi euehi. Eleuatio ei⁹ inſulæ ex India in ipſam ſtad. trium milium, non minorem efficeret diſtãtiam, quàm quantus erat terminus orbis habitabilis in Meroem, hæc Strabo. Porrò quod de Canopo ait, id libro ſecundo cõfirmauimus. Pthólemæus de inſula Taprobane agẽs aſſerit hanc ſub ariete eſſe. Dionyſius autem poeta ſub Cancro: ex quo venereos omnes eſſe in eadem inſula, mollitiaque muliebri regem creare: qui ſine liberis ſit: ne hæreditarium regnum fiat Canopum, latiſſimam ſtellam hic vident meridionalem. Septentrionis nihil, De inſula Taprobane affatim, Solinus in Polyhiſtore: Non cõueniunt Strabo & Pli, in longitudine huius, longitudo authore Strabone, eſt octo mil. ſtadio. Pli. verò ſeptem.

CAPVT .XXIII.

A PROXIMIS INDO, &c. Meminit etiam Carmania Strabo, libro decimoquinto, iis verbis. Carmania vero paratacenam & Perſiam verſus terminata eſt, regionis latitudo eſt Indi longitudo: à Paropamiſo vſque ad Indiæ montes & Indum flumen, Quare ea quæ per Drangas it: & Arachotos vniuerſa longior eſt. x v. mil. ſtadiorum: &. c c c. Si quis autem mille & trecenta detrahat, habebit reliquam regionis lõgitudinem in rectũ. x i i i i. milia: quę non multò minor eſt quàm maritima ora: & ſi nonnulli ad. x. milia, Carmaniam addant: ſex milium eam ponentes, aut enim cum finibus ponere videbũtur, aut cum ora Carmanica quę inter ſinum perſicum eſt. Carmania ab Indi oſtio vltima eſt, at primum quidem eius promontorium ad auſtrum in mare magnum expoſitum eſt: hęc ille, & multa id genus. de Ariana, Gedroſia Paropamiſſo meminit & eorum fermè, quorum hic fit mentio. De Oritis ſitem in hanc ſententiã. Ori tę gens liberæ conditionis, quorum præternauigatio mille & octingẽtorum ſtad. eſt: poſtea Ichthiophagorum ora ſeptem milium, & quadringentorum. Ichthiophagorũ regio ſecus mare eſt: & magna ex parte arboribus caret. Raritas in ea pal marum, acanthi, myricæ, aquarum & domeſtici cibi maxima eſt: veſcuntur piſcibus, tum ipſi, tum eorum pecora & aquas pluuiales, ac foſſiles potant: pecorum car nes piſcibus præbent, domicilia ex oſſibus cetorum & oſtreorum conchis magna ex parte faciunt. Nam trabium & fulcrorum vſum coſtæ prębẽt: portas maxillæ, è vertebris fiunt mortaria, in quibus piſces ſubiguntur, ad Solem aſſantur, poſtea ex iis panem conficiunt, frumenti paululùm admiſcentes. Nam & molas habent, quanquàm ferrum non habeant, hæc ille: cuius verba omnia ſubnectere non collibuit, ne verborum prolixitati pluſquàm par eſſet ſtuduiſſe viderer.

Margin notes: Carmania. — Oriſæ. — Ichthiophagi. — Domicilia ex conchis piſcum.

MONOXILIS

MONOXILIS LINTRIBVS, &c. Nauibus vno ligno factis: de Chelonophagis, quorum cap. sequenti meminit, nihil est quod de ipsis dici possit, quàm, quod testitudinibus viuant, vnde nomen illis inditum, quorum meminit Strabo, libro decimosexto. Chelonophagi, inquit, testudinum testis teguntur, quę adeò magnæ sunt, vt vel eis nauigent. Chelonophagi.

CAPVT .XXVI.

NECESSARIVM EST, &c. Satis videri poteramus disseruisse de ijs: tamē locus exposcit attingere summatim, quæ hic referuntur. Meminit Mediæ Strabo, vndecimo libro, ijs. Media ab oriente Parthia terminatur. Cossæorūque montibu, exercitium hominum, ij olim cum aduersum Susios, & Babylonios Elymeorum socij essent sagittariorum. XIII. milia exhibebant, &c. De Mesopotamia autem, libro decimosexto hæc habet. Mesopotamia ab euentu rei nominata est: dictum est enim, eam inter Euphratem, ac Tigrim iacere: & Tigrim orientale eius latus alluere, australe verò & occidentale Euphratem, & libro eodem de Seleucia habet hæc. Seleucus Nicator Seleuciā condidit ad Tigrim stad. CCC. Babyloni proximam. Nam & ille & posteri omnes circa hanc vrbem maximopere studuerūt: & regni caput effecerunt, & nunc Babylone maior est in ea, propter lignorum inopiam ex palmaceis trabibus, & colūnis ædificia faciunt. Circum colūnas funes ex torta stipula confectos ponunt: postea illinentes coloribus pingunt, portæ sunt bitumine coniunctæ, item domus: quę omnes propter lignorum penuriam fornicātur. Nam regio magna ex parte nuda, nihil habet pręter frutices & palmam quæ & in Babylonia, & in Susiana. Constituta est habitatio quædam in Babylonia philosophis indigenis: plurimum circa philosophiam versantibus: qui Chaldæi appellantur. Babyloniorum regio ab oriente complectitur à Susijs & Elymęis & Paretacinis: ab occidente ab Arabibus Scenitis vsque in Adiabenam, & Gordiæam: à septentrione ab Armenijs, ac medijs vsque ad zægrum montem: hęc Strabo. Nō procùl ab hac est Achæmenia regio Persidis: ab Achęmeno Aegei filio, vt Stephano placet. Arbela & Gaugamela à Marcellino, vbi Alexāder Dareum subegit, Cyrapolis quæ à Persis Cyrecbata dicitur regio. Drangena Item Elimais, vt Straboni placet, regio persidis, Persepolis regni caput, Laodicęa in extremis finibus ab Antiocho condita. Gaugamela vrbs, quam in sustentationē Cameli veteris & defessi Dareus rex condidit. Vox enim ea id significat à Strabone: domus Cameli dicitur, & plura alia nomina vrbium locorumque, de quibus affatim Strabo: eo quo dixim⁹ loco, & de Chaldęis Diodorus, libro tertio, & Hieronymus in epistola ad Ro. Cyrecbata.

CAPVT .XXVII.

SED ET TIGRIS, &c. Tigrim ferri per lacum Arsenum suapte natura nitrosum: Strabo, libro vndecimo scriptum reliquit. Per hunc lacum, ait, Tigris fertur, à montana regione iuxta Hiphratem ruens: propter celeritatem vndam impermixtam seruat: vnde & nomen habet. Nam Medi sagittam Tigrim vocant. Porrò de hoc etiam Solinus, hæc prodit, Plinianę lectioni astipulans. In Armeniæ regione Tigris caput tollit mire quàm lucido cōspicuoque fonte in loco edito qui Elegos nominatur, Nec ab exordio statim totus est, primum pigre fluit: nec cum suo nomine. At cum fines Medorum inuectus est, Tigris statim dicitur: ita enim Medi no- Tigris.

minat sagittans influit in Arethusam lacum, omnia pondera sustinentem: cuius pisces nunquam se alueo Tigridis immiscent: sicut nec Amnici pisces in stagnum transeunt arethusæ, per quem dissimili colore volucri meat cursu, Mox tauro resistentem in profundum specum mergitur: qui & subterlabens in altero eius latere apud zomadam emicat, vergit'que purgamenta plurima secum trahens. Deinde idētidem abscōditur: rursusque redditur: hæc ille, & plura alia quę huic annectere proposito, longum fore duxi, quare de iis hactenus.

CAPVT . XXVIII.

ARABIA GENTIVM, &c. Vltra pelusiacum ostium, Arabia est, ad rubrum mare pertinēs: quod Erithreū, vt scriptum reliquit Solinus, ab Erithro rege Persei & Andromadæ filio: non solum à colore appellatum Varro dicit: qui affirmat in littore maris istius fontem esse quem si biberint oues mutent vellerum qualitatem: & antea candidę amittāt quod fuerūt vsque ad haustum, ac fuluo postmodū nigrescāt colore, verùm hęc Arabia procedit ad vsque illam odoriferam & diuitem terram

Catabani. quam Catabani & Quiescenitæ tenent, Arabes nobiles monte Cassio. De Arabia item disseruimus alibi. Arabia enim quę fœlix dicitur, meridiē versus iter duos sinus Arabicum & Persicum, veluti peninsula excurrit: quę authore Strabone, bis seritur ob fœcunditatem: fluminibus hæc scatet: quę absumuntur in campos: omnium fructuum & pecoris abundans, Arabes vrbes sine mœnibus incolunt: quod

Nabatei. in pace degant. De Nabatheis id scitu dignum comperimus esse fœlicium Arabū gētem: à Nabate quodā dictos: dicique Nabatem volūt grecorum aliqui, ex adulterio conceptum, Horum constantiam efferunt summis laudibus, necnon coacervandis opibus exactissimam curam, Rara inibi seruitia, ministeria ex cognatione frequētiora, sibi enim quisque minister est, quo more ne reges quidem alienos ferunt esse, à quibus identidem dicuntur parari conuiuia, In iis plura duodenis exiccasse pocula, ignominiosum, rex adeò ibi est auctoritatis delibutę, vt non sibi modo, sed & aliis interim administret, refert Atheneus, perfuncta fato corpora sordis retrimentitiæ loco illis esse, Regium que cadauer in sterquiliniis deiectari. Strabo autem de Nabateis sic ait, libro decimoquinto. Nabatei quidem continentes sunt, & rei parandæ atque conseruandę intenti. Quare qui opes suas imminuit publicè mulctatur. qui verò auget honore afficitur, & cum pauci apud seruiant frequētius consanguinei ministrent, vel alter alteri, vel quisque sibi, vt hic etiam mos ad reges perueniat, Conuiuia faciunt per ter denos, cui que conuiuio bini adsunt, qui musicam exercent, rex in apparatu maximo continue conuiuia celebrat, nemo supra duodena pocula bibit, alio atque alio aureo poculo, & adeò rex popularis est, vt, ad id quod sibi ministret, & etiam aliis, sæpe etiam apud populū pœnas dat. Domus sunt ex lapide sumptuoso, vrbes sine mœnibus, Regio ferax præter oleum, vtuntur oleo Sesamino, oues sunt albæ, magni boues, equos non habent, sed cameli implent eorum officium, Reges purpurati incedunt, aurum, argentum, crocum, costū toreumata, æs, ferrum habent reges, in sterquiliniis defodiuntur, Solem colūt, hęc Strabo, qui de Arabibus, aliisque populis Arabiæ, ac aromatibus plura agit, regionem hanc aromatiferam vocans, de Nomadibus etiam libro septimo agit.

CAPVT . XXX.

VNIVERSA

V NIVERSA VERO GENS, &c. De his fermè omnibus gentium generibus hęc refert Strabo, libro septimo, Hesiodum dixisse homines semicanes, & in caput crescentes, & Pygmęos, id est statura cubitali, Alcmanem verò pedibus indiuisis solidos, Aeschylum caninis capitibꝰ & oculatis pectoribus, & vnoculos, hæc ille de quibus agetur etiam, libro sequente Solinus, de his affatim meminit.

CAPVT XXXIIII.

P RINCIPIVM HABET, &c. Hic segmentorum, hoc est, circulorum siue parallelorum ac climatum habenda est ratio. Hic Ptholemęi promptarijs aliorumque, qui paulò scitius quàm Pli. de his, & veracius quidē, disseruerunt, primo quædam prælibanda, Quartam videlicet Sphæræ partem, quam specie clamydis ponit habitam. Longitudine ab insulis fortunatis vsque ad sinarum regionem, in gradus. c l x x x. spatio circulorum siue parallelorū meridianorum. x x x v. quinque gradus quolibet obtinente, tertiaque parte horæ distante. gradus item. x v. hora quacunque habente dissimiles, alioquin nec eodē, omnes spatio, ob coarctationē circulorum quantò magis polo affines videtur. Horum igitur graduum discrimē, per remotionem ab ipsis fortunatis insulis, Temporis autem à ciuitate Alexandrea siue ad ortum, siue ad occasum accipere conspicitur. Horarum ęquinoctialium. x i i. Spatio instaurando mensuram, Marini Tirij, qui. x v. scripserat, transgressus plusquam par esset orientem, Totam ergo nostri orbis longitudiuem super ęquinoctiali. x c. mil. stad. commensurat, quæ milliaribus constat. x i. millibus, ac. c c l. super autem parallelo maxime septentrionali qui per Thylen scribitur, stad. x l. mil. DCCCXLVIII. Super Syenes. l x x i i. Super Rhodi parallelo, qui mediam ferè tenet latitudinem. l x v. Latitudinē verò à Thyle ad æquinoctialem gradibus. l x i i i. Finiuit, & vltra quicquid ad oppositum Meroes segmētum protrahitur, Marini etiam descriptione instaurata, qui ad Capricornum vsque processerat. Climatis insuper. V I I. circulis verò siue lineis parallelis x x i. distinxit incuruis, ob sphęrę obliquitatem, ac horis. v i i i. discrepātibus. Gradus autem non sicut in longitudine sunt inæquales, sed eodem omnes cum ęquinoctiali obtinent portionem numero solū separati. Nam polo propinquiores lineæ parallelæ, vt sic dixero, paucioribus distāt gradibus, vnde minus habent terræ plus vero temporis diurni in primis sub ęquinoctiali dies semper. x i i. horarū esse voluit, longitudinis verò sub eo gradus vnus. l x i i. ac semis milliaria cōtinet, hoc est, stadia quingēta. Transit autem per regionem Aethiopum, Taprobanē & Chersonesum auream. Primum segmentum horis. x i i. x v. gradibus ab æquatore. i i i i. x v. Secūdum. horis. x i i. x x x. gradibus. i x. x x x. Tertium segmentum principium primi climatis horis. x i i. x l v. grad. x i i. x x x. Gradus vnus in eo longitudinis continet milliaria. l x. Quartum segmentum medium primi climatis Dia Meroes horis. x i i i. grad. x v i. x x x. Transit per Meroem, & extremos Arabiæ fines ac per initium sinus Gangetici. Quintum segmentum, medium secundi climatis, & finis primi horis. x i i i. x v. gradibus. x x. x i i i i. Sextum medium secundi climatis. Dia syenes horis. x i i i. x x x. gradibus. x x v. l i. Vnus in eodem longitudinis gradus milliaria facit ac continet. l v i i. Transit per Getuliam, & mediam Indiam extra Gangem. Septimum segmentum principium tertij climatis, & finis secundi

horis.x i i i.x l v.gra.x x v i i.x i i. Trãsit per Libyam interiore m. Octauũ ſegmẽtum medium tertij climatis Dia Alexandreas horis.x i i i i.grad.x x x.x i i. Vnus in eo gradus longitudinis milliaria, ferè.L I I I I.continet. Trãsit per Mauritaniã, Tingranam, Aphricam minorem, ſyrtim magnam. Arabiæ petreæ medium Oſtia tigridis, ſinum perſicũ, Carmaniã, Drãgianã, Aracoſiã. Nonũ ſegmẽtũ principiũ quarti climatis horis. X I I I I.X V. Grad. X X X I I I I.X V I I I. Transit per montes Athlanticos aphricæ littora Sinũ numidicũ, mediũ Babyloniæ & Perſidis, ac extremã Aſiæ partem. Decimũ ſegmentũ mediũ quarti climatis Dia Rhodu, horis. X I I I I.X X X. Grad.x x x. Vnus in eo lõgitudinis gradus cõtinet milliaria.L. Trãſit per fretum Herculeum Sardiniæ finem, Lilybeum, Strophades, mediam pelopõneſum, mare Adriaticum, myrtolum, Rhodum Alicarnaſſum, Patara, ſinum Iſſicum, Meſopotamiam, Aſſyriam, Parthiam, Paropaniſades. Vndecimum ſegmentum principium quinti climatis horis.x i i i i.x l v. Grad.x x x v i i i.x x x v i. Vnus in eo longitudinis gradus continet, milliaria.x l i x. Tranſit per Beticam, Pelagus Balearicum, pelorum Siciliæ inſulas, veliam Calabriæ promontorium, Epirũ, Thebas, Clazomenas, Tripolim Iconium. Duodecimum ſegmentum Dia Romes ſiue Helleſpontu medium quinto climatis, horis.x v.Gra.x li.l v i. Vnus in eo longitudinis gradus continet, milliaria.x l v i i. Tranſit per lunæ montem, qui ſinum recipit Vlyſſiponenſem, Toletum, Segobricam, Barcinonem, Dirrhachium Candauiæ montes, Lennum, Helleſpontum, Neapolim. Garganum montem, Romam Corticę partem Septẽtrionalem, Miſenum, Troadis, regionem, Antitaurum, Armeniã minorem, Caſpios, Hyrcanos, Scythiam extra Imaum, Sericam. Decimum tertiũ ſegmentum principium ſexti climatis per bizantios horis.x v.x v. Grad.x l i i i. x v. Vnus in eo longitudinis gradus, milliaria.x l v. cõtinet. Tranſit per Brecaros, Vacceos, Maſburgos, Calagurium, medium iberim Toloſam, Arelatẽ, Maſſiliam, alpes Italiæ, Genuam, & eius littora, Peruſiam inſulas diomedeas, Tragurium, extremam Mœſiam ſuperiorem Bizantium, Paphlagoniam, Cappadociam, ponti oram, Trapezuntem. Decimum quartum ſegmentum Dia pontu medium ſexti climatis, horis.x v.x x x.Grad.x l v.i i. Vnus in eo longitudinis gradus, continet mil.x l i i i. Tranſit per Callecos, Aſtures, Cãtabros, Aquitanos, Auernos, Auſcios, Allobrogas, Alpes, Venetias, Benacum, Tẽgeſtum, Illyricũ, Pannonię extrema inferioris, Daciæ partem, Danubium, Pontum, mare Caſpium, Sacarum regionem. Deinceps ex ſimiliora differentia. Decimumquintum ſegmentum, ſeptimi climatis Dia boryſtenes horis.x v i.Grad.x l v i i i. Vnus in longitudinis gradus, continet ferè milliaria.X L I. Tranſit per oſtia liguris Galliã Lugdunẽſem, Parriſius, Remos, Argentoracum, Eremum, Heluetiorum, Marcomanos, Boryſthenis oſtia, Tauriſcythas, Tauricam, Cherſoneſum ſcythiam extra Imaum, Decimumſextũ ſegmentum horis.x v i.x x x.Grad. L I.x x x i i. Vnus in eo longitudinis gradus, milliaria ferè.x x x v i i i.continet. Tranſit per oſtia ſequanę Bellouacos, Atrebates, Coloniã, Aggrippinam, Longobardos, Poloniam minorem, Meotidem. Sericam regionem. Decimumſeptimum ſegmentum horis.x v i i.Gradibus.x l i i i i. Vnus in eo longitudinis gradus, continet milliaria. x x x v i. Tranſit per Cãtios, Londinum, oſtia Rheni, partem occeani Germanici, Phriſios, Coloniam maiorẽ, Roxolanos, Tartaras, oſtia Tanais, partem Sericæ regionis. Decimum octauum Segmentum horis, decimumſeptimum, Grad. L V I. Vnus in eo longitudinis gradus, continet milliaria.x x x v. Tranſit per medium, Britanniũ, Saxones oſtia, Albij, & viſtulę fluuiorum phennos Gythones, conuerſionem Tanais, Rha fluuiũ Scythiam intra gangẽ, Sericam regionẽ, Deinceps ex hora differentia decimumnonũ ſegmentum horis. X V I I I.grad.X L V I I I. Vnus in eo gradus continet milliaria

xxxiii. Transit per Iberniæ, & Scotiæ partem. Chersonnesum insulam, Scandaniam, Occeanum Germanicum, Leuonios Rypheos vigesimū segmentum horis. xix. grad. Ixi. Vnus in eo longitudinis gradus cōtinet ferè milliaria. xxxiii. Transit per extremam Septētrionalem Iberniam & occeanū deucaledoniū, & sarmaticū Hyperboreos, & extremos populos Scythæ, vigesimū primū segmētū per Thylē horis. xx. grad. Ixiii. vnus in eo longitudinis gradus, cōtinet milliaria xxviii. Cætero vmbrarum etiam rationem complectamur, quamuis eā cursim lib. secundo videamur attigisse. Pli. enim vmbris, & Gnomone, quē vmbilicū vocat, hæc interualla distinxit, vt quarta pars Spheræ. xc. gradibus constans ita variet gnomonem, vt quātò is à sole recesserit maiores faciat vmbras, ex quo in Aegypto ac eius circulo æquinoctij tempore vmbra paulò plusquàm dimidiā gnomonis mensuram efficit, in regione venetię, & eius parallelo, qui gradibus. xlv. distant ab æquinoctiali, eo quòd medium spatiū quartę sphæræ partis corripit, vmbra par est gnomoni in vrbe Roma, quę gradibus propè. xlii. attollitur, nona pars gnomonis deest, quòd nona pars de partibus. Ix. deficiat, quę in ēsura superest vmbræ in Parallelo per Borysthenē gradibus propè. xlix. distante, hæc enim est Pli. ratio, longè tamē certiorem ac veraciorem puto Ptholemęi sententiam, qui lib. secundo quem Almagestum vocant, horum rationem tradit, quam, & Volaterranus suo operi subiunxit. Hæc enim sunt quæ ab authorum sacrarijs eruimus, quòd conferentia arbitraremur lectioni Plinianæ. Cæterò hic quemque moneo (vt quisque argumentum Stomachi habeat) in posterum me non oppidorum, regionum, locorum, insularum, fluminumque iteraturum, nec repetiturum, quia putem id luxuriantis lectionis. Si igitur candide lector legendo occurrat nomen regionis, vel loci, vel fluuij, adeas quæ hic subtexuimus. potuissem, fateor, longius multò de his agere, sed mihi perpendenti tot viros cum singulari industria, tum exactissima doctrina insignes, de his dixisse malui, raptim de his differere, quare boni oro consulas.

Commentariorum in Sextum Plinij Secundi, Naturalis hystoriæ, scriptoris argutissimi.

FINIS.

IN SEPTIMVM

PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE ARGVTISSIMI SCRIPTORIS LIBRVM, STEPHANI AQVEI BITVRICENSIS, VIRI EQVESTRIS, COMMENTARIA.

MVNDVS ET IN EO, &c. Optimo iure Pli. rerum naturæ argutissimus, ab hominis natura hic auspicatur, acturus videlicet, gentium diuersitatem, earum multiplicem formam, ac admirabilem vitam. Hominum enim hic amarulentius conditionem videtur criminari, ac naturam rerum parētem increpare. Quia plus beneficij quibusdam animantibus, quàm, hominibus videatur indidisse. Non propterea profecto mihi videtur taxanda natura, etsi gemino cortice tutari videatur arbores, pisces squāmis, plurima animalia pillo ac cute duriore exornare. Nam si attentius perpenderimus ea, quæ nobis benigne est elargita, conijcere poterimus non illam esse nouercam, sed mitem ac benignā matrem. Ob id Arist. in accusantes naturę beneficium, ac hominis conditionem putantes inanem, ac nihil excellētię habere, lib. partium animalium, & earum causarum quarto, ca. X, ait Qui autem hominem non bene, sed deterrime omniū animalium constare aiunt, nudum enim ac inermē natum referunt, non recte ij sentiunt. Cætera enim animalia vnum auxilium habent, id'que nullo pacto possunt permutare. Sed quasi calceata semper dormire, ac omnia agere, nec vestitum vnquam deponere pleniorem, neque arma mutare, quę semel acceperint, necesse est. At homini multa habere auxilia licet, manus enim, & vnguis est, & vngula, & hasta, & ensis, & quoduis aliud genus armorum aut instrumentorum, quippe hæc omnia scit, qnoniam omnia, & sumere potest, & tenere, cui manus naturæ forma etiā adhibita congrua est, hæc ille. Si profecto humanę excellentię munus liceat contemplari, Occurrit primo benignitatis diuinę donum homini contributum, vt nihil magnopere ei charius videatur fuisse, id'que multiplex est, primum est ingenij dexteritas, ac fœlicitas mira, cuius potestate primo quo'que tempore, vt sic dicam, numerosissimam rerum seriem percipere valeamus, mox adest nobis preciosissimū memoriæ munus, quod verissimū quedā rerū thesaurū putat Quintil. his iūgitur loquēdi facultas, & orationis rerū omniū reginę dos, cōtēplatio cœlestiū, diuinę maiestatis noticia, q̄ oīa bruta ne minima quidē cōsequi possunt. adest prętera humanę naturę ratio cæteris rebus multo p̄stantior, cuius sunt expertia cętera aīalia. Verū ne plus ęquo videamur euagari redeamus ad scopū. Habita insularū,

Hominem bene nasci.

Humana excellentia.

sinuum

sinuum,oppidorum,ac regionum ratiocinatione,nunc variam gentium figuram, ac diuersam conditionem,temporariam,ac caducam hominũ vitam differit. Hominem varijs fortunæ assultibus obnoxium, & ad innumeras ærumnas natum dicens, Subdit igitur Plinius.

ANIMANTIVM IN EODEM, &c. Alij hoc modo, paulò syncerius legunt. ANIMANTIVM IN EODEM NATVRA NVLLIVS PROPE PARTIS CONTEMPLATIONE MINORE EXEQVI ANIMVS HVMANVS QVEAT. Sic fide nostri exemplaris vetustissimi lego, quod etiam fuit à Rhenano animaduersum. CVIVS CAVSA, &c. Si procul dubiò amplius liberiusque liceat perpẽdere, comperiemus primum quicquid est naturę corporeę, hominis causa esse productum. Nam quis nesciat elementorum illuc rationem spectare, vt in de composita, composita verò inanima nunquid ob animata, vt imperfecta, ob perfecta? Num omnia simul humanis vsibus sunt destinata? Mũdum profectò effectum videri eorum causa, quæ ratione vtatur, ait Cicero, qui dij sunt, inquit, & homines, quibus nihil melius, ratio nãque excellẽtior est. Ad hęc nõ parũ faciunt, quæ quarto Deuteronomi scribitur, quæ non obfuerit, si subnotauero. Ne oculis eleuatis in cœlum solem videas, & lunam, & omnia astra cœli errore deceptus adores ea, & colas. Quæ deus tuus creauit in ministeriũ cunctis gentibus, &c. Et subdit. Pli. HOMINEM TANTVM NVDVM, &c. Cur nudus nascatur hõ causam tradit Aristo. cuius verba huic Pli. dicto non parũ congruunt. Secundo enim generationis animalium ca. quarto, ait. Homo inosepto, & nudissimo omniũ animalium corpore est, nascitur'q;, quoniam minimũ in eo est, terreni recrementi, quæ causa facit ne vngues quoque minimos proportione sortiatur, hæc ille. NVDA HVMO NATALI DIE ABIICIT AD VAGITVS, &c. Nuda Humo, dixit, alludens ad priscorum ritum, quibus fuit mos, vt de terra æditos infantes, terram attingere iuberent. Nã memini me apud Augusti, quarto Ciuitatis diuinę legisse. Leuanã deam fuisse, quę pueris de terra eleuandis pręesset, quando enim pueros terram attingere iuberent, opem deam inuocabant, vt nascẽtibus infantibus opem ferret, sinu eos excipiens, nec vocem prius dari putabãt, quàm terram attigissent. Huius rei Varro lib. ij. patrum, meminit. Natus, ait, si erat vitalis, ab obstetrice subleuatus statuebatur in terra, vt incipere rectus esset, Seneca, id ipsum confirmare videtur lib. morũ. Omnes, inquit, infantes terra nudos excipit, facta item mentio huius rei est à Papinio, primo syluarum, quando cecinit. Tellure cadentem excepi fouique sinu, scitè igitur dixit Pli. ET IN NVDA HVMO, &c. Et paulò mox Subdit Pli. ABIICIT AD VAGITVS, &c. Vagire puerorũ est. Legimus veteres Romanos inter cęteros, quempiam deum adorasse Vaticanũ nomine, qui vocis humanę initia moderari ac regere dicebatur, quia pueri nati statim, eam primam vocem proferant, quæ prima in Vaticano syllaba est, hinc vagire, exprimente verbo sonum vocis recentis, vt scriptum reliquit Aulus Gellius. x v i i i. atticarum noctium. ca. x v i i. Cur autem emersi ab vtero matris infantes vagire soleãt, ponit causam Alexander hanc, quia, ait, iam naturam alienam sibi experiri incipiũt, aere enim frigido percussi, vel luce ipsa, vociferari incipiũt. Homo profectò ominari augurarique nascens videtur ærumnas, ad quod facit, id quod Diuus August. lib. ciuit. diuinę, ait. x x i. cap. x i i i i. Quis, ait, nõ exhorreat, & emori eligat, si ei præponatur, aut mors perpetienda, aut rursus infantia? Quę quidẽ non à risu, sed à fletu orditur hanc lucẽ. De risu autem infantium meminit Aristo. v i i. de historia animalium, his verbis. Infantes autẽ primis quadraginta diebus, neque ri-

Omnia causa hominis producta.

Homo in nuda Humo.

Leuana dea.

Vagire.

Risus puerorum.

dent cum vigilant, neque lachrymantur, sed noctu interdum per quietem vtrunque faciunt, hæc ille, cui subscribit Auicenna vicesima prima fen tertij Canonis, asserens infantes non ridere, nisi vbi eis somnus, & expergefactio acciderint, quando enim hæc euenerint, post quadraginta ridere. AB HOC LVCIS RVDIMENTO, &c. Hoc est ab principio vitæ. QVOD NEC FERAS QVIDEM, &c. Exemplar vetus habet hoc modo.

Rudimentū.

QVAE NE FERAS INTER NOS GENITAS VINCVLA EXCIPIVNT, &c. HEV DEMENTIA, &c. Luculenta taxatio in superciliosos, qui autumant corporis decorē nō lapsurum, ac vitam non perituram. Quando nihil aliud penè sit vita, quã (vt ait Varro) bulla, cito videlicet tumescens, & ocyus euanescens. Hominis profecto (vt ait Arist. primo partium animaliũ) vita, & conditio incerta est. Cæterò quod ait Pli. hominem esse quadrupedē. Aduertendum id quod Arist. secundo historię animaliũ scriptum reliquit. Homo, ait, priusquam adultior sit, partem superiorem habet corporis maiorem, quam inferiorē, & quo amplius augetur, eo ecōtrà euenit, vt inferiora sint superioribus longiora. Quam obrem vnus ipse modo eodem ingredi solet, adhuc infirma ætate ingreditur, sed primũ dum infans est quadrupes reptat. Dein de se erigit, bipesque incedit, deinde vbi decrepitus esse fertur, tripes dicitur, q̄ baculo vtatur. Increpat autē hic Pli. naturã hominis amarulētius certè quàm par sit: quãdo humani corporis cōstitutio tēperatior quàm sit vsquã, vel esse possit omninò, addita etiamnum virtutum dispositione congrua, vt scriptum reliquit Auicēna doctrina tertia, fen primę, primi. Quãtò per musas valentiora animalia sub iugum mittimus? Quod est mortale, non sub ictu nostro positum? Esto nobis non sit leonis robur, vel elephanti, vel ceruorum pernicitas, vel aquilę visus. Ecce inest nobis prudentia, mens diuinior, ratioque, quæ cæteris præferenda est. Homo siquidem diuinitatis est particeps, sed quorsum hæc, tam extra (vt dicitur) oleas? quo profecto putemus Naturam non nouercam, sed ingenuam, ac mitem matrē, Quod autē Pli. obijcit humanæ conditioni, eã esse morborũ generibus subiectã, nullũ profecto est genus affectionis, cui non adsit antidotũ, ob id conijcere licet Chrysippum dixisse rectè non fuisse principale consilium, vt homines morbis obnoxios redderet, sed affectiones per quasdã sequellas compilasse, homini que ingenerasse, sicut docebimus lib. XX. profusius. Nunc redeamus ad textum.

IAM MORBI, &c. Ad quod id carmen Vergil. facit.

, Optima quęque dies miseris mortalibus ęui
, Prima fugit, subeuntque morbi tristisque senectus
, Et labor, & durę capit inclementia mortis.

ALIAS NARES, &c. Vetus quod mihi est exemplar, Nare, non nares, habet, quod piscium, sicut auium volare est.

ITAQVE MVLTI EXTITERE, &c. Multi profecto fuerunt, qui non nasci optimũ putauerint, vel ocyssime aboleri, cuius rei meminit Cicero primo Tuscu. Græcorum autem de hoc sententia est, τὸ μὲν γενέσθαι μὴ κράτιστον ἔστι, ἔπαν δὲ γένηται, &c. Non optimum nasci, aut cito aboleri, quæ comprehendit Ausonius hoc carmine.

, Ergo optima graiorum sententia quippe homini aiunt:
, Non nasci esse bonum, natum citò morte potiri.

Et vt græci aiunt οὐ βίος ἀληθῶς ὁ βίος, ἀλλὰ ξυμφορά, quod est, vita nō vere vita est: sed calamitas. Nam vt scitè refert Euripedes οὐκ ἔστι θνητῶν ὅστις ἐξεπίσταται τὴν αὔριον μέλλουσαν εἰ βιώσεται. Quæ Latinitate donata significant. Nullus mortalium est qui sibi audeat crastinum promittere. Cæterò quod ait Pli. hic de hominũ moribus inesse

illis

illis asserens feritatem, rapacitatem, auaritiam. Aristo. octauo de historia animalium de iis sic scitè agit. Inest vrbanitas, feritas, clemētia, acerbitas, fortitudo, ignauia, metus, fidentia, ira, malitia, etiam prudentiæ imago. Et subdit Plinius. ATQVE ETIAM POST SE DE FVTVRO, &c. Homo certè solus animalium spe rei futuræ mouetur, vt scriptum reliquit Arist. libro Partium animalium. Cor, ait, homini (propè dixerim) animalium vni palpitat, quia homo solus spe rei futuræ expectationeque moueatur. Porrò quando Pli. ait, HOMINES FEROCIENTES, &c. Ad hoc facit Senecæ dictum, asserentis hominum effigies ferarum animos habere, potissimum quando ex rationis tramite exeunt. quare luculēter ab Aristotele relatum est. Homo inquit, vt perfectione suscepta animantium cunctarum optimus, sic à lege seiunctus & iustitia, omnium efficitur pessimus. Sequestrati profectò lege, ac iustitia, in summa opinionum prauitate versamur, pœnamque & errorem cum lacte nutricis suxisse videamur. Vbi autem ait Pli. VNI SEPVLTVRAE CVRA, &c. Habet profectò maxima hominum portio curam de sepulchris, quare est sua mors sepulchris, ob id cecinit Martialis.

Homo sol⁹ spe mouet.

Cura sepulchrorum.

Accipe nephario nutantia pondere saxo,
Quæ cineri vanus dat ruitura labor.

CAPVT PRIMVM

ET VNIVERSITATE QVIDEM, &c. Hoc caput parū habet difficultatis, nihil enī est, quod non mediocriter eruditus discutiat. Non est autem nostri cōsilii, in cōpertioribus tritioribusque bonarum literarum cādidatos longius demorari. Aut cui miraculo non miraculo, &c. Alii legunt. AVT QVID NON MIRACVLO EST CVM PRIMVM IN NOTITIAM VENIT, &c. NATVRE VERO, &c. Multa profectò sunt in rerum natura: quorum non potest reddi ratio, authore Seneca. OBSTINGAM FIDEM &c. Vetus nostrum exemplar habet, obstrictam fidem, vt sensus possit is esse. Dicturus fidem futuram, authores ad quos lectorem sit relegaturus in rebus dubiis authorum nominibus à quibus desumptæ sint redditis. Ceterò quod ait de Aethiopibus: nihil de eorum nigrore agemus, quia sit facta mentio libro secundo.

CAPVT SECVNDVM.

ESSE SCYTHARVM, &c. Quoniam plurimarum gentium mores, ac figuras, sextus liber nos docuit, de iis, nunc obiter agendum est. ET LESTRIGONES, &c. Truces & efferatas gentes Lestrigonas & Cyclopas testatissimum reliquit Strabo, libro secundo. Erant enim populi in extremo Italiæ, quos Vlysses apud Alcinonum narrat humana carne vesci. Homerus poetarū ille eminentissimus, Vlyssis socios verubus transfixos, atque igni assos edisse, scriptum reliquit. Dicti Lestrigones à Lestrigona sicula formiana, vt ait Acron: alii dictos volunt, ἀπὸ τῆς λῃστείας, hoc est, latrociniū. QVEM LOCVM GESLITHRON, &c. Alii Gesclíton. PRODVNTVR Arismapi, &c. Antimachus Hyperboreos cum Arismapis locat: quos esse populos

Lestrigones.

Scytharum

Arisma pi. Scytharum vnoculos Herodotus memoriæ mandauit, ita nuncupatos quòd illarũ gentium vocabulo, Arima, significet vnum, & spu. oculum, sed quòd mirum sit videtur author idem alibi fabulosum arbitrari, qui tamen versus quosdam Arimaspos nominat, ab Aristeo conditos proconesio, sicuti Strabo scribit libro primo, Herodotus cum Griphibus bellũ gerere Arimaspos testatissimum reliquit.

Antropophagi. ANTROPOPHAGOS, &c. Anthropophagi Scythię populi humana carne vescentes ἀπὸ τ' ἀνθρώπος & φάγω, id est Anthropos homo, phago, comedo. BALTHELIBVS, &c. Alij Mantelibus legunt, aut mantellis, est enim genus penulæ. IN EADEM ALBANIA, &c. Horum populorum Aulus Gell. meminit, nono atticarum noctium, ca. quarto. Item Herodo. Stephanus, & Strabo: asserẽtes eos populos à pueritia canescere, & esse glauca oculorum acie. OPHIOGENES VOCAT, &c.

Ophiogenes. Ophiogenes à serpentibus dicti populi ὄφις enim, id est, Ophis, serpens. quasi ex serpente geniti dicti. Horũ abundè, Solinus meminit. GENS SPYLLORVM, &c.

Spylli. Horum lepidissimè meminit Gellius atticarum noctium xvi. ca. xi. Hac, inquit, vi præditos esse quosdam videmus qui Psylli vocantur: quorum nomine & super genere: cum in veteribus literis quęsissem in quarto denique Herodoti libro fabulam hãc de Psyllis inuenimus. Psyllos quondam fuisse in terra Aphrica conterminos Nazamonibus, austrum'que in finibus eorum quondam in tempore, per quàm validum, ac diutinum flauisse, eo flatu aquam omnem in locis in quibus colebant exaruisse Psyllos re aquaria defectos, eam iniuriam grauiter austro succensuisse, & decretũ fecisse: vti armis sumptis, ad austrum, perinde quasi ad hostẽ iure belli res repetitum proficiscerentur: at'que ita profectis ventus austrum magno spiritus agmine venisse obuiam: eos'que vniuersos cum omnibus copijs armis'que, montibus'que arenarum cumulis superiectis operuisse: eo facto Psyllos ad vnum omnes interisse, hæc ille: Scribit Plutarchus quod dignum cum scitu, tum notatu sit, Catonem iter per Libyę deserta facientem, Psyllos secum duxisse: qui morsibus serpentium mederentur. Celsus nõ hoc Psyllis natura datum, sed audacię ascribit: eadem de Psyllis serpentibus aduersantibus, scriptum reliquit Strabo, libro decimoquinto. Lucanus etiam scitè de Psyllis hęc cecinit, libro nono.

Nazamonib⁹

, Gens inimica terras incolit, à sæuo serpentum, &c.
, Marmary de psylli, par lingua potentibus herbis
, Ipse cruor totus, nullum'que admittere virus,
, Vel cantu cessante potest, natura locorum
, Iussit vt immunes mixti serpentibus essent
, Posuit in medijs sedem posuisse venenis.

Ceterò quod Pli. hic de Hirpijs ait, eadẽ affirmat Verg. xi. Aeneidos, ijs versib⁹.

, Summe deum sancte custos Soractis Apollo,
, Pascitur, & medium freti pietate per ignem,
, Cultores multa premimus vestigia pruna.

Strabo sacra ea quæ fiebant, vt hic ait Pli. Feronię, nõ Phœbo fieri solita ait, lib. v. Geo. Hirpi, lingua Sabinorũ lupi dicuntur. Porrò de Nazamonibus meminit etiã quàm profusissimè Strabo, libro primo, Item & Solinus. Marsorũ item gẽti inest quoddam Pharmachum in serpentes: eos Aulus Gell. atticarum noctium. xvi. asserit vim habere in serpentum morsus, & ne quis miretur, Expẽdendum hic omnibus hominibus vim inesse in serpẽtes. Nam hominis saliua venenum est serpentibus, vt hic ait Pli. & quod etiam ante Pli. memorię mãdauit Aristoles, libro octauo naturæ animalium, ca. xi. cuius verba hæc sunt. Sed omnium venenatorum morsus grauiores sunt, si alterum ederit alterum, vt scorpium deuorari à

Homini⁹ oibus vis data in serpẽtes

Vipera

Vipera certum est. Plurimis verò eorum aduersatur saliua hominis. Porrò Marsos, Strabo vltra picenum habitare memoriæ mandauit, horum abundè meminit Solinus, & Silius, Italicus, libro octauo, ijs versibus. Marsi.

, Hęc bellare acies norant & marsica pubes

, Et bellare manus, & chelydris cantare soporem

, Vipereum'que herbis hebetare & carmine dentem

, Aeetę prolem aguitiam mala gramina primam

, Monstrauisse ferunt, tactu'que domare venena

, Et lunam excussisse polo, stridoribus amnes.

, Frenantem. de ijs etiam Gellius, libro. xvi. ca. xi. CONTACTV FVGERE, &c. Alij Contactum legunt. ANDROGINAS, &c. Populos vtrius'que sexus ἀπὸ τ' ἀνδρὸς καὶ γυνῆ, hoc est, ab homine & fœmina. QVI VISV EFFASCINENTVR, &c. Familiam esse in terra Aphrica visu, vel voce effascinātem, hoc est, maleficium inferentem Solinus scriptum etiam reliquit. Quędam, inquit, in terra Aphrica hominum familiæ sunt, voce, at'que lingua effascinantes, quę si impensius laudauerint pulchras arbores, segetes lætetiores, infantes amœniores, egregios equos, pastu, at'que cultu opimos emoriantur repēte. Effascinare maleficium inferre est: aliquando tollere id: qua vocis acceptione Plinius vtitur paulò inferius. ESSE eiusdem generis, &c. Subest enim mea cēsura mēdum. Legerim enim potius. CVIVS generis & fœminas in Scythia quę Bithiæ, &c. Sic enim vetus exemplar habet: Stephanus, Bithias in Thracia gētem esse commemorat, cuius author fuit Bithys. PVBERES, &c. Alij impuberes & rectius, legunt. NOTABILIVS, &c. Genus subintelligas. THIBIORVM, &c. Horum meminit ita Didymus. Thibiorum gens effascinatrix, at'que pestilens halitu solo perimit: eorūque in mari corpora non merguntur: locus in Ponto vbi sunt, Thibias ab vna Amazonum dictus. PHARMACVM, &c. Venenum. ADEO naturæ, &c. Vetus nostrum exemplar secus habet. in eo enim legitur. Effascinare. Bithye. Thibij. Pharma cum hic pro veneno.

ADEO naturæ cum ferarum more vescendi humanis visceribus vim ingenuisset: gignere enim in toto corpore, & in quarundam oculis quoque venena placuit, ne quid vsquàm mali esset: quod in homine non esset, &c. Sic enim legendum conijcio. quod etiam à Rhenano fuit animaduersum. Vult enim Plinius innuere naturam cum homini vorandi facultatem ferarum modo dedisset, etiam in humano corpore, hoc est, in anthropophagis, & in quorūdam oculis, hoc est, oculis fœminarum, quarum mentio paulò superius acta est, venenum ingenerare voluisse, ne malum esset aliquod, quod non reperiri possit in homine, hoc est, quāuis natura quibusdam animalibus venenum indiderit, vt Basilico, Viperæ, Scorpioni, & id genus, quorum pars visu occidit, pars morsu, pars ictu, pars halitu: ita natura gentes quasdam hoc genere venenorum adornauit. Porrò qui de Anthropophagis copiosius volet, adeat Strabonem, libro quarto. LIENOSIS, &c. Morbo lienis laborantibus: de quo in parte medica agemus. Lienosi

CVIVS tactu mederetur, &c. Hoc est, cum tangeretur, ferè eadem Tranquillus, De Vasp. agit. Qui multos tactu, oculorum morbis affectos leuauit.

ARVNDINES verò, &c. Eadē Strabo, libro decimoquinto scripsit. Theophra. libro quarto plantarum ca. xii. Tradit circa Acesinem amnem arūdines quasdam prouenire, ac vicē præstare hastarum. Herodo. in Thalia, nauigia, arundinibus fieri etiam tradit. Quod autem ait de arborum magnitudine, causam tantæ magnitudinis docet Theo. libro Plantarum secundo, capi. xi. Diodorus Harundinum amplitudo.

Sicu.

Sicu. libro decimoseptimo, ad septuaginta cubita surgere arbores Indiæ, ait, esseque tantæ amplitudinis, vt vix quatuor homines eam amplexari queat. Magnas admodum nasci arbores in Perside videtur docuisse Luca. hoc versu.

, Aethera tangentes sylua liquere Coatræ

Et Vergil. de Indicis, tertio Geor.

, Aut quos occeano proprior gerit India Lucos,
, Extremi sinus orbis, vbi aerea vincere summam
, Arboris, haud vllæ tactu potuere sagittæ.

Et Vale. Flac.

, Densior haud vsquam, nec celsior extulit vllas
, Sylua trabes, fessæque prius rediere sagittæ.

QVOS GYMNOSOPHISTAS, &c. Gymnosophistæ Indorum Philosophi nudi incedentes, vt ait Augustinus, Ciuitatis diuinæ. xiiii. Hieronymus etiam contra Iouinianū horum meminit. Apud Gymnosophistas Indiæ quasi per manus huius opinionis auctoritas traditur, quod Buddā principē dogmatis eorum è latere suo Virgo generarit. Iį ab exortu ad occasum perstare dicuntur solem contuentes, immobilibus oculis, feruentibus arenis toto die: alternis pedibus insistentes: iį frigora niuium & æstus citra dolorem perferunt. Alexādrū Macedonē ferunt ad eos accessisse, dixisseque, petite quodcumque vultis. Respōderūt. Da nobis immortalitatem, quam præ cæteris optamus. Quibus dixit. Cū sim mortalis, immortalitatem dare non possum. Si ergo, inquiunt, te esse mortalē cognoscis, cur non contentus patrijs sedibus, omnibus infestus, totum orbem conaris subijcere? Horum abundè meminit Philostratus in vita Apollonij. Porphirio, duo genera Gymnosophistarum esse scriptum reliquit: alterum Brachmanas dicunt, alterum, Samaneos. De ijs Vale. M. libro tertio de Patiē. Et Cicero, libro. V. Tuscu. & Luca. iiii. lib. HORum supra centum, &c. Vetus codex sic habet. Horum supra. CXX. M. fuisse prodente se Ctesias scribit. Et in quadam gente Indiæ fœminas semel in vita parere. MONOSCELI, &c. Vnoculis, quorum Soli. Et Strabo abundè. SCIopodas, &c. Populos vmbra pedis se protegētes: quos etiā dixeris rectè vmbripedes dictos ἀπὸ τῆς σκίας, id est ab vmbra. Horum ita meminit Augustinus Ciuitatis diuinæ. xvi. Ferunt gentē vbi singula crura in pedibus habent: nec poplitem flectunt, & sunt mirabilis pernicitatis, quos vocant Sciopodas: quòd per æstum in terra iacentes resupini vmbra pedum se protegant. SVNT Et Satyri, &c. Horum ita Hieronymus meminit. Vidit homunculum aduncis naribus: & fronte cornibus aspera: cui extrema corporis, in caprarū pedes desinebant, & præmisso signo crucis cum interrogasset Antonius, respondisse fertur, mortalis ego sum vnus ex accolis heremi, quos vano errore illusa gentilitas, Faunos, Satyros, Incubos vocitat. Qui item cum Dionysio per tripudia & festos lusus, plæraque terrarum obiere, nūc Satyros, nūc Tityros nuncupant. CHORAMNEORVM, &c. Vocari dixit, Ctesias, genus hominum syluestre in Persia, tantæ pernicitatis, vt cer uos cursu comprehendant. STRVTOPODES, &c. Putarim etymon deductum ab eo quod Græci στρουθόν, id est struthon, vel στρουθίον id est, struthion: quod gens Græca passerem appellat, quòd parua sit auis passer. Strabo. Strutophagorum meminit, libro decimosexto. Afferēs gentem paruam, apud quam aues dicūtur esse ceruorum magnitudine. Porrò quod de Nomadibus ait. Nomades sunt populi quorum omnis vita in pascēdis gregibus habetur, Etymon ēm ita docet, nā νόμας, pastor, νέμεσθαι, pasco. Strabo, libro primo eorū meminit. S Orictas, &c. Dictos à foraminibus & fistulis, quas præferunt loco nasi,

Gymnosophitæ.
Sciopodę.
Satyri.
Chorāneorū.
Struthopodes.
Nomades.
Sorictæ.

nasi. Solinus horum ita meminit. Alij concretum os habent modico tantum foramine quo calamis auenarum cibos hauriunt. Quæ de Hyrpijs, hic ait Pli. eadem ante, eum dixisse videtur Vergi. Aeneidos. xi .ijs verbis.

, Summe deum sancte custos Soractis Apollo,
, Quem primi colimus, cui pineus ardor aceruo
, Pascitur, & medium freti pietate per ignem
, Cultores multa præmimus vestigia pruna.

¶ De hac familia etiam Sylius, libro quinto, ijs versibus.

, Tum Soracte satum, præstantem corpore, & anus
, Sic in Apollinea semper vestigia pruna
, Inuiolata teras, victorque vaporis ad aras
, Dona serenato referas solennia phœbo.

Scribit Strabo, libro quinto, non phœbo, sed feroniæ hæc sacra fuisse sacrata.

HALITV TANTVM VIVENTEM, &c.

Horum ita scitè Strabo, libro quintodecimo meminit. Similia sunt quę de syluestribus hominibus, ac mōstris cæteris dicuntur. Sed syluestres homines ad Sadrocotum non esse delatos, cum ad mortem obdurent, atque eos calcanea anterius digitos & pedes deorsum posterius habere, Aductos fuisse quondam carentes ore mites homines, qui circa Gangis ortum habitent, & vaporibus assarum carnium & fructuum & florum, odoribus enutriuntur, & pro ore quædam spiramenta habeant: rebus fœtidis oppidoquam grauari, hæc ille. Hoc enim difficile est persuasu: nisi philosophiæ studioso, & doctrinę reconditioris consultissimo, & vt id cōpertius lectori pateat, ostendam receptissimorum authorum placita ad hoc faciētia, & solo odore degi posse asseuerantia. Homines profecto ex omnibus animalibus miram ex odoribus accipiunt voluptatem, id verò inde putatur effici, quòd cerebrum nos magis habeamus cæteris aliquanto humectius, propterea odorum illuc ascēsus hyperbolem enim, hoc est, frigiditatis excessum, & humectationis ad mensum reuocat rationalem. Fit autem hæc affectio per spiritus attractationem, quantum ad homines attinet. Scandentibus eo modo odoribus ad cerebrū ipsum: quia calor igneus, quo resoluuntur odores: eisdem præstat leuitatem quandam, vt superiora petent. Vnde sequitur in membro illo sanitas quædam. Odori siquidem est calefaciendi virtus, ob calidum igneum: vnde producitur atque item resoluitur: proinde videtur natura in duo maximè opera inspirationem instituisse: quorum alterum, & id vtique difficilius euantatio est caloris intimi, alias exusturi omnia. Nā Platonici ideò productos Pulmones esse dicunt: mollesque, atque ventosos: instar fistulæ, & similes spongiæ, vt cor iræ ardoribus nonnunquàm exæstuans, aliqua saltem refrigeratione mitigaretur. Proximum est odoris perceptio: ad quā sicuti ad auditum, & gustum corpore aliquo est opus: per quod ad sensum prouehantur odorum differentiæ. Hippocrates, vt ad Scopum veniamus, eo libro quem de elementis posteris legendum reliquit, ait. Quicunque citissima indigent adiectione, humidum remediū resumēdis viribus optimum est, vbi autem adhuc velociore, per odoratū. Pythagoricorum etiam opinio fuit: odores ad nutricationem conferre, veluti alamur qualitatem attrahendo. Aristo. non in eam pedibus it sententiam: quando dicat cibum ex pluribus elementis compositum: quare colligi potest. Nullum posse nutriri simplici, Verùm ad tutandam Pli. sententiam perpēdamus hic Platonici philosophi medici scientissimi dogma hoc: legimus, inquit, in calidis quibusdā regionibus, ac plurimo passim odore fragrantibus multos gracili corpore, & imbecillo stomacho quasi solis odoribus ali, forte quoniam ipsa loci natura, tum herbarum, & frugum, atque pomorum succos fermè redigi

Halitu odoreque viuentes.

Hippocratis dictum.

Siplici non ali.

in odores.

in odores. Tum corporum humanorum humores illic resolui in spiritum. Cum igitur vterque, odor scilicet, & spiritus, sit vapor quidã, & simile simili nutriatur: nimirum & spiritus, & homo spiritalis plurimum ex odoribus accipit alimẽtum. Nutrimentum verò qualecum'que id sit, per odores, siue fomentum apprimè senibus & gracilib⁹ necessarium est: quo defectum alimẽti solidioris, atque verioris, vtcum'que possimus compensare: spiritum verò odoribus nutriri. argumento est, quòd vinum odore plenum, subito spiritum recreat, quem cætera vix tandem possunt reficere, ob id cecinit Ouidius, in ponto. Etiã deficiens sic ad tua verba reuixi, Vt solet infuso vena redire mero. Vaporem verò illum in quẽ cibi cocti denique transferuntur, ideo appellamus odorem, quoniã odor, vbi que vapor quidam est, quare Auicenna, corpus dulcedine, spiritum verò quadam aromacitate nutriri ait. Gale. item, spiritũ nõ solum odore putat nutriri, sed aere. Aere inquã, non simplici, sed opportunè permisto. quare peritiores concludunt spiritum vitalem, & animalem ideo nutriri tũ odore, tum aere, quoniam intermixtus est, atque conformis, & vtrum'que haustum precordia penetrare, atque inibi percoqui temperarique ad vitam: per'que arterias diffundi: quare odore & aere viuere posse astruunt. Olympiodorus, Aristo. historiam adfert, in qua fatetur hominem esse à se visum: qui aere, & sole, modo nutriretur: quibus Plato in Phed. persimilia scribit. Hæc enim collibuit annectere, quo quid lucis viderer intulisse proposito Pliniano. Nunc ad rem. SPITHAMEI, &c. Pigmeorum scitè meminit Augustinus Ciuitatis diuinæ, decimo sexto. Alios, ait, statura cubitales, quos pigmeos à cubito græci vocant, pugnant cum gruibus, sed vincuntur, horum etiam meminit Iuuenalis, Satyra decimatertia.

Spithamei.

, Ad subitas thracum volucres, nubem'que sonoram
, Pigmæus paruis currit bellator in armis,
, Mox impar hosti, raptus'que per aera curuis.
, Vnguibus à sęua fertur grue.

Homerus, quem hic Pli. citat, huius rei meminit, versus eius sunt.

, Postquàm hyemem fugitant: nimiĳ quo'que frigoris imbrem
, Occeani aduolitant refluos clangoribus æstus,
, Cędem pigmęis populis cladem'que ferentes.

Ea etiam Strabo, libro primo confirmat. Porro Spithamei dicti sunt à Spithame. Est Spithame, id quod capit spatiũ humana manus, à summo pollice, vsq; ad summum minimum digitum extensa, quæ mensura, quoniam in tres humani pedis partes quartas incurrit, dodrans dicta est. Sic enim Romani nouem in libra vncias appellauerunt. Ne'que omnes dodrantem in quãtitatis mensuram nouerunt, quo in diuidendo vtuntur Iurisconsulti. Neque enim dodrans vt pes, cubitus'que, per se certam habet mensuræ rationem: sed alterius quantitatis dodrans est: verbi causa, pedis, cubiti, aliarum'que huiuscemodi quantitatum. Capit autem dodrans totius alicuius tres quartas partes: qualis nouem numerus in duodenario est. Licet'que ad plures quantitates dodrans referri possit hac ratione, certam tamen ex legibus institutis'que antiquorum mensuram habebat: quę trium palmorum, hoc est, digitorum duodecim numerum caperet: quę pedis, cuius sexdecim digitorũ, id est, quatuor palmorum mensura erat: tres quartę partes sunt, oportet'que in Spithame Græcorum, Romani pedis dodrãtem intelligere. Sed quid tam segniter hic immoror? quando Budęus elegantiarum accuratissimus, & vtrius'que linguæ consultissimus, de ijs tam exactè, tam pẽsiculatè, Scitè que disseruerit? Porrò non indignum omissu, quòd Aristo. quem Pli. citat hic, prodit de Pygmeis, libro enim octauo naturæ animalium, ca. xii. ita de ijs agens. Grues de locis discedunt vltimis quę

Pigmei Spithame.

mis quę ex Scythicis cāpis ad paludes Aegypto superiores, vñ Nil⁹ ꝓfluit veniunt, quo in loco pugnare cū Pygmeis dicūtur: nō enī id fabula est, sed certè genus, tum hoīm, tū etiā equorū pusillū, vt dr, est, degūtque in cauernis: vñ nomē Troglodítę à subeūdis cauernis accepere &c. CIRNIOS INDORVM &c. Ab insula Cyrno dicti Cyrnij, nūc Corsicā īsulā vocāt, a Cyrno rege Corsycæ, inibi enī mel gignitur venenosū, quare ait Virg. Sic tua Cyrnea fugiāt examia taxos. AD SEPTENTRIONEM VERGENTEM, &c. Exēplar nostrum vergentium habet, non vergentem, quod & animaduertit Rhenanus, Macrobios, Longæuos, populi, quos hic vocat gymnestas, eorū meminit abūdè Strabo, libro. XV. de Oritis, etiam vbi Onesicritum authorem de his citat, qui ait Enotocoetos hominesesse, qui aures ad talos vsque dependentes habeant, vt super eis indormiant, adeò fortes vt arbores euellant, & neruum frāgant. Alios ait Strabo, eodem libro, esse vnoculos, caninis auribus & crinibus eiectis, pectore hispido, habentes oculum in media fronte, qui naso carent omnia cruda edūt, & paruo tempore viuentes, antequè senectutem extingui, & superiorem oris partē eminentissimam habere dicūtur. Subdit deinde de Hyperboręis, qui mille viuunt annos, eadem scribit, quę Symonides & Pyndarus, hęc Strabo, & id genus multa. CINOCEPHALOS. &c. Cynocephali bestiæ, similes simijs, præter canina capita in Aethiopia, feri morsu Cynocephali dicuntur, & violenti ad saltum. Horū meminit ita Augusti. ciuitatis diuinæ. XV. Quid, ait, dicam de Cynocephalis quorum capita canina atque ipse latratus, magis bestias quàm homines confitentur. Dicti enim ἀπὸ τοῦ κυνὸς κεφάλη. i. cynos canis, & cephale caput, ꝙ caninis sint capitib⁹. IN APHRICAE, &c. Sicut de lamijs dici pōt, q̄ Menippo apparuerūt, quo illecebrosis voluptatib⁹ irretitū teneret, cui⁹ historiā si quis q̄rat, adeat Cæliū. VI. lectio. antiqua. Porrò, qđ de vita lōga serū, ait Pli. Stra. de his ita agit. Seres tā lōgę vitę dicūtur, vt. CC. annū excedāt. Mmeminit idē eorū hoīm, qui solis piscib⁹ victitēt, quos Ictyophagos vocāt, quorū regionē ponit ad mare, eorūque etiā peccora vesci piscib⁹ tradit ex ossib⁹ pisciū & tegumētis cōcharū domicilia fabricare, postea ait, panē ex piscib⁹ cōficiūt, frumēti paululū admiscētes: Is eodē li. Orita testatur solitos letiferis venenis sagittas ꝑusas illinere, porrò vbi hic legitur. AVT AD HORAS, &c. Aut, particula non legitur in veteri nostro exēplari, sed particula, ac, vt sensus sit. Indices ac propè horas, porrò quod Pli. de Pyrrhi pollice pedis ait. Plu. in ei⁹ vita liene laborātib⁹ illū asserit mederi solitū, sacrificio galli albi facto, deinde subdit. Ferūt ei⁹ pedis maiorē digitum vim quandā habuisse diuinā, ita quòd quū eius digitū reliquum corpus esset crematum, digitus ille integer illesusque ab igne permanserit, hæc ille. Cyrnij. Cynocephali.

CAPVT TERTIVM.

TERGEMINOS, &c. Naturę rerū petitissimi tergeminos nasci nō inter ōstetā diceret. Ad cui⁹ rei discussionē multa se nobis suggerūt dicēda. Expedēdū certè hic, vterū in duos reffundi sin⁹, qui in diuersum diffusi ac reflexi, circū plicātur mō arietinorū cornuū, q̄ pars in dextrā retorq̄tur, masculina est, vt ait Lactāt. Quę in sinistrā, fœmina, horū si nuū ita distributorū. authoritē est Aui. XXI. tertij. Causa i quit geminorū, seminaria ꝓuenit copia, q̄n vteri sin⁹ vterq; fuerit oppletus, & dextra quidem parte, vt plurimū concipi mares volunt: sinistra verò fœminas, Cui opinioni astipulatur sententia Hippo. V. sententiarum, hoc est aphorismorū. Hinc porrò disparilitatē sexus cōtingere arbitrātur. Sunt itē qui vuluæ, hoc est (vt verbis neoterico. medico. vtar) matrici assignent cellulas septem,

totidem'que foetus concipi posse, admiratione digna sunt, quæ Albertus monumentis prodidit, mulierem in Germania conformatis iam in vtero duorum & viginti infantium corpusculis abortum fecisse, aliam etiam num eiecisse in peluim embryonũ auricularis digiti magnitudine. c. corpuscula &. l. aliam item. lxx. De Tergiminis his, quorum hic meminit Plinius. Titus Liuius lib. j. sic ait. Forte in duobus tum exercitibus erant tergimini fratres, nec ætate, nec viribus dispares, Oratios Curatios'que fuisse satis constat. Porrò quod Plini⁹ ait de Aegypto, vbi Foetifer Nilus est, Strabo libro. xv. de his sic agit. Et Nilus cæteris fœcundior, & magna producit, cum alia, tum ea quę sunt vitæ ancipitis. Aegyptiæ quo'que mulieres interdum quatuor geminos pariunt: author est Aristoteles, quãdam septem geminos peperisse, qui etiam Nilum fœcundissimum vocat, & nutrientem propter moderatam solis decoctionem relinquentis nutrimentum, & superfluum euaporantis, ex eadem causa verisimile est id contingere, quod hic dicit, quòd nili aqua dimidio minore igne decoquitur quàm cæteræ aquæ &c. Cæterò Aristoteles ille rerum naturę callentissimus, libro de historia animalium. vij. eam sentẽtiam quàm appositissimè confirmat, inquiens. Et cum alia singulos pariãt, alia plures, genus hominum in ancipiti est. Nam quod plurimum, & locis pleris'que agitur mulieres singulos singulę pariunt, sed sæpe & locis pleris'que geminos etiam, vt in terra quo'que Aegypto fieri certum est, pariunt etiam tres, & quatuor, quin'que etiã complurimum nascuntur. Iam enim hoc euenisse conspectum est, & quędam viginti partubus quatuor ędidit, quinos enim singulis partubus enixa est, hęc Aristoteles. Porrò, hic cẽsuerim particulam, supra expungendam: superfluit enĩ meo iudicio, nec in veteri legitur exemplari.

Fœcunditas ex Nilo.

Partus geminorum.

HERMAPHRODITOS. &c. Horum meminit scitè Aristoteles libro generationis animalium quarto: porrò hic notandum nonnullos esse ponẽtes quid discerniculi inter hermaphroditũ, Androginum, & Arsenothelyn, Aristoteles Androginos & Arsenotheles vocat animalia: quæ ipsa se ineuut, vt inter pisces Trochus Leonides scriptum reliquit, quatuor esse hermaphroditorũ species, ac in hominibus quidem tres, in mulieribus vnam. Siquidem in viris quando que in Perineo, quando'que in medio Oschei pudendi, muliebris effigies. Tertius vero modus quo ex oscheo velut vrina pudendo profunditur. In mulieribus aliquando supra clitorium, conceptus enim aut partus hermaphroditorum naturalis est: euenit tamen exuperantia partium superuacuarum. Partium autem superuacuarum, vt ait peripateticæ doctrinę clarissimus ille censor Aristoteles, quarto generationis animalium, præter naturam, eadem causa est: quę geminorum generationis. Iam enim in conceptu causa accidit: videlicet si plus materiæ consistit, q̃ pro ipsius natura partis sit, sic enim accidit, vt vel pars maior, quàm iustum sit, efficiatur, causa exempli, digitus, aut pes, aut manus, aut membris alijs: vel fisso conceptu plures reddentur, quomodo in fluuij vertigines geminantur. Fit enim ibi, vt humor, qui fertur, & profluens mouetur, si in aliquid offenderit, secetur: & ex vna i duas euadat constitutiones, quę eundem habeant motum. Hoc eodem modo in conceptibus euenit: partes enim illę adnascuntur vacantes, maximè quidem propinquæ, sed aliq̃n remotæ, etiã propter conceptus motionem, quanquam præcipuè, quod materiæ experiẽtia ibi redditur, quo tandem decubuit, formã vero vnde superfuit, inde recepit. Quibus autem (vt in hermaphroditis) gemina habere genitalia accidit, alterum maris, alterum ijs semper, alterum ratum, alterum irritum redditur, cum per alimentum subinde delitescat, quoniam pręter naturam est, Ceterum quod testatur Plinius, hermaphroditos fuisse habitos in delitijs, hoc testatissimũ reliquit Tranquillus in Nerone, & id etiã videre

Hermaphroditi.

Supfluitas partium.

licet libro

licet libro. x j .vt videbimus. Huius etiam rei Plutarchus in vita illustrium &c. EVTYCHIS. &c. Nomen mulieris, cuius scité Solin⁹ meminit, q́d de infante ait reuerso in vterum & id genus. Titus Liuius, & de similibus prodigijs, Valerius Maximus quorum scita sensa'que suppingere luxuriantis putarim lectionis, sufficiat signasse authores, subdit Plinius. SVPREMIS DIVI AVGV. &c. Vocat enim Plinius vltimum Augusti principatus tempus proximum, quando ait, Proximè supremis diui Augusti. &c. Cæterò quod de Eutiche de fœmina ait, id Solinus cap. x x .confirmat. Itidem de quadã Fausta nomine, quam vno partu quatuor geminos mares, fœminas totidem ædidisse testatur.

CAPVT QVARTVM.

EX. FOEMINIS MVTARI, &c. Hæc persuasu difficillima nemo dubitárit, quare arbitraria legentibus reliquerim, subnectit Plinius. EDITIS GEMINIS. &c. Cur autem raro gemini, mas & fœmina, in hominum genere seruentur, Aristoteles prompsit in literas: à cuius riuulis, postrema hęc quæ subiungit Plini⁹. EOEMINA GIGNI. &c. Desumpta sunt, quare operepretium me facturum sum arbitratus, Si ei⁹ placita huic verborum seriei annexuero, Quippè, ait, quarto generationis animalium, cap. v j .cum intrà parentem fœmina tempore longiore conficiatur, quàm mas, & vbi in lucem venerint celerius fœminæ, quàm mares perficiantur. Nam & pubes, & vigor, & senectus, fœminis potius euenit, quàm maribus: sunt eñ fœminæ sua natura debiliores, frigidiores'que, & sexum fœmineum quasi læsionem naturalem, et detrimentum putandum est esse. Intus igitur tardè prę sua frigiditate discernuntur, hæc etenim discretio concoctio est. Calor autem concoquit, & quod calidius, id concoctu facilius est, sed foris propter suam debilitatẽ citò ad ætatis florem senectutem'que prouenıunt. Etenim omnia minora, vt in artis operibus: sic ĩ naturæ, citius ad finem deueniunt, eadem causa est, vt qui gemini mas et fœmina in genere hominum prodeunt, minus seruentur, cum in cæteris animalibus nihilo referat: hominibus enim hic concursus præter naturam est: hæc ille. Porrò idem, sed diuerso loco id est septimo de historia animaliũ libro, cap. ii j .ait. Fœmina tardius quàm mas perfectionem quarumcun'que partium recipit, et sæpius in decimum mensem, quàm mas protrahitur. Sed cum in lucem prodierit, fœmina q̃ mas accrescit, & ætate floret, & senectute maceratur & magis quæ fœminæ, quæ pluries pepererint. Cæterò quod noster author ait.

Geminorũ ratio.

Tardi⁹ fœmina perfectionẽ q̃ mas accipit.

MARES IN VTERO DEXTRA MOVERI. &c. Fert opem huic assertioni peripateticorum argutissimus Aristoteles, quo dixi loco. Mares, ait, fœtus magna ex parte circa quadragesimum diem dextro potius latere mouentur: fœminæ sinistro circiter nonagesimum. Nihil tamen certi in his affirmari licet, multis enim ferentibus fœminam motus agitur in sinistro, & contra dextro gerentibus marem. Solent enim dextra nobiliora leuiora'que esse, item & calidiora, quare destinata maribus, sicuti sinistra imbecilliora, & minus caloris habere, quare fœminis attributa est, idem quarto generationis animalium, cap. j .ait. & ca. i i i j. vbi asserit geminos in eodem loco vteri cõsistere posse. Nec minus ait, libro eodem. ca. x. ambo in dextra gignũtur poti⁹ q̃ sinistra, atque etiã cum gemini mas & fœmina gestantur, marem in læua, fœminam in dextra con-

Mas in dextro, fœmina in sinistro.

Dextra nobilior a.

tineri perspectum est. Cæterò perpendendum hîc male legi.

ET IN DEXTRA FERE PARTE. &c. Expungendã cõtenderim particulam, fere: & reponendam, ferri: vt sensus indicat, porrò mas quare dextram poti⁹ occupet: huic obiectioni Galenus, eo libro quem megatechnem, id est, magnam artem vocant, respondet, semẽ profectò si in dextram profundatur partem maris indicium est: ob dominium calidi: quo pars dextra insignitur: si nistra enim quasi eius est expers. Sunt enim partes dextræ corporum, multò sinistris calidiores, vt ait Aristoteles quarto generationis animalium, quare iure dextra pars maribus, fœminis verò sinistra attributa.

Semen in dextra masculi anguriũ.

CAPVT QVINTVM.

CAETERIS ANIMANTIBVS, &c. Quo lucis quid huic prætextui adferamus, adijcienda est Aristotelica hic haud parum congrua assertio, quæ libro quarto generationis animalium hoc se habet pacto. Homo cũ omnibus generibus ambigit, nam & vni parum & paucipa rum interdum est, sed maximè sua natura vniparum, humore profectò calore'que corporis multiparum est, fœminis enim natura calida & humida, sed ratione magnitudinis pauciparum & vniparum est, huic tempus vteri ferendi enorme vnũ hoc animal sortitum est: cæteris enim vnum est tempus, homini verò plura sunt, quippe cum septimo mense: & decimo nascatur, at'que etiam inter septimum & decimũ positis. Et libro de historia animalium septimo. cap. quarto, ait. Sed cum cætera animalia omnia singulari ac simplici modo, partum suum perficiant (vnum enim tẽpus statũ omnibus est) homini vni multiplex datum est. Nam & septimo mense, & octauo, & nono parere potest: & quod plurimum, decimo: nonnullę etiã vndecimum tangunt, fœtus qui maturius quàm septimo mense prodeat, nullo pacto vitalis est, qui septimo, vitalis quidem hic primus exit, sed magna ex parte infirmior, pleris'que de his septimo natis viuere possunt, hæc ille. Ad cuius assertionem allusit Plinius, quando ait. CAETERIS ANIMANTIBVS STATVM, &c. Quod autem de ratione plenilunij agit, perpẽdendum lunam ad generationes quascunque apprime cõferre: vt ait antistes ille peripateticorum Aristoteles, quarto generationis animalium. Fit enim quasi alter sol minor luna: quamobrem conducit ad omnes generationes & perfectiones. Calores enim & refrigerationes cum moderatione quadam, generationes'que moderatione quadam, sol & luna efficiunt, terminum autem tum principij, tum finis qualitatum earum motus horum syderum obtinet. Vt enim & mare, & oẽm morũ naturã sufistere, mutari've pro flatuũ motu & quiete videmus: aerẽ vero & flatus pro solis lunę'que circuitu affici, sic ea quę ex ijs, aut in ijs oriũtur, sequi necesse est. Nã, vt rerũ min⁹ principaliũ circuit⁹ sequãtur, magis principaliũ rerũ circuitũ rõ est: quare multũ energię lunę in gñrationibus inesse fatẽdũ est. Subnectit paulò post Plinius. TRANSLATITIVM, &c. Tralatitium vulgare & peculiare commune'que. In ægypto enim octauo gigni partus vitales testatissimum reliquit Aristoteles, libro septimo de animalium historia, cap. iiij. Qui, ait, autem in mense octauo nascuntur, viuere & adolescere in terra ægypto possunt, & quibusdam alijs locis, vbi mulieres fertiliores sunt, multos'que simul facile & ferunt & pariunt: hæc ille.

Homo certi cõceptus.

In ægypto octauo anno nascuntur.

IN QVO MENSIVM. &c. Afflictari eñ mulieres his solẽt mẽsibus authore

sibus, auctore Aristotele septimo naturę animalium. Infestantur, inquit, maximè mulieres mẽse quarto octauoque, & si vel quarto vel octauo foetus pierit, ipsę quoque magna ex parte intereunt: itaque fit, vt ne solum mense octauo nati nõ viuãt, sed etiam ipsis emortuis periculum, quę pariunt subeant. Ad hæc enim allusit Plinius, quando ait.

Periclitatio p̃gnãtiũ.

QVARTO AVTEM ET OCTAVO, &c. Cæterò vt quid loco plausibilioris lectionis subnectamus Hippon Metapontinus, à septimo ad decimum mensem nasci posse existimauit. Nam septimo partum iam esse maturum, eo quòd in omnibus numeris septenarius plurimum possit, Siquidem septimis à partu mensibus formentur dentes. Additisque alteris recti consistere incipiamus: & post septimum cadant annum. XIIII. solemus pubescere, sed ad hanc à septem mensibus incipientem maturitatem, vsque ad decimum perductam. Ideoquòd in alijs omnibus hæc eadem natura est, vt. vii. mensibus, annisve, tres aut menses, aut anni ad consummationem accedant. Alij enim pleriq; cum omnes partus [illegible] vno tempore fiant maturi, vna tamen eademque tempora omnibus confor[illegible]is dederunt, vt Diogenes Appolloniates, qui masculis ait corpus quatuo[illegible]nsibus conformari, & foeminisque, & Hippon qui diebus. lx. testatur inf[illegible] formari, & quarto mense carnem fieri cõcretam, quinto vngues capillosque nasci. vii. iam hominem esse perfectum. Pythagoras autem, quod erat credibilius, dixit partus esse genera duo, alterum septimo mensium, alterũ. x. Sed priorem alij dierum numeris conformari, alij posteriorem, eos vero numeros qui in vnoquoque partu aliquid ferunt mutationis, dum aut semẽ in sanguinem, aut sanguis in carnem, aut caro in hominis figuram cõuertitur. Cæterò qui de embryonis generatione volet fusi⁹, adeat Hyppocratem, libro de foetus natura, porrò Aulus Gellius Plinij verba hæc citat de pariendi tempore, noctium atticarum tertio, cap. xvj.

Septenarius numerus

Partus duo genera.

IN QVO MENSIVM &c. Sciti⁹ legerim, in quo mensium numero genitis, intra quadragesimũ diem labor maximus, grauidis autem quarto & octauo mense: hoc est, in eo mensium numero genitos infantes intra quadragesimum diem esse in periculo, grauidas autem mulieres, quarto & octauo mense periclitari.

CAPVT SEXTVM.

A CONCEPTV DECIMO, &c Multa esse cõceptus præsagia medicorũ scholæ testantur, quæ omnia suppingere prolixioris, fastidientis et nauseosæ esset lectiõis: ea tamen annectenda cẽseo, quę accommodatiora huic fuerint lectioni. Hic profectò Pli. allusisse videtur ad Aristotelis placita: libro de historia animaliũ septimo. Euenit p̃fecto, ait, vt mulierũ à cõceptu corp⁹ totũ grauetur. & oculorũ caligines, & dolores capitis moueãtur ĩ ipsis: quę alijs maturius & ferè die decimo accidunt: alijs serius prout magis minusue ex materia superuacua tentantur. nauseæ item & vomitus plurimas capiũt: & pręcipuè quib⁹ purgationes constiterint, nec dum ad vbera transeũt. Aliquæ igitur principio magis laborant, aliæ post, cũ iam foetus creuerit. Sæpe etiam distillatio vrinæ ad postremum infestat, sed magna ex parte quę marem ferunt facilius exigunt, minusque pallent, cõtra; quę foeminam. Sunt enim pallidiores, & grauius degunt. Multis etiam tumores extuberationesque carnis in cruribus incidunt, sed tamen, cõtra etiã nõnullis solet euenire, solent appetitus varij grauidis accidere, citoque cõmutari: qđ picare quidã a pica aue denominãt: & nimirũ cũ foetũ sex⁹ foeminei ferũt appetũt auidius minusque re frui p̃sente, quã cõcupierit, possũt. Fastidiũt em̃ stati,

Marẽ ferẽtes magis ruboris habere.

Fastidiū prægnātium.

quod modo vehementer appeterent: paucis contigit, vt melius habeant cū vterū gerunt, sed præcipuè tunc fastidiunt tedióque fatiscunt, cum capillus oriri incipit, pili congeniti grauidis defluunt, paucioresque redduntur, plus etiā motus magna ex parte mas in vtero infert, quàm fœmina, & celerius prodit. Fœminę enim partus tardior est. Porrò indicium mulierem concepisse, cum statim à coitu siccescit locus, fit certè, vt si oris, quo concipitur labra sunt lęuia, inepta sunt ad conceptum, labitur enim, & effluit semen, nec verò, si crassa sunt commode vsum præstant. si enim vuluę labra lęuiora sint, eam oleo iuniperino aut cerusa: aut thure, illinendam censent. Cæterò notandum mulieres affligari his affectionibus ob menstruorum retentionem, & superfluitatum aliarum, quæ non absumuntur in embryonis generatione, nec in purgatione, quæ fieri solet, diuerso quidem modo, vt scriptum reliquit Galenus, sexto interiorum ca. quarto: ob id conijcere licet relatum quàm luculentissime ab Hippo. quinto aphorismorum, mēstruis pluribus venientibus à vulua, veniunt ægritudines, & non venientibus, accidunt etiam morbi. Quòd autē Pli. ait, marem ferentem ei meliorem colorem adscribi id caloris vi, qua & leuitas, & præstantior color fit contra, accidit fœminam ferenti, ob frigiditatis exuperantiam, & caloris inopiā. Et subdit, Plinius. VT SALSIORIBVS CIBIS, &c. Astipulatur enim Aristotelicæ sententiæ, quæ hoc se habet modo septimo, de animalium historia. ca. quarto, Esculentorum etiam quæ mater comederit, sæpe gerulus venit in lucem, & si sale immodice vsa est, ipse sine vnguibus nascitur, hæc ille. Ait deinceps Plinius. OSCITATIO QVIDEM IN ENIXV LAETALIS, &c. Oscitatio profectò in enixu intrariam affectionem infantis, interdum matris, notat, sed hic intellige non eam oscitationē, quæ solū os mouēdo, & apperiēdo: Sed eā, quæ toto corpore præ tedio fit, quam pandiculationem vocamus. Sed cur, nā dicatur letalis in enixu: cur item sternuisse post coitum abortiuum, hoc est, effectiuum abortus sit, non obfuerit ipsum nouisse. Vbi profectò fœtus coalitus auctus solidulusque est: difficillimè aboleri potest, nec defluere, quippe vbi primum semen vuluæ insinuatum est: si agitari vehementius, vel animo vel corpore mulierem cōtigerit, minimo rescinditur, soluiturque modulus is abs quo erat societas cōflata: sic ergo sternuisse statim post coitum soluitur à vulua semen. In enixu autem pandiculatio, hoc est, oscitatio male habita significat intraria, aut fœtū afflictatū accidente in aliquo, & sic letalis est. Porrò sternutatio, vt ita dicam, est motus virtutis expellētis, vt ait, Galenus, quinto morbi: quæ stomachum & colligantias vuluæ illi adnexas mouet, & diuexat, quare si mulieri contigerit sternuisse statim post coitum, semen, sternutationis motu, soluitur, rescinditur, ac exit foras: idem accidit, si mulier post coitum se motitarit, facillimè enim tunc abit in nihilum semen, quod erat coalitum.

Præsagiū conceptus.

Oscitatio letalis in prægnātibus.

CAPVT SEPTIMVM.

MISERET ATQVE ETIAM PVDET. Testatissimorum receptissimorumque authorum hominis originem varijs fortunæ anfractibus obnoxiam constat, & pauculo temporis curriculo duraturā, quare nō est vnde debeamus superbire, & esse supercilio tumentes, animaduersa vitæ nostræ friuola origine, & quòd potuimus aut oscitatione, aut odore lucernarum extinctarum aboleri, Tū ꝙ constet nos tot morborum, ærumnarū, varię mortis, accidentiūque generibus afflictari, Hic profectò satis innuit, admonetque nos

esse bullam citò tumescentē,splendicantem,aspectu gratam,sed ocyus flaccescentem,euanescentem. Nec aptius Varro,hominē,quàm,bullæ comparare potuisset. Significat enim Pli.hic,nullum de fœlicitate sua securum esse,& certū,vt vel hac cura qui felicissimi nobis videtur,non careant. Cæterò hic mirari subit solo extinctarum lucernarum odore,partū in vtero matris mortē oppetere ac dissolui,quod si examinatius,& attentius perpendere liceat,non ab re id dictum fuisse à Pli.comperiemus,nedum certè abortum odor lucernarum extinctarum mulieribus ingenerat,verum etiam equæ. Et ne quis nasutulus id habeat quod dicimus abiectui,audiat peripateticæ disciplinæ argutissimum Aristotelem, de historia animalium octauo,hæc agentem. Idem'que homines vsu periti totidem ferè morbis equum, atque etiam ouem infestari,quot hominem referunt. Interit veneno sandaracæ equus,& quoduis iumētum,siue veterinum,datum in aqua percolatum. Abortum etiam facit equa odorem sentiens fungi fumigantis lucernę extinctæ,quod & mulierū nonnullis accidit:hęc ille. Cōstat profectò odorē tetrū reffragari vigori vitali,& infanti nondum apprimè in vtero cōformato: dissoluit enim is odor,forat, excutit,& partū languescere facit:veluti cōtra,iuuat odor gratus peramœnus'que. Cæterò perpendendum hic male legi. TV CVIVS SEMPER IN VICTORIA, &c. Alij paulò tersius hoc legunt modo.

Odor lucernarū Letalis.

Equa abortū facit ex odore lucernę extinctæ

TV QVI corporis viribus fidis,tu qui fortunę munera amplexaris,& te ne alumnum quidem existimas. Sed partum cura pertinaci ęstuans:tu qui te deū credis aliquo successu tumens tanti perire potuisti, &c. Nec particulam,tamen, quę hic legitur apponendam censeo.

CAPVT .VIII.

IN PEDES, &c. Omnibus vt potè animalibus partus pronis in caput conuersis per naturam fieri solet, vt scriptum reliquit Aristo. quarto generationis animalium, reddit'que causam quare caput nascendo procedat primo. Propterea,inquit:quòd partem ab vmbilico maiorem habeant, quam inferiorem,maiora autem plus ponderis continēt:ita'que veluti in statera dependentes, eo vergunt quo trahuntur: hæc ille. Porrò Agripparum meminit Aulus Gellius, atticarum noctium, decimosexto, his verbis. Quorum in nascendo non caput,sed pedes primi extiterant, qui partus difficillimus ægerrimus'que habetur, Agrippę appellati,ab ægritudine & pedibus. Confixos autem esse in vtero pueros,Varro dixit capite infimo nixos,sursum pedibus eleuatis,non vt hominis natura,sed arborū. Nam pedes crura'que, arborum appellat ramos, Caput,stipem at'que caudicem. Quando igitur,inquit,contra naturam fortè conuersi in pedes, brachijs plærum'que diductis retineri solent: ægrius'que tunc mulieres enituntur: huius periculi deprecandi gratia,aræ sunt constitutæ Romæ,duabus carmētibus, quarum altera Postuorta nominata est,prosa altera, à recti,peruersique partus, & potestate,& nomine. Porrò vbi legitur. INTER ARMA, &c. Is qui mihi est vetustissimus codex, non hoc modo,sed ita habet.

Quare in caput nascamur.

INTER ARMA MORTEMQVE ADNOXIO ACCESSV, &c. Cæterò hic expendendum fuisse multos Agrippas, Vnus fuit Menenius nomine: cognomento Lænatus: qui de Sabinis triumphauit, & populum qui à patribus secesserat reuocauit. Cœcilius item Agrippa, de quo hic Pli. Item Syluius Agrippa. xi. Latinorum rex. Alius Aristoboli filius,alius Hero

Faſces.

des Agrippa. Porrò, vbi legitur. FASCES GENERIS HVMANI, &c. Legerim Romani, non humani. FASCES, &c. Honores. Ceterò quod de Caio & Domitio, & quod ſequitur. IN tormẽtis adulteriorum, &c. Abundè de iis Tacitus: denique, quia ſequentia duo capita nihil habent nubili, illibata mittemus, nihil eſt quod in iis lectorem moneamus, quàm, quod Hermo. ait, vbi legitur. APHRICANVS PRIOR, &c. Non vult hoc referri ad Aphricanum: quòd ante bellum Samnitum, Claudius quidam Cæſar appellabatur.

CAPVT .XI.

Mulier ſola & equa grauida coitũ appetunt.

PRAETER MVLIEREM &c Hic penitus Alluſiſſe videtur ad aſſertionem Ariſtotelis, libro generationis animalium hæc inquiẽtis: pari ratione ſola animalium mulier & equa grauida coitum patiuntur, homo enim ſua natura præfœcũdum animal eſt: aliquid etiam in vtero, tum ſpacii, tum excrementi ſupereſt, quanquàm non tantum, vt vel alterum poſſit alere, mulier itaque coitum recipit ob eam cauſam, Equa autem ſoliditate ſuę naturæ: equa enim libidinoſa natura eſt: ob eundem effectum, quo ſolida omnia Veneris ſunt appetentiora. Porrò animaduertendum, pauca eſſe animalia quę ſuperfœtent. Mulier tamen ſuperfœtare poteſt. Quę enim ex iis magnitudine prędita ſunt, vt homo, ſi alter coitus proximè ab altero acceſſit. enutrire quod ſuperfœtatum eſt certe poſſunt. Iam enim id eueniſſe viſum eſt. Hoc enim fit, quia eodem coitu plus ſeminis mittitur quod partiũ multiplicare cõceptum poteſt: ſi alterum poſt alterum accidit. Sed ſi iã aucto cõceptu coit⁹ adhibet̃, ſuperfœtari quidẽ poteſt: ſed raro, quia vter⁹ magna ex pte ad ptũ vſque ſe cõprimat, ſi tamẽ eueniat, vt ſuperfœtet̃ pfici nõ poteſt: ſed cõceptus abigũtur ſimiles iis, quos abortus vocamus. Porrò vbi legit̃ hic.

Supfœtatio.

VNO ABORTV DVO PVERPERIA AEGESTA, &c. Legerim enim duodecim: non duo, vt Ariſtotelica docet lectio: quę ita ſe habet, libro ſeptimo: de animalium hiſtoria, ca. quarto. In muliere raro euenit, vt ſuperfœtetur. Factum tamen aliquando eſt. Qui itaque longo poſt tempore ſint cõcepti nihilo perfici poſſunt, Sed præmaturius dolorem quo ipſi, & primus fœtus intereat, mouent. Iam accidit vt facta corruptione duodecim ſuperfœtata puerperia egererẽtur. At verò ſi proximè à proximo conceptu ſecũdus ſit factus, abſolui ædique poteſt, quod ſuperfœtarit: vt quaſi gemini naſci videantur. quomodo Herculem & Iphiclem procreatos eſſe fabulantur. Hæc Ariſto. à cuius prõptariis, quę hic Pli. dixit corriuata ſunt, vt conijcere licet. Porrò quod Pli. ait.

ET IN EA QVAE, &c. Verba ſunt Ariſto. ex eo quo diximus libro, quę adiiciam loco facilioris lectionis. Nam id etiam conſtitit adultera quędam: quæ alterum ſuo marito, alterum adultero ſimilem peperit. Iam & cum quędam geminos ferret, tertium ſuperfœtauit, & cum iam tempus pariendi, iuſtũ eſſet, primos vitales peperit. Secundum quinto menſe eliſit, qui ſtatim mortuus eſt. Cæterò Aulus Gellius numeroſæ etiam ſobolis meminit atticarum noctium decimo, ca. ſecũdo, iis verbis. Ariſtoteles philoſophus memoriæ tradidit in ægypto, vno partu quinque pueros mulierem enixam: eumque eſſe finem dixit multijugę partionis hominum: neque plures vnquàm genitos fuiſſe compertum. Sed & diuo Auguſto imperante, qui temporum hiſtoriam eius ſcripſerunt, Ancillam Cæſaris Auguſti in agro laurente quinque peperiſſe pueros dicũt: eoſque dies pau-

culos vixisse, matrem quoque eorum nō multo post quàm peperit mortuam, mo numentum ei iussu Augusti in via Laurentia. Factum in eo quoque scriptum nu merum puerperij. Subdit deinde Pli. EX INTEGRIS TRVNCOS GIGNI, &c. Astipulatur Aristotelico prætextui: qui ita se habet, libro septimo naturæ animalium. Gignuntur læsi quoque ex læsis, verbi causa: claudi ex claudis: & cæci ex cæcis: denique similes sæpenumero in re quæ præter naturam comitetur, & signa sibi habentes cognata hæreditaria, vt Verrucas, vt Nenos, aut cicatrices, aut quid aliud generis eiusdem: iam tale quod vel tertia prole post regeneratum est: vt cum quidem suo in brachio pūcti notam haberet, filius non id retulit, sed nepos ea corporis parte quandam nigritiem habens cōfusam prodijt: hæc Aristo. cui penitus applausisse videtur hic Pli. ait deinde Pli. Claudi ex Claudis.

DACORVM ORIGINIS, &c. Alij legunt, aliquorum, Dacorum tamen legi posse autumarim. Non in quibusdam familijs nota corpori adfixa naturaliter fuisse dicitur, sicuti in familia Seleucorum, qui anchoram in fœmore habuisse feruntur: cui rei opē ferre potest quod Aristo. quarto generationis animalium memoriæ mandauit, inquiens. Non solū enim rebus naturæ insitis, & natiuis liberi similes parentibus prodeunt. Sed etiam a duēticias atque externas præsentant: iam enim: cum parentes cicatrices haberent, filij quidem parte eadem corporum idem habuerunt: & Chalcedone, cum pater brachio esset compuncto filius idem retulit, confusa tamen nota minusque explanata: hæc ille.

CAPVT .XII.

IN LEPIDORVM GENTE, &c. Quia similitudinis notam pauco verborū prætextu capite antelato tetigit, fusius hic similitudinem parentum filiorum ve: ex trūcis, hoc est, imperfectis, imperfectos procreatos fuisse exemplo Lepidorum comprobat: Ad quorum notitiam quæpiam se nobis perpendenda suggerunt. De similitudine enim parentū: haud pauca apud philosophiæ professores disceptatio agitata est: philosophorū ille Antistes Aristo. eo libro quem de animalium generatione posteris legendum reliquit. De ijs ita scitè & festiuiter disseruit, Si virtus spermatis viri copiosior fuerit patri fœtus assimilabitur, si verò id paucum fuerit, contra: si æquale: fœtus vtrique assimilabitur: ad membrorum diuersitatem, hæc ille, Sed age? paulò altiora dicam? Alcmeon, ea etiam memoriæ mandauit. Nam ex quo parente seminis amplius fuit eius sexū repræsentari dixit, ex seminibus autem tenuioribus fœminas nasci: ex densioribus mares Hippon, Vtrius verò parentis sedem prius occupauerit eius reddi naturam Democritus retulit, sed adferamus Empedoclis assertionem de liberorum similitudine. super qua re Empedoclis disputata ratio talis est. Si par calor in parentum seminibus fuit, similem patri marem procreari: si frigidus, fœminam matri similem, quòd si patris calidus, erit frigidus matris, puerū fore qui matris vultū repræsentet. At si calidus matris, patris autem erit frigidus, puellam futuram quæ reddat similitudinē patris. Anaxagoras autē eius parētis faciem cōferre liberos iudicauit, qui seminis amplius contulisset. Cæterum Parmenidis sententia est. Cum dextræ partes dederint, tunc filios patri consimiles: cum leuæ, tunc matri: verùm de ijs, nec verbosius, ait, Plinius. Filiorū similitudo.

QVI AETHYOPIS NATA MATRE, &c. Verba enim sunt Aristo. hæc referentis, libro septimo de historia animalium, ca. sexto.

Aliqui similitudinis nihil referunt,redditur etiam, vel post plures eiusdem prosapiæ,vt in Sicilia eius quę adulterium cum æthyope comiserat filia non colorem patris æthiopis retulit; sed qui natus ex ea est: is auũ æthiopẽ regenerauerit, &c. Constat enim ijs Pli. applausisse, Aristo. item verbum degenerauit expungendum censeo. Nam regenerauit legitur apud Aristo. Gaza interprete. Et subnectit Pli. SIMILITVDINVM QVIDEM IN MENTE REPVTATIO, &c. Expendenda enim hic sunt quæpiam: quo nobis Pli. lectio pateat, primum ea quę Auicenna sexta primi prodidit memoriæ. Animalem enim virtutem duas continere potestates, apprehẽsiuam, compotem motus, vim apprehendẽdi: bifariam distribuens. Aut enim manifesta sit apprehensio, vt cum sensu aliquid percipimus, aut latens, item imaginandi vim ponunt ad hoc, haud paulùm agere: qua sensibilia apprehenduntur omnia. Item cogitandi facultatem, quę à non faciendis facienda discreuit. Sequitur item memoriæ potestas: quę nobis præterita suggerit: addamus & phãtasiam, quam ad hoc pollere multũ rerum naturæ peritissimi testantur, Nam ea est phantasticæ virtutis operatio, vt ait Aristoteles secundo animæ: motus inquam operatio à sensu secundum actum facto, hæc enim solidè animo fixa, vbi Venus agitur imaginatio potens ineuntis, si se mulieri addixerit, & fortissima imaginatione rapiatur, fœtus inde genitus eũ imitabitur, quem ipsa coeundo mentem conceperat: quare iure imaginationem fortem ad casum facere scitè protulit Aristo. Dicuntur enim affectiones quędam animæ siue vt verbo philosophi pertrito vtamur, passiones, quę motus sunt quidẽ & inclinationes exoriẽtes ab apprẽhẽsione rei alicuius: quarum alię rationes, alię sensiles, & id genus dicuntur physicis, quę quando sensiles sequuntur, vim multũ ad rem faciunt. imaginatiua enim virtus ex potestate sua ad passionum diuersitatem transmutat, ac (si latinitas vti hoc verbo permitat) alterat corpus proprium transmutatione sensibili, vel deorsum, vel ad extra, vel intra. Porrò affectiones animi per modum imitationis corpus transmutant ob virtutem, quam habet similitudo rei ad transformationem. Postrem ò passiones, vt sic dicam hę, quę phãtasiam sequuntur, vbi vehementissimę fuerunt, nõ solum possunt immutare corpus proprium. Verùm etiam possunt trascẽdere in corpus alienum: quare mulier ineundo, si vehementer inhereat viro alieno, fœtus eum, & non maritum imitabitur, si cum initur æthiops parieti figura pictus sit, figuramque æthiopis forti imaginatione aspexerit, æthiopem generare poterit, vt accidit alias. verùm de ijs agemus multò fusius, vbi de Magia agetur. Cõstat igitur visum, phantasiam, auditum, fortissimamque imaginatione facere non parum ad similitudinem: quare iure Pli. dixit. POLLERE visus: auditus memoria haustæque imagines, &c Haustas imagines intelligit vehementes imaginationes. Bruta enim, quia non habent has non nisi sibi similes fœtus ædunt, Subnectit Pli.

Phantasię virt⁹

Hauste imagines. Bruta quare non nisi similia eis gignant.

MAGNO POMPEIO, &c. Similitudinis lineamentorum corporum exempla subtexuit Pli. De vibio agẽs, quem similem Magno Pompeio ita ferunt, vt permutato statu, vt Romani Vibianum Pompeij nomine Vibij vocabulo, Pompeium cognominarent, vt ait Solinus. Meminit similitudinis huius Vale. Ma. libro nono, Titulo similitudinis formę, Magno, ait, Pompeio Vibius ingenue stirpis & Publici⁹ Libertinus similes fuerunt, ita, vt permutato statu & Pompeius in illis, & illi in Pompeio salutari possent. Certè quocumque, vt aut Vibius, aut Publicius accesserant, ora hominum in se obuertebant. Et subdit Pli.

MENOGENIS COCI SVI, &c. Aliter legendum censuerim, hoc videlicet modo. QVALIS causa patri quoque eius Menogenis coci sui similis cognomen imposuit, Iam Strabonis à specie oculorum habentis vitium

tis vitium imitata & in seruo Scipioni, Serapionis, is erat suarij negociatoris vile mancipium, &c. Valerius enim, quo diximus loco, de hoc ita agit. Nam pater quoque eius eousque Menogenis coci sui similis esse visus est: vt vir & armis præpotens, & ferox animo, sordidum eius nomen repellere à se nō valuerit, &c. Serapiō enim hic erat suarij cuiusdam negociatoris vile mancipium: cuius meminit Vale. Eximiæ verò nobilitatis adolescens Cornelius Scipio, cum plurimis & clarissimis familiæ suę cognominibus abundaret, in seruilem serapionis appellationem vulgi sermone impactus est: quòd huiusce nominis Victimario persimilis erat: hæc ille. legerim enim, suarij: non victimarij. Porrò: quod de Antiocho rege Pli. ait, idem scripsit Vale. eodem libro quando ait. Regi Antiocho vnus ex æqualibus & ipse stirpis regiæ nomine Artenio perquàm similis fuisse traditur: quam Laodice vxor Anthiochi interfecto viro dissimulandi sceleris gratia in lectulo perinde quasi ipsum regem egrum collocauit. Admissum'que vniuersum populū & sermone eius & vultu consimili fefellit. Huius etiam Solinus, scitè meminit ijs, Antiochum Artenio quidam ex plebe Syriaca sic æmula facie mentiebatur, vt postmodum Laodice vxor obiecto populari isto tamdiu dissimulauerit defunctum maritum quoad ex arbitratu eius regni successio ordinaretur, &c.

MESSALAE CENSORIO. &c. Huius Messalæ meminit Solinus. Marcus, inquit, Messala, & Menogenes, è fæce vulgari hoc fuerunt vterque quòd singuli, nec alium Messalam putauerūt, quàm Menogenem, nec Menogenem, quàm, Messalam. De hoc etiā Val. Maxi. quo diximus loco. porrò quod de Lentulo & Metello ait idem scriptum reliquit Valerius Maximus: asserens eos persimiles histrionibus fuisse, hoc est, Spinteri & Pamphilo.

SECVNDARIVS RETIARIVSQVE, &c. Nonnulli secutor: non secundarius, legunt, vt sensus sit. Consulibus duobus eorum tempore gladiatores similes fuisse: Spinterem, qui secutor erat Lentulo: Pāphilum, qui Retiarius Metello. Huius similitudinis Fabius, libro sexto meminit ijs verbis. In ijs maximè valet similitudo si tamen ad aliquid inferius leuius'que referatur: quę iam veteres illi iocabantur, qui Lentulum Spinterem, & Scipionem Suarionem esse dixerunt, &c. Retiarius enim dicebatur, qui rete immittebat. Nam compositi gladiatores per paria diuersa nomina sortiebantur: quare Retiarius dicebatur qui rete iaceret. Alter secutor, perinde ac retiarum fugiēs, vel fugam simulans sequeretur: quod pugnæ genus instituisse fertur Pitacus, porrò alij legunt non secundanus, sed secundanorum. Fabius tamen opem communi lectioni videtur tulisse, libro quinto, quando ait. Nascuntur ex ijs quę condictioni apposuimus aliæ contradictiones eunt'que interim longius, vt gladiatorum manus quę secundę dicuntur. Rictum in loquendo, Rictus putatur figura esse in ore ad tempus aliquo modo contracta, vel producta: vel inuersa, vel extēsa: quę paulò post reddituta, fit in naturalem formam. Pars etiam est circum ipsum hiatum, quę in homine ridēte, vel aliomodo os torquente, apparet.

Secundarius.

Rhetiarius.

Rictus.

INTER ALIA MAGNITVDINE PRAECII, &c. Vetus codex non eo, sed hoc modo habet. Inter alia de magnitudine præcij, aliud de præcio conqueri. DVCENTIS SEXTERTIIS, &c. Ducēta sextertia, quinque millia aureorum coronatorum sunt, de ijs Assem adeas Budęi nostri, viri elegantiarum at'que eruditionis reconditioris callentissimi.

QVONIAM NON ESSET, &c. Alij legunt. NON esset mira similitudo in vllis horum vno vtero, &c. Et vbi legitur, Reperiri, Reperire, Mango, Mangones magistri formę puerorum homines vendētes. Solebāt enim pueros puellas'que, quo facilius vendi possunt artificio lenocinio'que quodā

Mango

componere quo pluris venderent: sic enim præciosiora efficiebantur mancipia. Martialis. Millia pro puero centum me mango poposcit.

Mirmillones. MIRMILLONIS, &c. Erant enim Mirmillones pugilles se ad pugnam prouocantes. Nam diglandiantium Mirmillo alter vocabatur: quare Festus Retiario, inquit. Pugnanti aduersus Mirmillonē cantatur, non te peto, piscem

Amētū peto, quid me fugis? Porrò vbi legitur Armentarij: legerim amentarij. Dici enim solet Amentarius mirmillo, nam Amentum ligamen est, quo hasta religari consueuit, vel locus quo media hasta, vel iaculum religatur, quo longius iaci possit: hocque vsos gladiatores monumentis proditum est: quare amentata iacula dicuntur, quę amento, id est, ligamine ligata sunt, & amētare apud Lucanum pro iacere, aut amento munire: sic mirmillo amentarius, aut amentatus dici potest concinne, qui hoc munitus sit. Cęterò expende ad finem huius capit. male legi quod sequit. VT ILLE proscriptor animus mero & contumelia tumens, &c. Sic lege. VT ille proscriptor nimis modo & cōtumelia furēs, nō aliud in cēsu magis ex fortuna sua duceret, &c. Marcum profectò Antonium mero deditissimum fuisse, testatur Cicero. Seneca proscriptorem Mar. Antonium appellauit, libro primo de Clementia: de Augusto loquens. Iam fuerat, inquit, collega proscriptoris: proscriptorem, damnatorem vocat, quare proscriptio, damnatio.

CAPVT .XIII.

EST QVAEDAM PRIVATIM, &c. Patrocinatur Plinio Aristotelis luculenta sententia, quæ septimo de historia animalium sic se habet. Euenit sanè multis & mulieribus & viris, vt qui coniuncti inter se nequeant procreare, vbi dissociati se iūxere cum alijs, queāt, quod idem in maris quoque, aut fœminę procreatione nimirum euenire certum est, plærumque enim, tum mulieres, tum viri, quā diu cum iisdem coniunguntur fœminam tantum marēve procreant. Seiuncti autem contra, Aetatis etiam ratione immutantur, vt iuuenes inter se fœminas generant, seniores facti mares, aut contra Ratio quoque generandi omnino discrimen hoc idem accipit, vt iuuenes nihil procreent, seniores iam incipiant generare. Aut contra, vt qui ante possunt: post nihil possint fœtificare. Sunt etiam aliquę mulieres quę vix concipiant, sed si conceperint, perficiant atque ædant. Aliæ contra, facile quidem cōcipiunt, sed seruare nō possunt. Sunt & viri qui non nisi fœminam procreāt, & mulieres quę non nisi marem: & cōtra vt de Hercule fabulātur: qui inter duos & septuaginta liberos fœminam vnam tantum genuit. Quæ concipere nequeant si vel cura adhibita, aut aliquo casu conceperint, fœminam magna ex parte pariunt potius quā marem. Sic enim se habet generandi ratio: porrò aliqui natura tum etiam mulieres steriles sunt.

Sterilitatis caussa. Sterilitatis causam rerū naturæ peritissimi, tum semini virili, tum fœmineo assignant. Fœmineo dixi, secutus Galeni, Auicennæque, non Aristo. assertionem. Si enim semen plus æquo caleat aut frigeat, sit ve plus nimio siccās, aut humens, id non accōmodū videtur generationi, potest & esse dissentanea vtriusque hoc est, viri, & mulieris proportio seminaria. Nam si quodlibet illorum seminū alteri alterius habitus complexione vniretur: vtique fieret conceptio, sed si secus se habeāt, nulla fiet: & hęc est causa cur iuncti matrimonio interdum ijs proles detur: aliquādo minimè, sed si negetur ambobus: ijs disiūctis eorumque alter nubat, nulla fiet sterilitatis nota. Porrò notandum quędam esse semina infœcūda, qualia sunt tenuia, vt ait Aristo. septimo naturæ animalium: fœcunda sunt quę grādinis

ſpeciem referunt,eadem'que potius marem fœtificant,contra,tenuia fœminā gi-
gnunt,Cæterò vbi legitur. QVEM L. SYLLA COLLE-
GA, AD III. IDVS APRILIS, &c. Legi poteſt hoc mo-
do ſyncerius. IN ACTIS TEMPORVM DIVI AV-
GVSTI INVENITVR, DVODECIMO CONSVLA-
TV EIVS L. QVE SYLLA COLLEGA AD .III.
Idus Aprilis.C.Criſpinum Hilarium ex ingenua plebe feſulana. &c. Porrò de cau-
ſis ſterilitatis,Auicen.abundè,fen. xxi.tertij canonis, & Plutarchus libro quinto
placitorum philoſophorum. Albertus libro decimo animalium.

CAPVT XIIII.

MVLIER POST QVINQVAGESI-
MVM ANNVM non gignit,maior'que pars quadra-
geſimo profluuium genitale ſiſtit, &c. Alluſiſſe vi-
detur Plinius ad principem peripateticorum, libro ſepti-
mo naturæ animalium,agentem hæc. Menſtrua deſinunt (Menſtrua.)
plurimis circa quadrageſimum annum,quod tempus, quę
exceſſerint,ijs ad ſexageſimum ſeruantur:etiam nonnullæ
eo tempore peperere,ſed vltra hoc tempus, nulla poteſt .p-
trahere. Et ſubdit Plinius. Profluuium genitale,hoc eſt menſtruum: ſic enim in-
telligendum peripatetice: quia ſecundo generationis libro,mulieri ait Ariſtote-
les non eſſe ſperma,ſed menſtruum: cuius aſſertioni Galenus ſexto interiorum,
capitulo ſexto refragatur,aſſeuerans ſperma mulieri eſſe. Porrò,menſtrua vbi de-
ſierint,deſinit & conceptus:ſunt enim ſecundum naturam, & ideo ad generatio-
nem prodeſſe ſcriptum reliquit Ariſtoteles, primo generationis animalium, ſed
de his agemus capitulo ſequenti. Ait Plinius.

NAM IN VIRIS MASINISSAM REGEM POST
OCTVAGINTA SEX ANNOS generaſſe filium, quem Mety-
mathnum appellauerit,clarum eſt, &c. His verbis eſt patrocinio Ariſtote.il-
le,Peripateticorum conſultiſſimus:qui libro de animalium hiſtoria ſeptimo,capi-
tulo ſexto,de his ita ſcitè admodum & feſtiuiter diſſeruit: mares enim plurimi ad
ſexageſimum generant,quem ſi exceſſerint,ad ſeptuageſimum vſque procedūt.
Et iam quidem annos ſeptuaginta genuerunt,hæc ille. Mulieres eo ætatis inter-
uallo,carent menſtruis,quare ſteriles ad id tempus oportuit eſſe, carētes (enim vt
euenit) menſtruis ſteriles vt plurimum degunt: vt ait Ariſtoteles,ſeptimo naturæ
animalium. Non conueniunt Plinius & Ariſtoteles,nam non ad octuageſimum
mares gignere tradit,ſed ad ſeptuageſimum.

CAPVT XV.

SOLVM AVTEM, &c. Menſtrua in mulieri-
bus fieri plurima, varias aſtruunt aſſertiones phyſicorum
ſcholæ: quò de æ omnium fœminarum maximè ſanguine
abundent,vt ait Ariſtoteles ſecundo naturæ animalium,
tum quòd cæteris femellis humectiores ſint, & minoris (Menſtruum)
exercitij,vt ait Galenus,ſecundo complexionum, capitu- (ſāguis)
lo ſeptimo. Eſt enim menſtruum, inconfectus incōcoctus (incoct')
qúe ſanguis,fœminarum'que excrementū,vacans'que ma-

teriá,humida enim ſuapte natura ſunt menſtrua, quę nihil ſunt niſi ſemē incoctũ, vt diximus. Fit em̃ hoc excrementũ neceſſario: cũ em̃ natura cõcoquere nequeat, excremẽtũ fiat neceſſe eſt,nõ ſolũ alimenti inutilis cauſa,ſed etiã fit in venis, finis que gratia eo natura abutitur,in hũc locũ ſcilicet generatiõis cauſa,vt quale erat futurum,tale oriatur alterum,Iam enim tale potentia eſt quale eſt corpus,cuius ſecretio eſt. Fœminis igitur omnibus excrementum fiat neceſſe eſt,ſed ſanguineis amplius,eorum'que plurimum mulieribus: infirmius enim ſecundum naturam eſt, quod minus adipiſcitur caloris,tale enim fœmina eſt:hinc ſecretionem quoque illam ſanguinariam fœminæ excrementum eſſe neceſſe eſt. Accidunt enim mulieribus vt plurimum mẽſtrua quartodecimo anno, ſanguinis modo occiſi animalis, quæ autem alba dicuntur, admodum etiam puellis eueniunt, & magis ſi humidiore vtantur cibo. Profluuium autem id decreſcente luna contingit: quamobrem nõ nulli cauillo ſexum fœmineum lunæ tribuunt,quia ſimul vt illa decreſcat, & mulier purgetur, mox'que ambæ repleantur,eueniat,paucis ſingulis menſibus mouentur,ſed vno intermiſſo plurimis:omnibus fœminis grauatur corp⁹,quamdiu fluor is diſtillat,multis etiam cum menſtrua citantur,& eruptioni propinqua ſunt: ſtrãgulationes vuluarum ſequuntur,& ſtrepitus,donec erumpant. Multa enim de his multò fuſius ageremus, ni luxuriãtis foret lectionis,ſed qui plura volet,adeat Ariſto. vii. natu. aĩa. cap. ii. Et ſubdit Plinius. IN VNIVS VTERO QVAS APPELLARVNT MOLAS, &c. Eſt enim caro informis mola, cuius meminit ſcitè & concinniter Ariſto. iiii. gene. aĩa. cap. vii. his verbis. Accidit hoc vitium mulieribus nonnullis grauidis, quanquam rarò, pariunt enim quod molam vocant, & ſubnectit paulò poſt, Quæ autem prodierit, adeò obdureſcit, vt vix ferro tranſfigi poſſit: cauſa nam'que duritiæ cruditas eſt, quippè cum inquinatio quoque cruditas quædam ſit, ſed quæritur, cur ceteris animalibus hoc non accidat niſi mulieribus? quoniam profectò vna animalium mulier affectionibus vteri obnoxia eſt,& menſtruis abundat,nec poteſt ea concoquere. Cum igitur ex humore concoctu difficili conceptus cõſiſtit, tunc gignitur quod mola vocatur. Auicenna multas molæ cauſas prodidit memoriæ, nimiam caliditatem ſcilicet vuluæ, multitudinem ſuperfluitatum ad vuluam decurrentium, coitum mulieris, ex quo ſperma cum menſtruoſo ſanguine conglobatur. Accidit præterea iis mulieribus, quæ coitu vtuntur tempore menſtruorum, his etiam quę coitu abſtinent, alias coire ſolitæ, vt viduę. Porrò ſubdit Plinius. SISTITQVE MENSES ET VT PARTVS, &c. Mola enim ſi mulieri contigerit, hæc veluti fœtus menſtrua ſiſtit, mouetur'que inſtar ferè embryonis, non tamen eſt idem motus, quia ſtatus non fit ſicuti motus embryonis: mola enim mouetur motu ſolum vuluæ, motus embryonis recalcitrans eſt, mulieres hac affectæ rentur ſe vtplurimum prægnantes: quare Ariſtot. iiii. gene. aĩa. ait. Iam accidit mulieri cuidã, vt cum concubuiſſet, & ſe concepiſſe putaſſet, primũq; ventris moles augeretur, & reliqua ex ratione venirent: ſed cum iam tempus pariendi eſſet, nec pareret, ne'que moles minueretur, ſed annos tres aut quatuor ita perſeueraret, quo ad dyſenteriæ, id eſt difficultati inteſtinorum implicata, eo'que modo periclitata. Demum peperit carnem, quam molam vocant. Ad hæc enim Plinius alluſit, quando ait. LAETALIS ALIAS SE NESCENS ALIQVANDO CITATIONE ALVO EXCIDENS, &c. & Ariſtoteles, Quin & tota vita edurat hoc vitium, vt & conſeneſcat, & commoriatur. Et ait Pli. QVOD VOCANT SCIRRON, &c. Scirron enim propriè duritiẽ vocam⁹, vnde & Scirromata durities dicũtur, affectionẽ tamẽ peritiores Scirrõ ferũt nedum in viris, verũ in

Menſtrua qñ accidat.

Mola.

Mola ſi ſtit mẽſes.

Scirron.

aliqua muliebrium locorum parte, quæ tactui nō cedat, inequaliter tumeat, & sine dolore plerumque sit, in homine vocamus duritiem in ventre, anhelitum interdū coarctantem. Cæterò quod de monstrifico menstruorum profluuio agit, etiam abundè libro. xxviii. cap. vii. differit. Solinus item qui tactas fruges mēstruis flaccescere scriptum reliquit, & id genus multa, quę si volet lector, reuoluat.

QVANDO HAEC GENERANDO, &c. Alludit ad Hippo. sententiam, lib. de natura fœtus. & Arist. ii. gene. aīa. inquientis. Semen è maribus ita se ad menstruorū habet naturā, vt coagulum ad lac, contrahit enim, & cōstituit materiam excrementumque præbitum à fœmina, ob id anima ex marib⁹ prouenit, corpus verò ex fœminis. Cum enim semen genitale exit, spiritus antecedit, & quidem ipso exitu constat agi cum spiritu, nihil enim procul sine violentia spiritali proijci potest, tum insinuatum, in vtero diuque contentū membrana obducitur, & in semet cōglobat⁹ sic gestatur, vt nasum inter genua, oculos sup genua, aures extra genua habeat, oibus æque a ialibus caput primū superius est: sed cū creuerint, & iā exitum appetant, caput deorsum deducitur. Porrò Aristo. i. gene. ca. xix. Verùm, ait, cum semen quoque excrementum sit, sed cum ex sanguine concocto digestoque modo quodam pars queque gignatur, semen autem concoctum diuersum à sanguine secernatur (nam incoctum aut per vim emissum, videlicet cum quis vltra modum venerea re vtitur cruentum, iam aliquibus prodijt) cōstat semen esse excrementum alimenti sanguinei. Talis autem eiectio est eorum quę menstrua appellantur. Menstrua igitur esse excrementum & proportione vt maribus genituram, sic fœminis menstrua prouenire apertum est, hæc ille, & id gen⁹ multa. Cæterò Plinius ait. ERGO CVM grauidis fluxit, &c. Verba sunt Aristo. vii. de anima. histo. cap. ii. Sunt, inquit, quibus prægnantibus etiā menstrua vsque in postremum gerendi tempus eueniant quibus accidit, vt parua pariant, & proles aut minus vitalis, aut infirma procreetur. Multæ etiam desyderio coitus, quo vel iuuenilis ætatis ratione, vel quia longo tempore abstinuerūt, tātentur, descendunt vteri, & menstrua ter mēse sępe citantur, donec cōcipiant. Cōceptus mulieribus à profluuio menstruorum sua natura contingit, & quæ ijs carēt steriles magna ex parte degunt, hæc Aristo. &. i. gene. aīa. ait. Menstrua affluere post conceptum morbidum est. CORNELIA GRACCHORVM MATER, &c. De hac Sene. lib. consola. sic agit Ex vna tibi duas cornelias dabo, Scipionis filiam. Gracchorum matrem duodecim illa partus totidem funeribus recognouit. T. Gracchum, & G. quos etiam quidam. bonos viros negauerit magno fatebitur, & occisos vidit, & insepultos. Cōsolantibus tamē miseramque dicentibus: nunquam, inquit, non me fœlicem dicam, quæ Gracchos peperi. De Caio Papyrio, Valerius libro quarto de Dentato, libro quartodecimo.

Gracchorū mater.

CAPVT XVI.

IDEM LAC FOEMINAE, &c. Magna lactis copia in grauidis commoditas fœtui est, quod diu edurare soleti ipsis si non coierint, vt scriptum reliquit Arist. iii. de historia animalium, de cuius ratione differendum alius bi est, loco magis congruo, quare prosequenda sunt quæ se nobis aptiora suggerunt, ait enim Plinius. FOECVNDITATIS IN FOEMINIS &c. Hippocra. ille medicorum antistes, haud minus scitè quàm fe-

stiuiter, oculos cum vulua quandam habere sympathiam, id est consensum, velut sic dixerim compassionem, memorię mandauit: quod & ipsum Aristote. ii. gene. confirmat, quando ait. Sedes oculorum maximè omnium locorū capitis spermatica est: propterea'que mulierum probatur suffitu foecunditas, si odores vterum subeuntes efferantur, & halitum afficiant. Sed & illitu quo'que si colores oculis impositi saliuam inficiant: sin minus, argumento est meatus corporis esse obseptos. Deinde ait Plinius. CAETERVM AEDITIS PRIMORES, Verba sunt Aristo. prodentis. vii. de animalium histo. pueros incipere dentire septimo mense, &c. ii. gene. Dentes ad cibi confectionem & ad pugnandū animalibus natura inditos prodit, eorum'que naturam esse terrenā, principium verò & originem esse os, rationē etiā geniturę & lactis. Homini (idem ait). vii. nat. ani. Nouissimi maxillares, quos geminos vocamus, circiter. xx. annum gignuntur: & viris & mulieribus. Iam verò, mulieribus quibusdam anno etiam octogesimo maxillares illi nouissimi non sine dolore exierunt, viris qui demū id accidisse accepimus. Quòd certè iis accidit, quibus in iuuentute ipsi gemini nati non fuerint, hæc ille. Porrò vbi hic legitur, alios suffici, legerim suffigi: sic noster vetus codex habet.

Dentes ad cibi cōfectionem.

QVOSDAM, ait Pli. CONCRETO genitali, &c. Ea etiā monumentis prodidit Aristo. li. iiii. gene. ani. refert idē, sæpe ex pluribus iis accidisse quę oblęsa non viderentur a talibus iā perfectis meatus aut adductos concorporari, aut diuerti. Iam, ait, foeminis nonnullis os vteri compressum concorporatū'que ab ineunte ætate ad tempus vs'que menstruorum perseuerauit, mox vrgentib⁹ mēstruis dolore'que infestante, aliis spōtè disruptum est, aliis dissectum à medicis, nō nullæ interierunt, cum aut per vim disrumperetur, aut disrumpi non posset, deinde ait Plinius. QVIBVS FVERE PLVRES LONGIORA PROMITTI, &c. Verba sunt Aristotelis, secundo de historia animalium, capitulo quarto. Maribus, inquit, dentes plures quàm foeminis in genere hominum, ouium, caprarum. Quibus plures, hæc viuaciora magna ex parte, quibus pauciores & rariores, hæc magna ex parte vitæ sunt breuioris, hæc ille. In hac dentium actione non obfuerit subnotasse, quod Galen⁹ vim sentiendi dentibus inesse tradit, quòd illorum radicibus adiuncti nerui sunt, quib⁹ facultas sensus comparatur. Et videtur Auicē. putasse vi quo'que propriæ substātię sentire dentes, quia septima tertii, dētes interdum dolere significat, ex causa intrinseca. Alii tamen putant esse gingiuarum, nōn dentis dolorem, de his agem⁹ latius libro. xi. Porrò de numero dentium, numerus certè dentium in homine ad duos increscit: &. xxx. autoribus Galenus & Auicenna: quod & non tacuit Auerrois, primo colliget, vt sic dicam.

Quibus dentes plures.

IN CRETA TERRAE MOTV, &c. Simile fermè Gellius, III. atticarum noctium, prodit. Præter hæc, inquit, modum esse ait, summū adolescendi corporis humani septem pedes, quod esse magis verum arbitrantur, quàm quòd Herodotus homo fabulator, in primo historiarum inuētum esse sub terra scripsit Orestis corpus cubita longitudinis habens septem, quæ faciunt pedes. xii. & quadrātem, nisi vt Homerus opinatus est, vastiora prolixiora'que fuerint corpora hominum antiquitus, & nunc quasi iam mūdo senescente, rerum atq; hominum decrementa sint. Dentes quo'que in septem primis mensibus, & septenis ex vtra'que parte gigni ait, & cadere annis septenis, & geminos adnasci annis ferè bis septenis, hæc ille. TOTIDEM VNCIARVM, &c. Vnciarum nouem. Vncia mensura est pollicis: hinc vncialis herba, quę pollicis capit longitudinem, vel amplitudinem: & literæ vnciales, quæ crassitudinem pollicis capiunt: mensura ergo nouem vnciarum, pollicum mensuram capit nouem.

Vncias.

HOMO DVOS PEDES CO. &c. Punitionis huius meminit Tranquillus in Augu. Conops, vox, notat culicē: sunt tamen qui legant Copas: alij Scopas, quòd Scopei dicantur homululi, siue Stilpones ac nani.

ECTRAPELOS, &c. Hoc est horrentes & auersatos naturæ modum, alij Euapelos, legunt id interpretantes, stolidos, & amētes, meminit Solin⁹. Gabbare, item horum omnium in suis collectaneis, cap. iij. Postmodum, inquit, diuo Claudio principe Gabbaram nomine ex Arabia auectum nouem pedes & totidem vnciarum: & paulò superius, sub diuo Augusto pusionem & secundillam de nos pedes &c. PRVSIAE REGIS, &c. Huius rei etiam meminit Valerius Maximus, libro. I. titulo miraculorum. Ectrapeli.

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

QVÓD SIT, &c. Hæc quam scitissimè monumentis etiā prodidit Victru. à pede ad verticem sparsis manibus spatium hominis constare asseuerans. Porrò quod Plinius vires dextra parte esse maiores ait: hoc prō psit in literas Aristoteles. j. de historia animalium: dextræ enim partes valētiores sunt sinistris, quòd plus caloris ijs insit quàm sinistris. Illud verò non admiratione dignum caret, viros, vtraque manu vtentes sæpenumero visos, mulierem verò non effici ambidextram: author est Hippocrates. Solus enim animalium homo ambidexter fertur ab Aristote. libro. ii. natu. animalium: hoc certè fit ratione cōgrua. Nam ex naturæ debilitate fit: sic enim ambabus manibus, ob neruorum robur ac musculorum, quidam vtuntur viri, optima ratione nulla mulier vtetur. Sed satis abunde'que habeat si vna dextra vel modicè vtatur, vt in proximā manum plus commeans alimenti valentiam conciliaret ei, adde hic Amphidexion dici, eum qui vtra'que manu vtatur, idem Asteropeum. Quia verò sinistra vtatur aliquis, pro causa, causam cor præbere, & hepar dicunt, vbi enim vis eorū viscerum affluentior sese in sinistrum defluit, dextra parte tantū non destituta, id verò contingere, vbi in sinistris, tam cor, quàm hepar nāscīscantur. Cæterò quod ait Pli. Mensura corporis hūani.

CORPORA DEFVNCTA VIVENTIBVS, &c. Ratio est in aperto, quòd corpora viuentia multum habeant spiritus, qui agilis est & leuitate plenus, vbi verò ea fuerunt hoc spiritu destituta exhausta'que, nihil remanet, quod habeat leue, ac aliquid agilitatis, tum spiritus, tum caloris penuria, qui leuitatis est causa. Porrò quòd ait mares non præstare fœminas pōdere, ea rei di potest ratio, quòd scilicet mulieres minus habeāt caloris, qui agilitatis causa sit. Item quia humectiores sunt fœminæ, & humiditatibus exuberētiores ac ventrosiores, quæ sunt argumēta ponderosioris rei. Porrò quod ait corpora dormiētia vigilantibus grauiora, faciunt hoc spiritus, qui exuti à corporibus, aut consopiti, vt sic dicam, fiunt corpora grauiora multo. argumento sunt corpora defunctorū quę grauiora sunt viuentium corporibus, dormiens enim est quoddā proximum mortuo, quare scitè Virgi. soporē leti consanguineum dixit. Et subnectit Plinius. Corpora mortuorum pōderosiora nimis.

VIRORVM cadauera fluitare, &c. Ratio hæc non satis idonea est, cur cadauera virorum fluitent, fœminarum vero prona. Physica autē ratio hæc dari potest: quando anteriores mulierū partes posterioribus pernoscūtur lōge pōderosiores, ac grauiores respectu viri, & māmarū, ꝙ in hoīe fit cōtra oīno. Mulieres eñ habēt partes anteriores grauissimas, & ponderosissimas ob vterū, qui nullo modo coarctatur, sed dependet abundè. Itē māmę laxātur: quę duo nō parū Virorū corpa supina fluitare Mulierū pna.

grauitatis addunt. Porrò, quia hic Plinius de ſpacio ac menſura corporis agit nō ob fuerit adieciſſe Vitruuij ſcita de hoc ita li. tertio architecturæ agentis, cap. j. Corpus, inquit, hominis ita natura compoſuit, vti os capitis à mento ad frontem ſummam & radices imas capilli eſſet decimæ partis. Item manus palma ad articulos, ad extremum digitum tantundem medium, caput à mento ad ſummum verticē octauæ, tantundem ab ceruicibus imis, ab ſummo pectore ad imas radices capillorum ſextæ, ad ſummum verticem quartæ. Ipſius autē oris altitudinis tertia pars eſt, ab imo mento ad imas nares, naſus, ab imis naribus ad finem medium ſuperciliorum tantundem ab ea fine ad imas radices capilli, vbi frons efficitur. Item tertię partis, pes verò altitudinis corporis ſextæ, cubitus quartæ, pectus item quartæ, reliqua quoque membra, ſuos habent commenſus proportionis. Item corporis cētrum medium naturaliter eſt vmbilicꝰ: nam ſi homo collocatus fuerit ſupinis manibus & pedibus panſis, circini que collocatum centrum, in vmbilico eius circumagendo rotundationem vtrarumque manuum & pedum, digiti linea tangentur, non minus quàm ſchema rotundationis in corpore efficitur: nam ſi à pedibꝰ imis, ad ſummum caput menſum erit, ea que menſura relata fuerit ad manus panſas, in uenietur eadem latitudo, vti altitudo, quemadmodum areæ quæ ad normam ſunt quadratæ. hæc ille. Caput ſequens nihil habet nubili, quare omiſſum. Aquā inter cutem vocat hydropiſim, de qua aliubi agetur.

(Margin: Menſura corporum.)

CAPVT DECIMVMNONVM.

Craſſꝰ. FERVNT CRASSVM, &c. Quod de Socrate ait hic Plinius, eadem Plutarchus, & Diogenes Laertius, quorum decreta non collibuit addere his, parcens verborum prolixitati, Craſſus nomen ſibi agelaſti, hoc eſt, non ridentis ἀγελάσος, id eſt nō ridens, γελάω, rideo, ſcribit Theophraſtus Philinū quendam adeò diuerſis moribus, vt tota vita, nullo vſus ſit potu vel cibo, præterquam lactis.

Apathes. ἀπάθης. ἀπάθει, QVALES. &c. Apathes &c. græcorū pitiſſimi ἀπάθεις. i. apathes, vocant nulla affectione perturbationeue animi afflictos, hoc eſt, ſi latinitas hoc vti permittat verbo, impaſſibiles, hinc apathia. i. ἀπάθεια, animi trāquillitas. Mar. Cic. ait, tertio Tuſ. ex Lucij poetæ ſentētia Mar. hūc Craſſum ſemel in omni vita riſiſſe. Nec verò ait eadem Socratis frons, quę Mar. Craſſi illius veteris, quem ſemel in omni vita ait Lucilius riſiſſe. Eadē etiam ipſe Cicero, in fine. v. li. de finibus bonorum. De Socrate autem idem Cice. tertio Tuſcu. his verbis agit. Hic enim eſt vultus ſemper idem, quem dicitur Xantippe prædicare ſolita in viro ſuo fuiſſe Socrate, eodem vultu ſemper ſe vidiſſe exeuntem illum domo, & reuertentem. De eodem etiam idem Tullius, libro officiorum. j, & Seneca. epiſtola CIIII. & Gellius etiam.

CAPVT XX.

Veſcū quid. CORPORE VESCO, &c. Conſtat plures eſſe corpore exiguo, ſed viribus eximijs. Plinius hic veſcos vocat paruos, graciles, minutos que. Veſcum enim preter hāc notā, faſtidioſum authore Feſto notat. It quicquid ad eſcā pertinet, etiam veſcum aliqui dixere: Gellius particulam, ve, intendere augere que ſcriptum reliquit, hoc vocabulo, veſcū, pro paruo, vſus eſt etiam Ouidius. II faſto. quādo ait. Nūc vocor ad nomē ve grādia farra Coloni, Quę male creuerūt

veſca que

Vesca'que parua vocant. CANCELLATIM, &c. Transuersim, & modo cancellorum, hoc est, lignorum per transuersum annexorum. Cãcellatim.

CVM CVLEIS, &c. Culeus, Saccus è corio, aut canabe, quo vtebãtur ad portenda frumenta. Constat præterea culeos fuisse magnos, quia sceleratissimi homines cum simia, gallo, & vipera ijs insui solebant. Culeus.

CARPENTA, &c. Currus, ac vehicula. Carpenta.

THORACE PLVMBEO, &c. Munimẽto pectorali, porrò quod de Milone refert non obfuerit aliqua adiecisse ijs, legimus Bussequam quẽdam nomine Titormum authore Cælio corpore staturosum, ac viribus præcellentẽ in eum vbi Milo incidisset viribus fidens, voluit illius vires periclitari, sed ille Bussequa dicebat nil posse se magnum, Mox tamen in Euuenum descendẽs exuta tunica maximum arripuit saxum, quod primo ad se traxit, inde propulit bis ter'que hoc fecit, post ea sustulit, sed non vltra genua, demum impositum humeris, ad quinquaginta ferè tulit vlnas, hoc saxũ vix mouebat Milo. Cæterum non contentus Bussequa ijs, in armẽtum inisse traditur, ac arripuisse ferocissimi, ac fortissimi pedem Tauri, ac quo volebat ducebat, & retinebat. Hæc Milo videns dicitur sublatis manibus dixisse ὦ ζεῦ ἔφη, μὴ τὸν ἡρακλῆ ἡμῖν ἕτερον ἐσπείρας, quę latinitate donata notãt. O Iuppiter, an alterum genuisti nobis Herculẽ hũc? porrò quod ait hic Pli. de velocitate eadem confirmat Solinus. Adijciam ijs, Polymestorem puerum fuisse tantę velocitatis, vt cũ à matre locatus esset ad caprarios pastus, ludicro leporem fuerit consecutus. Et ob id statim product⁹ à græcis, Olympiade sexta & quadragesima authore Boccho, à domino in stadium meruit coronam, Philippides biduo mille ducenta quadragin ta stadia ab Athenis Lacedæmonem cucurrit. Ladas etiam fuisse mirę velocitatis, vnde cecinerit Satyrographus, Satyra decimatertia, ex persona auari, ijs versibus. Thorax / Polymestor. / Ladas.

, Et phthisis vomicæ putres, & dimidium crus
, Sunt tanti? pauper locupletum optare podagram
, Nec dubitet ladas, si non eget anticyra nec
, Archigene, quid enim velocis gloria plantæ
, Præstat, & exuriens pisææ ramulus oliuæ.

Porrò Appollonij interprętes referunt, Iphiclum Philaci & Clymenes filium Tãtæ fuisse agilitatis, ac celeritatis, vt curreret, ἐπὶ πυρίνων ἀθέρων, id est, super triticeas aristas, non eas oblædens, Huius Iphicli meminit Higi. libro secundo.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

OCVLORVM ACIES, VEL MAXIME, &c. Iliada Homeri minutissimis literis fuisse scriptam monimentis proditum est, adeò vt in nuce includi posset, tenuis adeò erat membrana literarum caracteres sustinens. Tenuissima enim pelle conscriptam iliada, liquet carmine Martia secũdo distichorum. Visus.

, Ilias & Priami regnis inimicus Vlysses
, Multiplici pariter condita pelle latent.

Ceterò, quod Pli. de Strabone hoc ait, de eodem ferè Val. Maxi. Titulo vltimo primi, refert. Sed hunc lynceum non Strabonem vocat, Myrmicides hic dictus à forma quę dicitur grecis μυρμὴξ, id est, mirmax, id est, formica. De ijs etiam meminit Solinus abunde.

CAPVT .XXII.

AVDITVS VNVM EXEMPLVM, &c. Hic non possum nō mirari Rhenanum virū vtique græcè & latinè doctissimum hallucinatum, is, in ijs repurgationibus, quas in hunc librū ędidit, cēset legēdū nō, Castores Romani, sed cursores, sed qua persuasione fuerit vir ille doct⁹, falsus, nō satis possum conijcere, adducit verba Val. Max. libro primo, Titulo miraculorum, quę sibi penitus refragantur. Nam capitis superscriptio satis hoc ostendit, quę sic se habet, De ijsdē sub Pub. Vatinio &c. ad quos per musas refertur verbū, ijsdem, nisi ad eos, quorum facta sit paulò superius mentio: hoc est, ad Castorem, & Pollucē: Et cap. subscriptio etiam est, Rursus de Castore & Polluce, quorum capitum superscriptionibus liquet Vale. egisse de Castoribus, vbi agit de Pub. Vatinio. Nec obstat quod Rhenanus ait, Vale. Iuuenes duos fuisse, qui rettulerint victoriam persicam Pub. Vatinio, nec Castorem & Pollucem expressisse. Cur autem non expresserit Castorem & Pollucem ratio est: quia visum, hoc est visionem, siue vt ita dicā, phātasma Vatinio Pub. apparuisse tradit. Et quia nec verissime sciebat Vatinius, essent ne vel Castores, vel iuuenes alij, Castora non nominauit, nec Pollucem, ecce mi lector, qúam cautim loquatur Vale. Non potuit enim verissimè assequi Vatinius essent ne verissimè Castores, quare nomen non expressit, quāuis tamen essent, sed quia hæsitabat Vatinius, ob id non eorum expressit nomen. Et ne quis putet hæc friuola, verissimos probemus fuisse Castores, qui nuntiarint victoriam persicam. Testis locupletissimus est Tulli⁹, libro naturę deorum, ita inquiens. Et de nostro populo & in cæteris deorum cultus religionum'que sanctitates existunt in dies, maiores, at'que meliores, id'que euenit non temere, nec casu, sed etiam quod pręsentiam suam diui declarant, vt apud Regillum bello latinorum cum posthumus Dictator octauo Manilio, Tusculano prælio dimicaret in nostra acie Castor & Pollux ex equis pugnare visi sunt. Et recenti memoria ijdem Tyndaridæ, Persen victum nunciauerunt, hæc Cicero, cuius verbis constat, Castorem, & Pollucem fuisse persicæ victoriæ nunciatores, quod est contra Rhenanum. Item Dionysius Halicar. libro sexto, post pugnę narrationem, de Castore agens, sic ait. Narrasse eos pugnam, vt fuerit, & quòd vicissent Romani nunciasse dicentes'que inde, dicunt eos ex foro à nemine visos amplius, die postero acceptis literis à dictatore cognouerunt de apparitione numinum in prælio, & eos fuisse Castoris & Pollucis simulachra, hæc ille. Verbum enim, Romani, ansam Rhenano præbuit erroris, quia scilicet vir doctus, sed non planè in lectione Pliniana exercitatus, putabat Castores non fuisse Romanos. Sensum enim non potuit germanum assequi qui sane est, Castores'que Romani, hoc est, qui Romæ colebantur. Sic enim intelligendus est sensus. Censet idem Rhenanus expungendum verbum, Auditus, quando scitè appositum sit. Nam & auditi fuerunt Castores, quando nunciauerunt victoriam Persicam Pub. Vatinio. porrò hic verbum, visus, pro spectro, ac visione, vt sic dixerim, ponitur.

Contra Rhenanum.

CAPVT .XXIII.

Patiētia

PATIENTIA, &c. De Anaxarcho eadem refert Valerius Maximus, ijs verbis. Anaxarch⁹, inquit, quū à tyranno cypriorum Nicocreonte torqueretur, ne vlla vi inhiberi posset quo minus amarissimorum eum maledictorum verberibus inuicem ipse torqueret, ad vltimū amputationem lingue minitanti, non erit, inquit, effœminate adulescens, hæc quo'que pars mei corporis tuæ ditionis, protinus'que dentibus abscissam linguam in eius os ira patens expuit.

tens expuit. Meminit patientiæ Anaxarchi etiam Cicero secundo Tuscula. Sed qui de ijs volet vberius, adeat Valerium Maximum, libro tertio, Titulo patientiæ.

CAPVT .XXIIII.

MEMORIA, &c. Iure memoriam thesaurum eloquentię Peritiores vocāt, quòd citra hanc, eloquentiā nesciamus assequi. Est enim tanquam lumen aliquod, est potentiæ mirandę, subito enim vetusta ex longiore interuallo reuocata ingerunt sese, atque exhibent interim sponte. Excidunt quandoque proxima, inhærent lapsa. Est enim memoria authore Cice. Rhetoricæ nouæ, lib. firma animi rerum & verborum perceptio. Et primo Tusculanarū, ait esse recordationem quandam vitæ superioris. Thesaurum eloquentiæ dixeris, in qua omnes disciplinæ continentur. Nam vt ait Quintilianus, omnis disciplina cōstat memoria, hæc ille, libro vndecimo. Auicenna, libro sexto naturalium ponit memoriam in posteriori concauitate cerebri, Galenus ait in Microtechne, id est parua arte, cerebrum contemperatæ tenuitatis esse memoriæ fomitem, quoniam parte illa crassiore obrepat obliuio. Porrò quod Pli. ait de Cyri memoria, eadem Vale. Maxi. libro octauo, & Quintilianus, ca. secundo, libri vndecimi. De Cynea autem meminit Tullius, primo Tuscu. & Plutarchus in Pyrro, & Seneca in prologo primi declamationum, ijs verbis. Interea exiguum paucissimorum dierum tēpus poterit quilibet facere id, quod Cyneas fecit qui missus à Pyrro legatus ad Romanos, postero die nouus homo & senatum, & omnem vrbanam circunfusam senatui plebem, nominibus persalutauit, hæc ille. De memoria autem Mithridatis, Quintili. libro vndecimo, & Aulus Gellius, ca. xvii. decimi septimi, Vale. Maxi. libro octauo, de Simonide verò, qui artem inuenisse fertur memorię, Quintil. lib. decimo. Metrodorus autem: cuius hic meminit Pli. fuit sæculo Diogenis, authore Strabone. xiii. geo. quem vidisse testatur Cicero, secundo de oratore. Quę Pli. ca. sequente ait, ea profusissimè ab Traquil. ac Plutar. concinniter pertractantur, quorum placita referre non collibuit, parcens verborum prolixitati, qui igitur de ijs fusius volet, locum habet, quem adeat.

Memoria.

CAPVT .XXVI.

VERVM AD DECVS, &c. De laudibus gestisque Pompeij quàm profusissimè disserit Plutarchus in illius vita, quare iure de ijs non agetur, habes enim locum quem adeas. MORE SACRIS CERTAMINIBVS, &c. Sacra certamina in Græcia fuerunt Nemea, Pythia, Isthmia, Olympia. Qui autem in ijs certaminibus vicerent, dicebantur Hieronicæ, quare Tranquillus in Nerone, Ac nec cuius alterius Hieronicarum memoria, aut vestigium extaret vsquàm subuertit, ac vnco trahi in latrinas omnium statuas & imagines imperauit, &c. Qui verò hæc quatuor obierant & vicerant Periodouictores dicti sunt, authore Festo. Ingentes autem honores habitos esse olim Hieronicis, est Testis Vitru. libro nono, ijs verbis. Nobilibus athletis qui olympia, pythia, isthmia, nemea vicissent. Grecorum maiores ita magnos honores instituerunt, vt non modo in conuentu stantes cum palma, & corona ferant laudes, sed etiam cum reuertantur in suas ciuitates cum victoria, triumphātesque quadrigis in mœnia, ac in patrias inuehantur, eque re pub. perpetuo cōstitutis ve-

Sacra certamina.

ctigalibus

ctigalibus fruantur. Ad hunc enim morem allusit Pli. quando ait. More sacris certaminibus vincentium, &c.

CAPVT .XXVII.

Portius Cato.

CAETERIS VIRTVTIBVS, &c. Portius Cato genere Tusculanus fuit. Marco non admodum illustri patri genitus, ob eius singulare ingenium, & exactissimos mores, à Valerio Flacco Romam inductus, post paululum ciuitate donatus, omni honore dignitatis functus, in ea authore Tul. de senec. & Plutar. non Cato, sed Priscus dicebatur, ob egregia gesta. statua illi Romæ dicata est in templo hac inscriptione. M. Cato, morum institutor. Hinc Cẽsorinus nominari cœptus est, ob seueritatem duorum Catonum, Censorij, & Vticensis, ob id à Iuuenale dictum. Tertius è cœlo cecidit Cato. Quod autem Pli, ait. Solum hunc quater & quadragies causam dixisse & absolutum. Non solum enim id gratiæ, ac honoris accidit illi. Nã id accidisse Aristophonti legimus, vt ait Aeschines, in oratione in Demosthenem. Refert enim Aristophontem apud Athenienses quãdo'que gloriari solitum, se'que dixisse nonagies quinquagies accusatum & absolutum, & ait Pli. CAVSAM DIXISSE, &c. Hoc est, inter reos acceptum fuisse, Causam dicere est accipi inter reos, vel vt Budeus noster explicuit. Iudicium subire & culpam fraudes'que iudiciorũ actorum'que præstare. Porrò Scipio Aemilianus, cuius hic fit mentio tantæ fuisse modestiæ traditur, vt quatuor & quinquaginta annis quibus vixit, nihil emerit, non ędificarit, nõ aliquid vendiderit, pręclarum fuisse oratorem testatur Gel. Atticarum noctium, secundo, huius etiam meminit Vale. Maxi. libro secundo.

CAPVT .XXVIII.

FORTITVDO, &c. Qui de fortitudine profusius verbosius'que volet, adeat Valeriũ Maxi. libro tertio. Porrò quod Pli. de. L. Licinio ait, etiam idem scriptum reliquit Gellius secundo Atticarum lectionum, inquiẽs, Lucium Licinium Dentatum qui Trib. Ple. Sp. Tarpeio, An. Termeo, Cõscriptum in libris Annalium plusquàm credi debeat strenuum bellatorem fuisse. Nomen'que ei factum ob ingentem fortitudinẽ appellatum'que Achillem Romanũ, is pugnasse dicitur in hostẽ cẽtũ &. x x. prælijs, cicatricem auersam nullam, aduersas quin'que &. x. tulisse, Coronis esse donatum quinquies vicies, populi dona habuit multijuga. Triumphauit cum imperatoribus suis triumphos nouẽ, &c. Subdit paulò mox Pli. Donatus hastis puris, &c. Hastas profectò palàm est fuisse insigne regij honoris, & diadematis loco habitas: cultas'que deorũ loco apud gentes quasdam: quare additum, vt deorum simulacris adderentur, quare in Sicilia vrbem esse aiunt: cui nomen Aegion, celeberrimam dearum religione: deę hæ vocabantur Materæ, quarum simulacris Vlysses hastas adfixisse dicitur. Scribunt & Appollonij interprętes. Cæneum populos finitimos sibi iurare per hastam. Est & in Titi Liuij historia, libro. x l. Lectum, nunciasse põtifices inter prodigia alia, hastas motas. Curetim præterea Iunonem dictam ab latione huiusce modi hastæ ferunt. Sed veniamus ad rem. Hastas puras, quarum hic meminit Pli. Interpretatur sine ferro, id enim fuisse præmium apud maiores, notum quidem est eorũ qui primum vicissent in prælio, vnde poeta ait. Ille vides pura iuuenis qui nititur hasta, Propilatas

Hastæ puræ.

Curetis Iuno.

sta, Propilatas autem hastas dicebant ferreas cuspides habentes.
PHALERIS, &c. Ornamentis equorum. ARMILLIS, &c. Armillæ ornamenta modo circulorum, quæ viri militares ab imperatoribus donata, in sinistris brachijs solebant gerere. CORONIS CIVICIS, &c. Ciuica corona dicebatur ea, quam ciuis, ciui, à quo seruatus in prælio in testẽ vitæ, ac salutis perceptæ, dabat. Triũphalis, quę ex lauro fiebat, dabatur'que triumphanti, quòd ea arbor sit lætitiæ, & victoriæ nuncia. Muralis, ei dabatur, qui primus murum subierat, ac oppidũ hostium vi ascendisset. Valaris, quæ & castrensis dicebatur, ei dabatur qui primo castra irrumperet: de quibus qui profusius volet, adeat Aulum Gel. Atticarum noctium quinto, cap. sexto Aduerso corpore, Hoc est, parte anteriore. Et subdit Pli. Corona rũ genera.

ARCERETVR VT DEBILIS, &c. Quia non promouebantur sacris, qui corpore deminuti erant, ac manci, sicut mos est apud nostros. Nam non promouentur sacerdotio, qui corpore deminuti sunt, ac manci. Obigitur corporum deminutionem, qua afflictus erat Sergius, fuit repulsus, vt debilis, hoc est, vt mancus, ac mutilus, à sacris. Debilis.

CAPVT .XXIX.

ITAQVE ALEXANDER, &c. Longum esset exequi quas sibi Alexander dotes compararit. De quibus abundè Iustinus & Quintus Cur. & Plutarchus.
ARCHILOCHI POETAE interfectores, &c. Archilochi interfectores fuisse intelligit Pli. Archiam scelestũ virum, qui ex templo exire ab Appollone iussus est, quia musarum amicum occiderat. Alij putant Calondam illum occidisse, fuisse autem Archilocum præcellentissimum poetam constat, sed mordacem, ac virulentum, quare Tullius in epistolis ad Atticum, amarulenta mordacia'que, ac quodammodo inuidiæ, ac mordacitatis plena, dicit Archilochia.

CAPVT .XXX.

PLATONIS SAPIENTIAE ANTISTI, &c. Non est nostri constituti de Platonis, ac ijs celeberrimis agere, quia Plutar. & Vale. Maxi. de ijs quàm profusissimè disseruerint. VITTATAM NAVEM, Vitta ornatã. QVADRIGIS ALBIS, &c. Equis currui iunctis, COMICO SOCCO, &c. Stilo. Sicut enim soccus pro stilo comico ponitur, sic Cothurnus pro stilo exacto, presso, alto. Viginti Talentis, &c. Talenta viginti duodecim milia aureorum. DE MORE A lictore vetuit fasces laureatos, &c. Ad virgas spectat illud, quòd recitatores Homerici carminis, virgam solitos tenere scriptum sit, qui & dicebãtur Rhabduchi, Fuerunt & virgę lictoribus Romanis peculiares, vt hic liquet. Cum enim quis cũ ingenio tum præstabili virtute, domum aut ædem intraturus esset, preibant lictores virgam manu tenentes pulsantes fores domus, vel ædis, quã intraturi essent. Quam rem Titus Liuius comprobat. Item Papinius quando ait. Et multa pulsantur limina virga. Ad hunc enim ritum allusit Pli. quando ait. Fores percuti de more à lictore vetuit, &c. Et subnectit Pli. FASCES laureatos ianuæ summisit, &c. Erant enim fasces virgarum fasciculi intra quas virgas securis obligata erat, ita vt ferrũ in summo fasce extaret. Hos autem fasces magistra- Comic⁹ soccus. Cothurnus. Fasces laureati. Lictores. Sũmittere fasces.

tuum

tuum viatores,hoc est,lictores magiſtratibus præferebāt, propter quod græcis di ci ſolent ῥαβδοῦχοι,id eſt,Rhabduchi,vnde Liuius in ſecundo de primis conſulibus agens. Omnia iura,omnia inſignia primi conſules retinuere,id modo cautum eſt, ne ſi ambo faſces haberent duplicatus terror videretur. Brutus concedente collega faſces habuit,hæc ille: de iiſ etiam Cicero in Bruto. Nam mihi Brute in te intuenti crebro in mentem venit vereri quodnam curriculum aliquando ſit habitura tua,& naturæ admirabilis,& exquiſita doctrina,& ſingularis induſtria. Cum enim in maximis cauſis verſatus eſſes,& cū tibi ætas noſtra iā cederet faſces'que ſummitteret,ſubito in ciuitate cum alia ceciderunt,tum etiam ipſa die qua diſputare ordimur,eloquentia obmutuit:hæc ille. Eſt igitur faſces ſummittere,inſignia vim'que imperij maieſtati,vel reuerentiæ alicuius ſummitere. Tradunt enim Publicolam,Vale. Plæbi Romanæ gratificaturū ſolidiora iacturum fundamenta abſtuliſſe à faſcibus ſecures,& futuris poſt ſe conſulibus morem tradidiſſe,ac diu ſeruatum. Dionyſius ſcribit,vt cum extra vrbem eſſent conſules,vterentur ſecuribus,intus verò faſcibus ornarentur,quod Vale. Max.intelligi voluit ſcribens inuidioſum magiſtratus faſtigiū ad tolerabilem habitum fuiſſe deductū,dum faſces ſecuribus vacuefecit. Titus Liuius refert eundem cum prodijſſet in concionem faſces populo ſummiſiſſe, Quod & à Quintilia.tertio inſtitutionū eſt animaduerſum. Ex quo emerſum eſt,feſtiuum adagium,quando nos planè vinci fatemur,dicimus. Tibi faſces ſummitto,hoc eſt, fateor me victū. Eſt etiam faſces ſummittere deprimere,ac quaſi ante pedes deijcere,& ſigna ſummittere pro eodem ſignificatu. Hinc Frontinus,quartò Stratagematon,de Marco Curione agens,ait. Nullis precibus ab eo potuit impetrari ne ſigna eius ſummitteret. Faſces laureatos dixit Pli.alludens ad triumphum, Hinc Liuius libro ſecundo, & Pompeius Laureatos faſces,id eſt,triumphū expectans Ianuę philoſophi,Poſſidonij ſubmiſit, Agrariam legem. Legis agrariæ abundè Plutarchus in vita Ciceronis meminit,& Macrob.tertio Satur.de Roſcio.De liberis proſcriptorū,Fabius,libro vndecimo,quod de Liſandro ait,lege etiam Iuſtinum, libro quinto, De Sophoclis poetæ interitu. Vale. Max.Titulo. xii.noni libri,qui non conuenit Pli.De libero patre.Plutar.in queſtionibus.Hic autem Poſſidonius:cuius hic meminit,fuit Ciceronis magiſter, vt ipſe,libro de Fato,aſſerit.Ennius,de quo hic agit.Fuit ſepultus in via apia,obijt, authore Euſebio,morbo articulari. De eius proſapia Sylius,libro.xii.& Lucre.libro primo,quando ait.

, Ennius æternis exponit verſibus edens. Et Sylius.

, Ennius antiqua Meſſapi ab origine regis.

Quod ait de Catone, Plutarchus Catonis Cēſorini temporibus Carneadē Romā veniſſe,eum'que quaſi aſpiramine diuino Romanam iuuentutem ad græcarū literarū doctrinam pellexiſſe ait.Et quod Pli.de Dionyſio Tyrāno ait,veniſſe obuiam Platoni,ac nauem vittatam miſiſſe,ſcribit Laertius,libro tertio, Ter Platonem in Siciliam nauigaſſe,Quę Plutar.in eius vita aſſeruiſſe videtur.

CAPVT .XXI.

Perfecta ſapientia Socrati dicata.

ELIQVIS ANIMI BONI, &c. Perfectam ſapientiam Socrati Delphicum oraculū aſcripſiſſe proditum eſt veteribus memorijs, De hoc Tertulianus. Itē Ouidius, decimotertio Triſtium, Valerius Maximus, Titulo quarto,libri tertij,& Euſebius,capi. IIII. quarti decimi.

CAPVT .XXXII.

RVRSVS

RVRSVS MORTALES ORACVLORVM, &c. De his Erasmus in chiliadibus abundè. Cæterò quod hic de sponsione agitur, non obfuerit scisse quæ sit sponsio. Fiebat enim sponsio, interposita stipulatione, est enim genus actionis certæ pecuniæ, quam perderet is, qui sponsione vinceretur, & coram recuperatoribus, aut iudice disceptabatur. Erat enim decima pars rei controuersæ in causis priuatis, meminit sponsionis Cicero in Verrē actione quarta, & Quintilianus quarto libro. De sponsione etiam Budæus noster affatim meminit libro suarum annotationum, in pandectas, quare de his nō collibuit fusius agere: porrò quod sequitur caput facile perceptu, quare omissum. Spōsio.

CAPVT XXXIIII.

VIR OPTIMVS SEMEL CONDITO &c. De hoc enim scitè Plinius nepos de viris illustribus. Hanc etiam historiam scripsit Valerius Maximus octauo libro, titulo decimosexto. De eo abundè Fenestella, titulo duodecimo, de magistratibus. TOGA CANDIDA. Erat enim toga candida, quam petitores magistratuum in duebant, vnde Candidati dicebantur. Huius rei meminit Liuius libro septimo belli Macedonici, varia, ait, Testimonia Legatorum Tribunorum'que militum erant, Marcus Cato ante alios testes respiciebatur, cuius authoritatem perpetuo tenore vitæ partem toga candida eleuabat, toga etiam palmata dicebatur vestis triumphalis, à palma in ea intexta, hinc Martialis.

, I, comes, & magnos illesæ triumphos,
, Palmatę'que ducem, sed cito redde togæ.

Huius Nasicæ meminit Ouidius his verbis,

, Nasica excepit templi, non præstitit author
, Augustus nunc est, ante Metellus erat.

De generibus vestium alibi agendum, hoc est, libro octauo. De toga prætexta etiam meminit affatim Macrobius libro Saturnaliorū, de his à nobis fiet mentio, vbi agetur de purpura, quare de his hactenus, alibi dicturi.

CAPVT XXXV.

PVDICISSIMA FOEMINA SEMEL MATRONA. &c. De hac Sulpitia Paterculi filia, meminit Valerius Maximus, titulo decimosexto libri octaui, meritò, ait, commemorationi virorum Sulpitia, Seruilij Paterculi filia Q. Fuluij Flacci vxor, &c. Illa enim fuit electa, quę Veneris simulachrum ex libris Sybillinis dedicaret. De his meminit Ouidius quarto fastorum, his verbis,

, Roma pudicitia proauorum tempore lapsa est

, Cumeam veteres consuluistis anum

, Templa iubet fieri Veneri, quibus ordine factis

, Vnde Venus verso numine corda tenet.

De etiam Claudia hac, cuius fit hic mentio, meminit Lactantius, libro secundo, his verbis. Proponitur exemplo miraculi Claudia: nam cum ex libris Sybillinis Idæa mater esset accita, & in vado Tyberinis fluminis nauis, in qua vehebatur, hæsisset, nec vlla vi commoueretur, Claudiam ferunt, quæ semper esset impudica habita, ob nimios corporis cultus deum submissis genibus orasse, vt si castam iudicaret, suum cingulum sequeretur. Ita nauim, quæ non potuit ab omni iuuentute cõmoueri, ab vna muliere esse commotã. Diuus Aug. dæmonum potestate factũ id ait, libro ciuitatis diuinæ decimo, capite decimosexto.

CAPVT TRIGESIMVMSEXTVM.

PIETATIS EXEMPLA INFINITA QVIDEM TOTO ORBE EXTITERE, SED ROMAE VNVM cui comparari cuncta non possint &c. De hac muliere Valerius Maximus libro quinto, titulo pietatis. Est enim pietas, vt ait Lactantius libro quinto. Iustitia cultus'que religiosus, ac dei notio, vti dem ait libro quintodecimo, græci pietatem θεοσέβεαν dicunt. De hoc pietatis exemplo, Valerius sic agit. Sanguinis ingenui mulierem pretor apud tribunal suum, capitali crimine, damnatam triumuiro in carcer necandam tradidit: quam receptam is qui custodiæ præerat, misericordia motus, non protinus strangulauit, aditum quoque ad eam filiæ sed diligenter excussæ, ne quid cibi inferret dedit, existimans futurum, vt inedia consumeretur. Quum autem dies plures intercederent, secum ipse quærens, quidnam est, quo tam diu sustentaretur curiosius obseruata filia, animaduertit illam exerto vbere, famem matris lactis sui subsidio lenientem. Quæ tam admirabilis spectaculi ab ipso ad triumuirum, à triumuiro ad prætorem, à prætore ad consulum iudicium prolata, remissionem pœnæ mulieri imperauit &c.

CAPVT XXXVII.

VARIARVM ARTIVM SCIENTIA INNVMERABILES ENITVERE QVOS tamẽ &c. De artiũ inuentoribus non est nostri consilij aliquid agere quãdo Polydorus de his affatim disserit, alijque pene infiniti. De Archimede meminit Valerius Maximus libro octauo titulo septimo. Lactantius libro secundo, capite quinto, Sylius libro quartodecimo, quã do ait.

, Vir fuit Isthmaicis decus immortale colonis.

Ouidius etiam sexto fastorum, de cuius sepulchro meminit Tullius libro quĩto Tusculanarum. De Ctesibio, Victru. de quibus Polydorus abundè. Subdit Plinius, CVI AMPHICTIONES GRAECIAE HONOREM HABVERE, &c. Publicum græciæ consilium amphictiones tradit hic Plinius, de quo Suidas, & Hapocration in grossematis ita tradunt. Amphictiones concessus quidã fuit græcus, ad Termolas conuenire solitus ab Amphictione Deu-

Amphictiones

calionis

calionis filio sic dictus, qui & ipse cum populos regnaret ad conuentus conuocasse dicitur. Hi autem erant numero. xii. Iones, Dores, Perrhæbi, Boetij, Magnetes, Achæi, Pthiotæ, Melienses, Dolopes, Aenianes, Delphi, Phocenses. Meminit etiam Amphictionum Strabo, libro geogra. nono, & Dionysius libro. xiiii.

PNEVMATICA RATIONE, &c. Ratione spiritali ac flatili, siue ventosa, qualia nunc organa vulgo vocamus, & alia id genus. Pneumatica.

HYDRAVTICA, &c. Instrumenta quę fieri solent ratione aquę, de quibus Victruuius libro nono architec. capite. xii. quæ à Ctesibio, Ctesibica vocat. Hydraulica. CENTVM TALENTIS, &c. Centum talenta, vt explicuit Budæus noster, septem & quinquaginta aureorum milia pendent. Centū talenta.

CAPVT XXXVIII.

ARISTIDIS THEBANI, &c. De pictoribus alibi est agendum. Qui autem de artificum studio ac industria volet, adeat Valerium Maximum, libro octauo, titulo studij & industriæ.

REPENDIT AVRO, &c. Rependere auro, compensare auro. Rependere.

CAPVT XXXIX.

PRETIVM HOMINIS IN SERVITIO, &c. De pretio hominis serui, Budæus libro assis secundo scitè meminit: castigans locum vbi legitur M. DCC. sestertijs &c. quod conuenire non possit hoc modo, q̄n Columella non tanti seruos fuisse venditos dicat, de vinitore loquens, his verbis. Cum ipsum solum septem iugerum, totidem millibus nummorum partum sit, & paulò superius dixit. Sed ego plurimorum opinioū pretiosum vinitorem in primis esse censeo, is'que licet sit emptus sex vel potius sestertium octo millibus &c. hoc pretio seruum emptum, centum quinquaginta vel ducentis aureis nostris significat Columella, vt concinnè explicuit Budeus, omnium nostri æui doctissimus. Porrò vbi hic legitur,

PARONETEMI, &c. Censet legendum Budęus Paronetomi, cuius opinioni assentior, nomen fuisse spadoni, Etymon vocabuli monstrat, quasi ex ectis genitalibus, vt Budęo placet.

CAPVT XL.

GENTIVM IN TOTO ORBE, &c. Dicturus de fœlicitate, hanc præfationem infert. Fœlix profectò, vt ait diuus Augu. xiii. tria dis, hoc est trinitatis, est qui habet quicquid vult, & nihil male vult. Boetius autem Fœlicitas. fœlicitatem finit esse statum bonorum omnium aggregatione perfectum, quo quis adepto, nihil vlterius desyderare queat. Verùm hoc difficillimum, vt mortalibus conueniat. Nam scitissimè ait Horatius.

, Nihil est ab omni parte beatum Nemo
, Vs'que adeò nulla est syncera voluptas fœlix.
, Sollicitum'que aliquid lætis intervenit.

Et, vt ait Ouidius.

, Scilicet, vltima semper

, Expectanda dies homini est, dicique beatus

, Ante obitum nemo, supremaque funera debet.

Alij ferunt fœlicitatem esse reditum vniuscuiuscunque rei ad infinita. Esse enim summum bonum fœlicitatem, summum autem bonum id esse, vt primo moralium Aristotelis expositores testantur, quod omnia appetunt, id ipsum est, quod omnium est principium. Proinde finis omnium, quod omnium principium, deus videlicet, sit.

CAPVT XLIII.

SERVAVIT, &c. Qui de his proscriptis copiosius volet, legat Tacitum, Sueto. Cice. pluribus locis. Vale. Max. Cæterò vbi legitur castrensem sufforaneum. Hermo. suf- Suffora neus. Suffarra neus. farraneum mauult legi, eum intelligens, qui farra in castra conuehat. Ad hoc faciunt vocabula consecraneum, conterraneum, militaneum, superforaneum, quo Sydonius in epistolis vsus est. Subdit deinde Plinius. CORNELIVS MAIOR CONSVL, &c. Maiorem con- Maior consul. sulem intelligit Plinius, eum penes quem fasces essent, qui solebant seniori contribui, vt scriptum reliquit Plutarchus, & Valerius Maximus. Lex tamen Iulia priori ex consulibus fasces sumēdi potestatem faciebat, cui plures essent liberi, quòd si par numerus fuisset vtrique, tum præferebatur maritus, quòd si in eo quoque inuenirentur compares annorum vtique vi legis eiusdem ratio inibatur: legimus tamē quod diximus, qui lege potiores essent mensis primi fasces collegis concedere natu grandioribus, aut nobilioribus. Vel si alterū inirēt consulatū, aut etiā consul maior dicebatur, qui priore loco renunciatus esset. Nam Titus Liuius, ab vrbe condita xxix. libro, Scipionem priorem consulem à centurijs omnibus dictum scribit.

Balbus. Cæterò Balbus, cuius hic meminit Plinius, is est, quem Strabo libro tertio vocat triumphalem. Porrò quod de Ventidio Basso ait, ea confirmat Aulus Gellius, lib. Ventidius bassus. atticarum noctium. xv. capite quarto, his, In sermonibus, inquit, nuper fuit seniorum hominum & eruditorum, multos in vetere memoria altissimum dignitatis gradum ascendisse ignobilissimos prius homines, & despicatissimos. Nihil tamen à deo, de quo qui tantę admirationis fuit, quantæ quę de Ventidio Basso scripta sunt. Eum Picentem fuisse genere, & loco humili, & matrem à Pompeio Strabone, Pompeij magni patre sociali bello, quo Asculanos subegit captam cum ipso esse. Mox Pompeio triumphante, eum quoque puerum inter cæteros, ante currum Imperatoris, sinu matris vectum esse: post cùm adoleuisset, victum sibi ęgre quæsisse, eumque sordidè inuenisse, comparandis mulis & vehiculis magistratibusque, qui sortiti prouincias forent præbenda publicè conduxisse, in isto quęstu notum esse cœpisse C. Cæsari, & cum eum præfectum esse in Gallias, tum quia in ea prouincia satis nauiter & strenuè fecisset, & deinceps ciuili bello, ac deinde præfectum creatum, &c. Suetonius Bassum eundem à Marco Antonio prouincijs orientalibus, Parthosque in Syriam intrò rumpentes, tribus ab eo prælijs fusos scribit, & de Parthis triumphasse. Huius etiam meminit Valerius Maximus, libro sexto. Porrò de Lucio Scylla, abundè Tacitus, item & Plutarchus in apophthegmatis. Scribit item Alexandrinus Apianus, Syllæ imaginem equestrem ex auro ante rostra collocatam, addita tali inscriptione. Cornelio Syllę Imperatori fortunato. De eodem abundè Valerius Maximus, libro nono. Augustinus, capite vigesimo octauo, tertij libri, ciuitatis diuinæ.

CAPVT XLIIII.

HVIVS QVOQVE. &c. Valerius Maximus hũc penitus fœlicem, tum à vitę principio, tum ad finem agit, libro. v. tum in fœlicitate, tum in liberorum numero, à Plinij lectione diffidens: cuius verba quia proposito congrua, ob discordem grauissimorum authorum assertionem collibuit suppingere. Videamus, inquit, quot gradibus beneficiorum Q. Metellum à primo originis die ad vltimum vsque fati tempus nũquam cessante indulgẽtia ad summum beatæ vitæ cumulum perduxerit, nasci eum in vrbe terrarũ principem voluit: parentes ei nobilissimos dedit, adiecit animi rarissimas dotes: & corporis vires, vt sufficere laboribus posset, vxorem pudicitia & fœcunditate conspicuam conciliauit: consulatus decus, imperatoriam potestatem, speciosissimi triumphi prætextam largita est. Fecit vt eodem tempore tres filios consulares, vnum Censorium, duos triumphales, & quartum prætorium videret, vt tres filias nuptui daret, earum'que sobolem sinu exciperet: tot partus, tot incunabula, tot viriles togæ, tot nuptiales fasces honorumq; imperiorum, omnis denique gratulationis summa, abundantia'que tum interim nullum funus, nullus gemitus, nulla causa tristitiæ. Cœlum contemplare, vix tum ibi talem statim reperies, quoniam quidem luctus & dolores, deorum quo'que pectoribus à maximis vatibus assignari vidimus. Hunc autem vitæ actum, eius consentaneus finis excepit. Nam Q. Metellum vltimæ senectutis spatio defunctum, leui que genere mortis inter osculà, complexus'que clarissimorum pignorum extinctum, filij humeris suis per vrbem latum rogo imposuerunt, &c. Sunt enim qui apud Valerium Maxi. quin'que filios legant. Cicero libro de finibus malorum & bonorum quatuor fuisse ei tradit. Item libro Tusculanarum. Porrò vbi hic legitur. DIADEMATIS, Sunt qui paulò concinnius, diadematus, alij dalmaticis. Diadematus in hunc sensum legi potest. Cum illa de Scipione diceret verba. Iam liberos habebat Baleari cos & Creticos quorum splendore diadematus & insignitus videri poterat. Lucius Florus de his ita agit. Metelli Macedonici domus, bellicis nominibus assueuerat, altero ex liberis eius Cretico facto, mora non fuit quin alter quo'que Balearicus appellaretur &c. Dalmaticis legi etiam posse conijcio, ad quod facit Pediani dictũ in actione tertia, contra Verrem: vbi Cicero de manubijs Lucij Metelli mentionẽ facit. Lucius, inquit, Metellus subactis Dalmatis, Dalmaticus appellatus est, quæ profectò lectio satis arridet. Hermo. Diadematis dãdi casu, legi posse cõtendit. Plutarchus in vita Martij Coriolani, ait in Metellorum familia fuisse, qui Vittatus quoque nominaretur, ab vsu vitæ, qua vlceris tegendi causa, procedebat in publicum, obligata fronte.

CAPVT XLV.

IN DIVO AVGVSTO. &c Haud solidiore argumento Augustus dicendus est fœlix, quàm Q. Metellus: & si illi fuerint dotes quàm plurimæ, paucos vti que mortalium fœlices fuisse, immo profectò nullos iure dixerimus, nisi eos diuina potestas summè iuuerit. Fœlicitas profectò, vt scitè admodum ait Seneca, res est inquieta, ipsa se exagitat, mouet cerebrũ, nõ vno genere alios in aliud irritat, hos ad potentiam, illos ad luxuriam: hos mollit,

illos inflat,& totos resoluit. Quinimmo, si verum iudicium facere volumus, ac repudiata omni fortunæ ambitione decernere, mortalium (vt ait Euripides) nemo est fœlix, nec quærenda est fœlicitas in hoc fluido mundi diuersorio. Vera enim fœlicitas ex deo optimo maximo, quare Idea fœlicitatis est, ipsum cognoscere summum bonum, id est deum: nam sicut Idea mali est obliuio boni, sic Idea fœlicitatis cognoscere bonũ, id est, deũ: quamobrem iure fœlicitatem finierũt eruditiores reditum vniuscuiusque rei ad infinita, esse enim summum bonum fœlicitatem: intelligunt tamen quidam naturalem fœlicitatem dici, cuius res omnes sint compotes, quatenus bonitatis quæ in summa in deo est, participes sunt, & hæc est fœlicitas quam Aristoteles sanxit in optima versari operatione. Supernaturalis fœlicitas, ea est, qua ad diuini vultus contemplationem surrigimur, allicimurque. Hæc enim est humanæ angelicæque naturæ communis fœlicitas. Sed de his hactenus ne longius videamur euagari. Porrò qui de fortunę assultu Augusti volet, legat Suetonium in eius vita, pericula vitæ referentem Augusti & fortunas &c. Item & Solinum suis in collectaneis, capitulo secundo, de infortunijs Augusti, Plinio penitus astipulantem.

CAPVT XLVI.

SVBEVNT IN, &c. Quos fœlices putarit Romana grauitas, antelatis astruxit: nunc quos dij iudicarint, refert Plinius, varia traditur historia de Gyge hoc, cui⁹ meminit Plinius. Nam quidam pastorem fuisse ferunt, vt cõijcere licet verbis Ciceronis, secundo officiorum, inducitur à Platone: qui cum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum descendit, æneumque equum, vt ferũt fabulæ, animaduertit: cuius in lateribus fores essent, quibus apertis, hominis vidit corpus mortui magnitudine inusitata, anulum aureum in digito habens, quem vt detraxit ipse induit: erat autem regius pastor, & cum anulum vertebat, à nullo videbatur: hac opportunitate vsus anuli intulit stuprum reginæ. Alij Candolis sociũ ferunt, qui Gygi vxorẽ speciosissimam nudã ostendit, quo facto, & amicum ad adulterium vxoris sollicitauit, & hostem sibi fecit: breui post tempore, cædes Candoli nuptiarum præmium fuit, quare per adulterium, regno potitus est, qui quũ ad Appollinis oraculum venisset à deo sciscitatus, num quisquam fœlicior esset, respondit deus. Aglaium Psophidiũ Arcadicum multò fœliciorem esse. Solinus etiam non Syllam, sed Aglaium fœlicissimum ait, quòd angustissimo Arcadiæ angulo pauperis soli, diues nunquam paternis cespitis, terminos inuenitur excessisse. Cæterò non omittendum, quòd de eo Gyge scriptum reliquit Valerius Maxi. quòd inibi sint graues & admodum notandæ sententiæ. Clara, inquit, fœlicitas obscurior illa, sed diuino splendore præposita. Cum enim Gyges regno Lydiæ armis & diuitijs abundantissimo inflatus animo, Appollinem Pythium sciscitatum venisset, an aliquis mortalium se esset fœlicior: deus exabdito sacrarij specu, voce missa Aglaium Psophidium ei prætulit. Is erat Archadum pauperrimus, sed ætate iam senior, terminos Agelli nunquam excesserat, paruuli ruris fructibus contentus. Verùm profectò vitæ beatæ finem Appollo non adũbratum oraculi sagacitate complexus est. Quocirca insolenter fulgore fortunę suę gloriari respondit, magis se probare securitate ridens tugurium, quàm tristem curis & sollicitudinib⁹ aulã, in paucasque glebas pauoris expertes, quàm arua Lydię pinguissima metu referta, & vnum aut alterum iugum boum facilis tutelæ, quàm exercitus & arma & equitatum voracibus impensis onerosum, & vsus necessarij

horreolum

horreolum nimis nulli appetendum: quàm thesauros omnium insidijs & cupiditatibus expositos, &c.

CAPVT .XLVII.

ONSECRATVS, &c. Quod de Euthymo Pycta, id est, Pugili, ait, eius meminit Pausanias. Quæ inquit de Euthymo Pycta, hoc est, Pugili præterire fas non est. Is in locris Italiæ qui Epizephiri cognominantur ortus Astycleo patre, vel vt indigenis persuasum est Cæcino amne genitus qui locros à Reginis diuidit: hunc semel à Theagene victum ferunt, non iusto quidem bello, sed circunuentum dolo, vnde nec Theageni, nec honor insuper decretus, damnatus vt mulctę nomine talentum Euthymo repręsentaret. Demū Euthymus italiam reuersus post octauam & septuagesimā ferè olympiadem Temesam venit. Meminit & Euthymi Aelianus, octauo historię. Euthymus, inquit, Locrus ex Italia, Pyctes inclytus, & robore insignis fuit, lapidem gestabat ingenti magnitudine, qui locris ostenditur, & Temæseum heroa quod cuique per vim abstulerat reddere coegit, etiam cum fœnore, vt inde natum adagium, ijs qui sordidos & iniustos questus faciunt affore. Temeseum genium fecisse dicatur: hæc collibuit apposuisse quo quid lucis inferre videremur candoris Plinianis verbis. Constat ijs, Pyctem eum fuisse: sunt qui male & absone legant: poeta, hic, cum legendum sit Pycta: pro pugili, vt diximus.

Pycta.

CAPVT .XLVIII.

E SPATIO ATQVE LONGITVDINE, &c. In hac ætatum mentione quępiam sese nobis suggerunt perpendenda voluptatis quidem & commoditatis non expertia. Varro ille togatorum facile princeps quinque gradus ætatis putat esse diuisos, ac vnūquemque pręter extremum, in annos quindecim. Propterea sectio prima annum quintum decimum attingens pueros habet: ex puritatis ratione ita nuncupatos, secunda tricesimū porrecta adolescentes: ab incremēti notione nomen indeptos, Iuuenes faciunt sectionem tertiam ad annos quinque & quadraginta Quibus inde appellatio facta est: quòd in bellicis vsibus reipublicæ adiumento forēt, Ad annorum decada sextam seniores perueniunt: reliquum vitæ tempus sectionem habet quintam, in qua, qui agunt vocantur senes. Hippocrates vti prodit Cēsorinus, libro eo quem de die natali posteris legendum reliquit, septem ætatis constituisse gradus deprehenditur, ac primum quidem anno septimo terminasse, secundum quartodecimo, tertium duodeuicesimo, quartum tricesimoquinto, quintum duodequadragesimo, sextū sexagesimoprimo, septimum ad vitæ finē protendit. Solon septem fecit hebdomadas, Staseas, addidit etiam duas, & plenioris vitæ spatio annis quatuor & octoginta metitus est. Hethrusci vitalem mensum hebdomadibus finiunt duodecim, vt Varro scribit, astrorum periti anno centesimo vitam conscribunt cordis ratione: quod in anniculo, vt ait Censorinus: mensum habeat dragmarum duarum, in bino quatuor, inde pro cursu pari in annum quinquagesimum, A quo decrementa supputentur ad æquilibrium, quæ ambitu peracto, ad metam redeant eādem: proinde nō superesse spatia, visceris eius dilapsu: sicut scribit noster Pli. libro. xi. Galenus, Aetates penitus statuit quatuor, ex quibus primam facit iuuenum, secūdam vigentium,

Aetates

dam vigētium, Tertiam mediorum, postremam senum. Iuuenes ait, temperatura esse calidos: humectos'que, veri præcipuè similes: in vigore constitutos, calere simul arescere'que modo æstatis: medios esse pronunciat frigidos, ac siccos, sicut autūnus: sunt verò humecti cum frigiditate senes. Porrò quod ad ætatis spatium pertinet Proclus Platonicus philosophus & doctrina reconditiore insignis, ætatū ordinem sequi ordinē vniuersi assertat. Quippe princeps ætas lunarem potestatē cōsequi animaduertitur. Tunc enim ex nutritoria vegetalique viuimus potentia, & in vtris'que, porrò humecta vis præcellit, Secunda Mercurialem, Tertia Venerem, quando obturgescunt membra seminibus: & ad genituram protinus incitātur, Quarta Solarē, tūc enim regnat vigor, ætatis'que perfectio properat: ætas'que media, vt verò Sol est mundi oculus, mens mundi, vt diximus, libro secundo, et fons luminis, ita iuuenilis ætas flos vitæ est, Mars porrò dominatur virilitati: planeta calidus & siccus, & præparans ad robur. Sexta ætas subijcitur Ioui, quę prudentiam & vitam actiuam & ciuilem desyderat. Septima Saturnum respicit: qui decrepitos inuadit, replet malis suis, id est, frigiditate, tristitia, pigritia, quærela, habent planetę ij non parum vigoris in conceptu infantiū, vt diximus. Primo enim conceptionis mensi Saturnus pręest, Iupiter secundo, Tertio Mars, Sol quarto, Venus quinto, sexto Mercurius, septimo Luna: & hæc secundum astrorum peritos.

Aetatis genera. *Aetates ab astrologis.*

Tres ętates.

Aristoteles tertio animę, tres ætates videtur constituisse, dicique tantum tres, incrementi, status, & diminutionis: necesse inquit est, omne quod generatur, augmētum habere, ac statum, & decrementum. Auicenna autem prima primi, ca. de cōplexionibus. Aetates, inquit, omnes quatuor sunt, a dolescentia: producta ad annū trigesimū, secunda constantiæ nuncupata ætas, ad annum ferè quintum post trigesimum consequitur, denique occultæ diminutionis tempus: quæ senectus dicitur ad annum ferè sexagesimum: subest mox ætas quę ad manifestum nos interitum præcipites agit. Sciendum porrò ætatis spatia, vt noster ait Pli. Non vbique, nec semper haberi eadem, sed habere diuersos situs pro cōplexionis ratione, aut sexus, vel regionum terrarum'que: cœli item & temperamenti victus: & aliorum plurium. Quare Galenus sexto regiminis sanitatis, ait Stato annorū numero ætates circunscribere nequimus: ob diuersos regionum situs, videlicet & eorum, quæ diximus. Cæterò de ijs longæuis, quorum meminit hic Pli. affatim, tum Vale. libro decimo, tum Strabo meminere. Strabo enim Argatonium Tartesijs imperasse refert, & quos in betica macrēonas, hoc est, longæuos appellat. Cēsorinus itē Argantonij meminit, libro diei natal. ca. sexto, hunc asserens Tartessiorum fuisse regem & centum, &. l. annos vicisse. Cæterò de Gorgiæ senio, eum omnes historiæ aiunt macrobium fuisse, adeò, vt gradum fecerit adagio. Gorgiæ senectus quam exegisse cum omni præstantia, tum animi, tum corporis, græca memorat historia octauum supra centesimum attigisse annum, & multa id genus, de ijs, quorum meminit hic Plinius. Agere possemus, nisi parcendum esset verborum ambitioni, quare sufficiat.

Lustrū.

LVSTRVM (ait Pli.) CONDIDERE, &c. Spatium quinque annorum erat lustrum, in quo census, ac vectigalia soluebantur. Liuius, libro secundo.

Seculare.

SECVLARIBVS LVDIS, &c. Sæculares quòd de centesimo in centesimum fiebant annum, hinc carmen sæculare Horatij, & Ludi sæculares: quorum abundè meminit Censorinus, libro de die Nata. & de Ludis sæcularibus, affatim, Val. Max. libro secundo, Titulo Institutorum antiquarum.

CAPVT .XLIX.

POSCERE

POSCERE VIDERETVR, &c. E syderali ratione hominum vitam dependere Astrologorū astruit schola. Conferunt enim vitæ humanæ haud parum cœli-ci influxus, vt à nobis libro secundo etiam mōstratum est: inibi dicebamus, cum stellas erraticas, tum aspectus, quos trientales, id est, trinos: quadrantales, siue quartos, & exagonos, siue sextātes, aut tritius sextiles, non parum delitesce-tis energiæ vitæ humanæ profundere: quadrantalis est, quē Pli. hic Tetarmorion vocat, sic eñi legendū: non trimorion, vt Budæus noster docuit. Est enim Tetarmorion quadratus aspectus, siue quartus: qui fit per triūm signorum spatium & nonaginta gradibus, estque quarta pars signiferi circuli, hoc est, tria signa, vt diximus, libro secundo. QVOD ANAPHORAS, &c. Est certè Anaphora ea pars cœli quę .xxx. partibus ab horoscopo distat in secundo signo existens ab eo, in quo horoscopus inchoatur, interdū epanaphora, quasi pars iam emersura. Quę verò pars signiferi totidem partibus in demersu occiduum punctum signiferi præcesserit, quot partibus in emersu anaphora, ab horoscopo relinquitur, ea pars cœli epicataphora dicitur: quod significat locum præcipitem cœli in. viii. ab horoscopo signo: reliqua duo loca nomina habent malæ fortunę, & cacodæmonis, vt coniicere licet lectione, cum Iulij Materni, tum Mannilij. De Anaphora & Epicataphora videre quam profusissimè, erit, in meis commentarijs in Martianum Capellā, quæ propediē in manus hominum exitura spero, ibi enim ampliter de ijs disserui. Et subdit Pli.

Tetarmoriō. *Anaphora.* *Epanaphora.* *Epicataphora*

SCANSILI ANNORVM LEGE QVAM CLIMACTERICAM APPELLANT, &c. Lex enim Scansilis rite Climaterica dicitur: quare Aulus Gel. atticarnm noctium. xv. ca. septimum annum climatericū vocat, quasi gradarium, & scansilem, climateras enim græci vocāt, Scalas. Scribit is, quo diximus loco, obseruatum in multa hominum memoria expertūq;: senioribus plærisque omnibus sexagesimum tertium vitæ annum cum periculo & cladè aliqua corporis morbique grauioris, aut vitæ interitus euenire: hunc enim annum appellari climactericum ait. hoc est, gradarium: cuius fecerit mentionem in epistola Augustus ad nepotem Caium: sic enim apud Tranquillum Augustus ait. Nam vides climatera communē seniorum omnium tertium & sexagesimum annum euasimus. Proinde vitę breuioris vnū id esse argumentum colligunt rerum naturæ peritissimi: siquidem Iulius maternus: author est, propterea sexagesimum annum tertium ætatis pręcipuè videri periculis insignem, quoniam numerus vterque septem & nouem, qui decretorij maleficique sint, & ad vitam succidendam pollentes in vnum quasi confluant. Nonies enim septem, & septies nouem sexaginta tres efficiunt, & ob id Climatericus pręcipuè annus is vocatur, quia à septimo incipiens, vitam hominis quasi per gradus agat quosdam: Ita & quinquagesimus quartus, & alij minores Climaterici vocantur, quoties aut per septem, aut per nouem consurgunt, ad hæc ipsa porrò respectare illud Senecę videtur, ex septimo de beneficijs. Sic, inquit, in hoc studio multa delectant, pauca manent, licet nescias: quę occeanum ratio effundat, ac reuocet, quare septimus quisque annus ætati signum imprimat, hæc ille. Expēdendum enim hic summis viris philosophia'que insignibus, rationes hasce numerales admodū arrisisse: numeros enim abditos quosdā effectus miris scatētes dixerunt, cū Aegyptij, tum alij ocultioris philosophiæ, id est, magię callentissimi: asserunt enim eos esse perfectiores substantijs separatis, habere'que ferunt cum ideis cōmixtionem, à quibus proprias & quidem efficacissimas sortiantur vires: omnia enim

Lex scāsilis. *Climateras.*

quæ

quæ fiunt certis numeris subsistunt, virtutem'que adipiscuntur ab eis. Tempus enim numero constare astruunt. item motum, & actionem quam'que, concentus denique, ac voces per numerorum nuncios vim habere testantur, proportiones enim constare iis, item generationes, & mutationes rerum naturalium certis numeris regi & adstringi, quod intuens Pythagoras numerum dixit esse, quo cuncta cōstarēt: distribuit'que iis singulis singulas virtutes, quod & confirmauit Rabanus Theologię non inscius doctor. est & nobis argumento numerus septenarius, itē ternarius, quaternarius: omitto dies decretorios à medicorum scholis iam concinnè laudatos: porrò vt ad rem reuertamur. Si sexagesimus ætatis annus quinquagesimo quarto deterior est: ob id leuiorem nominauit præterito. Nempe vt ostenderet si quinquagesimum quartum excedūt pauci: pauciores futuros qui maiorem illum & multo sæuiorem numerū attingerēt. Septimanum item quem'que annum, Marti attribuunt illique dicatum, oportere'que eum obseruare in thematibus nocturnis, alter obseruandus est in diurnis, ad quod Pli. allusit quando ait.

QVAE NOCTE ATQVE DIE OBSERVANTVR, &c. Porrò sunt & signa quę climaterica vocantur septenariį numeri Aries, Libra, Cancer, Capricornus, &c. Cæterò Plato philosophorum ille diuinissimus lxxxi. annum legitimum vitæ finem existimauit, ad eum enim annum Xenocrates Platonicus, & Eratosthones peruenerunt. Legimus præterea in sacris literis, Deum omnia in numero, mensura, & pondere perfecisse, quæ Plato aperte significat, dum numeros, mensuras, solida, in medium adducit. Sed per numeros intelligi vult, ipsas rerum naturalium species formas'que substantiales, vt sic dicam, quas Arist. numeris comparat. Per mensuras autem certas, ac figuras instrumentales, vel magnitudines speciebus certis accommodatas: per solida denique, at'que vires, significat qualitates, quę & cum molibus penitus protēduntur, ac dāt motionibus, ac actionibus momentum. ex hoc naturę occultiore dono scribit Macrob. numerorū certā constitutam'que rationem, animas sociare corporibus. Qui numeri quando supersunt, perseuerat corpus animari. Cum verò deficiāt vim abstrusam solui, qua societas ipsa constabat. Et hoc esse quod fatum & fatalia vitæ, vocemus. Quare cecinit verg. Explebo numerū, reddar'que tenebris. Defuerūt præterea minimè, qui dixerint animam esse numerum se mouentem. Quod Pythagoras asseruit, vt est author Plutar. quarto placitorum philosophorum. Dixerunt etiam philosophorum aliqui, numerum pro mente accipi, ac Plotinum constat dixisse in anima esse numerū. Est etiam, ait ille, in intellectu numerus primo idearum ratione formali inter se discrepantium. Ob ea Pythagoras vim maximā esse in numeris tradit, ac in eos omnia esse referenda syderum ambitus & animalium productiones: duo item fecisse traditur principia, definitam vnitatem alterum appellando, alterum indefinitam dualitatem. Sed illa bonorum, hanc malorum esse causam dicebat, Monadis, id est, vnitatis siquidem natura insita circūferentiæ temperiem, animis virtutem, sanitatem corporibus, domibus & ciuitatibus pacem contribuit. Dualitas, id est, dyas omnia diuersa. Omne enim malum ex disparili oritur voluntate. Sic omnis numerus par imperfectionem quandam habet. Impar verò perfectionem, de iis agemus in parte magiæ.

CAPVT QVINQVAGESIMVM.

PVBLIVS

PVBLIVS CORNELIVS RVFFVS, &c. Mirandũ hoc, Publij Cornelij Ruffi videri poteſt,niſi Ariſto. calculum album ijs adijceret: cuius placita annectam, quòd cõgrua ſint ijs. Homo,inquit, vnus maxie aĩalium ſomniat, æditis nuper in lucem & infantibus,adhuc nullũ penitus con trahitur ſomniũ, ſed plurimis anno circiter quarto,aut quinto ætatis viſa incipiũt: produntur tamen & viri & mulieres qui nunquàm ſomniarint. Quorũ nõnullis in proceſſu ætatis accidit, vt viſo ſomnio mutarentur habitu ſui corporis, vel in mortem, vel in morbum: hæc ille, libro de animalium hiſtoria,quarto.ca.x. Sic conſtat ſomnia interdum veridica, vt de Cornelio Ruffo hic Pli.ait,qui cũ ſomniaſſet viſum ſe amiſſurum,amiſit. Hippocrates ille cous archiatrus: ſomnia vera quandoque portendere in morbis ſcriptum reliquit, quod & Rhaſes ille, libro ſuo Aphoriſmorum ſecundo etiam confirmat. Item Albertus,libro ſecundo de Somno. Sed ad hoc dignum notatu quòd Auicenna,ſecũdo canone,ca. de vrina,ait. Quidã homo ſpleneticus ſomniauit ſi vrinam ter die biberet ſuã,ſanaretur,quam rem expertus eſt & incolumis factus eſt,hęc ille. Vale. Max. De filia Aſtiagis etiam paria ferè refert ſomnia'que ſuos euẽtus ſortita: mirum refert Vale. Max. libro primo de Atterio Ruffo, quod conformè eſt ferè huic hiſtoriæ Cornelij Ruffi,authoris verba ſunt. Prioribus tamen (vt ita dicam) lineis Atterij Ruffi,equitis Romani, ſomnium certo euentu admonitum eſt: qui cum gladiatorum munus ſyracuſis ederetur inter equitem Retiarij ſe manu confodi vidit,id'que poſtero die in ſpectaculo conceſſoribus narrauit, incidit deinde, vt proximo ab equite loco Retiarius cum mirmillo ne intro duceretur: cuius cum faciem vidiſſet, idem dixit ab illo Retiario trucidari ſe putaſſe, protinus'que inde diſcedere voluit: illi ſermone ſuo metu eius diſcuſſo cauſam exitij miſero attulerunt. Retiarius enim eum locum cum pulſo mirmillone & obiecto,dum iacentem ferire conatur tranſiectum gladio Attenum intere mit, hæc illæ,& multa id genus,quę ſi volet lector,legat: quo diximus loco. *Somnia* *Somnia vera aliquid.*

❧ VOMICAE MORBO, &c. Vomica tumor excreſcens, ſiue groſſities illa,quæ in aliqua naſcitur parte corporum,ſaniem frequenter emittens, quare Serenus:Sunt odio quos dira vomit natura tumores. Vomica qualis erit,vel eidem proxima quædam. ❧ PERDVELLIVM, &c. Hoſtium, perduellis hoſtis dicitur, ❧ QVADRINI CIRCVITVS, &c. Ob frigoris vim,febrium circuitus hyemali tempore eſſe non poſſunt tã acerbi. ❧ ALIOS, &c. Morbos,intellige. ❧ SENES MINIME, &c. Quia exhauſti ſanguine,& calore:quę plurimum ſunt peſtis cauſæ,ſenes frigidis, non calidis humoribus affligtari natura ſolent, vt dicemus aliubi. *Vomica.* *Perduellis.*

❧ CAPVT .LI. ❧

IAM SIGNA, &c. Innumera penè,necis ſigna noſter ille Hippocrates, eo quem de præſagijs libro poſteris legendum reliquit,memoriæ mandauit: cuius aſſertioni Pli.hic aſtipulatur omnino. Oculi,inquit,Hippo. primo prognoſticon,concaui,tempora,plana aures frigidæ,& cõtractæ. Frons arida, tenſa,color faciei viridis, ſunt lætalia ſigna, ſi lumen ægri effugerint oculi nolentes'que lachrymas effuderint: de quibus etiam Cornelius Celſus, libro ſecundo,ca. V. Ad vltima,ait,iam ventum eſſe teſtantur nares acutæ, collapſa tem *Signa mortis.*

❧ pora,oculi

pora, oculi concaui, frigidæ languidæque aures, & imis partibus leniter versæ, Cutis dura circa frontem, color niger, si oculi lumen refugiunt & illachryment: si propter imbecillitatem non audit, vbi supinus æger cubat: ei sunt genua cõtracta, vbi brachia & crura nudat: vbi hiat, vbi assiduè dormit lætalia sunt signa. Subnectit paulò post Pli. A SOMNO MOVENTIVM NEGLECTVM, &c. Inter profectò signa mortis manifesta, est collabi in profundum somnum ferè inexcitabilem, quem somnum lethargum Medicorum

Cataphora.

fert schola, vel peritiores Cataphorã dicũt. Delatio enim in profundũ somnũ græcis dicitur κατάφορα, id est, cataphora: cuius meminit Galen⁹ in sua Isagoge, inquiẽs, λεθάργος κατάφορα ἐστὶ βαθεῖα καὶ δυσανάκλητος, &c. hoc est Letargus in somnum delatio profunda, & inexcitabilis est. ad hunc enim somnum allusit Pli, quãdo ait. A SOMNO MOVENTIVM, &c. De hoc agetur in pte medica fusius. Et subnectit Pli. AVT FORMICANTE PVLSV, &c.

Formicãs pulsus. Pulsus quid.

Pulsus proculdubio vitæ gubernacula temperare medicis fertur: quem ita finiunt, pulsus est intensio motus, & remissio in corde, vel est disparatio, & contractio arteriæ indiuisibilis, aut est subsultio, & palpitatio venæ, & arteriæ. Auicenna vnumquenque pulsum compositum esse ex motibus duobus scriptũ reliquit: quibus item accedat quies, nam inter motus duos, & quidem contrarios, necesse est, intercedat quies: porrò, vt veniamus ad rem Pli. Formicãtem pulsum intelligit, minutũ, densum, & summè debilem: Sic enim Galenus, libro pulsus. capite tertio, item Rases siue Rasis decimo Almansoris, formicantem pulsum similem pulsui nuper nati infantis esse testatissimum reliquit, id tamen discerniculi esse posse, quòd formicans possit conuerti in melius, & eius amplius patere inæqualitatem Philaretus memoriæ prodidit. Dicitur & pulsus quidem dorcadissans, quando est interuallatus, cõquiescensque, ac mox velocior cooriatur: porrò notandum hic græcos, pulsum σφύγμον hoc est, Sphygmon vocare solitos. De ijs agemus, libro vndecimo verbosius.

CAPVT .LII.

AVIOLA CONSVLARIS, &c. Hęc citra fidei limites esse nemo dubitet captum humanum excedẽtes, diuinę enĩ maiestatis est mortuos suscitare: deo dãte dæmonas cadauer humanum subire posse fatentur peritiores. quãquàm sint qui dicant (vt Psellus) dęmonas corpore non vacantes, quod & Magnus Basilius confirmat, asserens spiritus esse aereos & pertenues: quare dæmonica corpora prodiderũt materialia, affectioniq; subiecta, præsertim quę in terrã intrusa sunt. Diuus August. super genesim, dæmonas animalia aerea vocat, quòd vigeant corporum aereorum natura. Alij corpora simplicia ductu, fluxuque facilia ad omnemque configurationem apta, naturaliter & enim sicut nubes nunc hominum, nunc cuiuscumque rei imitationẽ faciunt consimiliter & dæmonum corpora, vt collibuerit, varias concipiunt figuras: qua ratione virũ modo, vel fœminam præferunt & cadauer quodcumque subeunt: ijs enim tanta velocitas inest, vt peruolent huc, ac illuc sese transfigurantes vt collibuerit. Cęterum visu quædam inania ostendunt hominibus. Tradit etiam Augu. ab hisce dęmonibus mira effingi & corpora defunctorum: hæc collibuit dixisse, vt lucẽ inferremus Pliniano dicto, creditu quidem perdifficili. Auiola ergo, quam hic Pli. reuixisse, ait, cacodæmone afflatam, aut ipsum illius corpus intrasse asseramus: Dei

enim

enim opt. max. est: exutā corpore aīam eam in id effundere, de tū eiusmodi rebus cōmeminit Pla. i. &. iii. leg. vbi Gnosij Epemenidis, de quo hic meminit: porrò qđ Plī. ait aīam Clazomenij relicto corpe errare solitā, expedēda hic multa: motū ei aię nōnulli philosophorū natura liberū astruūt, pfacileq; posse puagari nisi, i quiūt, itellectu mēteq; regatur: mēs em vt magię cultores ferūt, qb⁹ nō credēdū, nūq̄ cōdēnatur ꝗ culpę sit inscia, aia ꝟo si bene egerit, mēti cōgratulatur, si male egerit, mētē dicūt eā indicare mœstāque aīam sine mēte puagari ad manes, idolū & imaginē, quare Virg. ait. Et nūc magna mei sub terra ibat imago, hāc em imaginē magi aereū qnq; corp⁹ igredi pdūt, & vmbrā, qua inuoluta vires explicat, & replicat cōsulēdo amicis: hostes et exagitādo, sicut apud Vir. dido minatur Aeneę, qn ait. Oib⁹ vmbra locis adero dabis iprobè pœnas: nā in aīa exuta corpe ptubationes, memoria, sensusq; remanēt, vt idē volūt, ferūt aīas i terfectorū pcipuè hostes exagitare & vexare, nō tā hūana indignatiōe id efficiēte, q̄ etiā diuina nemesi ac dæmōe permittēte, vt Pla. ix. leg. affirmat, hęc em est magorū opi. de quibus i pte magica agem⁹. Cęterò qđ de mortuis ait eos reuixisse. Iuba fert hoiem quem dā herba quadā in arabia reuocatū ad vitā. Apul. ostendens ritum eiusmodi reuocationū, sic narrat de zelcha ægyptio ppheta quodā, i quiēs, ppheta sic ppitiat⁹ herbulā quāpiā ad os corpis & aliā pectori iponit, tūc ad oriētē obuersus vel icrementa solis angusti tacitus imprecatus venerabile schema, & studia pręsentiū ad miraculū tm certati adrepit, iā timore corp⁹ pect⁹ extolli, iā salubris vena pulsari, iā spū corp⁹ ipleri, & adsurgit tūc cadauer, & pfatur adolescens, hęc ille. q̄ certè & eiusmodi pi⁹ respuet chrystici cult⁹ obseruator, plura eiusmodi adferre posse q̄ re ferēda suo loco sunt. FOEMINARVM sex⁹. Cōuersiōe em vulue. i. suffocatiōe mrīcis aię quodamō fit deliquiū: et quędam seqstratio spūs sensuumq; oim defect⁹, i qua affectiōe veluti i comitiali morbo, i quib⁹ sese quodamō videtur secernere à corpe, tunc iterdū affecti his morbis psāgiūt, & q̄ i hac ecstasi, hoc est mētis excessu, cogitarint aiaduerterintq;, dicant vera sæpius, vbi iis fuerit spiritus restitutus. Conuersio em vulue affectio est, quā greco. peritissimi πνῖγα ὑστερικὴν. i. pnigа hystericē, πνῖξ. i. pnix, id est suffocatio siue strāgulatio, hysteras em secūdas & vuluas vocāt, sed de hoc i pte medica. Cōcinisse mysteria, recitasse q̄dā arcana: cęterò quia opem nō paucula Val. Ma. li. i. tit. mira. lectioni Plin. fert, non obsuerit placita authoris subnotasse, quo hęc nobis fiāt cō ptiora exploratioraq;, is de Auiola cui⁹ hic Plī. meminit, itē & Atti. Lamia hęc agit. Aliq d admiratiōis ciuitatis nrę Atti. etiā Auiolę rog⁹ attulit, q à medicis et à domesticis mortu⁹ credit⁹, cū aliquā diu iacuisset elat⁹, postq̄ corp⁹ ei⁹ ignis corripuit, viuere se pclamauit, auxiliūq; pedagogi sui, nā is sol⁹ rem āserat, iuocauitq;, sed iā flāmis circūdatus fato subtrahi nō potuit. L. q̄q; Lamię ptorio viro eq̄ vocē fuisse sup rogū cōstitit, hęc ille. Dixeri auiolā nō mortuū, sed lethargo correptū, qua affectōe afflictat⁹ qs siliis ē exanimi, quare nec ocy⁹ humāda corpa cēsēt medici, hęc em crebro gn̄a affectionis accidūt, porrò q de hoc gn̄e miraculorū, vt sic dixerim, volet, Val. Ma. adeat, quo dixim⁹ loco. Feretro, &c. lecto siue instro quo mortui efferri solēt, alio noīe capulus dr̄. VISORVM, visionum.

Aię motus liber

Vuluæ conuersio.

CAP. LIIII.

IN PRIMIS autē, &c. Humanę pfectò vitę cōditionē primū & vltimmm diē continere nō minus lepidē q̄ scitè & festiuiter relatū à Vale. Ma. cōijcio: cuius luculēto dicto, Ouidius calculū adijcere albū videtur, hoc carmine. Vltima semper expectāda dies homini est, dicique beat⁹, Ante obitū nemo suprema funera debet. Porrò quod Plī. de Sophocle ait, qui obijt gaudio, id etiā Vale. Max. li. ix. tit. mortis nō vulgaris cōfirmat. Sophocles, inquit, iā vltimę se

nectutis cũ in certamẽ tragœdiã iã dimisisset, ancipiti sententiarũ euẽtu sollicit⁹ aliqñ vna sententia victor causam mortis gaudiũ habuit, hæc ille. TRAGICAE victoriæ, &c. Ob tragœdiã ab eo concinnatã, ob cuius victoriã, desijt munijs vitalibus. Subdit Pli. MATER pugna, &c. Huius etiã historiæ meminit Val. Max. eodẽ quo diximus loco. Vix, inquit, verisimile est in eripiẽdo spiritu idem gaudiũ potuisse quod fulmẽ, & tñ idẽ valuit: nunciata eñ clade q̃ ad locũ Trasinenũ incideret, mulierum duarũ altera sospiti filio ad ipsam portã facta obuia in cõplexu expirauit. Altera cũ falso mortis filij nuncio mœsta domi sederet ad primũ cõspectũ redeuntis exanimata est genus insuitatũ, quas dolor nõ extinxerat, letitia cõsumpsit, hec ille. qui & de M. Iuuẽtio eadẽ quæ Pli. ait. M. Iuuẽ. inquit, cõsul collega Tyb. Grac. cõsulis iterũ cũ Corsica, quã nu p subegerat, sacrificaret, receptis lris decretas ei à senatu supplicatiões nunciãtib⁹ intẽto illa aĩo legens caligine orta ante foculũ collapsus mortu⁹ humi iacuit, &c. MVLSVM vinũ melle mixtum: Gallus pr ętori⁹ &c. Hos etiã Val. Ma. venerea re extremos clausisse spiritus testatur, Cornelius Gallus, inquit, & T. Aetherius eques Roman⁹ inter vsum puerilis Veneris absumpti sunt. PANTOMIMO Mythico, &c. Pantomimus, qui rerum oĩm imitator est. Mythycus verò fabularis, hinc Pantomimus Mythicus, imitator fabularis, id est histrio. ANXIETATE ingenti, id est vxoris repudio: qui de his plura volet, legat Vale. & Plutar. nihil constitui agere super capite sequente, quod libro secundo de sepultura egisse satis videamur.

Panto= mimus Methic⁹

CAP. QVINQVAGESIMVMQVINTVM.

POST SEPVLTVRAM, &c. Diutule apud reconditioris philosophiæ professores receptissimos disputatum, quęsitumve sollicitius redire ne possint animę, post corporum exuuium, fuerit ne illis post corporum exolutionẽ sensus. Expendenda profectò se nobis multa suggerunt, dicenda, & animaduertenda, quòd Pli. à vero hic calle de anima exorbitare videtur. Platonicorũ certè monumentis lectum est, humanos animos tanta naturæ maiestate pollere, adeoque supra materiam omnem se potenter habere attollereque, vt si bi ipsis, & suo vigori, semoto corpore, restitui potestate intima, mundi membra quęlibet valeant agitare, impellere, & vtcunque collibuerit versare, ac corpori cui libet latius dominari, tantoque potentius proprio, cui mãcipata anima mundi parui elementa, id est humores quatuor versare ad libitum. Vbi verò ab hisce vinculis exoluta euolat in amplum, maioris mundi humores, id est elementa, permouet: quod & Arabes theologi testantur, in quorum albo Auizbroc est: item Auicenna. Porrò antistes ille philosophorum diuinissimus Pla. aĩas purgatissimas inter deos censuit versari, Impuras autem inter sepulchra reuolui, quo fiat vmbris, id est manibus quandoque terreamur. Quippè cum corporei quippiam contraxerint in se, vnde fieri Plato vult, vt videri animæ quandoque possint, cuius rei affatim Augu. diuus ille theologiæ argutissimus censor meminit, libro ciuitatis diuinæ decimo. Cætero quia Plin. ait. A MORTE sensus, id est, post mortem, &c. Est quęsitum à philosophia insignibus authoribus, an anima rationalis è corporeis vinculis euolãs, sit ne sensus & memoriæ exps. Peripateticæ p̃fectò scholę, nullatenus reminisci aĩam referũt. Platonici verò aĩas, quę hic familiaritate aut omnino cognitione aliqua iunctę fuerint, rursum separatas sese cognoscere,

Post mortẽ an sẽsus

quod &

quod & testatissimũ reliquit Pla. x. reipub. Itẽ Auicẽ. in metaphy. qui aīas tã bea
tas, q̃ miseras vbi hinc demigrarint, nõ exolescere protinus quẽ conceperant habi
tũ, posseq́; per imaginationẽ eadẽ illa versare, quę amplius adnexę corpori imagi
nabantur. Pla. certè aīas recordari qñque probat. Inter certè veterũ theologorum
placita, & illud est à nostris comprobatũ plerisque, animis nõ loco eodẽ diuersorũ
dispensationem prouidẽtia potius, q̃ affectu à deo esse contributã. Porrò item de
sensu post corporis exolutionẽ. Omnes enim sensiles potestates, vel potius earum
operationes promiscuas esse, & aīæ & corpori testãtur aliqui, qm̃ potentia sensiti
ua, vt sic dicã, in actũ nulla ꝓmitur, nisi per organũ corporeũ. porrò Aristo. i. aīę,
aīam corpore in corruptionẽ abeũte, neque reminisci, neque amare scribit. Sic em̃
de reliquis actib⁹ potestatũ sensibilium astruẽdũ est, platonici secus asserunt: quo
rũ adijciendũ calculum album cẽsuerim, ꝙ videãtur potius nostris theologis asti
pulari. Ferũt em̃ interiorẽ actũ, quẽ per se exercet aīa, retinere, etiã si fuerit corpo
re exuta: asseuerãt em̃ theologi aīas nõ esse sensus expertes, ꝙ tormẽtis afflictioni
busque subijciãtur. Ob id diuus Aug. ait spũs incorporeos afflictari corporei ignis
tormẽto, quęnã dabit ratio naturalis? nisi ꝙ eadẽ quę nostris corporib⁹ certis nume
ris aīas adnexuit: potẽtia etiã spiritalẽ vim pœnis igniũ indeficiẽtibus alligare in
effabilibus poterit modis? hęc ille. Et subdit Pli. ❧ ALIAS immortalitatem
aīę alias transfigu. &c. Satis aīæ immortalitas philosophis solidiorib⁹ argumen
tis ꝓbatur, de trãsfiguratione autẽ hac particula dixisse non obfuerit, etiã si plures Aīarũ
meminerint huius. Timeus Plat. migrationẽ aīarum in bestias inquit falso induci, transfi-
ad terrorẽ hoim impiorũ vt pœnę saltẽ formidine, & specie absurda immaniquè, guratio.
à vitijs & inquinamentis quibus cãdori aīæ inuritur labes, retraherẽtur: ac in bonã Aīę im
frugẽ. idẽ testatur Pythag. à cuius dogmatibus hic aīarũ in bestias trãsitus emersit: mortali
si deposito, inquit, corpore liberũ ascẽderis ætherẽ, eris immortalis de⁹, non vltra tas.
mortalis. Cęterò nõ desunt qui ista sic interpretẽtur: vt aīarũ, quę similẽ brutis di
xerint vitã alię inter alias bestiarũ turbas diuersentur, quod Olympiodorus cẽsor
plat. doctrinę cõsentaneũ asserit, voluerunt itẽ transfigurationẽ aīarum aliqui in
telligere ad cõuersionis species: quas tres esse Proclus platonici dogmatis callẽtissi
mus memoriæ mãdauit: quis em̃ ad aliquid se deteri⁹ cõuertitur, dum à perfectio
ne ꝓpria delabitur, vel cõsurgit ad melius, propter ꝓprię vitę vigorem, actionem
q́ue naturalẽ, vel reflectitur ad seipsum ꝓpter cognitionẽ sibi cõsortẽ, mediãq́ue
motionis speciẽ. Cõuersio quidẽ erga deteri⁹, affectio quędã est aīæ: cõuersio ꝟò
ad meli⁹, nõ solis cõpetit animis, sed ipsis quoque diuinis, sicut docet Parmenides:
Cęterò vt quid cãdoris inferam⁹ Pli. qñ ait. ❧ ITERARI vitã morte, &c.
Aīam certe mori dixerunt platonicę doctrinæ studiosi, qñ ea ad corporis inferna
demergitur. Viuere autẽ cum ad supera post corp⁹ euadit, vñ Macro. author poli Bis mo
tioris lectionis eo libello quem in Scipionis somnium edidit, hæc dixit quàm sci ri.
tissimè. Secundum hæc igitur quæ à theologis asseruntur, si verè suos quisque pa
timur manes & inferos esse in corporibus credimus: quid aliud intelligendum est
q̃ mori animam cũ ad inferna corporis demergitur? Viuere autem cum ad supera
euadit? Qui enim Pythagorã & Platonem secuti sunt, duas esse mortes assertarũt,
animæ vnam, animalis alteram. Mori animal cum anima à corpore discedit, ipsã
verò animam mori cum à simplici & indiuiduo fonte naturæ in membra corpo
rea dissipatur. item viuere animas dum immutabili parte consistunt: mori autem
cum ad partem ceciderint permutationis capacem, atque ideo inter lunam, terras
q́ue, locum mortis & inferorũ vocari, ipsamque lunam vitæ esse & mortis confi
nium, & inde animas in terram fluentes mori, inde ad supera meantes in vitam re
uerti. ❧ MANES, &c. Manes corpori humano pręsidẽtes pręsules ve dixe

rũt:antiqui animũ à corpore ſeparatũ. Manes, inquit Apul. de Socra. deo, dicuntur animæ melioris meriti, quę in corpore noſtro genij vocantur. HOC commune oĩbus &c. Hic Pli. reſurrectionem reſpuere, & Platonis placita cõſtat, vbi ait, aſſeruandis & reuiuiſcendis &c. Porrò nihil de inferis agimus quòd libro ſecundo, de his acta fuerit mentio. Putabat Pli. aĩas cũ corpore morituras, & ſi certò ſciſſet Cice. i. Tuſcu. li. aſſeruiſſe eſſe animas immortales, quod Lactã. li. vii. ca. viii. ait, Ferunt Pherecidẽ primũ de ęternitate aĩę diſputaſſe, poſt eũ Plat. de his abũde Plutar. libro quarto de dogmatibus philoſophorum.

CAPVT LVI.

CONSENTANEVM, &c. Et quia Polidorus Verg. rerum inuentores affatim pertractat, ſufficiat hæc paululum & ſubſultim quidem attigiſſe. PALAMEDEM adiecisse η, ζ, θ, &c. Philoſtratus literam, υ, nõ à Simonide, ſed à gruibus adinuentam ſcribit, quod comprobare videtur Martialis, quando ait, Turbabis verſus nec litera tota manebit, Vnam perdideris ſi Palamedis auem, Itẽ Lucanus, Et turbata perit diſperſis litera pennis. Nam Perſius dicendo, Et tibi quę Samios deduxit litera ramos. Non tam inuentionem quàm interpretationẽ eius Samio Pythagoræ tribuerit, ſed nec ipſum, η, repertum à Simonide videtur, nã Euſtathius ait literas longas, hoc eſt, η, & ω, Itemque duplices, cuiuſmodi ſunt ζ, ξ, ψ, Simonidem intuliſſe. Porrò Pli. literas aſſyrias fuiſſe ait ſi Catonis origines cõtemplemur. Hęc ideo dixit, quia literę latinę diuerſæ à græcis ſũt, ethrucis Ethruſcæ, Cõtra opinionẽ gręcorũ alij inuẽtas à Iano, nõ à Lacedęmonijs. Ianus verò patria Ogygi⁹, vñ Ianigenę literę atq; Ethruſcę diſciplinę dictę, Phœnices aũt & aſſyrias eaſdem eſſe docet Euſebius. Quid ꝙ Ethruſci, inquit Cato, ſemper horruerunt græcas, neque latinas voluerunt ſuſcipere, vſuſque ad Cecinnã anno ſecũdo Olympiadis. CXXIIII. Alij apud Aegyptios à Mercurio inuẽtas vt ait Au. Ge. Alij apud Tyros compertas volunt: nãque in græciam aiunt attuliſſe è Phœnice Cadmum xvi. a, b, c, d, e, g, i, l, m, n, o, p, r, s, t, vt apparet ex tabula, cui⁹ Pli. hic meminiſſe videtur, in qua Cadmi dogmata, quæ quoniam è Delphico templo portata eſt, Delphica vocata eſt, antiqui aeris in palatio dicata Mineruæ: authore Palemone gramatico, vt ſcriptum reliquit Papirianus. Ariſto. credit. xviii. fuiſſe, α, β, γ, δ, ε, λ, μ, ν, ξ, ο, π, ϛ, σ, τ, φ, ψ. et duas ab Epicarmo additas, θ, χ, quatuor à palamede. Anticlides in ægypto quendam nomine Mennona, ait inueniſſe. xv. annis ante Phoroneum antiquiſſimum græciæ regẽ, Epigenes ſeptuagintorũ. xx. annorũ obſeruationes ſyderũ coctilibus laterculis inſcriptas docet grauis author imprimis, qui eſt Beroſus & Erithodemus quadringentorum annorum, ex quo apparet, ait Plinius, æternus literarũ vſus. In latiũ literas attulerũt Pelaſgi, vt ait Pli. Cornelius verò Tacitus, de his ita habet. Primi per figuras aĩaliũ ægyptij ſenſus mẽtis effingebãt. & antiquiſſima memorię monumẽta humanę impreſſa ſaxis cernũtur, hæc ille. Diodorus Mercuriũ teſtatur literarũ inuentorẽ. Epolem⁹ Moſen, quẽ græci Hermẽ dicũt, quod & cõfirmat Ioſe. iii. antiqui. ſed de literis hacten⁹. Ichthyocollã, glutẽ è piſcibus. LYDIOS modulos, &c. De modiolo lydio & dorio dixim⁹ li. ii. PROSAICAM orationẽ condere Pherecides, &c. Ioſeph⁹ contra Appio. Cadmũ hiſtoriã inueniſſe tradit. Apul. in flo. Pherecidi aſcribi proſam, de quibus abundè Strabo libro primo. Hypagum, inſtrumentum ab aliquibus dictum, quo lapides poliuntur, alij pro artemone accipiunt, ſed putarim Epagon potius dici. Sunt qui dicant etiam hypagum vel hypogon genus trocleæ.

HARPAGONAS, &c. Tela acuta in ſummitate, quibus na-

ues capiuntur.

ues capiuntur. ANTEMNAM, Lignum per transuersum in malo positũ, in quo alligatur velum. CERTYRAM CYPRII, Certyram vocant nauigij genus, & Cercurõ nauim caudatã vocãt. Porrò vbi ait Plinius. PYRRHICEN PYRRHVS, &c. Est enim genus saltationis antiquę pyrrhica, quę & enoplia quibusdam dici solet, id est armata, hinc pyrrhicarij, qui græce πυῤῥιχισαι, id est pyrrhichistæ, hoc est armati saltatores. LVDOS GYMNICOS, &c. Palestrę ludos, nam Pollux, athletarum nomine gymnicos intelligi voluit, luctatorios ludos scitè dixeris gymnicos.

CAPVT LVIII.

VETERES GRAECAS, &c. Literas græcas easdem fuisse ferè quæ nunc latinæ dicuntur tabula, cuius ca. superiore cõmeminimus, mõstrat, inscriptũ in ea erat ναυσικράτης &c, hoc est Nausicrates Atheniensis hic donabat. Est enim mihi codex vetustissimus, vbi græcum scribitur, latine hæc subnotans. Nausicrates hic Atheniensis hæc templis dicabat siue figebat. Anathimata ornamenta, quæ templis dantur, siue donaria templis dicata, hinc ἀνα-θεκὲρ, verbum pro tẽplis affixit, vel posuit. Alij hoc sensu legũt Nausicrates Atheniẽsis hic Tisameni filius templis affixit: de Nausicrate Suidas abundè.

CAPVT LIX.

SEQVENS gentium consensus &c. Aulus Gelli⁹ noctium atti. iii. cap. iiii. Et Varro rei rusticæ. ii. cap. xi. abundè horum meminerũt. Vsum autẽ tondendi ab Abãtibus ferunt fluxisse. Ita enim populi huiuscemodi cũ natura bellicosi essent, expeditis cum hostibus cominus congrediebãtur, vtrumque testatur Plutarchus in vita Thesei, inquiens. Vigebat etiam illis temporibus consuetudo, vt qui ex ephebis cõcessissent, delati in Delphos de comis deo primitias darent. Accessit igitur Theseus, ei anteriorem capitis partem arrasit. At Abantes primi hoc more vsi sunt.

CAPVT LX.

TERTIVS CONSENSVS, &c. Meminimus horologiorum libro secundo, quare nihil est quod debeamus monuisse lectorem, præter quàm ex duobus vocabulis, quorum alterum accensus est, & græcostasis, ait eñ Plinius ACCENSO CONSVLVM, &c. Id est ministratore pronunciante. Accensi enim dicebantur, qui in locum mortuorum militum subrogabantur, quasi ad cẽsum addicti. Accensus, inquit Asconius, nomen est promotionis ordinis in militia, vt nũc dicitur princeps vel cornicularius. Sunt itẽ accensi magistratuum ministri, ab acciendo dicti, sicut hic accensus pro ministratore. ET GRAECOSTASIN, &c. Græcostasis meminit Varro his. Ante curiam, inquit, hostiliam sub dextra à comitio locus substructus, vbi nationum subsisterent legati, græcostasis est appellatus. Hic enim locus dictus à Græcis, propter nationis excellentiam, nam græcostasis, quasi græcorum statio dicta est, vt quibusdam placet.

Commentariorum in Septimum Plinij Secundi, Naturalis hystoriæ, scriptoris argutissimi, Finis.

IN OCTAVVM PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE, ARGVTISSIMI SCRIPTORIS LIBRVM, STEPHANI AQVAEI BITVRICENSIS, VIRI EQVESTRIS, COMMENTARIA.

CAPVT PRIMVM.

AD RELIQVA TRANSEAMVS, &c. Hominum varijs formis, ritibus viuendi, partuque multiplici, cōmemoratis. Nunc aīalium terrestriū historiā, ab elephantorum quidem cum dote, tum natura auspicatur, iure profectò, quando animal videatur sensibus humanis proximum. Nam vt quàm scitissimè, ac luculenter Aristoteles. ix. de anima. histo. refert. Elephantus omnium ferarum mitissimus & placidissimus est. Quippè quòd multa officia percipiat, ijsque imbuatur, quando etiam regem adorare condiscat, valet sensu & reliqua sagacitate ingenij excellit, vt scriptum reliquit Aristot. Plinij sententiæ fert opem Strabo libro geographię. xv. inquiēs. Sunt eñ natura mites & mãsueti, vt ad rationale aīal ꝓximè accedant, quidã aurigas suos, qui in certamine ceciderint, ex pręlio eximunt. Quidam anterioribus pedibus vtero subiectos seruauerunt, captos obtemperare docent, alij oratione, alij cantu aliquo, vel tympani deliniti sonitu &c. Sunt itaque elephanti amoris & glorię participes, ac mansuetudini addicti. Subdit Pli. ARABICI MINORES, &c. Strabo, quo diximus loco, lybicos elephantos alios antecellere magnitudine, memoriæ mandauit. Lybicos, ait, & maximos esse & valentissimos: qui rictu propugnacula deijciant, & arbores radicitus euellant, in posteriores pedes erecti: dociles autem esse referunt, & pręceptoribus obsequentes. Habere profectò vim quandã naturalem animantes in quauis animi affectione videntur: vt scitè ab Aristot. dictum: videntur enim pleraq; animalia, prudentia, ac clementia, acerbitate, & reliquis habitibus prędita. Actiuę certè rationis in bestijs semina multa esse cōuisuntur, quod operum & vitę modus comprobat: speculatio item quędã. Norūt enim remedia, cibos distingunt, futura præsagiunt, ingruentia vitant solertissimè. Porrò quod Pli. ait cęlestia venerari adorareque lunam, id sanè intelligendum. bestias aliud quiduis facere cum cęlestia honorare vidētur, aut si id agãt, nescire quid agãt. ILLAS MOLES, &c. Illos elephantos. De his affatim, Solinus, Plinio penitus astipulans, & Diodorus Sicu. libro tertio, Philostratus, lib. ii.

Elephã torū docilitas.

Actiua ratio inest aīalibus.

CAPVT SECVNDVM.

R OMAE IVNCTI, &c. Plutarchus author exactiſſimæ eruditionis in vitam Pompeij eadem cõmemorat, inquiens. Optans Pompeius grauiori eos moleſtia afficere, conatus eſt curru quatuor elephantibus ducto, triumphum ducere, inter alia quę ex Aphrica adduxerat, horum nonnullos captiuos duxerat, anguſtiori tamen porta vrbis prohibitus equis vſus eſt, hec Plutarchus. Refert idem Pompeiũ docuiſſe pugnare elephantos, leones & id genus animaliæ, tanta ijs eſt docilitas.

CAPVT TERTIVM.

C ERTVM EST, &c. Meminit docilitatis elephantorum Strabo, libro decimo quinto, ijs verbis. Nearchus author eſt, caſſes in compitis quibuſdam à venatoribus diſponi, & à manſuetis in eas agi: qui præſtantes ſunt, & ab auriga ducuntur: at'que adeò manſueſcere, vt lapidẽ ad intentionẽ iacere, & vti armis, & optimè natare diſcãt. vt maxima poſſeſſio exiſtimetur elephantis currus. Duci etiam ſub iugum & vincula, at'que mulierem eam præſtare, quæ minus ab amante elephantem accipiat. Eadem etiam commemorat Solinus quæ Plí. Et ſubdit HERODOTVS, &c. Herodotus, libro tertio Aethiopiã refert gignere maximos elephãtes: prominẽtibus vtrin'que dentibus. Philoſtratus de vita Appollonij Tianei, cornua elephantorum non dentes appellat. Pauſanias miratur quãobrem potius dẽtes, quam cornua vocare moris ſit. Cum cornua, inquit, renaſci poſſunt, dentes non poſſunt: idem aſſeuerat vidiſſe propè Capuam, in Dianæ templo, caluariam elephanti, in qua è temporibus cornua prodibant intrinſecus. Ariſto. de ijs ſic habet, de animalium hiſtoria ſecũdo Elephanto dentes vtrin'que quatuor, quibus conficit cibum, at'que in ſpeciem farinæ mollit, duo præterea prominent grandes, quos mares grandiores reſimatos'que habent, fœminæ minores, & contra quàm mares, vergunt enim deorſum proni'que deuiant ſtatim cum natus eſt elephãtus, hæc ille. Libro etiam nono, eos eſſe aptos ad rem bellicã. Sũt, inquit, apud indos in vſu rei bellicæ non ſolum mares, ſed etiam fœminæ, verumtamen fœminæ pauciores ſunt, & longè timidiores. Et ſubnectit Plí. FODIVNT RADICES, IMPELLVNT MOLES, &c. Videtur alluſiſſe ad Ariſto. aſſertionem, libro de animalium hiſtoria nono: inquientis. Euertit ædificia elephantus, palmas verò ſua fronte impellit, donec declinet, tum pedibus inculcãs proſternit in terram. Pugnant inter ſe elephanti, dentibus alter alterum ferit: qui autem victus fuerit, adeò animum amittit, vt nec vocem quidem victoris tolleret, Plinius deinde ait.

QVIBVS SVNT MINIMI, &c. Hoc eſt, quibus ſunt minimi dentes, ſubintellige. Gærcas literas didiſciſſe elephantum ait hic, græce enĩ hæ erant, ἀυτὸς ἔγω τὰ δε ἔγραψα λάφυρατε κελτ͂ ἀνέθικα, quę latine ſonant, ipſe ego hęc ſcripſi ſpolia'que celtica dicaui.

CAPVT .IIII.

V IRVM IN PLERISQVE ANIMALIVM, &c. Tanta clementia elephantus dicitur, vt oberranti homini potius opem ferat, quam noceat: aut eum perterreat, contra, Tigris mira truculentia fertur: animal, id eſt, mirandæ pernicitatis. Totus enim fœtus qui ſemper numeroſus eſt, ab inſidiẽte rapitur, equo quã maximè pernici, at'que in recedentem ſubinde transfertur. at vbi fœta cubile vacuum reperit, nam maribus non eſt ſo- Elephã torũ clementia.

bolis cura,fertur præceps odore veſtigās catulos portantē,auferentem'que,raptor apropinquante fremitu abijcit vnum ex catulis, illa morſu & pondere etiam remeat ocyor, iterum raptorem cōſequitur,& ſubinde niſi in nauem ingrediatur irrita feritas ſæuit in littore. Strabo geographiæ decimo quinto. Megaſtenem refert ſcribere Tigres in India,apud Praſios populos gigni, magnitudine duplex ferè quàm leo ſit: adeò valentes, vt vnus è māſuefactis à quatuor hominibus ductus, ſi mulum à poſteriore pede apprehenderit,ad ſe trahat.

Tigridis celeritas.

CAPVT QVINTVM.

ELEPHANTI GREGATIM, &c. Amnes amare elephantos Ariſto.nono de animaliū hiſtoria ſcriptum reliquit, amat amnes,inquit, & quāuis animal nō ſit aquatile,tamē riparium dici poteſt: incedit etiā per aquā & eatenus mergitur quatenus eius proboſcis ſuperat,reflat enim per eam, & ſpiritum recipit & reddit: ſed natare ſatis pondere ſui corporis non poteſt,hęc ille. Porrò proboſcis, in elephanto manus dicitur: quòd ea tanquàm manu vtatur: eſt enim porrectio corporis inhærens naribus. Et ſubdit Pli.

MIRVS NAM'QVE PVDOR, &c. Verba ſunt Ariſto. libro de hiſtoria animalium nono: inquientis. Qui fuerit victus adeò animum amittit,vt ne vocem quidem victoris tolleret, paulò poſt ſubnectit Pli.

PVDORE NVNQVAM NISI IN ABDITO, &c. Hæc certè à promptarijs Ariſto. deſumpta ſunt. Elephanti,inquit, coituri etiam ſolitudines petunt, ſed præcipuè ſecus flumina, & qua paſci conſueuerunt ſubſidit fœmina, ſubmiſſis'que clunibus, pedibus inſiſtit, ac innititur. Mas ſuperueniens cōprimit, atque ita munere venereo fungitur: incipit autem coire, vt idem ait, libro naturæ animalium ſexto, anno ætatis viceſimo. Elephantus verò fœmina anno aut duodecimo, cum celerrimè, aut quinto decimo cum lentiſſimè. Mas etiam interdum quinque, aut ſex annos natus ſuperuenit ineunte ętate vere coitum triennio interpoſito repetit, quam grauidam reddidit, Mas eādem præterea tangere nō patitur. Vterum biennio gerit: parit ſingulos, vniparum nam'que eſt animal, fœtū magnitudine trimeſtris, aut bimeſtris vituli ædit. Strabo, libro geographię. x v. Elephantos etiam vere coire ſolitos tradit. Mares'que purgationes quaſdam habere, vbi detentus ſit domi & ſæuierit. Tunc enim quiddā pingue emittit per ſpiramentum, quod ei ſecundum tempora eſt. Ariſt. Elephātes efferari circa coitum tradit, libro ſexto de animalium hiſtoria. Corollas vendentem: Coronas. Apollonius Tyaneus diſcrepat à Pli. de tranatione fluminum elephantorum, ſicut docet Philoſtratus, libro ſecūdo vitę illius, cuius verba ſunt. Cum videret Apollonius, ait, elephantos Indum flumen tranſeuntes. Erant autem triginta, & duce vtebantur eo, qui inter ipſos minimus erat. Maiores verò, ipſorum dentium eminentiis pullos geſtabant proboſcide'q; tanquam vinculo ipſos complectētes, &c. Cæterò de coitu non penitus Pli. & Ariſt. conueniunt. Nam de admirandis in natura. ca. x x i x. Differre ab eo videtur. CVM BOCCHVS, &c. Hic eſt rex, cuius meminit Strabo, libro decimo quinto, & Liuius, libro. l x v i. Saluſtius in Iugurth. Plutarchus in Mario. Sylius, libro tertio.

Coitus elepātorum.

CAPVT SEXTVM.

ELEPHANTES

ELEPHANTES ITALIA, &c. Plutarchus eadem etiam commemorat in vita Hannibalis & Pyrrhi, porrò hic Plí. Pilas hastatas vocat eas, quę habent cuspides ferreas, vt diximus libro superiore. Lucas appellabant, &c. à magnitudine, quoniam maximam quadrupedē cū haberent, vocabant Lucas: à Lucanis. Alij Lucam dictam putant feram quasi Lybicam: quòd ex Aphrica bellue hę in Italiam deductæ sint. Varrò, à luce, Lucas dictas existimauit, quòd Elephanti relucebant propter inauratos regios clypeos. Lucæ.

CAPVT SEPTIMVM.

CLARA MINVS, &c. De ijs qui volet amplius legat Plutarchum. Suetonius etiam asserit Cæsarem elephantes pugnantes in spectaculum duxisse. Nouissimè inquit, pugna diuisa in duas acies quingenis peditibus elephantis vicenis, tricenis equitibus hinc & inde commissis. Subdit Plí. VITALIA CAPITIS, &c. Hoc est cerebrū, Adactum, adfixum, Euripis, Fossulis subterraneis. IN CONSVMMATIONE GLADIATORVM, &c. Gladiatores consummati dicebantur exauctorati, ac emeriti, sic milites consummati stipendio priuati dici possunt: quare Iulius frōtinus ait, libro Stratagematon quarto. Curiuscum victis ab eo Sabinis, ex senatuconsulto ampliaretur ei modus agri, quem consummati milites accipiebant, gregalium portione cōtentus fuit. Consummatio igitur gladiatorum, est priuatio stipendiorum, siue emerita, vt ita dicam, solutio, ac exauctoramentum. Cōsummati milites.

CAPVT OCTAVVM.

CAPIVNTVR AVTEM, &c. Venationis elephātorum meminit scitè Strabo, cuius verba: quia proposito congrua, subtexui, is enim libro decimo quinto ait. Elephātorum venatio hoc modo fit, locum aliquem purgatum quatuor aut quinque stadiorum profunda fossa circundant, tum ingressum ponte angustissimo iungunt: dein de tres aut quatuor elephantes fœminas ex mansuetis immittunt: ipsi in tugurijs occulti insidiantur per diem syluestres non accedunt. Nocte autem singulatim introeunt, quibus ingressis, venatores clàm aditum occludunt: postea nonnullos ex domesticis certatoribus fortissimos inducētes cum illis pugnant, simul etiā eos fame macerant. Quum verò iam defessi fuerint aurigarum audacissimi clàm descendentes, quisque sui elephantis vterum subeunt, atque huic subito siluestrium vterum subeuntes, compedes illis inijciunt, quo facto domesticos exhortantur, vt victos verberent, quousque in terram cadant, postquàm ceciderint, bouillis loris eorum colla cum domesticis alligant: & ne ascensores excutere possint, colla circuncidentes in cæsuris vincula imponunt, vt præ dolore, vinculis cædant, & quietē agant Aristo. cui Plí. hic astipulatur, libro nono de animalium historia, de eorum venatione affatim meminit, ijs. Elephantorum venatio talis est. Mites aliquos animosos que elephantes conscendunt, qui venātur: cursu que insequuntur feros, quos occupauerint ferire precipiunt, dum fatigent vires que dissoluant. Tum rector in defatigatum illum insilit, regit que falce, post breui tēpore fera mitescit cū descēderit, Modus domādi Elephātos.

derit,alij mãſuetudine ſeruant,alij ſuam repetunt feritatem, ita'que immitteſcẽtium crura prępediunt vinculis: vt quieſcant,hæc illæ. Et ſubdit Pli. Mox ſanguinis veſtigia ſequuntur, &c. Hoc eſt veſtigia ferarũ:ſiue ipſas feras inſequuntur. BIPENNI ,ſecuri,Philoſtratus,libro ſecũdo de magnitudine elephãtorũ ſic agit. Quãto equo Nyſeo maior eſt Libycus elephas, tanto libycis maiores elephãtes ſunt Indici.

CAPVT DECIMVM.

DECEM ANNIS, &c. Ariſto.ille naturæ rerum conſultiſſimus,libro naturę animalium quinto,elephantos vterum biẽnio geſtare prodit, libro autem nono, ait eos viuere ducentos, Viuere,inquit,elephantos mares,alij annos ducentos , alij centum & viginti dicunt : fœminas ferè totidem, ſed florere ætate circa ſexageſimum narrant, hyemis & frigoris impatiens hoc animal eſt . Ratio,ob quam incertum ſit, vt eorum coitus non pateat. Plautus, in ſticho ait. Audine ſępe hoc vulgus multis dicier ſolere elephantum grauidam perpetuos decem eſſe annos, &c. Hinc paroemia Celerius elephãti pariant, de re impoſſibili dictum prouerbium, alij de ſegnicie,ac torpore dictum volunt. Scribit Philoſt. Apollonium inueniſſe apud vrbem Taxilam elephantem, quem coronis è myrto, ac vittis indigenæ decorabant, hunc elephantum homines illius patriæ dicebant vnum ex eis qui pro rege Poro, contra Alexandrũ bellaſſet, quem ob id Alexãder ſoli dicauit.eũ'que catenis aureis exornãs, in quibus græcis literis id ſcriptũ, in hanc ſententiam erat. Alexander Iouis filius Aiacem(ſic nomen erat elephanto) ſoli magnum nomine exornãs, putant indigenę annos quinquaginta ſupra tre-
Cur elephãtorũ coit⁹ non pateat.
centos, ab ea, quam diximus pugna, ad ea tempora interceciſſe, &c. Porrò eorũ ętatis meminit Strabo, quo diximus loco. Viuunt, inquit, quantum longæui homines, quidam etiam ad ducẽteſimum perueniunt annum . Oneſicritus dicit eos ad trecenteſimum annum viuere, concipere autem decimo anno, hęc Strabo. Et ſubdit Pli. INFLATIONEMQVE ET PROFLVVIVM ALVI, &c. Strabo, de eorum morbis ſic agit. Morbidi ſunt, & incurabiles, ægrotantibus oculis remedium eſt bouillum lac infuſum, complures morbos vinum atrum epotum curat, vulneribus butyrum auxiliatur . Ariſt. cuius aſſertio-
Elephãtorum morbi.
ni Pli. hic aſtipulatur libro antelato: de iis hæc habet. Elephanti morbis inflatione contractis laborãt, quo fit, vt ne poſſint excremẽtum , vel veſicę, vel alui reddere, ægrotant etiam ſi comedant terram: niſi ea frequenter vtantur. Nam ſi frequenter, nihil ſentiunt mali, lapides etiam interdum deuorant, ne cnõ fluore alui tentãtur, quo cum vires languerint, curantur potione aquę calidę, & cibo fœni melle imbuti, vtrum'que enim ſiſtit profluuium alui. Et ſubnectit Pli.

MANDVNT ORE SPIRANT BIBVNT, &c. Ariſto. Hordei modios Macedonicos nouenos elephãtos ædere poſſe ſcriptum reliquit, libro de hiſtoria animalium octauo , ſubdit Plinius.

SETARVM NVLLVM TEGVMENTVM, &c. Ariſto. in quadrupedum genere elephãtum minimè hirtum memoriæ mãdauit.

Cãcellata cutis quę dicatur.
CANCELLATA CVTI, &c. Cutis quaſi teſſelatim afformata, ſiue lignorum tranſuerſorum modo afformata contexta'que, ligna enim interſe modicis interuallis in trãſuerſum retis inſtar inuicem annexa, cancellos vocant: hinc cancellata cutis quo diximus modo compacta . Dignum ſcitũ quod

narrat Plutarchus in oratione,in qua connubialia cõtexuit præcepta:elephantos efferari veſte clara,ac punicea.Elephantis,inquit,qui ſe admouent,veſtem claram non geſtant,nec puniceam,quòd illa animalia ijs coloribus maximè efferentur.

CAPVT .XII.

MIRA ANIMALIVM, &c. Dracones tãta magnitudine eſſe Strabo authore Artemidoro refert,libro decimo ſexto geographię,vt tricenum cubitorum ſint capiant'que cũ tauros,tum elephantos. De diſcordia eorũ in elephãtos ſic meminit Solin⁹. Denique inſidię hoc aſtu pręparãtur ſerpẽtes prope ſemitas delitèſcunt, per quas elephanti aſſuetis callibus euagantur, at'que ita prætermiſſis prioribus,poſtremos adoriũtur,ne qui anteceſſerint valeãt vltimis opitulari,ac primum pedes nodis alligant,vt laqueatis cruribus impediãt gradiendi facultatem. Nam elephanti niſi pręuenti hac ſpirarum mora,vel arboribus ſe, vel ſaxis applicant,vt niſi ac põdere nitibundo attritos necent angues. Dimicationis cauſa præcipua cauſa eſt,quòd Elephãtis,vt aiũt,frigidior ineſt ſanguis,& ob id à draconibus auidiſſimo torrente captantur æſtu:denique nunquàm inuadunt,niſi potu grauatos,vt ne vis propenſius irrigatis maiorem ſumant de oppreſſis ſacietatem.Nec aliud magis quàm oculos petunt,quos ſolos expugnabiles ſciunt,vel interiora auriũ,quia is tantum locus defendi non poteſt,hæc ille:& multa id genus Plinio penitus aſtipulans. NODOS MANV, &c. Hoc eſt, proboſcide, ſine nare, qua vtuntur loco manus.

Serpẽtes qualiter elephantis iſidient

LANCINANT PARTES, &c. Feriunt, mordent, lacerant.De diſcordia,ac bello Elephãtorum cum Draconibus agit ſic Diodorus Siculus,libro quarto.Tradunt quidem in deſertis ac feris locis, ſerpentes qui cum elephantis propter aquas pugnant magnitudine numero admirabiles eſſe.Complicant enim corpus aſſurgentes,annixique viribus Elephantorum crura conuertunt adeò arctè,vt ſumma vi beſtias natura graues,ad caſum compellant.Tum plurimum concurſu facto,beſtiam haùd facile mobilem depaſcuntur,hæc ille.

CAPVT .XIII.

GENERAT DRACONES, &c. Refert Strabo,decimo ſexto geographiæ. Artemidorum Dracones tricenum cubitorum.Porrò ait Varro. Dracone mortuo, tria ex eo extrahi,oculos, pellem,& dentes, oculi ſunt lapilli pręcioſi igneo colore.Dentes ferè ſimiles dentibus apri,præterquàm graciliores.In hoc genere criſtati mares ſunt.Oneſicritus ſcribit ex comitibus Alexãdri Indorum regem nutriſſe dracones duos,alterum octogenum, alterum verò nonagenum cubitorum magnitudine,eos'que Alexãdrum ſpectare voluiſſe inter præcipua,Epirotæ Apollinem venerentur,in cuius templo draconem colunt ob memoriam Phitonis, à quo ſe prognatos dicunt,ex eo'que cibum appetente,aut auerſante,auguria accipiunt,ſed & eodem ferè modo draco apud Albam in luco iuxta templum Iunonis Arginæ colitur à virginibus,à quo cum cętera capiant auſpicia,tum virginitatis integritatem deprehendunt.Porrò legimus apud Aelianum Dracones quoſdam pueros,puellas'que adamaſſe.Draconem in delicijs fuiſſe apud Tiberium ſcriptum reliquit Sueto. Dracones clariſſima eſſe oculorũ acie produnt: quapropter eos theſauris cuſtodiendis cõſecrauerunt.Tum Aeſcu-

Draco tria pręcioſa habet.

lapio. Philostratus, libro tertio vitę Apollonij. Omnem regionem Indię abundare draconibus ait, magnitudine & multitudine mirandis, plenas esse ijs paludes, lõgitudine cubitorum triginta, vix caput attollentibus, terrestres esse dracones ranis similes terga subnigra habentes. Albertus doctior, quàm, politior author, libro vigesimo quinto, miratur Plinij verba de Draconibus, stolidè quidem.

CAPVT .XIIII.

MEGASTHENES SCRIBIT, &c. Non obfuerit ijs admonere quæ Strabo, libro geographiæ. xvi. de magnitudine inusitata prodigiosa'que serpentis, Possidonius inquit. Scribit fuisse visum serpentem mortuum iugeri longitudine, tãta crassitudine, vt equites ex vtra'que parte astantes se inuicem tueri non possent. hiatu autem tanto, vt hominem equo insidentem reciperet. Exuuiarum squammam quamlibet, clypeo maiorem, hæc ille.

Mira serpentis magnitudo.

Porrò de serpente illo à Regulo expugnato, Aulus Gellius noctium atticarum sexto, ca. tertio, sic meminit. Tubero in historijs scriptum reliquit, bello punico primo, Attilium Regulum consulem in Aphrica castris apud Bragadam positis, prælium grande, at'que acre fuisse aduersus vnum serpentem in illis locis stabulantem inusitatę immanitatis, eum'que magna totius exercitus conflictione balistis at'que catapultis, diu oppugnatum, eius'que interfecti longum corium pedes cẽtum & viginti, Romam misisse. Solinus magnitudinis horum serpentium meminit, ca. lx. Porrò Aelianus multa serpentium genera commemorat, libro varię historię. Cerastem, Hydrum, Eudrum, Natricem, Colubrum, Draconem, Aspidem, Dipsada, Pariam, Amphysbenam, Acontiam, Prestera, Viperam, Aemorrhoida, Sepidona, Sipem, Porphyrum, Ceciliam, Cerastes in Aphrica gignitur: in fronte corniculis, vt cochlea insignitus, Aspis, quinum cubitorum iam inuentus, Plutarchus dignum scitu commemorat de Aspidibus libro aspidum. Aegyptios in honore aspides habere, ac in delicijs, vna'que cum pueris educare, mansuefactas adeò, vt vocatæ veniant, mensis'que assistant. Cæterò Galenus, Aspidum genera ponit, Chelidonias, Chersas, & Ptyadas, à sputo cognominatas, quas Cleopatra sibi admouisse fertur, de ijs agemus etiam, ca. vigesimo tertio. Porrò de serpente illo qui ad Bragandam apparuit, meminit etiam Valerius Maximus, libro primo, Titulo miraculorum. Et Titus Liuius in secunda decade primi belli punici. Cæterò inter cæteras regiones serpentibus scatere Pharsalia dicitur, ob id cecinit Luca. Cur libycus tãtis exundet pestibus aer. Diodorus Siculus, libro quarto, de ijs ita meminit. Varia serpentium genera incredibili'que magnitudine conspici dicunt, qui loca propinqua incolunt. Cẽtum enim cubitorum longitudine nonnullos esse aiunt, vt merito non solum à nobis, sed alijs quo'que id falsum esse existimetur.

Genera sepentum.

Cora= stes.

Aspis.

Aspidũ genera.

CAPVT .XV.

PAVCISSIMA SCYTHIA, &c. Paucissima animalia ob fructuum inopiã scythia gignit, pauca item Germania illi vicina. Gignit tamen visontes, quorum ita meminit Solinus. In hoc tractatu sanè, & in omni septentrionis plaga visontes frequentissimi, qui boues feris similes, tubis horridi, setosa colla, vltra tauros pernicitate vigentes, capti assuescere manu nequeunt. Sunt & vri, quos imperitum vulgus vocat Bubalos, istis porrò

Visõtes

Vri.

quos

quos vros diximus, taurina cornua in tantum modum protenduntur, vt dempta ob inſignem capacitatem inter regias menſas potuum gerula fiant, hęc ille. Albertus magnus tantam eſſe vris in cornibus vaſtitatẽ, & robur, vt homines cum equo cornibus ventilent, teſtatur libro vigeſimotertio. Sunt etiam in hoc regionis tractu animalia quæ vocant Alces, quorum ita meminit Cæſar, ſexto commentariorum, Alces figura & pedibus ſimiles capris. Verùm aliquantulum maiores, crura ſine nodis & articulis habent, quare arboribus pro cubilibus aſtantes adhærent. Has venatores arbores ab radicibus ſecuri debilitatas relinquunt, atque ita vna cum eis cadentes, neque ſeſe tollere humi valentes, capiuntur. Vri ſunt magnitudine paulum infra elephantos, figura ac colore tauri, magna vis eorum, magna velocitas: neque homini neque feræ parcunt. In venatione eorum in Germania iuuentus ſeſe exercet. Porrò Solinus Plinio penitus aſtipulatur, de hiſce animalibus diſſerens, hoc quo ſequitur modo. Eſt & Alces mulis comparanda, adeò propẽſo labro ſuperiore, vt niſi recederet in poſteriora veſtigia paſci non queat. Meminit Pauſanias affatim. & paulò poſt ſubdit Plinius. Alces.

BONASVS, &c. Applaudit hic Ariſtotelicæ lectioni, que de Bonaſo hęc habet libro nono de animalium hiſtoria. Bonaſus gignitur in terra Peonia, monte Meſſapo, qui Peoniæ & Medię terræ collimitium eſt: & Menapios à Peonibus appellatur, magnitudine tauri, ſed corpore quàm bos latiore, breuior enim & in latera auctior eſt. Tergus diſtentum eius locum ſeptem accubantium occupat: cætera forma bouis eſt, niſi quòd ceruix iubata armorum tenus, vt equi eſt, ſed villo molliore quàm iuba equina, & compoſitiore, color pili totius corporis flauus, iuba prolixa, & ad oculos vſque promiſſa, & frequens colore inter cinereum & rufum, non qualis equorum, quos Parthos vocant, eſt, ſed villo ſupra ſqualidiore, ſub terlanario nigri admodũ, rufi nulli ſunt: vocem emittũt bonaſi vt boues. Et ſubdit paulò poſt. Carnẽ habet guſtu ſuauẽ, quare in vſu venandi eſt, cum percuſſus eſt, fugit niſi defatigatus nunquam conſiſtit, repugnat calcitrans & proluuiẽ alui, vel ad quatuor paſſus proijciens, hæc ille. Plinius alui proluuiem ad lõgitudinem triũ iugerum iacere teſtatur, in quam it pedibus ſententiam Solinus. Et ſubnectit Plí. Bonaſ⁹.

MIRVM PARDOS, LEONES, PANTHERAS, &c. Hęc enim animalium genera acutiſſimos vngues habent quos recondunt in pelle articulorum: modò haberent vaginas, vaginas enim vnguium vocat receptacula illa in pedum articulorumue corio extantia, condunt vngues, vt libet, ſic pretẽdunt, vbi ſæuiunt.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

LEONI PRAECIPVA, &c. Leo certè quãuis in ædendo ferociſſimus ſit, tamen paſtus & famẽ iam vacans, facilis mitiſque maiorem in modum eſt, nihil hic ſuſpicatur, nullius ſuſpicioſus eſt, ludibũd⁹, feſtiu⁹, beneuol⁹ ad modum ſuis cum ſocijs, & familiaribus authore Ariſtotele nono animalium. Et ſubnectit Plinius. Leo.

SEMEL AVTEM EDI PARTVM LACERATO VNGVIVM ACIE VTERO in enixu, &c. Hic videtur plinius ſubintellexiſſe Herodoti aſſertionẽ partum ſemel lacerato vnguium acies vtero referentis, cuius rei meminit Aelianus: item & Aulus Gellius, atticarum noctium decimotertio, capite ſeptimo. Lenas inter omnem vitam ſemel parere, eoque vno partu nunquam edere plures q̃

Vnum parit, enitendo enim cum fœtu pariter matricem proijcit, vt scriptum reliquit Herodotus in tertia historia. Cum autem animalium acerrimum sit lena, & audacissimum, semel in vita vnum parit. Rei verò causa est, quòd cum in matrice manens motitari incipit catulus, motus ille vnguiculis præmunitus ferarum omnium acutissimus matricem discerpit: tum in maius continuo augescens, multo magis dilanians prodit. Instante verò iam nixu, prorsum relinquitur: eorum integrum & sanum nihil. Homerus autem plures gignere lenas testatur, quādo ait.

Cur lena vnū in vita pariat.

, Vsque leo in sylua stabat sua pignora circum.
, Cui manus occurset catulo nemus inter agendi
, Venatrix accincta virum:
, Crebra gemens nimium, tanquam leo viribus ingens
, Faucibus, absenti vena tor se catulum audax,
, Abripuit denso in saltu, dolet, acre sequens
, Deinde nemus versat, scrutans vestigia, si quo
, Versa viri inueniat, coquit illum bilis amara.

Porrò quæ hic ait Plinius. LEONEM AVERSVM COIRE Verba sunt Aristotelis sexto de animalium historia. Coit, inquit, & parit non omni tempore, singulis tamen annis, vere parit, & magna ex parte geminos, sed complurimos sex catulos, nonnunquam etiam vnum. Quod de lena fertur vuluā cum partu euellere, delira fabula est, hæc Aristoteles, & multa id genus. Porrò sunt qui hic legant Nestum, legerim Nessum authore Aristot. ac Gellio. Subdit paulo post. LEONVM DVO GENERA, &c. Verba sunt Aristotelis, nono de animalium historia inquientis. Leonum duo genera sunt, quorum alterum breuius crispioreque pilo, quod ignauius est, alterum longius piloque probiore quod est generosius. Fugiunt interdum leones demissa inter crura cauda vt canes. Et subsequitur apud Plinium.

Leonū duo gn̄a

VESCI ALTERNIS DIEBVS, &c. Eadem Aristoteles octauo de historia animalium. ADEVNT (inquit Plinius) IN SENECTA, &c. Aristoteles sic. Adeunt vrbes, & iniuriam hominibus inferunt potissimum tempore suæ senectutis, tunc enim ob corporis imbecillitatem, & dentium defectionem nequeunt venari. Porrò ait Pli.

LEONI TANTVM IN SVPPLICES, &c. Varia placabilitatis exempla de leonibus commemorat Aelianus: item & Gellius de seruo quodam, atticarum noctium quinto, capite decimoquarto, quæ legat qui de his volet. Diuus Hieronymus idem contigisse, sicut de seruo illo, ac de Helpio Samio, qui feram huiuscemodi narrat beneficio affectam, in regione Elymea templum Adonidis esse, vbi leones mansueti hospitibus blandiuntur, ex eorum'que manib' cibum capiunt, vt etiam author est Aelianus. Solinus de leonum placabilitate Plinianæ omnino applaudens lectioni asserit enim is etiam quæ Plinius dixit. Leonum clementiam elegantissimè expressit Claudianus, hoc carmine.

, Prætereunt subiecta feræ, toruique leones
, Quæ statuisse valent, ea mox prostrata relinquunt.
, Nec nisi bellacis gaudent ceruice iuuenci.

Et Ouidius libro tristium.

, Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni
, Pugna suum finem, cum iacet hostis habet.

De leonum partu ac fœtu, mira tradit Philostratus in vita Apollonij cum refert inuenisse lenam à venatoribus occisam, cuius aluo cęsa catulos octo inuenisse. Illa ait Plinius.

ANIMI NOBILIOR SIGNIFICATIS, &c. Verba sunt Aristotelis inquientis, nono de historia animalium. In venatu, inquit, dum cernitur nunquam fugit, aut metuit: sed etiam si venantium multitudini cedere cogitur, sensim pedetentim'que discedit. CREBRO SVBSISTENS, &c. Et subsequitur VVLNERATVS, (ait Pli.) obseruatione mira, &c. Hæc ex Aristotelis penu desumpta sunt, quo diximus loco. Limis oculis, &c, obliquis transuersis'que. ROTARVM ORBES, &c. Solinus, eadem cantus inquit Gallinaceorum & rotarum timent strepitus, sed ignem magis &c. quæ etiam Aelianus omnia confirmat. Aristoteles libro antelato ignem pręcipuè leones formidare scriptum reliquit, quod & Homerus annotauit hoc versu. Ardentes'que fasces quas, quamuis sæuiat, horret, &c. Cantu enim gallorum leones terreri naturę rerũ peritissimi omnes testantur, putarim id fieri sydereo influxu, quòd (vt reconditioris doctrinæ conijciunt consultissimi) gallus natura sit phœbeus, martius autem leo, phœbea enim potestas multo excellentior martia proditur. Dignum scitu quod ait Ambrosius, quarto sexti Hexameron, leones gallos potissimum albos timere. Causam autem aliam quam diximus, cur leo gallos timeat, assignat Lucretius libro quarto, his verbis. — *Cur gallorũ cãtu leões terreantur.*

, Quin etiam gallum nocte explaudentibus alis,
, Auroram clara consuetam voce vocaret,
, Quem nequeunt rapidi contra constare leones
, Inque tueri, ita continuo meminere fugai
, Nimirum, quia sunt gallorum in corpore quædam
, Semina, quæ cum sunt oculis immissa leonum
, Pupillas interfodiunt, acrem'que dolorem
, Præbent, vt nequeant contra durare feroces.
, Cum tamen hæc nostras acies nil lędere possint,
, Aut quia non penetrant, aut quod penetrantibus illis
, Exitus ex oculis liber datur in remeando,
, Lædere ne possint ex vlla lumina parte.

Subnectit Plinius. QVINTVS SCAEVOLA, &c. Hæc etiã Solinus. Spectaculum, inquit, Romæ ex his primus ædidit Scæuola filius Publij, in curuli ædilitate. Porrò quod ait Plinius de Marco Antonio, eadem Plutarchus. De Lysimacho autem affatim Trogus, Lampridius etiam Haliogabalum eadem egisse quæ M. An. in spectaculo leonum. Plutarchus etiam de magno Pompeio affatim, & eius spectaculis. Porrò dignum scitu, quod scriptum reliquit Auicenna, raro læ nam parere, & ad summum duos concipere: ait'que rationem esse ex caloris intimi vehementia, copiosius largius'que nutrimẽtum reposcentis, vnde numerosior impediatur generatio. Addit'que non vesci, nisi ex venatione, nec venari nisi semel in die. Cęterò causa auctioris plausibilioris'que lectionis non obfuerit annotasse, quæ ex leonis natura prouerbia emerserint. Fecit enim leo gradum adagio græco, quod est ἐγέλασεν ὁ λέων, hoc est, leo risit, quod dici solet in eos qui sunt fronte caperata ac rugosa, seueri, graues, ac non satis mites, nec tractabiles. Hoc enim fuisse dictum in Thucididem, qui scelus aliquod explicaturus, consueto apertius, & intellectu nemini nõ obuio narrationem contexuisse fertur. Porrò ridere dicitur etiam leo, quando cauda sublandiri videtur. Est & aliud apophtehgma ex eo aïali, quod est λέοντα ξυρεῖς, hoc est, leonem radis, quod significat impossibilia tẽtas, & nõ citra periculum. Hoc etiam à Cælio libro septimo lectionum antiq. dictũ, Sago: clamide militari. MIMA Cytheride, &c. Ex Cythera insula, contra Cretam, hinc Cytherea Venus, σωτῆρος &c. hoc est saluatoris templum Dionysij — *Leo risit fit adagium.* — *Leonẽ radere.* — *Saluator qui dicatur.*

appellauere, vocabulum soter exprimi vno verbo non posse latine Cicero, actione quarta contra Verrem tradit. quùm enim, inquit, significet, qui salutem dedit. Porrò Sotera Iouem dicunt, quam alij Eleutherium, hoc est liberatorem. Porrò vbi ait Plinius. SEMPER aliquid noui Aphricam &c. hoc emanatū est prouerbium, à promptarijs Aristote. libro octauo capite vigesimooctauo, quādo ait, multiformis in Aphricam &c.

CAPVT .XVII.

pāthera

AEQVE, &c. Et si constet pantheram feram esse intractabilem, tamen non ei deesse aliquid mansuetudinis, ac clementiæ pàlam est, id enim probat Plinius exemplo memorabili à Demetrio physico narrato, qui ait iacentem aliquem via media hominis desiderio apparuisse patri cuiusdem philenis affectatoris philosophiæ, qui vbi pantheram conspexit, repente astitit pauore motus, fera ei blandiente, perinde ac si rationis compos esset, donec significasset quid vellet. Numerosas esse in Hircania pantharas Solinus Plinio suffragans testatur: earum affatim naturam explicans. Aristoteles etiam libro de animalium historia octauo, Harum ita meminit, Panthera cum venenū Pardalianches dictum ab angore ederit, quo leones etiam intereunt, stercus hominis quærit, eo enim ipso iuuatur, quocirca venatores stercus ibi propinquum suspendunt ex arbore aliqua, ne procul belua abeat, petens suum medicamētum. Itaque insiliens ibidem, & spe capiendi perseuerans in se efferanda emoritur, eandem sese abscondentem venari ferunt, propterea quod suo odore belua intelligat delectari: propius enim ita accedunt, hæc ille. His enim conijcere licet, male legi apud Plinium, Ferunt colore &c. legendum enim est, odore, vt docemur lectione Aristotelis, item & Solini, inquiētis. Tradunt odore earum & in contemplatione armenta mirè affici, atque vbi eas persentiscant præparato cōuenire, &c. VARIAS, ait Pli. emisit, hoc est pātheras. Has etiam deduxit in circum prius Scaurus, deinde Augustus Pompeiusq; vt videre est ex Tranquillo, Plutarcho'que. Porrò Aelianus testatur pardum bene olere, quæ res est illi quæstuosa in aliorum animalium prædam. Nam capreæ & huiuscemodi feræ ad odorem imitatæ propè accedunt. Philostratus de vita Apollonij, libro secundo ait Pantheras aromatibus delectari, ita vt longinquè odore sequentes trahantur, & ex Armenia per montes proficiscētes, ad storacis lachrymas ferantur, quoties venti ab ea parte flantes ab arboribus id gummi stillantibus, odorem proferunt.

CAPVT .XVIII.

Tygres.

TIGRIN HIRCANI, &c. Meminit Solinus in polystore tygrium naturæ, his verbis Plinio penitus adstipulās, Bestiarum genus insigne maculis notæ & pernicitas memorabile reddiderunt, fuluo nitent, hoc fuluum nigricantibus segmentis internudatum varietate adprimè decet, pedum motus nescio velocitas an peruicacia magis adiuuet. Nihil tam longum est quod non breui penetrent, nihil adeò ante antecedit q̄ nō illicò assequantur, ac maximè potētia earū probatur, cū maternis curis incitātur, cū catulorū insistūt raptorib⁹: succedant sibi

equites licet,

equites licet & astu quantalibet fuga moliri prædam velint, nisi in præsidio maria fuerint frustra est ausum. Notantur frequentissimè si quando latrones suos asportatis catulis renauigantes vident, in littore irritata rabie se dare precipites, velut propriam tarditatem voluntaria castigantes ruina, quanquam de fœtu vniuerso, vix queat vnus substrahi. Ob huius animalis pernicitatem creditũ est, zephirũ habere maritum, ob id cecinit Claudianus. Fremit marito mobilior zephiro. Oppianus libro venationis ad Antonium Cæsarem aliorum opinione scribit Tigrides zephiro concipere posse. Diu⁹ Ambrosius de hac tigrium natura mira refert libro Hexamerõ sexto. Qui obiectu sphere vitræ retardari tigres à raptoribus catulorũ earum. Vnde cecinit Claudia. Vitreę tardatur imagine formę. Et subnectit Pli.

CAMELOS inter armenta, &c. Camelorum duo esse genera Aristot. memoriæ mandauit libro primo naturę animalium, Arabicum, & Bactrianum: vtrũque genus pedatim incedere testatur. Camelus proprium inter quadrupedes habet in dorso, quod vocatur tuber, sed ita vt bactrianę ab Arabicis differant alteris enim bina, alteris singula tubera sunt: sunt etiam omnibus singula parte ima in dorso tubera, quibus corpus reliquum incumbat & firmetur, quoties in genua inclinantur, papillas modo vaccæ habet camelus, caudam asino similem, genitale retrò, genua singula in singulis cruribus sunt, & flexus artuum: non vt quidam perhibent plures, sed propter interuallum alui plures esse videntur. Habet etiam talum simi lem bubulo, clunes proportione paruos: bisulcum est animal, nec vtrinque dentatum, parit singulos, & post partum non nisi anno interposito fœmina coit: vt ait Aristoteles libro de animalium historia. v. Coeunt enim fœmina sedente, nec auersi, sed complectente mare: toto die coitum exercent. Petunt recessuum solitudines, cum libet coire, nec aliquis potest tuto accedere, preterquàm pasto armento. Mirum quop Aristo. ait camelos nunquam matres superuenire, sæuire que tempore coitus. Item aquam bibere turbulentam, quã prius pedibus conculcent quo turbulentior fiat, ad quatuor dies sitim sine potu tollerare posse, mox quam multũ bibere. Aristoteles viuere eos triginta annis alios illum viuendi modum excedere, alij ferunt ipsos viuere quadragenis annis: in eo genere sunt qui plus viuunt. Philo stratus libro secundo vitæ Apollonij, tradit camelos Indiæ esse albos. Diodorus, libro tertio de generibus eorum, sic ait. Multa & diuersa camelorum genera præbet Arabia, tum pinguium, tum macilentorum: quorum nonnulli duplicem habẽt gibbum. Herodotus libro primo de camelorum & equorum odio sic scribit. Cyr⁹ Persarũ rex edoctus ab Harpago Medo, camelos equis maximè esse terrori (adeò enim equi camelos timent, vt nec speciem, nec odorem sentire pati possint) camelos quos in vsu belli plurimos habebat: contra Crœsi equitatum immitti iussit, sicque equitatum Crœsi quo præualiturũ sperabat, inutilem perdidit: Nam simul cũ in pugnam itum est, equi protinus ob factis conspectisque camelis, retrocesserũt, vnde omnis Crœsi spes frustrata interijt. Et subdit Plinius. Camel⁹

ODIVM ADVERSVS EQVOS, &c. Verba sunt Aristotelis, sexto de histo. ani. inquiẽtis. Camelus etiam mas tempore coitus sæuit, siue homo siue camelus accedat: nam equis quidem odio naturali aduersatur. Hęc eadem Solinus Plinianæ lectioni astipulans adfirmat. oderunt, inquit, equinum omne genus.

Durant in annos centum, nisi forte translati &c. Dignum notatu quod à mutis magistris accæpimus, tuber id dorso eueniens græcis dici ὕβος. Porrò Herodotus author est, camelum in posterioribus cruribus quatuor gerere femora, & genua totidem, & veretrum inter posteriora crura, quod caudam spectet: porrò camelis iũ ctis Indos tendere ad auri furta, quod, inquit, custodiunt formicæ, quę vulpes excedunt magnitudine. Adijcit Philostratus, Indos ad cursum camelis vti, hisque Hybon quid.

vno die stadiorum mille iter conficere. Feruidũ pręterea animal est camelus, proinde lasciuum, fecit & gradum adagio camelus, quod est camelus bactriana, in eos qui ea dicunt, quæ admirationi futura putant, reuera ipsa nihil sunt, aut planè ridicula. NABIM ait Plinius, Aethiopes vocant. Huius animalis ita etiam meminit Solinus. Nabum vocant, nos camelopardalum collo equi similẽ, pedibus bubalinis, capite camelino, nitore rutilo. Hoc animal Romæ Circensibus dictatoris Cæsaris primum publicatum, hæc ille. Angelus politianus. lib. iii. primæ Centurię, de camelopardali etiã meminit, & Varro libro linguę latinæ quarto Camelus, ait, suo nomine Syriaco in latium venit, ab Alexãdrea Camelopardalis adducta, quod erat figura vt camelus, maculis vt panthera. Strabo etiam horũ animalium libro decimosexto abundè meminit.

Camel⁹ bactriana.

CAPVT .XIX.

Chaus.

Cephus

POMPEII MAGNI, &c. Chaus genus est luporum, quod forsan sit ex canibus & lupis animal procreatum, quæ chaonides quasi à chao nominantur, iure lupos ceruarios appellarimus, chaos, non thoas, vt aliqui volunt. De Cepho meminit Solinus his. Iisdem ferè temporibus illic exhibita mõstra sunt, cephos appellãt, quorum posteriores pedes crure & vestigio humanos, artus mentiuntur: priores perinde manus hominum referunt, quæ tamen à nostris non amplius quàm semel visa sunt. De Cepho meminit Strabo, libro vltimo. Albertus, libro animalium. xxii. de hoc agit, sed parũ, immò sciolè, eo aliquando peritiores taxãs, i. Pli. pluribus locis.

CAPVT XX.

Rhinoceros.

IISDEM TEMPORIBVS, &c. Solinus, in eam it pedibus sententiam, inquiens. Ante ludos Cn. Pompeij rhinocerontem Romana spectacula nesciebant, cui bestiæ color buxeus in naribus cornu vnicum & repandum. Quod subinde attritum cautibus in mucronẽ excitat, eoque aduersus elephantos præliatur, par ipsis quippè longitudine, breuior cruribus, naturali telo aluum petens: quam solam intelligit ictibus suis peruiam. Meminit Rhinocerontis animalis Strabo. xvi. geographię, inquiens. Hæc regio fert Rhinocerõtes qui (vt ait Artemidorus) longitudine parum ab elephantis exceduntur, quod Alexandriæ vidisse affirmat se ferè etiam quãtum ad latitudinem. Eius autem quem nos vidimus colore, nõ buxo, sed elephãti similis erat, magnitudo vero tauri, forma apro, proxima. Præsertim quantum ad rictum, præter nasum, qui cornu quodam est recuruum, osse durius, eo pro armis vtuntur, quemadmodum aper dentibus: habet etiam duo cingula tanquam draconum volumina, à dorso vsque ad vterum circumeuntia, alterum iubam versus, alterum ad lumbum, hæc ille. Diodorus Siculus, libro quarto, de hoc animali sic agit. Est animal quod re Rhinocerontem vocant, par viribus elephanti, magnitudine inferior, pelle durissima, colore buxi, in summitate narium cornu gerit, simum forma, durum'que instar ferri. Hoc pabuli causa cum elephanto certat, vẽtrem grauiter ictum cornu, tanquam gladio proscindit: hoc pacto pugnans bestiam exanguem reddit. Si verò elephas illius ictũ præoccuparit proboscide captum, cum superior sit viribus, dentibus laniat.

CAPVT

CAPVT .XXI.

LYNCAS VVLGO, &c. Horum etiam Solinus meminit. In hoc animalium genere numerantur Lynces, quarum vrinas coire in duriciem precioſi calculi fatentur, qui naturas lapidum exquiſitius ſunt perſcrutati, illud etiam ipſas lynces perſentiſcere hoc documento probatur, quòd egeſtum liquorem ilico arenarum cumulis quãtum valent contegunt, inuidia, ſcilicet ne talis egeries, tranſeat in noſtrum vſum, vt ait Theo. Huius rei meminit Ouidi⁹, quinto decimo Meta. Lynces.

, Victa racemifero Lyncas dedit India Baccho
, E quibus (vt memorant) quicquid veſica remiſit
, Vertitur in lapides, & congelat aere tacto, &c.

Theophra. authore Laertio duos codicellos edidit, de iis quę durantur in lapides. Porrò horum animalium meminit Strabo, libro decimo ſexto, Gignũtur, inquit, etiã ibi, vt ait Artemidorus Sphinges, cinocephali, & cępi: qui faciem leonis corpus reliquum Pantheræ habent; & magnitudinẽ damæ. Porrò Vergilius videtur maculis diſtinctas lyncas dixiſſe, quando ait. Maculoſæ tegmine lyncis. Ariſto. Retro mingere lyncas prodit, ac auerſe coire, porrò quod Pli. de cercopithecis ait Strabo teſtatur eos eſſe maiores maximis canibus. In genere enim Simiarum numerantur Cercopitheci, Cynocephali, Cæpi, Callitriches, Satyri, Cynoproſopi, Mãticoræ, Crocutę. Strabo Crocutam ex cane & lupo feram eſſe refert, libro decimo ſexto geo. Meminit etiam crocutæ Diodo. ſicu. libro quarto, iis verbis. Quos vero vocant Aethiopes Crocutas mixti ſunt canes, Lupique natura, ſed ambobus deteriores, dentibus ita validis, vt oſſa omnia facile conterant & digerant comeſta. De Leucrocutis idem meminit, libro eodem, de manticora etiam Philoſtratus in vita Apollonij, libro tertio meminit. Dignum ſcitũ quod ſcribit Philoſtratus de vita Apollonij, libro tertio de aſinis cornutis quos monocerontas. alij verò vulgarius vnicornes. Aſinos, ait, præterea ſylueſtres in vicinis paludibus multos capi dicunt. Eſſe autem huiuſcemodi feris in fronte cornu, quo taurorum more generoſiſſime pugnant. Conficere autem Indos ex illis cornibus pocula, afferuntque nullis morbis illo die affici, qui ex eiuſmodi poculo potauerint, neque ſi vulnerati fuerint dolere, & exiguè etiam incolumes egredi, neque vllis venenis lædi quęcũ que dantur nocendi gratia in potu, iccirco regum pocula eſſe ex iis, & regi tantum eiuſmodi feræ venationem permitti. Apollonium itaque feram aſpexiſſe, eiuſque naturam conſyderaſſe ferunt, Interroganti autem Damidi, an ſermoni, qui de poculo iam dicto ferebatur, fidem adhiberet, adhibeo ait, ſi regem immortalẽ intellexero. Cæbus autem ſimia eſt caudata, vt conijcere licet Ariſto. lectione. ii. de animalium hiſto. Cynocephalus, eſt ea qua forma eſt ſimia, authore Ariſtote. paulò tamen eſt maior validiorque. Callitriches differunt toto penè aſpectu ab cæteris, in facie barba eſt, lata cauda, facile capiuntur, ſed proferuntur difficillimè, quia non viuũt niſi in cœlo Aethiopico. Manthicorę meminit Ariſto. iis verbis. Genus autem quod duplicem ordinem dentium habet: nullum eſt in noſtro orbe, Verum apud Indos ſi Cteſiæ credendum eſt, belua gignitur, vt ille ſcribit: cui nomen eſt Manthicoræ, dentes duplici ordine vtrinque magnitudo & hirſuties & pedes leonis, facies & aures hominis, oculi cæſij, color rubricę, cauda ſcorpionis modo terreſtris armata, ſpicula que agnata iaculans, vox fiſtulæ tubæ non abſimilis, feritas tanta, vt non poſſit miteſcere, curſus, nõ minoris pernicitatis, quàm ceruis,

Crocuta. Callitriches. Mãthicora.

hæc ille. Pectinatim,modo pectinis. Orsei Indi simias, &c. Sunt qui legant prasios,quorum meminit Strabo,sexto decimo,asserens eos qui capiant simias albas. Orsiorum tamen meminit Pli, libro sexto.ca.xx. Porrò sunt qui hic legant Tigris:quùm legendum sit,nigris. est enim fons,authore Pli. libro quinto. Cæterò de Basilisco hic etiam meminit Pli. Aelianus etiam libro variæ historiæ asserens non excedere palmum,ac tanta esse veneni acuitate, vt quamlibet serpentem halitu solo extinguat,etiam hominem. Lucanus de eo sic cecinit, Sibila'que effundẽs, cunctas terrentia pestes,Ante venena nocẽs late sibi summouet omne vulgus,& in media regnat Basiliscus arena. Solinus item hęc de eo refert:serpẽs est penè ad semipedem longitudinis alba quasi mitrula lineatus. Nec hominũ solum,nec aliorum animantium exitijs datus, sed terræ quoque ipsius, quam polluit & vxurit vbicum'que ferale sortitur receptaculum. Denique extinguit herbas:necat arbores,ipsas etiam corrumpit auras,ita vt in aera nulla alitum impune transuolet infecta pestilenti spiritu. Cum mouetur media parte corporis serpit,media arduus, est & excelsus, sibilum etiã eius serpentes alij perhorrescũt. Quicquid morsu eius occiditur,non depascitur fera,non attractat ales:mustelis tantum vincitur,hæc ille. Scribit etiam Auicenna, Fen sexta quarti, coronatum habere caput Basiliscũ. De hoc etiam Albertus,sed satis sciolè,de hoc ita scitè Dioscorides libro sexto.

Basiliscus.

CAPVT .XXII.

Lupus.

SED IN ITALIA, &c. Voracissimum Lupus animal,in prædam incidens toto corpore turgescit,taurum à tergo aggreditur cornua cauens,noctibus grassatur, flumina tranat. Apollini amicus lupus antiquitus putabatur, quòd latonæ parienti astiterit, vnde ab Homero Lycogenes dictus est:ex quo in templo Delphico Lupi simulachrũ cernebatur:& apud græcos annus Lycabas dicebatur,quòd à Phœbi cursu pendeat. In Canopo mareotidis lupi piscatoribus assistũt,more canum domesticorum,vt ait Aelianus:parte'que ab ijs prædæ donantur: aliqui retia apparatum'que omnem concerpunt, propè Nilum herba quędam est,quę Lycotonia dicitur ex argumẽto:hanc si lupi attigerint, pereũt, quare Aegyptij hoc animal venerãtes(Nam Lycopolim ciuitatem habent,)hãc herbam ex suis terris extirpauerunt. porrò, quę de Lupis hic ait Pli. eadem testatur fermè Solinus Italia, inquit, Lupos habet, qui cæteris similes non sunt. Homo quem prius viderint conticescit: & anticipatus obtutu nocentis clamandi licet voluntatem habeat,non habet vocis ministerium, hæc ille, & multa id genus. Et subdit Pli. HOMINES IN LVPOS VERTI, &c. Fingunt poetæ homines fuisse in Lupos versos,conuersionem certe huiuscemodi Lycãtropiam,vel Lycaona græcorũ peritissimi vocãt:et hominis,scilicet in lupos quos λύκους,id est Lycos vocant,cõuersionem,qua poetæ significabant homines alienatione mentis correptos:sed quidem hoc operte ita intelligebant. Fiebat enim ex atræ bilis furore in illius animalis mores quos homines ita affecti exercebant: hac mentis alienatione correpti per noctem domo egressi lupos in cunctis imitabantur: & donec matutino illucesceret, circa sepulchra defunctorum plærum'que vagabãtur. Quare quę de Lycaone rege Arcadię dicuntur à Poetis:sic, vt diximus intelligi debent,quem Ouidius, libro primo suarum transformationum à Ioue in Lupum mutatum, ait,ob scelera sua. Fugiebat enim Lycaõ, noctu vlulabat more Luporum: quare ait Naso. Territus ipse fugit nactus'que silentia ruris,

Lycotonia herba.

Lycaõ i lupum mutat⁹.

exululat, frustráque loqui conatur. Et subnectit Pli. HOS PARVOS APHRICA ET AEGYPTVS, &c. Allusit ad Aristo. sententiam quæ libro de animaliũ historia. VIII. sic habet. In ægypto aliqua maiora quàm in græcia fiunt: aliqua minora, vt canes, lupi, lepores, vulpes. In agro Cyrenaico, Lupi cum canibus coeunt. Cæterò quod ait de Demarcho. Pausanias hunc qui in olympionica fuerit in lupum conuersus, decimo anno pristinum habitum recepisse tradit. DIES (inquit Pli.) QVIBVS COEVNT, &c. Aristo. libro sexto de historia animalium sic agit, de ijs Lupus fert & parit vt canis, tum tẽpore, tum fœtus numero: cæteros etiam generat sicut canis, coit vno tẽpore, tantum parit ineunte ætate. Quinetiam lupus ceruarius coitu vt canes impletur, & cæcos generat numero duos, aut tres: aut quatuor. porrò, libro octauo de animaliũ historia: lupum in famie terram edere testatur. Cæterò ait Pli. INTER auguria, &c. Refert Liuius lupũ visum in capitolio: quod dirum putatũ est: quare vrbs lustrata est. IN pugilatu, &c. In vsu pugilũ, ac exercitio pugnatorum gladiatorum've. Diuus Ambrosius quarto ca. libri Hexam, lupos vocem hominis adimere tradit, etiam ijs verbis. Lupus si prior hominem viderit, vocem excipit & despicit eum. Et Vergilius. Lupi Mœrim videre priores. Lupum videre pdigio sum.

CAPVT .XXIIII.

QVOD AD SERPENTES, &c. Aelianus plura serpẽtum genera tradit, vt à nobis paulò superius ostensum est: inter quę dipsas est: ex argumẽto ita dict⁹, quòd sitim ictu inferat inexplebilem, breuis is alioqui, colore albus, cauda duabus nigris lineis intersecta, hunc aliqui præsterem, alij Causonium appellant. Cernitur & serpens in Lybia ab Apolodoro parias cognominatus, colore fuluus, oculis velox, ore lato, non morsu malignus, quare Aesculapio pro ministro antiquitas dicauit. Emphisbena: biceps est altero in cauda capite, alter utróque cum libet progredi, vel regredi nunc pro cauda, nunc pro capite vtitur. Est & genus aliud, Acontia dictum à velocitate teli, serpendo ruens: ad quod videtur allusisse Pli. quãdo ait. MISSILI VOLARE TORMENTO, &c. Hydrus item: ex quo ictis graue excitari odorem author est Aristo. vt nulli prope consistere sit: insuper eos rerum obliuione affici, ac nebulam prę oculis habere, in horrorem, ac rabiem agi: postremò tertia die perire, præster serpens ictum extemplo syderatione quadam reddit immobilem, ménteque alienum: mox pilis defluentibus cum pruritu, ac ventris solutione absumit. Aemorrhois: inter viperarum genera numeratur in petrosis recessibus nascẽs, colore sanguineo partim nigro: lẽte serpẽs it semper obliquo itinere, ictos sanguinis excreatione per omnia membra perimit. Adiungitur & Sipedon, inter reptilia, soror Aemorrhoidis à Nicandro dicitur, sed velocior aliquantulum, morsu altius penetrat, ilico plaga marcescente, vnde nomen accepit. Item Seps: inter ea communerari solet, quatuor dẽtib⁹ recuruis armatur, quem petit morsu, tabe exanimat. Porphyrius serpentis itẽ genus est, magnitudine ingenti, capite albissimo: reliqua purpureus, serpentes omnes venenum fundunt: sed non æque mortiferum. Nam vt scitè prodit Aristo. octauo de animalium histo. Anguium ictus per loca plurimum differunt. Aspis enim anguis ex quo putrificum illud componunt medicamentum in Aphrica gignitur: cuius ictui nullum est remedium, nascitur in eodem agro in quo Laser, serpens exiguus: cuius remedium lapis est quem ex sepulchro cuiusdem regi antiqui accipiunt.

Dipsa. Empisbena. Acōtia. Hydr⁹. Prester. Aemor rhois. Sipedō. Seps. Porphy rius. Aspis.

accipiunt,eo'que perfuso ex vino bibunt. Serpens item quidam est minutus,quem aliqui Sacrum appellāt,quem angues præmagni fugiunt,huic magnitudo ad cubitum, quicquid momorderit circiter continuo putrescit. Est & in Indica regione serpens paruus:cuius vnius remedio carent incolæ:hęc Aristo.

CAPVT .XXIIII.

Ichnemonis pugna cū Aspide.

HABET DEINDE, &c. Hoc est, serpens,cuius meminimus paulò superius, id est, Aspis bellum habet intestinum cum Ichneumone. Expendendum hic Ichneumonem Aegypti in aspidem anguem bellum gerere solitum natura quidē duce,quod & Aristo.nono de animalium historia scriptum reliquit, à cuius fontibus hæc desumpta: adijciā verba ipsius quo fiat lectio paulò plausibilior, Ichnemo,inquit Aegypti, vbi aspidem anguem suum hostē aspexerit,non prius aggreditur,quàm socios vocet,& limo obducto contra ictus, morsus'que sese loricet,modus armandi,vt primum corpus ma defaciat,& in terra se volutet. Porrò meminit huius animalis Strabo,geogra decimo septimo,ijs verbis. Arsinoitæ Ichneumones colunt,qui Crocodilis & Aspidib⁹ perniciē inferūt, eas enim & earum oua delent luto incrustati,inuoluuntur enim in eo postea sole sic cati, aspides per caput, vel caudam capientes in flumen trahunt, atque occidunt. Crocodilis verò apricantibus insidiantes in oris hiatum intrant,& exesis visceribus,è ventre mortuorum egrediuntur.

CAPVT .XXV.

Crocodilus.

CROCODILVM HABET AEGYPTVS, &c. Nilus authore Diodoro,ac Strabone Crocodilum gignit: quod sanè animal,vt prodit Aelianus libro varię historię adorant,qui Coptum incolunt,illique festos dies,ac sacros, vt Græci Olympia Ioui statuerunt. Et si contingat liberos ab Crocodilo rapi,magnoperè parentes gaudēt tanquàm se Deo placere existimantes,cui escā genuerunt. Aiunt vocatos ab ijs venire,vesci que capitibus animalium Crocodilis immolatorum. At contra Tenteritæ magnoperè reijciunt,captum'que Crocodilum arbore suspendunt, diu verberibus cruciatum epulaturi:describitur Crocodilus ventre, dorso,cauda'que prælongus, squamis ostrearum modo obductus,timidus,vt qui persequentes fugiat,& fugiētes persequatur:sexagena oua sexagenis diebus parit, totidem fouet,viuit totidem,Strabo geogra. XVII. Scribit etiam quosdam populos Crocodilos colere,in hac præfectura,inquit,mirum in modum colitur Crocodilus,& est sacer apud eos,in lacu quodam seorsum nutritus,& sacerdotibus mansuetus,& Suchus vocatur. Nutritur autem pane,carne,& vino,quæ à peregrinis adferuntur,ad eiusmodi spectaculum venientibus. Hospes ita'que vir, inter alios honoratissimus,qui nobis sacra monstrabat,ad lacum veniens, placentulam & carnem assam,& quoddam mulsi vasculum ex cœna adtulit. Beluam in ripa lacus inuenimus,ex sacerdotibus alij eius os aperuerunt,alius bellaria imposuit,postea carnem,deinde mulsum iniecit,ille in lacum exiliens in vlteriorē partem traiecit. Sed quùm alius hospes aduenisset, & similiter primitias adtulisset, cursu lacum circumeuntes itidem inuento Crocodilo obtulerūt. Herodotus,libro secundo,Crocodilos sacros esse tradit,eos qui circa Thebas incolūt:quorū vtri'que nunc ex omnibus Crocodilis alunt,cicuremac manu tractabilem reddunt. Appē-

dentes eius auribus vel gemmas, vel ex auro fusiles inaures & primoribus pedibus cathenam innectentes, cibaria quoque accommodata, ac sacra prębētes, vbi mortem obiīt sale conditum sacris in vrnis sepeliunt: sed redeamus ad textum.

LINGVAE VSU CARET, &c. Aristo. secundo de historia animalium eadem testatur: lingua, inquit, omnibus data, excepto crocodilo, quem Aegyptus fert. Nam ille quibusdam est similis piscibus. Cum enim pisces omnino spineam, nec absolutam continent linguam, tum maximè nonnulli adeò lænam indiscretum'que eum ipsum linguæ locum tributum sortiuntur: hęc ille, qui paulò post subdit: visus in aqua hebes, extra acerrimus: dies ita'que in terra maxima parte agit, nocte in aqua teporis ratione, tepidiorem enim aquam experitur. Herodotus naturæ crocodili etiam meminit libro secundo. Crocodilo talis inest natura, vt quatuor mensibus maximè nihil omnino edat, & cum sit quadrupes, tamen terrestre & aquatile est. Nam oua parit humi excludit'que, plærum'que in sicco agit: sed totam noctem in flumine, quippe calidiore aqua quàm nocturno sereno & rosido, oua gignit non multo maiora anserinis & proportione oui fœtus excluditur. Excretus ad decem & septem & amplius cubitos peruenit, oculos habet suillos, dentes magnos, prominentes, atque serratos, cui ex omnibus feris soli lingua non est: idem inferiorem maxillam nō mouet, sed superiorem inferiori admouet, vngues habet robustos, pellem'que circa tergum impenetrabilem: inter aquas cæcus, sub dio perspicacissimus. Cęterò quod Pli. ait Crocodilum crescere ad cubita duodeuiginti, Aristo. ad quindecim refert. Et subdit Pli.

Lingua caret crocodilus.

Crocodili magnitudo

PARVA AVIS TROCHILOS, &c. Eadem refert Aristo. nono de histo. animalium. Crocodilis, inquit, hiantibus Trochili aues inuolantes depurgāt dētes, quo munere aluntur, Crocodilus sentiēs secum cōmode agi nihil nocet, &c. Herodotus quo diximus libro eadem narrat. IN NILO (ait Pli.) NATVS SCINCOS, &c. Nam Græci σκίγκον, id est scingon Crocodilū vocant terrestrem. Plura autem esse Crocodilorum genera conijcere licet lectione Dioscoridis libro secundo, ita inquientis. Crocodilum terrestrem scingum vocant, Aegyptius alter, Indicus alter scingus est. Est & tertius qui ad rubrum mare nascitur. Est quartus qui in Lybię Mauritania inuenitur. Terrestris Crocodilus scingus est, proprium'que suum genus habet. Ferunt'que laterum propinquas renibus eius carnes pondere drachma cum vino potas, veneris cupiditates accendere, in antidota pręter hæc scingus additur: hæc ille, huius etiā rei Pli. libro. xxviii. ca. viii. IN NILO HIPOPOTAMVS, &c. Herodotus equi fluuialis, id est, Hipopotami sic meminit, libro secūdo. Iam in Aegypto equi fluuiales sacri non sunt: talem speciem naturam'que habentes, quadrupedes bifidis pedibus, vngulis bouinis, simo naso, equina iuba, & eminentibus cancellatis dentibus, fulgida cauda, equina voce, magnitudine maximi tauri, tā crasso corio, vt ex eo arefacto fiant pila missilia, hæc ille Aristo. secundo de histo. animalium eadem tradit: cui hic Pli. penitus astipulatur.

Trochilus.

Scingus.

CAPVT .XXVI.

PRIMVS EVM, &c. In hanc eandem it pedibus sententiam Solinus Plinio applaudens Hipopotamus, inquit, cum satietate distenditur, harundines cæsas petit: per quas tandiu oberrat, quoad stirpium acuta pedes vulneret, vt profluuio sanguinis leuetur sagina, plagam deinde cœno oblinit, vsque dum vulnus cōcludatur in cicatricem. Hipopotamos & crocodilos primus Romam M. Scaurus inuexit.

Hipopotamus.

CAPVT. XXVII.

Ibis.

SIMILE QVIDDAM ET VOLVCRIS, &c. Hoc est simile documentum in medendo docuit. Ibis auis Aegyptia, quale docuisse videtur Hipopotam⁹: in missione sanguinis comperienda, qua sibi medetur, sic ibis, medetur sibi egre aduncitate rostri, quo aluum purgat, quare clysteris vsum docuisse fertur, veluti Hipopotamus sanguinis missionem. Natura profecto quędā animalia prudentia delitescente insigniuit, vt scriptum reliquit Aristo. nono de histo. animaliū. Et subnectit Pli. DICTAMNVM HERBAM, &c. Dictamnus (sic enim scribēdū est) herba est qua etiam sauciæ capræ authore Dioscoride libro tertio, telo aliquo sibi mederi solent. Ferunt, inquit, in creta Capris vulneratis telo, eius herbę cibo, tela cuspidesque omnes ex corpore decidere. Theophrastus etiam, libro de plantarum historia nono: huic rei album calculum adijcere videtur: quando ait. Dictamnus in Creta nascitur: pascunt eam etiam caprę, in cibo eis amabilem & iocundam. Verum'que est quod fertur de sagittis, quibus si vulneratę fuerint, dictamni pastu ex corporibus per se deciduas dimittunt. Opem fert iis etiam Aristoteles nono de histo. animalium quando ait. Nam & in Creta insula Capras syluestres sagitta transfixas, herbam dictamnum quærere aiunt. Hoc enim spicula ex corpore eijci. Homerus item ille Mantuanus, quando cecinit.

Dictāmus herba.

, Tum vulnus indigno nati concussa dolore
, Dictamnum genitrix Cretea carpit ab Ida:
, Puberibus caulem folijs & flore comantem,
, Purpureo non illa feris incognita capris
, Gramina, cum tergo volucres hæsere sagittæ.

Et subdit Plinius. CHELIDONIAM VISVI, &c. Herbam hanc ob hirundinum aduentu ferunt nonnulli. Theop. septimo de historia plantarum, florere Chelidoniā aduentu hirundinum tradit: non ē terra prodire, vt quidam autumant, visui autē plurimum herbam hanc conferre, tum Celsus, libro decimo sexto, tum Diosco. secundo libro testantur: pullos'que hirundinum oculis orbos matres hoc cæcitati mederi referunt. Tradiderunt, inquit Dioscorides, præterea aliqui si quis ex hirūdinis pullis in nido lucem amiserit, matrem hanc herbam oculis admouentem cęcitati mederi. Huius rei meminit etiam Aristo. sexto, de historia animaliū. paulo post subdit Pli. TESTVDO CVNILE, &c. Verba sunt Aristo. nono de histo. animalium. Testudo, ait, cum viperam ederit mox cunilam edit, quod cum sæpius ita factum animaduertisset quidam, vt gustata cunila Viperam testudo repeteret, herbā euulsit, quo facto testudo interijt: hæc ille. Est enim Cunicula herba quàm alij Origanum vocant. MVSTELLA RVTA (ait Pli.) &c. Allusit ad Aristo. libro antelato. Mustella, ait, quotiens cum serpēte est pugnatura rutam comedit: odor enim huius herbę serpentibus est inuisus.

Chelidonia herba.

Cunila herba.

CICONIA ORIGANO, &c. Aristo. sunt verba quo diximus loco. Ciconiæ, inquit, cæterę'que aues cum vulnus per pugnam acceperint cunilam plagę apponunt. Apri hædera sic sibi medentur. Anguis, inquit Pli. Hyberno situ rerum naturæ peritissimi serpentes gustatu fœniculi senectam solitos exuere, ac oculorum aciem acuere succo eius memorię mandarunt, in quorum albo Nicander est: qui ait. τῆμος ὅτ' ἀνάλεων φολίδων ἀπεδύσατο γῆρας μῶλις ἐπιστείχων ὅτε φωλεὸν ἔαρι φεύγων ὄμμασιν ἀμβλώσσει μαράθου δ' ἐνήχυτος ὄρπηκας βοσκηθείς, &c. quæ si quis

Fœniculus serpētib⁹ vtilis.

vertat

vertat significabunt. Quo tempore relicta arescentium squāmarum senectute torpidus & segnis ingrediens, vernaque tempestate canum suum fugiens hebetib⁹ oculis cæcutit. Verùm depastus fœniculi comosus ramus celerem & claræ lucis eū efficit. Subinde ait Plinius. DRACO VERNAM, &c. Verba sunt Aristo. ix. de histo. anima. inquientis. Draco cum per vsum pomorum nausea infestatur, succum syluestris lactucæ exorbet. Item quę de panthera hic tradit Plinius, eadē sunt ex riuulis Arist. desumpta, li. ix. ca. vi. DIFIGATVR, fiat lassa, VIVACITATIS, ADEO LENTE, hoc est diuturnè, lentum hic pro diuturno. VRSI CVM MANDRAGORAE POMA, &c. Eadem adfirmat Solinus, quando ait, Cum gustauere mandragoræ mala moriuntur, sed eūt obuiam ne malum in perniciem conualescat, & formicas deuorant ad recuperandam sanitatem: sic ceruus sibi medetur herba quæ cynara dicitur, vbi pabula venenata aīaduertit. Est enim cynara quam alij carduum pineam dicunt, cuius meminit Colum. quando cecinit. Hispida ponatur cynara, quæ dulcis iaccho potanti veniat, nec phœbo grata canenti, &c. De his in parte herbaria agendum erit. Sequēs caput nihil habet fuscedinis, quare à nobis illibatum.

Cynara herba.

CAPVT .XXIX.

NEC MINVS CLARA, &c. Refert Strabo libro geo. iii. quę non obfuerint admouisse huic lectioni. Perniciosarum, inquit, beluarum raritas, præterq̄ cuniculos, quos plerique liberides appellant: plantis enim incommoda inferunt, & satorum radices esitant. Nempe gymnesiarum insularum incolæ, missis aliquando Romam legatis terras petijsse dicuntur: ab istis enim bestijs eiectari, quibus propter multitudinem obsistere nequirent. Ad tantū igitur pariter bellum, quod perpetuò nequaquam ingruit, cæterùm corruptionem pestilentia quadam importat: veluti serpentium muriumque aggrestium, tāti forsitan necessitas est auxilij. Et paulò inferius subdit. Nam cuniculos nequaq̄ esse indigenas asserunt. Quinimmò cum ex propinqua insula, quidam marem ac fœminam attulisset, tanta ab initio facta eorum est procreatio, vt ex subterraneis cuniculis domicilia subuerterētur, & arbores & homines ad implorandam populi Romani opē confugere coacti sint, hæc Strabo. Qui etiā & eodē lib. de muriū copia sic agit. Nec illis est peculiaris muriū ingens multitudo, vnde pestilentes sępe numero secuti sunt morbi. Hoc aduersus Romanos aduenit in Cantabria, vt essent qui accepta mercede, mures venarētur, & quantitate designata salutē vix assequerentur, hæc ille. Amyclas itē fugaces serpentes aiunt, quod Solinus Plinio astipulās testatur, qui de solifuga cuius hic meminit Pli. sic ait. Sed quod alijs locis serpēs solifuga Sardois agris animal perexiguum quàm araneę forma solifuga dicta est, ꝙ diem fugiat: in metallis argentarijs plurima est.

Lyberides.

Solifuga serpens.

CAPVT .XXX.

HYENIS VTRAMQVE ESSE NATVRAM, &c. Aristo. quem hic citat Pli. Hyenę ita meminit. vi. de hist. anima. Hyena, inquit colore lupi propè est, sed hirsutior, & iuba per totum dorsum prædita, quod autem de ea fertur genitale simul, & maris & fœminæ habere commentitium est: sed virile similiter atque in lupis & canibus habetur, quod verò fœmineum esse videtur, sub cauda positum est, figura simile genitali fœminæ, sed sine

Hyena.

vllo meatu, hoc est meatus excrementorum: hæc ille: & multa id genus. Apud Aelianum notatum est Hyenam si hoc anno marem conspexeris, eandem insequenti fœminam agnosces, si fœminam nunc posterius marem conspicaberis, in vtriusque etiam veneris participatum, inireque vicissim ac vniri, quotānis sexu mutato tradit. Aristoteles. VIII. de histo. animalium Hyenam sic describit. Hyena corpore quàm lupus minore non est, iuba qua equus, sed seta duriore, longioreque, & per totum dorsum porrecta, molitur hæc insidias homini, canes etiam (vomitionem hominis imitando) capit, & sepulchra effodit, humanæ carnis auida. Solinus etiam eadem affirmat quę hic Plinius. Vomitus, inquit, mentitur humanos, falsisque singultibus sollicitos sic canes deuorat. Qui forte si venantes vmbram eius dum insequuntur contigerint, nequeunt latrare, voce perdita. Eadem Hyena corporum sepultorum busta eruit, propterea est promptius marem capere, in pupillis oculorum lapis inuenitur nomine hyen: dicunt prędituum illa potestate, vt cuius hominis fuerit linguæ subditus, prædicet futura. Quodcunque animal lustrauerit Hyena mouere se non potest: quapropter magicam scientiā ei inesse pronunciauerunt, hæc ille. De hac Hyena sic etiam meminit Ouid. XV. metamor.

, Si tamen est aliquid miræ nouitatis in istis
, Alternare vices, & quæ modo fœmina tergo
, Passa marem est, hinc esse marem miremur Hyenam.

De lapillo autem qui eruitur ab eius Hyenæ oculis meminit Marbodæus his.

, Tollitur ex oculis lapis excolendus Hyenæ
, Dictus hyenæa, quem veteres si credere dignum
, Fatidicum numen memorant inferre gerenti
Quo queat imbutus prædicere quæque futura.

Et de Crocuta affatim. EASDEM PARTES (inquit Pli.) SIBI. Hoc est testiculos. Albertus magnus fibros habere pedes anserinos posteriores ait, quibus facilius natet, anteriores verò caninos: negat se ipsum posse castrare id animal sine pernicie, quòd testes habeat spinæ hærentes. Est enim animal terrestre
Crocuta pariter atque aquatile, sed sæpius in aquis agit: piscibus hoc traditur vesci. Testi-
Castorei. culos huius animalis Dioscorides libro secundo Castoreum vocat, ad multos mortaliū vsus accommodos: vt suo loco videbimus. Poetę sese castrare testātur, quod carmen hoc monstrat.

, Qui se eunuchum ipse facit cupiens euadere damno, Te-
, sticuli quoniam medicatum intelligit inguem.

Porrò quod hic Plinius de Lutris ait, eadem Aristoteles octauo de histo. anima. quem legat, qui plura de his volet.

CAPVT XXXI.

RANAE QVOQVE, &c. De ranarū generibus alibi agendum est, deque earū medicina libro. XXXII. capite quarto. Comitiales morbos caducos, de quibus in parte medica.

CAPVT .XXXII.

CERVIS QVOQVE, &c. Eadem de ceruis agit, cuius scita, quę volet legat Aristo. libro de histo. animalium, IX. cap. V. de ceruarum prudentia sic ait. Ferarum quadrupedum cerua maximè prudentia pręstare videtur: tum quia circa semitas pariat: quo scilicet beluæ propter homines minus accedunt, tum etiam quia cum peperit inuolucrum primum exedit: mox seselim herbam petit, quam cum ederit, redit ad

prolem.

prolem. Cornua etiam locis difficilibus amittit, & qua inueniri nequeant: cornu si nistrum compertum esse à nemine adhuc fertur, occulit id tanquam quoddam medicamento prædit꞉ hęc ille. Et subdit Plinius. CONCEPTUS EARUM, &c. Aristo. de coitu partuque ceruarum sexto de hist. anima. sic agit. Cerua plurimum subsidens coit, marem enim sustinere non potest, coitus ab arctu ro mēse augusto & septēbri, implentur paucis diebus: pariūt magna ex parte vnū, sed nonnulla etiam geminos peperisse perspectum est: parere iuxta vias maximè solent metu beluarum. Et subdit Plinius. HOC FIT INTESTINI DOLORE, &c. Hoc etiam tradit Aristo. quo diximus loco. Intestinū, inquit, tam tenuè est, vt etiam si leniter percusseris possit rumpi, cute adhuc integra, mirum dictu, quod de ceruis proditur, eos aspectū pennarum rubrarum terreri, quod Ausonius docuisse videtur hoc versu. Mirum de ceruis.

, Ancum fratre vagos dumeta per auia ceruos
, Circundas maculis, & multa indagine pennæ

Quod etiam Vergi. monstrat tertio georgicon quando cecinit.

, Puniceæve agitant pauidos formidine pennæ.

Subdit Plinius. ACCENSI AUTEM UTRIUSLIBET ODORE SERPENTES, &c. Dioscori. etiam libro secundo. Serpentes suffitu cornu ceruiabigi scriptum reliquit. Porrò coagulum hinnuli conferre serpentium ictibus produnt: quod & Solinus Pli. applaudens sic affirmat. Aduersus venena mirificū est hinnuli coagulum occisi in matris suæ vtero. patuit eos nunquam febrescere. Quam ob causam confecta ex medullis eorum vnguenta, sedant calores hominū languentium. Legimus plurimos matutinis diebus ceruinam carnem degustare solitos, sine febribus longęuos fuisse: quod demum proderit si vno vulnere fuerint interempti. Ad dignoscendam viuacitatem Alexander magnus, torques plurimis ceruis innexuit: qui post annum centesimum capti, necdum senij indicium præferebant. De vita eorum Vergilius.

, Hos nouies superat viuendo garrula cornix,
, Et quater egreditur cornicis sæcula ceruus.

CAPUT XXXIII.

EST EADEM SPECIE BARBA, &c. Huius animalis sic etiam meminit Soli. Eadē penè speciē sunt quos Tragelaphos dicunt, sed non alibi q̃ circa Phasidē apparent, tantū que illi villosos habent armos & mēta promissis hirta barbis. AT CHAMELEONTEM (inquit Pli.) &c. Aristote. ii. de histo. anima. Chameleonis sic meminit. Chameleon figura totius corporis lacertam planè representat: latera deorsum ducta ventri iunguntur vt piscibus, & spina modo piscium eminet: rostrum simię porcarię simillimū, cauda prelonga, & longis implicata in se orbibus, lori modo permultis. Elatior est à terra quàm lacerta, pedes singuli bipartito secantur. Et paulò post subnectit. MUTAT suum colorem inflatus, &c. Verùm & niger, non longè dissimilis crocodilo est: & pallidus, vt lacertę, maculis distinctus, vt pardus. Mutatur color toto corpore, nam & oculi concolores reliquo corpori redduntur: & cauda eūdem colorem accipit. Motus ei piger admodum vt testudinis est, palescit cū moritur, hęc ille, & id genus multa.

Tragelaphus.

Chameleon.

CAPUT XXXIIII.

MVTAT COLORES, &c. Sunt præter Chameleonem animalia colorem mutantia, ac se inuertentia: hæc mittit Aethiopia, primo Lychaonem, inquit Solinus, lupum ceruice iubatum, & tot modis varium, vt nullum illi colorem dicant abesse. Mittit & Tarandrum bo- *Tarãdrꝰ* uum magnitudine, bisulco vestigio, ramosis cornibus capite ceruino, vrsino colore, & pariter villo profundo. Adfirmant id animal metu habitum inuertere, & cum delitescat fieri ad similitudinem cuicunque rei proximauerit, siue illa saxo alba sit, siue fruteto virens, siue quam aliam præferat qualitatem, hæc ille. Porrò quod de Thoe ait, quidam enim lupos ceruarios Thoas vocant.

CAPVT XXXV.

Histrix. HISTRICES, &c. Histrix similis esse traditur erinaceis, tergum habet spinis ornatum, quas plerunque, inqt Solinus, laxatas iaculatione emittit voluntaria, vt assiduis aculeorum nymbis canes vulneret ingruentes. Concinnè Hystricen descripsit Claudianus his versibus.

, Cognitus histrix assimilat porcũ, mentitæ cornua setæ,
, Sũma fronte vigent, oculis rubet igneus ardor.
, Parua sub hirsuto catuli vestigia dorso.
, Picturata seges, quorum cute fixa tenaci,
, Altera succrescit &c.

CAPVT XXXVI.

Vrsus. VRSORVM COITVS hyemis initio, &c. Meminit vrsorum coitus Aristoteles sexto de historia animalium, cap. trigesimo. Vrsi (inquit) coeunt humi strati, fert vterũ dies triginta vrsa, parit tum vnum, tum etiam duos, sed cõ plurimum quinque. Fœtum minimum pro sui corporis portione ædit: quippè quę minorem catto, maiorem mure solet parere, modum item & cęcũ, et cruribus propemodũ membrisque alijs plurimis indiscretum, & rudem, coit mẽse februario, parit eo tempore quo latet, per tempus pinguescit tam mas quàm fœmina vehementer: cum prolem nutrierit, exit à mense iam veris tertio. Eadẽ etiã Solinus quæ Pli. hic refert, fœtus rigentes frigidissimos. Et subdit. VETERNO PINGVESCVNT &c. Nimia dormitione ac somno profundo, cibo tunc nullo vtuntur. Verba sunt Aristo. octauo, de historia animalium, eadem narrantis cap. XVII. Vrsa vel à nemine, vel à paucissimis tempore sui latibuli capta est, tempore latibuli nihil edere certum est: narrant eius intestinum per inediam ita cõiuere, vt adductum propè cohęreat. Itaque vrsum latebram egressum primũ herbam Arum dictam degustare, vt intestinum laxetur. Et subdit Plinius. CIRCA SVRCVLOS CVM DENTIVNT, &c. Eadem narrat Aristoteles libro nono, de historia, cap. sexto. Lingua, inquit, mãducant quasi dentiunt. Idem de pugna eorum cum tauro libro octauo, de histo. animalium sic agit. Viribus, ait, suis fidens inuadit non solum ceruos, verum etiã tauros: taurum aperto marte aggreditur, conserta iam pugna sternit se resupinum, dũ que taurus ferire conatur, ipse suis brachijs amplectitur cornua, ore morsum armis defigit, prosternitque aduersarium, ingredi vel duobus innitens pedibus erectꝰ po

test. Et subdit Plinius. ANNALIBVS NOTATVM est, &c. In hanc it etiam pedibus sententiam Solinus, his verbis. M. Messala consule L. Domitius Aenobarbus curulis ædilis vrsos numidicos centum & totidem æthiopas, venatores in circo Romano edidit, idque spectaculum inter memorabiles titulos annotatur. Porrò non obfuerit hic annotasse latebram vrsorum grecis dici φωλεὰν hoc est pholiam. Legimus præterea, vrsi manus inter esitandũ prædulces, ac insigni suauitate: quod fieri Plutarchus testatur, quòd creberrimè partem hanc vrsus moueat, agitetque, tum incessus ratione, tum apprehensionis. Vrsos Numidicos aliis ad pugnam præstantiores retulerunt, quorum meminit Martia. his versibus.

Pholia.

Profuit ergo nihil misero, quod cominus vrsos
Figebat Numidas albana nudus arena.

De Lybicis etiam meminit Virg. quinto Aeneidos, quando ait. Horridus in iaculis, & pelle libystidis vrsæ. Et ait Plinius. VRSINAM RABIEM. Dicta rabies immanis vrsorum est, vbi sæuiunt, ob id crediderim Martialem cecinisse. Ne nasum tentaueris vrsi. Quod ait Plinius. VRSOS non gigni in Africa. &c. Contra refert Herodotus libro quarto. Dignum non omissu, quod ait Ouidius de informi vrsæ generatione libro. XV. his.

Nec catulus partu, quem reddidit vrsa recenti,
Sed male viua caro lambendo mater in artus
Figit, & in formam quam cupit ipsa reducit.

Philostratus libro secundo vitæ Apollonij, vrsas cæteris beluis sæuiores ait.

CAPVT XXXVII.

CONDVNTVR HYEME, &c. Aristoteles de historia animalium octauo, cap. XVII. ponticos mures etiam hyeme condi scriptum reliquit: libro autem sexto sic de murium natura agit. Murium generatio mirabilis, præter cætera animalia maiorem in modum est, tum numero, tum celeritate. Iam enim fœmina prægnante, in vase miliario aliquando occupata, paulò post reserato vase, musculi numero viginti & centum sunt reperti. Et paulò post ait. SVNT QVI vehementer confirment mures, si salem lambant impleri sine coitu, &c. De Herinaceorum verò natura ac astutia libro nono. Herinacei, ait, qui in cauernis sunt commutant sua cubilia, aquilonum & austrorum mutatione, qui ante intra tecta aluntur, ad parietes discedunt &c. Libro autẽ quinto de historia animalium de eorum coitu sic ait. Herinaceis coitus erectis partibus supinis, hærentibus sibi aduersis. MONOPOLIO INVENIT. Monopolium dicitur cum penes aliquem vnum vendendi potestas est.

Herinacei.

Monopolium quid.

CAPVT XXXVIII.

VRINAE ET ex duobus, &c. Hoc est vrinæ lyncis & leõtophoni, Solinus sic leõtophoni meminit. Leontophonas accepimus vocari bestias modicas, quę capte exuruntur, vt earum cineris aspergine carnes pollutæ iactæq; per cõpita concurrentiũ semitarum leones necent, si quantulumcunque ex illis sumpserint: propterea leones naturali odio eas premunt, atque vbi est facultas data, morsu quidẽ abstinent, sed dilaniatas exanimant pedum nisibus.

Leõtophonus.

CAETERIS (inquit Pli.) QVADRVPEDVM imperitans,&c. Hoc est leo. Porrò de lyncum vrina Solinus Plinio adstipulãs ait. Istud etiam ipsas lynces persentiscere hoc documento probatur, quòd egestum liquorem ilicò harenarum cumulis quantum valent contegunt, inuidia scilicet ne talis egeries trãseat in nostrum vsum: lapidi succini color est, pariter trahit spiritu propinquentia: dolores renum sedat, medetur regio morbo: lygurium græce dicitur. Porrò Plin. hic Meles vocat animalia, quæ à nostratibus Taxones siue Taxi dicuntur.

Linx.

Meles q

CAPVT XXXIX.

SERPENTIVM sola vipera, &c. Aristoteles eadem libro octauo de historia animalium. Cæteræ, inquit, serpentes cauernas subeunt terræ, sed viperæ sub saxis conduntur. Cochleas etiam terrestres sese condere testatur libro eodem. Lacertas præterea cauernas subire, ac quatuor mensibus frigidissimis latere scriptum reliquit quo diximus libro, cubitum item in Arabia magnitudine excedere. Strabo, geographiæ. XVIII. in Mauritania bicubitales esse tradit. Cæterò de vipera agendum hic est nobis, quæ græcis dicitur ἔχις. Herodotus de viperarum partu sic concinnè agit. Nunc, ait, cum libidine agitantur, et par paria coeunt, fœmina collum maris in emittenda genitura comprædhendit, forbensque non prius dimittit, quàm deuorauerit, & mas quidem hoc modo perit. Fœmina verò talem luit masculo pœnam, quòd filij dum adhuc intra vterũ sunt patrem vlciscentes ambedunt, eiusque aluo ambesa, ita partum faciunt. Hoc etiã Nicander scitè expressit hoc carmine, quod sic conuersum legimus,

Vipera qualiter pariat.

, Vipera sæua caput lætali dente mariti
, Mordicus abscidit, sed nata ex semine proles
, Viscera dilaniat matris, stratamque relinquit.

Contra censet Albertus, sed author ille est, cui non sit adhibenda fides: nam parũ diligens censendus in historia animalium describenda, quòd de his infœlicissimè tractauerit, quia videlicet fuerit politioris & reconditioris literaturæ expers. Philostratus secundo vitę Apol. de hac re etiam agit, sed diuersa à proposito antelato.

CAPVT XL.

Canis.

EX HIS QVOQVE, &c. Columella inuehi videtur in eos qui canes mutos appellauerunt. Nam quis hominum clarius aut tanta vociferatione bestiam vel furẽ q̃ isti canes fugat latratu? quis famulus amantior domini? quis fidelior comes? quis custos incorruptior? quis excubitor inuenire potest vigilantior? quis denique vltor aut vindex constantior? Tullius libro naturę deorum secundo, de his sic agit. Canum, ait, tam fida custodia, tamque amans dñorũ adulatio, tantũ odiũ in externos, tã incredibilis ad vestigãdũ sagacitas nariũ, in venãdo alacritas qd significat aliud, q̃ se ad hoim cõmoditates genitos esse? Testes sunt historiæ, hæ, quas hic Plinius noster refert, quæ etiam ab Aeliano traduntur: quę repetere fuerit fastidientis lectionis. Annalibus etiam proditum, canes Hesiodo interfecto assistentes, autores cædis significasse latratu. Theopõpus scribit Magnum Alexandrum ciuitatem constituisse in honorem canis defuncti.

Strabo decimo quinto geogra. Indicos canes maximè probat: atque cẽtum &c. I. Alexandrum Magnum à Sopithe rege accepisse: et vt periculum faceret, duos leoni immisisse: quibus illum tenentibus alios duos soluisse. Hi enim quùm iam consisterent, Sopithes iussit, vt vnus ex canibus crure apprehensus abstraheretur à morsu, & nisi obtemperaret, crus amputaretur: quod Alexander primo non concessit, cani videlicet parcens, sed cum Sopithes diceret se quatuor pro vno daturũ, cõcessit. Canis verò prius sibi crus incidi profundo vulnere passus est: quam morsum dimitteret. Sed redeamus ad literam. IN GRADIBVS GEMONIIS, &c. Gemonios gradus Romæ constitutos ferunt in sceleratorum supplicium: dictos volunt gemonias, eruditiores, quòd locus esset gemitus ac calamitatum: erat enim locus scalarum modo factus surrectus'que, qui gradibus conscendit solebat, quare liquet fuisse Gemonias locum, vbi infames ac scelerati capite truncabantur, aut alio supplicij genere afficiebãtur: meminit huius loci Tacitus, ijs verbis. Tum, inquit, confessum collaceratum'que & abscisso capite truncum corpus Sabini in gemonias trahunt: huius rei affatim meminit Cælius sexto antiquorum lectionum. CORONA CIRCVNSTANTE, &c. Conuentu populi Romani. IN venatu solertia, &c. Genus certè canum, vt ait Colu. rei rusti. vii. Aliud ad rem venaticam, aliud ad villam custodiendam, aliud aduersus hominum insidias eligitur. Varro secundo rei rusticæ duo genera ponit, vnum venaticum, & pertinet ad bestias feras, alterum quod custodiæ causa paratur, Probat autem maximè laconicos, Epiroticos, Salentinos. Sunt etiam qui probent Molossicos, Indi. orcanos, alij Elymæos. Aristo. maximos gigni in Epiro, testatur libro de histo. animalium tertio. Dignum scitũ quòd ferunt canes ex vulpibus, ac canibus gigni, quos vocẽt Alopecidas: sicuti ex leonibus gigni, quos etiã vocent Leotomiges. Vocare etiam solent eruditiores Lethargum canem, eum qui clandestinè mordeat: subdit Pli. CANVM GENERIBVS, &c. Aristo. de histo. animalium sexto de generibus canum agens sic ait. Canum genera plura, coit Laconicum mensæ suę ætatis decimo. Impletur canis vno initu. Catelli cæci gignuntur, nec ante duodecimum diem visum accipiunt. Coeunt canes postquàm pepererũt sexto mense, nec citius sunt, quę parte quinta anni vterũ ferant, hoc est, duobus & sexaginta diebus, parit canis duodecim complurimum, sed magna ex parte quin'que, aut sex, Laconicæ octo pariunt. Viuit in hoc eodem genere mas ad annos decem, fœmina ad duodecim: quidã ad quatuordecim, sed & nonnulli ad viginti protrahunt vitam: dentes canes non mutant: præterquàm quos vocant caninos, hæc ille, & multa id genus. Columella in annos decem progenerare canes scriptum reliquit libro rei rusti. vii. RABIES (ait Pli.) CANVM, &c. Tres potissimum morbi canibus peculiares dicuntur, Rabies, podagra, cynanche, vt scriptum reliquit Arist. de histo. animalium septimo, vocatur autem Rabies græce λυττα, id est, lytta. Quicquid canis rabidus momorderit, interire dicunt: Homo tantum euadere dicitur, quod testatur Aristo. quando ait. Canes quæque momorderint, omnia rabiunt, prius homine (vt interpræatur Leonicenus) Mirum dictu, quod narrat Albertus magnus: se hominem vidisse cui in brachio morsum infixisset canis rabidus: anno autem septimo post cicatricis locum intumescere cœpisse, atque intra biduũ interisse, porrò quod Pli. ait de aquę metu: morbum enim hunc Græci vocãt πάθος ὑδροφοβικόν, hoc est, pathos hydrophobicon: quare qui hoc genere morbi afficiuntur, vocantur hydrophobici, & metus aquæ hydrophobia. Hanc egritudinem prouenire quidam opinantur, corporibus affectis ob immoderatam siccitatem, humecto naturali deperdito. Rufus tamen medicinæ author clarus, hunc morbum in speciem melancholiæ euadere te-

Gemonij gradus.

Alopecidæ.

Leotomiges.

Canum morbi.

Hydrophobi.

ſtatur,ſed de iſjs in parte medica. SYRIO ARDENTE, &c. Cane ſtella ardente. Veratro, Elleboro, de quo in parte herbaria.

CAPVT .XLI.

Cyno-rhoda. AD MORSVM, &c. Cynorhoda,ſylueſtris roſa,quam alíj cynosbaton, hoc eſt, ſentē canis vocant,cuius affatim meminit Dio. libro primo,vt videre erit in parte medica. Radix roſæ ſylueſtris mixta canum cibis,cum gallinaceo fimo facit ne rabidi fiãt, porrò Columellę verba,cuius hic citat libro ſeptimo,ca. xii.hæc ſunt. Catulorũ cauda poſt diem quadrageſimum,quam fuerint editi,ſic conuenit caſtrare,neruus eſt,qui per articulos ſpinæ prorepit,vſque ad vltimam partem caudæ,is modicus comprēhēſus,& aliquatenus eductus abrumpitur, quo facto, neque in longitudinem cauda fœdum capit incrementum,&(vt plurimi paſtores affirmant) rabies arcetur,letifer morbus huic generi, hæc ille.

CAPVT .XLII.

Equus. IIDEM ALEXANDRO, &c. Equi Alexandri Gellius meminit,ſed diſcrepat præcio,vt etiam annotatũ eſt à
Buce-phalus. Budæo. viro omni literatura politiore ornato, Gellius enĩ atticarum noctiũ quinto,ca. ſecũdo, de hoc ſic agit. Equus Alexandri regis & capite & nomine bucephalus fuit, Emptum Cares ſcripſit talentis, xiii. & regi Philippo donatum, eris noſtri ſumma eſt, ſextertia. cccxii. ſuper hoc equo dignum memoria viſum, quòd vbi ornatus erat armatusque ad prælĩũ,haud vnq̃ inſcendi ſeſe ab alio,niſi à rege paſſus ſit,&c. Soli. verò eiuſdem mentionem facit Plí. penitus inſecutus, Alexandri, inquit, Magni equus Bucephalus dictus, ſiue de aſpectu toruitate, ſiue ab inſigni quòd taurinum caput armo inuſtum gerebat, vel quòd de fronte eius quedã extantium corniculorum minæ protuberabant, Cum ab equario ſuo alias etiam molliter ſederet, accepto regio ſtrato, neminem vnquàm alium, præter dominum vehere dignatꝰ eſt, documentum eius, in prælijs plurima ſunt, quibus Alexandrum è duris certaminibus ſoſpitem ſua opera extulit. Quo merito effectum vt defuncto, rex exequias duceret, vrbem etiam conderet, quam in nominis memoriam Bucephalam
Equus cæſaris. nominauit: porrò quod de equo Plí. ait, Cæſaris, Solinus idem teſtatur, item Tranquillus iſjs verbis. Vtebatur equo inſigni pedibus prope humanis, & in modum digitorum vngulis ſciſſis, quem natum apud ſe, quum aruſpices imperiũ orbis terrę ſignificare domino pronunciaſſent, magna cura aluit, nec patientem ſeſſoris alterius primus aſcendit, cuius etiam inſtar pro æde veneris genitricis, poſteà dicauit. ſed redeamus ad textum. ALIVM detracto oculorum operimento & cognito cum, &c. Videtur alluſiſſe Plí. ad Varronis verba, libro rei ruſt. ſecũdo, ita inquientis, Tametſi incredibile, quod vſu venit memoriæ mandandum. Cum equus matrem vt ſaliret adduci non poſſet, & eum capite obuoluto perorìga adduxiſſet, & coegiſſet matrem inire, cum deſcendẽti velũ dempſiſſet ab oculis: ille ſe-
Perori-ga mẽ-dũ ſcitè depræ-hẽſum. cit impetum in eum, ac mordicus interfecit, hęc Varro: cuius verbis conijcere licet male legi hic. LACERATVMQ'VE, &c. Nam legerim perorigam, id eſt, ad miſſarium, ſiue eum qui curat, vt equę íniantur. CYTHE (inquit Plí.) equitatus, &c. Dignum ſcitũ quod Ariſto. libro nono de hiſto. animalium refert, de prudentia equi regis ſcytharum, inquiens. Ferunt etiam regi ſcytharum

fuiſſe

Equ⁹ regis ſcytharũ.

fuiſſe equam egregiam, ex qua mares generoſi omnes gignerentur: quorum vnũ, qui pręſtantior haberetur, cum vt ex matre procrearet, placeret, admiſſum omnino recuperaſſe, opertam deinde latuiſſe matrem, vt imprudens ſuperueniret, verũ vbi à concubitu faciem matris agnouerat: fugam properaſſe, atque ſeipſum actũ præcipitem interemiſſe. Porrò idem author, libro ſeptimo generationem equarum pharſalicarum maximè probat, Varro Theſſalicas equas etiam. Et ſubnectit Pli. NAM IN CIRCO AD CVRRVS, &c. Eadem Solinus confirmat inquiens. Ingenia equorum, etiam Claudij Cæſaris circenſes probauerunt, cũ effuſo rectore quadrigę curſus æmulos, non minus aſtù, quam velocitate peruerterent, & poſt decurſa legitima ſpacia ad locum palmę ſponte conſiſterent, velut præmium victoriæ poſtularẽt: excuſſo quoque auriga, quem Ratumenam nominabat, relicto certamine, ad capitolium quadriga proſiluit, nec ante ſubſtitit quãlibet obuius occurſibus impeditus, quàm Tarpeium Iouem trina dextratione luſtraſſet, hęc ille. In Carceribus, Rapagulis ac funibus, qui equis ad metã currere volentibus opponi ſolent: vel hic carceres in circo dicebãtur: quòd coercerẽtur equi, ne inde exirent, antequàm magiſtratus ſignum miſiſſent, Subdit Pli.

Equorũ vita.

VIVVNT ANNIS, &c. Ariſto. ſexto de hiſto. animalium de ętate equorum ſic meminit ca. xxii. Vita equorum plurimis ad decimum octauum, atque etiam viceſimum annum: ſed nonnulli etiam quinque & viginti atque triginta egerunt, ſi cura diligenter adhibeatur: fœmina magna ex parte quinque & viginti annos viuere poteſt, ſed iam etiam nonnullæ quadraginta vixere, minus mares viuunt quàm fœminæ ob coitum. Et ſubdit Pli. EIDEM FINEM creſcendi, &c. Ariſto. Sic fœmina quinquẽnio finem tum longitudinis, tum etiam proceritatis ſui corporis recipit. SED mas ſexennio. &c. Forma inquit Pli. EQVORVM quales, &c. Vergilij verſus de eligenda forma equorum ſunt hi.

Quales equi eligendi.

, Continuo pecoris generoſi pullus in armis
, Altius ingreditur, & mollia crura reponit
, Primus & ire viam, & fluuios tentare minaces
, Audet, & ignoto ſeſe committere ponto,
, Nec varios horret ſtrepitus: illi ardua ceruix
, Argutum que caput, breuis aluus, obęſaque terga
, Luxuriatque toris animoſum pectus, honeſti
, Spadices, glauci que color, deterrimus albis
, Et giluo: tum ſi qua ſonum procul arma dedere
, Stare loco neſcit: micat auribus, & tremit artus
; Collectumque emens voluit ſub naribus ignem. &c.

Columella autem ſic eligendos docet equos; libro rei ruſt. ſexto, ca. xxviii. Cũ ait natus eſt pullus, confeſtim licet indolẽ æſtimare, ſi hilaris, ſi intrepidus, ſi neq; cõſpectu, neq; nouæ rei auditu terreẽ, ſi ante gregẽ ꝓcurrit, ſi laſciuia & alacritate interdũ & curſu certãs æquales exuperet, ſi foſſam ſine cũctatione trãſilit: pontẽ, flumenque tranſcendit, Hæc erunt animi honeſti documenta. Corporis verò forma conſtabit exiguo capite, nigris oculis, naribus apertis, breuibus auriculis & arrectis, ceruice molli, lataque, nec longa, denſa iuba, & per dextram partem profuſa: lato & muſculorum toris numeroſo pectore, grãdibus armis: & rectis: lateribus inflexis, ſpina duplici, ventre ſubſtricto, teſtibus paribus & exiguis: latis lumbis & ſubſidentibus, cauda longa: & ſetoſa criſpaque, æqualibus atque altis rectisque cruribus: tereti genu: paruoque: neque introrſus ſpectãti: rotundis clunibus: fœminibus toroſis, ac numeroſis: duris vngulis & altis & concauis, rotundisque quibus co=

ronæ

ronæ mediocres superpositæ sint, hæc Colu. Subdit Pli. COITVS NERVO AEQVINOCTIO, &c. Aristo. de histo. animalium sexto, de eorum coitu sic ait. Coeundi initium equis in vere, fœmina quãdiu viuit initur: nec tempus certum libidinem aufert. Columella, quo diximus loco: marem minorem trimo, nõ esse idoneum admissuræ nonnullos putare tradit: fœminam bimã posse rectè concipere. Democritus affirmat vt cum velimus mares progenerari, sinistrum testiculum admissarij lineo funiculo alligãdũ esse: cũ fœminã, dextrũ. ADMISSVRAE, admissura, tẽpus ac actio ipsa, qua mariti gregum admittuntur ad coitũ, causa fœturæ. HIPPOMANES APPELLATVM, &c. Aristo. libro antelato: de hoc sic. Cum equa peperit, statim secũdas deuorat: atque etiam quod pulli nascentis fronti adhæret Hippomanes dictum, magnitudine minus carica parua: orbiculatum specie, latiusculum, nigrum. Huius etiam meminit Colu. quando ait. Libidinis extimulatur equa furijs, vnde etiam veneno inditum ἱππομάνες, quod equinæ cupidini similem mortalibus amorem accendat. Et subdit Pli. CONSTAT IN LVSITANIA, &c. Colu. eo quo diximus libro de ijs sic agit. Cum sit notissimum etiam in sacro monte Hispaniæ, qui procurrit in occidentem iuxta oceanum, frequenter equas sine coitu ventrem pertulisse, fœtum'que educasse, qui tamen inutilis est: quòd triennio prius quam adolescat, morte absumitur. Quæ etiam Vergilianis versibus confirmantur, ijs.

Equorũ coitus.

Hippomanes.

, Ore omnes vere in zephyrũm stant rupibus altis
, Exceptant'que leues auras & sæpe sine vllis
, Coniugijs, vento grauide (mirabile dictu)
, Saxa per & scopulos, & depressa conualles
Diffugiunt, &c.

Iustinus non vento concipere equas refert, sed fœcunditate, id dictum putat. In Lusitania inquit, libro. XLIIII. iuxta fluuium tagum equas vento concipere multi authores prodiderunt: quæ fabulæ ex equarum fœcunditate natæ sunt, quæ tantæ in gallitia ac lusitania tam pernices sunt, vt non immerito vento concepti equi videantur. ASTVRCONES, &c. Equi asturcones ab Astucia ciuitate Hispaniæ, de quibus sic Martialis cecinit.

Asturcones.

, Hic breuis ad numerum rapidum qui colligit vngues
, Venit ab armiferis gentibus astur equus. Sylius etiam.
, His paruus sonipes, ne'que matris notus ad idem
, Aut in concusso glomerat vestigia dorso
, Aut molli pacata celer trahit esseda colo.

Hos etiam equos vocamus Tolutarios, quasi à volubilitate pedum: & tolutim, quasi volubiliter: qua vocis acceptione vsus est Varro, quãdo ait. Vt equus qui ad vehendum est natus, tantum traditur magistro, vt equiso doceat tolutim incedere, incessus huiuscemodi Græcis dici solet ἐνδρόμος, id est, endromos. Porrò Pli. Hic equos tot morbis affici quot homines tradit: de quorum morbis. Colu. meminit, item qui græce κτνιάτροι, id est, ctεniatri, id est, veterinarii ac mulomedici. Hic non obfuerit annotasse equos promptissimis stimulis, ijs'que parentibus, dici Græcis Centrinices: & Encentrides calcaria, Gregales equos phoruadas, id est, φορβάδας, domesticos verò τροφίας, id est, Trophias: Item militares, prominẽtibus oculis Exophthalmos: concauis cœlopthalmos.

Tolutasum.

Centrinicos.

Encentrides.

CAPVT .XLIII.

ASINVM QVADRINGENTIS, &c. Varronis verba tertio rei rusti. hæc de asino sunt. Quòd si ea ædificia villæ non sunt, quæ asinum quem mihi quadraginta millibus emptum ostendebas, apud te non habent, metuo ne pro villa emam in ostię littore seianas ædes. Hunc locũ Budæus, nostrę ætatis peritissimus & compositissima doctrina præclarus, accuratè castigauit, libro secũdo assis. Nã in vulgaribus Plinij codicibus quadringentis nummis legebatur: locum Budęi adeat qui de ijs volet. Varro libro rei rusti. secũdo de asinorum tum probatione, tum bonitate sic agit. Ego de asinis potissimum dicã: quod sum reatinus, vbi optimi & maximi fiunt, equi seminio, ego hic procuraui pullos, & ipsis arcadibus vendidi aliquoties, igitur asinorum gregem. qui facere vult bonum, primum videndum, vt mares ac fœminas bonas ætate sumat, omnibus partib⁹ honestos, corpore amplo, seminio bono. EX IIS LOCIS vnde optimi exeũt, &c. Et subdit Pli. ANIMAL ipsum frigoris impatiens, &c. Aristo. de histo. animalium octauo, hoc etiam adfirmat, inquiens. Impatiens frigoris maximè hoc animal est, quapropter Pontica & Scythica terra asinis caret. Et paulò post subnectit Pli. NEC AEQVINOCTIO neruo, &c. Solstitio profecto æstiuo asini coire solent. Solent autem tum mas, tum fœmina, vt ait Aristo. sexto de histo. animalium, mense tricesimo coire. Asina etiam annicula concipere potest, reijcit semen à coitu, nisi interpelletur, quamobrem statim post coitum verberant: parit duodecimo mense, lac grauida habet, mense decimo à partu, die septimo asina iungitur. Et subdit Pli. PARITVRA lucem fugit, &c. Alludit ad Aristo. assertionem, libro antelato hæc narrantem: parere ait, vel in conspectu hominis, vel in luce non vult, sed in tenebras cum parturit ducitur. Porrò Varro secundo rei rust. Asinas ante solstitium admitti tradit, vt eodem tempore alternis annis pariant, duodecimo enim mense semen reddere conceptum testatur. Mares in operis remissione deteriores fieri, quod à Plinio hic annotatũ est, quãdo ait. MARES IN REMISSIONE, &c. Cęterò vbi legitur. NEC nisi spaciose incubant, &c. Budæus non ita, sed hoc modo legit. NEC nisi spaciosa laxitate incubitant, &c. Is etiam non cẽset legenda hęc duo verba alias atteruntur, Palpebrarum pilos, Colu. rei rust. sexto. Diuersos in auribus, aut palpebris pilos discolores asinos reddere tradit: Pulli onagrorum apti cibis quibusdam fuere, quare cecinit Martialis. Asinus.

, Dum tener est onager, solaque lalisio matre

, Pascitur, hoc infans, sed breue nomen habet.

Scribit Albertus, quod putarim ridiculum. Onagros quinta decima die mensis Martij duodecies rudere in nocte, & duodecies in die æquinoctium iudicare, ea scripsit, libro vigesimo secundo naturæ animalium.

CAPVT .XLIIII.

EX ASINO, &c. Mula profecto, vt scriptum reliquit Colu. libro quo loco diximus, non solum ex equa & asino, sed ex asina & equo, itemque onagro & equa generatur. Quidam verò non dissimulandi authores, vt .M. Varro, & ante eum Dionysius, ac Mago, prodiderunt mularũ fœtus regionibus Aphricæ adeò non prodigiosos haberi, tã familiares sint incolis partus earum, quam sint nobis equarum, hęc Colu. & multa id genus, quę legat si volet lector, Mula.

Subdit

Subdit Pli. EQVO ET ASINO GENITOS, &c. Qui ait Colu. ex equo & asina concepti generantur, quãuis à patre nomen traxerint, quod hinni vocantur matri per omnia magis similes sint. EST (inquit Pli.) IN ANNALIBVS, &c. Aristo. sexto de histo. animalium de ijs sic agit. In terra Syria super phœnicem mulę & coeunt & pariunt omnes. Vita mulis ad annos multos: iam quidem vel octogesimum annum potuit agere, vt Athenis. Mulus coire incipit missis dentibus primis, sed septennis implere potest. ETIAM cum equa coniunctus, &c. Cæterò vbi Pli. ARCERIQVE vtrunque genus ab altero, &c. Sensus est. Narrant mulos ab equabus arceri, & eas ab illis. NISI infantia, &c. Et vt plus lucis ijs videamur intulisse non obfuerit admouisse verba Colu. ad hæc multum facientia: is libro rei rust. vi. ca. xxxvi. Igitur qualem descripsi asellum, cum est à partu statim genitus, oportet matri statim subtrahi, & ignoranti equæ subijci, eo optimè tenebris fallitur. Nam obscuro loco partu eius amoto, prędictus quasi ex ea alitur natus. Cui deinde decem diebus insueuit, equa semper postea destinenti præbet vbera. Sic nutritus admissarius equas diligere condiscit, interdum etiam quãuis materno lacte sit educatus, potest à tenero conuersatus equis, familiariter earum consuetudinem appetere, sed non oportet minorem, quam trimum admitti.

CAPVT . XLV.

Boues.

BVBVS INDICIS, &c. Magnitudine boues indicos cæteris præstare tradunt. Aristo. de histo. animaliũ tertio, Epiriticos maximè laudat ob magnitudinem. Epirus ait, quadrupedes magnas gignit, excepto asino, sed boues prę cipuè, Boues igitur egregia magnitudine ibi sunt, atque etiam oues Pyrrhicæ, à Pyrrho rege ita cognominatæ, Et libro octauo, ait, ca. viii. Augētur iuuencę amplius, cum plus tẽporis expertes veneris degunt. Quamobrem Epiri incolæ: quas Pyrrhicas vocant, annis nouem intactas venere seruant, vt incrementum ampliter capiant, & setauras nuncupant. Has numero. xl. esse & proprias regis accœpimus: nec posse viuere locis alijs, quãquàm tentatum ab aliquibus est. Meminit bouum epiroticorum etiam Varro secundo rei rust. Transmarini, inquit, epirotici non solum meliores totius Græcię, sed etiam Italię. Habētur equidem pecudes, vt ait Colu. pro regionis statu cœlique: gerũtque habitum corporis, & animi ingenium, & pili colorem. Aliæ formę sunt asiaticis, alię gallicis, aliæ Epiroticis. AT (ait Pli.) ANNICVLAE AD, &c. Aristo. Bouem anniculam peperisse testatur libro de histo. animalium quinto, ca. xiiii. Et subdit Pli. TAVRI, &c. De coitu boum sic agit Aristo. libro sexto histo. animalium, ca. xxi. Coire tum boues, tum fœminę anno ætatis primo peracto incipiunt, quo ad sit procreandi facultas, verùm, quod magna parte fit, vel anniculi, vel octauum mensem nacti venerem adeunt, sed enim quod maximè confessum habemus, bimatu generant, ferunt vterum menses nouem, decimo pariũt: pariunt singulos: raro geminos, quãdiu viuunt & coire & parere solent. Viuunt magna ex parte fœminæ annos quindecim: atque etiam mares excisi: nonnullis ætas ad. xx. annos, atque etiam plures. Et subdit Pli. COITVS à delphini, &c. Videtur alludere ad Varronis sententiam, quæ sic se habet. ii. rei rust. Tum denique tauros in gregem redigo. Mas à. an fœmina sit concepta significat taurus descensu, cum inijt, siquidem si mas est, in partem dexteriorem abit, si fœmina, in

Setaurę

Tauri quando coeant.

sinisteriorem,

sinisteriorem, cum hoc facio vos videritis, qui Aristo. legitis. Non minores oportet inire bimas vt pariant trimæ, eo melius si quadrimæ. Maximè idoneum tempus ad concipiendũ à delphini exortu vsque ad dies. xl. aut paulò plus, hæc varro. Comparandos autem boues hac forma suadet Colu. vi. rei rusti. Parandi sunt boues nouelli quadrati, grandibus membris, cornibus proceris ac nigrantibus, & robustis, fronte lata & crispa, hirtis auribus oculis & labris nigris, naribus resimis, patulisque, ceruice longa & torosa, palearibus amplis, & penè ad genua promissis, pectore magno, armis vastis, capaci & tanquam implente vtero: lateribus porrectis, lumbis latis, dorso recto planoque: vel etiam subsidente, clunibus rotundis, cruribus compactis ac rectis, nec genibus improbis, vngulis magnis, caudis longissimis & setosis pilosisque, corpore denso breuique, colore rubeo vel fusco, tactu corporis mollissimo. Et subdit Plinius. DOMITVRA BOVVM A TRIMATV, &c. Varro eo tempore castrandos censet. Castrare, inquit, nõ oportet ante bimatum. Columella quietiores aspergine meri tradit fieri. — *Quales eligendi boues.*

QVADRVPEDANTE, &c. Quadrupedare quatuor ingredi pedibus. Hac voce vsus Vergi. quando cecinit. Perfractaque quadrupedantũ pectora pectoribus rũpunt. HINC VICTIMAE OPTIMAE. (ait Plinius) &c. Antiquitus certè vituli taurique fiebant victimæ, alij enim sacri aris, alij aratro destinabantur: quare cecinit Homerus ille Mantuanus, tertio georgicon. — *Quadrupedare.*

, Et quos aut pecori maluit submittere habendo,
, Aut aris seruare sacris, aut scindere terra,
, Et campum horrentem fractis inuertere glebis.

Varro item secundo rei rusticæ, quando ait. De Italicis, quos propter amplitudinẽ præstare dicunt, ad victimas farciunt, atque ad deorum seruant supplicia. Et subnectit Plinius.

QVAMOBREM VICTIMARVM, &c. Proditum est monumentis animal occisum primò à Martis filio Hyperbio, bouẽ à Prometheo, hinc enata dicitur victimarum superstitio, & suæ sacrificantibus dictæ leges. Vitulum probari dicunt, si suffraginis articulum cauda contingat breuiore, nõ solebat litari: hæc fuit gentilibus cæcitas. De taurorum certamine Strabo. xvii. libro. Alunt, inquit, tauros dedita opera ad certamina, sicut equos, qui victor est, ei præmium habet. Dignum scitũ tauros punicea rubraque veste terreri efferarique, qua re Ouidius ait. xii. metamorphoseos. — *Bos terretur rubra veste.*

, Haud secus exarsit quàm circo taurus aperto,
, Cum sua terribili petit irrita mœnia cornu,
, Phœniceas vestes elusaque vulnera sentit.

Hoc etiam videtur annotasse iurisconsultus Vulpianus, digestis, de furtis. De boue qui locutus est meminit Valerius Maximus, libro primo de prodigijs.

CAPVT .XLVI.

BOS IN AEGYPTO, &c. Huius bouis Lucan' ita meminit. Et sacer in cineres magni mactabitur apis. Diodorus item & Herodotus libro tertio, Strabo necnon xvii. geographię, his v̄bis. Ibi bos Apis in septo quodã alitur, & vt diximus, apud eos pro deo habetur, albus frontem & quasdam paruas corporis partes, cætera verò niger, quibus signis iudicant, qui sit ad successionem idoneus, alio vita functo, ante id septum aula quædã iacet, in qua est aliud — *apis bos*

ſeptum matris eius, in hanc aulam nonnunquam Apis emittitur, præſertim vt peregrinis oſtendatur: videtur enim per feneſtram quandam in ſepto, & extra etiam ſi velint. Vbi verò paululum laſciuerit, rurſum in propriam mãſionem recipitur, hæc Strabo. Et ſubdit Plinius. NODVS SVB LINGVA quem
Cantar⁹ quí Scarabeus. Cantharum vocant, &c. Cantharus vulgari nota ſcarabe⁹ dicitur, ſed hic aliud eſt, quid enim ſit patebit verbis Porphirij attente animaduerſis ex libro de carniũ abſtinentia. Scarabeũ, inquit, aĩal rerum diuinarũ indocti abominantur, quod Aegyptij ſummoperè venerantur, animatam ſolis effigiem putantes. Lunæ præterea Taurum dedicarunt, quem Apin dicunt, nigrũ prę cęteris, & ſigna ſolis atq; lunę habentem. Habet enim ex ſole luna lumen, ſolis ſymbolum eſt coloris nigredo: nã & ſolis ardor reddit corpora nigriora, & qui ſub lingua eſt ſcarabeus, lunæ verò coloris diuiſio. Eſt item Cantharus ſignum in cælo, tribus ſtellis conſtans in aquario, Etymi huius vocabuli affatim Cel. lib. v. meminit. LYMPHA. furioſis, inſaniẽtibus, demoniacis, vt ita dicam, de quo alibi. De apio hoc boue ſic refert etiam Põpo. Mel. Apis, ait, populorũ omniũ in Aegypto numen eſt: bos niger, certis maculis inſignis, & cauda linguaq; diſſimilis aliorũ. Rarò naſcitur, ne coitu pecoris (vt aiũt) ſed diuinitus. De hoc boue etiam meminit Diodorus libro primo. Euſeb. cap. i. ſecundi prępa. Fit etiã de hoc in ſacris literis mẽtio, vt liquet. iiii. libro Regũ, reſpõ
Bos locuta. ſa bouem, hunc etiam dediſſe teſtatur Fauorinus in commentarijs Eudochique aſtrologi, cum eſſet in Aegypto bouem illum pallium linxiſſe, quo prodigio ſacerdotes, eum virum clarum futurum, ſed parum victurũ, reſponderunt. Quod oſtẽdit Diogenes hoc epigrammate.

, A boue cornuto propriam prædicere ſortem
, Eudoxum fama eſt quondam Memphitis in Vrbe,
, At quia ſermonem vitulo natura negauit
, Nil dixit, ſtolam lingens obliquus aperte.

CAPVT .XLVII.

MAGNA ET PECORI GRATIA, &c. Poſt maiores quadrupedes ouili pecorum ratio tractanda eſt, quę profectò pluris quàm alia facienda eſt, ſi ad magnitudinem vtilitatis referas. Pecus enim id præcipuè nos contra frigorum violentiam protegit, corporibuſque noſtris, liberaliora præbet velamina. Præbet item victus rationẽ, hoc eſt caſeum, lac, ſerum, quæ pluribus ſunt loco alimenti vt Nomadibus, ac galactopotis, quorum eſt lacte nutriri. Porrò quod Plinius ait de earum generatione, Ariſtoteles ſexto de hiſtoria animalium, capite. xix. oues terno aut quaterno coitu impleri, ſingulos parere aliquando binos aut ternos: vterum quinque mẽſibus ferre ſcriptum reliquit. Varro item ſecundo rei ruſti. vterum quinque menſibus ferre teſtatur. Et ſubdit Plinius.
CORDOS VOCABANT, &c. Dicũtur, inquit Varro li. an
Cordí agni. telato agni cordi, qui poſt tempus naſcuntur, & remanſerunt in vuluis intimis, vocant χορίον à quo chordi appellati &c. Subrumios autem Varro appellat agnos qui ſub mamma ſint. Ouem autem ſic eligendam ſuadet, Ouem oportet eſſe corpore
Oues eligendæ. amplo, quæ lana multa ſit & molli, villis altis & denſo toto corpore, maximè circa ceruicem & collum: ventrem habeat piloſum. Et ſubdit Plinius.
FEROCIA EIVS COHIBETVR, &c. Columella ſeptimo rei ruſti. eadem adfirmat, his. Epicharmus autem Syracuſanus, qui pecudũ me

dicinam

dicinam diligentissime conscripsit,adfirmat pugnacem arietem mitigari terebra secundum auriculas foratis cornibus,qua curuantur inflexu. Eius quadrupedis ætas ad progenerandum optima est trima:nec tamẽ inhabilis vsque ad annos octo. TONITRVS SOLITARIIS (ait Pli.) OVIBVS, &c. Verba sunt Aristo. ix. de histo.anima. Si cum tonuerit(inquit) & aliqua relinquatur,quæ non cucurrerit,abortum,si est grauida,facit. AQVILONI (ait Pli.) ELATV MARES, &c. Allusit ad Aristo.assensum,libro sexto de histo.anima.hæc inquientis.Nam & aquæ faciunt,vt fœminæ,ac mares cōcipiantur,ad hæc aquilonis flatu mares potius concipiuntur,austri,fœminę. Vis tanta est aquilonis,vt vel ea quæ non nisi fœminas pariant immutet ad prolis masculæ procreationem,spectare ad aquilonem oportet,cum coeunt fœminæ, quæ mane iniri solent,marem &c. QVIA (ait Pli.) CVIVS COLORIS, &c. Non certe solum ea est habenda ratio probandi arietis,si vellere cādido vestiatur,sed etiam si palatum,at'que lingua concolor lanæ est.si enim macula sub lingua nigra sit arieti,proles consequēs nigra erit,ob id nos admonuit Verg.

„ Illum autem quamuis aries sit candidus ipse
„ Nigra subest vdo tantum cui lingua palato
„ Reiice, ne maculis infuscet vellera pullis
„ Nascentum &c.

Eadem Aristo.quo diximus libro testatur. Candidi,inquit,vel nigri efficiūtur fœtus,si sub lingua arietis,venæ nigræ aut candidæ habentur,cuius enim coloris sunt venæ,eiusdem & vellus est. OVIVM (ait Pli.) SVMMA DVO, Hæc ab Columella datur diuisio,quando ait libro. vii. Ergo duo sunt genera ouili pecoris,molle,& hirtum:deinde paulò post tectum subiungit. Tectum ē̄t vocat,quod maiore lana est coopertum,quale est græcum pecus,& quale tarentinū à Columel. dicitur,quando ait. Græcum pecus quod plerique tarentinum vocāt,nisi cum domini præsentia vix expedit haberi.Siquidem & curam,& cibum, maiorem desyderat.Nam cum sit vniuersum genus lanigerum cæteris pecudib⁹ mollius,tum ex omnibus tarentinum est mollissimum,quod nullam domini, aut magistrorum inertiam sustinet. TERTIVM (inquit Pli.) LOCVM MILESIAM, &c. In eam it pedibus sententiam Colum. Generis eximij milesias,calabras,appulas'que nostri existimant, earum'que optimas tarentinas: nunc Gallicæ habentur pretiosiores:earum'que præcipuè altinates. Item quæ circa Parmam & Mutinam stabulantur macris campis. Color albus cum sit optimus, etiam est vtilissimus. Sunt etiam suapte natura prætio commendabiles, pullus & fuscus,quos præbent in Italia Polentia,in Betica corduba. Nec minus Asia rutilos quos vocant ἐρυθραίους,hæc ille. Greci pecoris ait Pli.appellatur,hoc est lana tarētina vt interpretatur Columella.

Ouium duo genera.

Oues optimę

CAPVT .XLVIIII.

HISPANIA, &c. Ad hæc quæ diximus paulò superius,hic perpendendum in quibusdam codicibus legi. Item. BETICA, VT CANVSIVM. Vetus quod nobis est exemplar,non canusium sed corduba habet,quod certe correspōdet Columellę verbis inquiētis. Pullus at'que fuscus quos præbent, Polentia in Italia, in Betica corduba. Nam Plinius dixit Canusia Rutili, quo fit vt suspicari subeat:frustra legi canusium, hoc tamen peri=

Vestium genera. Pexæ vestes. Pexatus.

tioribus censendum relinquo, nihil hîc adfirmo, sed moneo candide.

PEXIS ALIENA (inquit Plinius) VESTIBVS, &c. Pexas nonnulli vestes vocitant eas, quę pectine contextę sunt. Hinc pexati dicuntur, qui pexis vestibus induti sunt, quare Martialis ait.

, Pexatus pulchre rides mea Zoile semper.

Non tamen desunt qui vocent vestes pexas. Pilosis contrarias, hoc est rasas, quas & lacides vocant. Lacides tamen laceras intelligo, ac dilabentes, quare Probus id pexum vocat, quod tonsum est. Scutulato textu, hoc est rotundo contextu, quare vestis scutulata ea dicitur, quę quosdam orbes ac circulos habet. Fuerunt certè plura antiquis vestium genera, vocabant enim Chlænam vestem eam, quæ tunicę iniiciebatur, quam alij lænam vocant. Erat & tunica quę dicebatur orthostadios, qua vtebantur antiqui non cincta. Heteromaschalos, dicebatur seruitijs, amphimascalos liberis apta. Perinesa vocabāt indumēta, in quorū extremitatibus purpura assuta circum curreret. Othonem apud Homerum dicunt significare amiculum albū ex lana. Loricion quod graece est λωρικιόν, idest loricion, nonnulli vocant vulgo mantellum. Vestem verò hyemalem, chimastrum, vel alexamenon, æstiuam verò theristrum & theristrion. Amphimala dicuntur vtra'que parte villosa. Exomidas Gellius atticarum noctium. vii. vestes vocat substrictas sine manticis.

Scutulata vestis. Chlena. Orthostadios. Heteromaschalos. Amphimaschalos. Perinesa. Otho. Loricion. Chimaster. Therister Amphimala. Exomidę

TVNICA (ait Plinius) LATI CLAVI, &c. Hoc est tunica senatoria. Vndulatam, à vndarum circunflexu aut figura, putarim dici etiam hāc posse cymatilem. Varro de vita pa. A quibusdā dicitur esse Fortunę virginis, ab eo quòd duabus vndulatis togis est opertum, perinde vt reges nostri vndulatas & prætextatas soliti sunt habere. TOGA PVRA, &c. Hoc nullo colore, nulla'ue alia re addita huic. Plura enim erant togę genera, vt toga pretexta, toga picta, toga regia: quæ erat auro & purpura contexta, qua reges vtebantur, quę à Liuio inter insignia triumphantis numeratur, purpurea ante dicta. Tunicę item antiquitus phanotes, quæ translucebant dicebantur, tunica catasticte, notis ac figuris animalium contexta. Epizostris vestis crassa ex lana: alię item comicorum erant, aliæ satyricorū tragœdorum'que, quæ collibuit minimè hîc suppingere. Soriculatam vestem vocant, quæ varijs conserta sit coloribus, qualis etiam vermiculata à quibusdam dicitur. Toga verò papauerata à papaueris colore, id est candido, quæ spissa dicebatur. De Trabeis dicemus libro sequenti, pictas vestes &c. Homerus de purpureis meminisse videtur, vbi ait ἔργα καλὰ πορφύρα. BABYLON NOMEN IMPOSVIT, &c. Fuit Babylon luxus omnis quondam plena, quo fit vt à beato Hieronymo diceretur purpurata meretrix. Nā in quadam epistola vocat se colonum purpuratæ meretricis. Mores certè huic fuerunt corruptissimi, & luxu omni scatentes, voluptatibus'que dedita fuisse hæc dicitur: quod Lucretius videtur significasse, quando ait.

Vndulata vestis. Cymatilis. Toga prętexta. Phanores vestes. Catastricte. epizostris soriculata Papauerata. Purpurata vestis. babyloniorū luxus

, Adde, quòd alterius sub nutu degitur ætas,
, Labitur interea res, & babylonia fiunt
, Languent officia, atque ægrotat fama vacillans.

Hinc fit vt Babylon imposuerit nomen stragulis, que Babylonica dicuntur, sicuti triclinaria babylonica, id est tapetia, vt sic dixero, quæ peristromata et stromata. Polymita à multiplici filo, μιτός, id est, mitos, filum vocant, quare quæ multis licijs constat, polymita dicimus, sicut quę vno licio monomita, dimita quę duobus, trimita quæ tribus. Hinc polymitarium opus, quod alij plumatile, & polymitaria ars, qua textores vtuntur. Et subdit Plinius.

Peristromata. Polymita vestis.

TRICLINARIA

TRICLINARIA BABYLONICA SEXTERTIVM LXXX. &c. Budæus aliter legit, hoc modo. Metellus Scipio triclinaria Babylonica sestertium octingentis millibus vænisse, iam tunc posuit in Capitonis criminibus; quæ Neroni principi quadringenties sestertium nuper stetere, vt sensus esse possit is, vt Metellus Scipio Capitonem accusauerit, & ei obiecerit, quòd triclinares tapetas, quibus triclinaria vel sternebantur, vel obtēdebantur, viginti millibus aureorum nostrorum parare ausus sit, quę tamen postea Nero decies centenis millibus parauisset, ad ornatum domus aureę. Capitonis Cossutiani meminit Tacitus libro. xvi. Crimina (inquit) obliterari non sinebat Capito cossutianus: præter animum ad flagitia præcipitem, inimicus Thraseæ quòd autoritate eius concidisset. De hoc tamen Capitone hic intelligi non posse tradit Budæus: fuit tamen & alter Capito Fonteius, cuius meminit Horatius primo sermonum. Fuit præterea Capito Atteius, cuius meminit Gellius atticarum noctium secundo, cap. xxiiii. Nam Capito Atteius cœnas profusas taxare visus, ac de earum taxatione disseruisse. Et vt hoc pateat legentium auribus, adijciā verba Gellij quo diximus loco. Etiam dicit Capito Atteius edictum, diui ne Augusti, an Tiberij Cæsaris non satis commemini, quo edicto per dierum varias solennitates, à trecentis sestertijs, adusque duo milia sumptus cœnarum propagatus est, vt hic saltem finibus luxuriæ efferuescentis æstus coerceretur, hæc Gellius, ex cuius verbis coniicio Capitonem eum fuisse, de quo Plinius agit hic. Hoc tamen non pro recēpto dare ausim, quare censendum relinquo legentium arbitrio. Si tamen hæc ad stomachum facere videntur, eo vtantur lectores, sin minus, respuant. Porrò vbi legitur. VIDIMVS IAM ET VIVENTIVM VELLERA, &c. Hic certè locus quantum ingenij nostri perexiguas vires torserit, non facile dixerim. Nam mihi varios codices Plinianos voluēti, & eos absimilis lectionis lectitanti, oportuit attentius id quod sum nactus exēplar vetustissimū manuque exaratum me reuoluisse: comperi autem permultos codices habentes. Bidentium vellera, &c. Alios viuētium, & cum id quod penes me est exemplar haberet, bidentium, non viuentium hæsitabam, lectio vtra videretur potior. In eo enim nostro codice antiquo non legitur vidimus, sed legimus: nō labris, vt passim legitur, sed latis. Hoc extremū posse legi, non difficillimè persuadebat lectio, sed potius verbum, bidentiū; quando Budæi annotamenta me admonuissent legendū esse viuentium. Verùm veteris codicis nostri fidem defendere moliebar, & mecū repetebam, potuisset ne alludere Plinius ad bidētes victimas, puta aut oues, aut arietes, quarum vellera interdum purpureo, aureo'ue colore conuiserentur, & eas esse augurij læti. Vt enim hæc, nescio dixerim friuola, hæsitarem persuadebat Vergilij carmen hoc.

, Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti

, Murice, iam croceo mutauit vellera luto.

Porrò memineram me legisse apud Macrobium saturnaliorum tertio, capite sexto, purpureo aureoque colore oues ac arietes fuisse aspersos. De ariete induto insolito colore sic agit Macrobius, quo diximus loco. Traditur autem in libro Hetruscorum, si hoc animal insolito colore fuerit indutum, portendi imperatori rerum omnium fœlicitatem. Est insuper liber Tarquinij trāscriptus ex ostentario Tusco, ibi reperitur purpureo aureo'ue colore ouis aries'ue si aspergeretur, principi ordinis, & generis summa cum fœlicitate largitatem auget, genus progeniem'que propagāt, in claritate lætiorem'que efficit, hæc Macrobius. Ob cuius lectionem putabam vetus id quod mihi est exemplar, bene habere hoc modo. LEGIMVS iam & bidentium vellera purpura, cocco, conchilio, sesquipedalibus la-

Capito cossutianus.

Capitones plures.

Capito Attei⁹.

Indica lector sit ne le gēdū in Pli. bidētium an viuētiū

tis infecta, &c. Verùm cum in eam non ire pedibus sententiam Budæum nostrũ animaduertissem, non censui meas conceptiones habendas pro recepto, quare censendas reliquimus legentium arbitrio. Subnectit Plinius. IN IPSA OVE satis generositatis, &c. Varro. ii. rei rust. ouem corpore amplo, humilibus cruribus, & eam quæ sit molli lana, villis altis, densisque eligendam suadet. APICAS VOCABVNT, &c. Apicas, verbum desumptum à thesauris Varronis, quo diximus loco. Vocat enim apicas oues, glabro ventre ac collo. Verba illius adijciam, quo plus lucis intulisse videamur. Ouem, ait, esse oportet, villis altis, & densis toto corpore, maximè circum ceruicem & collum, ventrem quoque vt habeat pilosum. Itaque quæ id non haberent maiores nostri apicas appellabant ac reijciebant, hæc ille. SYRIAE CVBITALES OVIVM. Verba sunt Aristo. ex libro de historia animalium. viii. In Syria, inquit, oues sũt cauda lata ad cubiti mensuram. CASTRARI AGNOS (ait Pli.) NISI QVINQVEMESTRES, &c. Varro libro antelato ait. Castrare oportet non minorem quinque mensium, neque ante quàm calores aut frigora se exegerint.

Apicæ oues.

CAPVT .L.

Capra.

CAPRAE PARIVNT ET QVATERNOS, &c. Natura pecoris ouilli exacta, caprina pecoris natura explananda est: illud enim corporibus humanis tegumenta dare potest & tondetur, ad (vt poeta cecinit) vsum castrorũ, ac miseris velamina nautis idonea. Pariũt capræ, vt scriptum reliquit Columella duos, nonnunquam trigeminos, pessima fœtura cũ matres bimæ ternos hędos efficiunt. Qui vbi editi sunt, eodem quo agni modo tractãdi sunt. Aristo. vi. de histo. anima. cap. xix. capras ferre quinque mẽsibus, ac ternos interdum parere, aliquando quaternos ait, & coire quam diu viuant, non impleri vno coitu, sed terno aut quaterno scriptum reliquit. Porrò quando Plinius ait. DEINDE CONCIPIVNT, &c. Hoc est terno coitu: sic enim intelligendum est. Columella libro rei rust. vii. cap. vi. Hircos septimestres satis habiles ad procreandum tradit, quoniam, inquit, immodicus libidinis, dũ adhuc vberibus alitur matrem stupro superuenit, & ideo senescit ante sex annos, quia immatura veneris cupidine primis pueritiæ temporibus exhaustus est. MARES (ait Pli.) QVAM MAXIME SIMOS, &c. Varro secundo rei rust. de hircorum electione ita meminit. Hircus molliori pilo & potissimũ albo, ac ceruice ac collo breue, gurgulione longiore. Columel. sic. Caper cui sub maxillis binæ verruculæ collo dependent, optimus habetur: amplissimi corporis cruribus crassis, plena et breui ceruice, flaccidis & pręgrãdibus auriculis, exiguo capite nigro densoque, & nitido, atque longissimo pilo. Capella pręcipuè probatur similima hirco, si etiam est maximi vberis: & lactis abundantissimi. Hãc pecudẽ mutilam parabimus, quieto cœli habitu, nã procelloso atque imbrifero, cornuta semper: nam in omni regione maritos gregum mutilos esse oportebit, hęc ille. Et paulò post. Tempus admissuræ per autũnum ferè, ante mensem decembrem præcipimus, vt propinquante vere, gementibus frutetis, cum primum syluę noua fronde germinant, partus educatur. LACIVIAE, particulæ quas verruculas Colu. appellauit. AVRIBVS EAS (ait Pli.) SPIRARE, &c. Pli. hic nõ Arist. sentẽtiã insequitur. i. nat. ani. Alcmeonẽ capras aurib⁹ spirare asserẽtis. Sed Var. applaudit, cuius verba sunt. ii. rei ru. Archelaus scribit, nõ vt reliqua animalia naribus sed auribus spiritum ducere solere, pastores curiosius hoc dicũt.

Hirci quales eligẽdi.

NEC


❧ NEC (ait Pli.) INQVAM FEBRI CARERE, &c. Varro eo quo diximus loco Capras nunquàm sanas tradit. Quid ait dicam de earum sanitate? quia nũquàm sunt sanæ: nisi tamen illud vnũ, quod oportebit quædã scripta reme dia habere, &c. ANIMA spiritus: habitusque Nyctalopas, Lusciosos, Nuscitiosos. Galenus libro diffinitionum νυκτάλωπας, id est, nyctalopas dicit malum & af fectionem esse oculorum, cuius manifesta causa non sit accidere quæ eo malo affe ctis, ne per diem minus, occidente sole amplius, per noctem postremo certissime videant. Nocturnas nonnulli cæcitates, alij vespertinam aciem appellant: de hoc in parte medica. Hepar profecto caprinum tostum lusciosis prodesse scriptum re liquit Diosco. libro secundo. Et subnectit Pli. ❧ IN CILICIA circaque, &c. Verba sunt Aristo. nono de histo. animalium. In Cilicia, ait, capræ tondentur, vt alibi oues. ❧ DEPENDET (ait Pli.) OMNIVM MENTO, &c. Eadem ex Aristotelicis promptarijs desumpta sunt eo quo diximus libro, ca. iii. Caprarum, ait, & grege si quis vnam villo dependente mẽto: quem aruncum vo cant, apprehenderit, cæteræ stant velut stupidæ suos in vnã illam conijcientes ocu los. Cæterò quando Pli. ait. ❧ CAPRAS in occasu decliui, &c. Eadem ab Aristo. referuntur eo quo diximus paulò superius loco. Cum primum inquit Aristo. sol conuersus desisterit, capras non auersis præterea inter sese oculis, sed auersis cubare accepimus, hæc Arist. ❧ QVANDAM (ait Pli.) HERBAM, &c. Herbam hanc nonnulli vocant Eryngum, alij Eryngium, alij paulò tritius cẽtum capita, alij capitulum cardui. Theo. & Arist. de eadem herba re ferunt in capras habere vim. Cæterò non obfuerit annotasse hoc de capris. Hircos zelotypos (mirum dictu) effici dicunt argumento est. quod narratur de pasto re quodam Crathes nomine, qui miræ capræ amore impudico captus, hãc tam ob seruãter amabat, vt concubinæ modo lecto delicijs quæ ea vteretur, ab hirco dein de zelotypo sæpe obseruatus, tandem quandoque incautus inuaditur, cornibusque iugulatur: qui ab accolis postea recognita, iuxta fluuium quem ab eius nomine Cra thim vocarunt, cõtumulatus fuit: vbi caprã humano vultu fixisse dicuntur, quam nympham putabant, proque nympha est habita. Hãc narrat Aelianus historiam: non quidem omnino despicabilem.

Nyctalopæ.

Eryngium.

Nota historia de Crathe & capra.

❧ CAPVT .LI.



VILLI PECORIS, &c. Allusisse videtur ad Aristo. assertionem, quinto naturæ animalium, ca. xiiii. hæc re ferentis. Sues tum mares, tum fœminæ coire incipiunt suæ ætatis mense octauo, quanquàm mas antequam sit annicu lus prolem generet vitiosam, fœmina tamen annicula pa rit: sed non omnibus locis eadem ætatis est ratio, iam enim sues nonnunquàm tam mares quàm fœminæ quarto mẽ se coeunt, sexto tamen ita, vt progenerare & educare pos sint, nonnunquàm apri decimo, Varro cui Pli. creberrime astipulatur secundo rei rusticæ de ijs sic agit, ca. iiii. Ad fœturam verres duobus mensibus ante secernẽ di, optimum ad admissuram tẽpus à Fauonio ad æquinoctium vernum, ita enim contingit, vt æstate pariat, quatuor enim est menses prægnans, & tunc parit, cum pabulo terra abundat, neque minores admittendæ, quam anniculæ melius viginti menses expectare, vt bimæ pariant. Cum cœpere hæc facere: dicuntur vsque ad septimum annum rectè. Verres octo mensium incœpit salire, &c.

Sues.

Verres quando admittendi.

❧ COMESSE FOETVS, &c. Colu. septimo rei rusti. Scrophas sæpius

urgente inedia foetus vorare scriptum reliquit. SVIS FOETVS (ait Plinius) SACRIFICIO die. v. purus est, &c. Vetus exemplar nostrum non quinto, sed decimo habet, opem cuius lectioni fert Varro rei rusti. secūdo, ca. quarto ijs. Cum porci depulsi sunt à mamma à quibusdam delici appellantur, nequeiam lactantes dicuntur. Qui à partu decimo diei habentur puri, ab eo ab antiquis sacros appellantur: quod cum ad sacrificia dicuntur idonei, hæc Varro. Solebant enim Sues antiquitus immolari, quare græco verbo θύτν, hoc est, thyte: Sues vocabantur, nam græcis θύειν, id est, thyin, immolare est. Et ut Plinij verba hic fieri possint bonarum literarum candidatis protritiora adijciam Varronis sententiam huic proposito adprime congruam. A suillo (ait) pecoris genere immolandi initium primum sumptum videtur, cuius vestigia, quod initijs Cereris porci immolantur, & quod initijs pacis foedus cum feritur, porcus occiditur, & quod initio nuptiarum antiqui reges, ac sublimes viri in Hetruria, in conuictione nuptiali noua nupta, & nouus maritus, primum porcum immolabant, Prisci quoque Latini & Græci in Italia idem factitasse videntur. Nam & nostrę mulieres maximè nutrices, naturam qua sunt fœminę, in virginibus appellant porcam, & græci χοῖρον significantes esse dignum in signum nuptiarum, suillum pecus à natura donatū dicunt ad epulandum, itaque ijs animam datā pro sale, hęc Varro: cuius verbis cōijcere licet Pli. ad eius assertionem allusisse. Hæc certè pecus tota nata est ad escam, dignum præterea scitū. Galenum suillam carnem laudabiliorem cæteris testatū legimus, octauo de sanitatis ratione. Auicenna eius interpres suillum sanguinem & humanum exactam similitudinem habere scriptum reliquit: humanasque carnes pro porcinis venditas, quod significauit Auerrois quinto (ut dicitur) colliget, Herodotus libro secundo. Ius Aegyptijs sues immolare dijs non fuisse tradit, prę ter quàm, lunę & libero patri: idque fieri tempore plenilunij.

Porcorum immolatio.

RVMINALES HOSTIAS, &c. Ruminales hostiæ quæ sub ruma, id est, mamma, quare Varro agnos subrumos, qui sub ruma sunt vocat. Bidentes autem hostia non solū oues, sed cæterę pecudes intelligebantur. Dicebantur enim bidentes quasi biēnes, ut ait Gellius atticarum noctium sexto decimo, & Macrob. saturnaliorū, sexto hostię quę per ætatem duos dētes altiores haberent, bimasque hostias omnes, bidentes dicebant antiqui: porrò, Ruminales, dicere possumus pecudes ruminantes. Cæterò Vergi. Bidentes ad mactandum electas testatur quando ait. Mactat lectas de more bidentes, pecudumque reclusis pectoribus inhians spirantia consulit exta. Dicebatur etiam hostia animalis, cuius anima tantum scrutaretur ab aruspicibus: quod complexus est Homerus ille Mantuanus inquiens. Hāc tibi Eryx meliorem animam pro morte Daretis, persoluo, sternitur exanimisque tremens procumbit humi bos, sanguine querendi reditus, animaque litandum Argolica. Dicebantur præterea hostiæ iniuges, id est, quę nunquàm iugo essent appositæ: quare idem cecinit. Nunc grege de intacto septem mactare iuuencos Præstiterit, totidem lectas de more bidentes: &, Intacta totidem ceruice iuuencas, sed ne plus nimio euagemur ad textum. SVEM oculo amisso, &c. Eadem refert Arist. naturæ animalium sexto, ca. decimo octauo.

Subrumales. Bidentes. Hostia animalis. Iniuges Hostiæ.

ANGINAE (ait Pli.) ET maximè strumę, &c. Sues tribus generibus morbis affligi maximè Aristo. scriptum reliquit octauo de animalium historia. ca. vigesimo primo, quorum unum est raucedo, reliqua duo, ait, idem, vocantur Struma, quorum alterum dolor capitis & grauitas est: alterum alui profluuium, &c. Varro etiam febre ac foria corripit memoriæ mandauit secundo rei rusticæ. Febricitantium signa hæc à Columella traduntur. Cum obstipę procurrerunt, consistunt, & vertigine correptę concidunt, earum notanda sunt capita,

Suum morbi.

quum in

quùm in partem proclinentur, vt ex aduersa parte de auricula sanguinem mittamus. Item sub cauda duobus digitis à clunibus intermissis, venam feriamus, eamque prius oportet sarmento verberari, strumosis sub lingua sanguis mittẽdus est: qui cum fluxerit, sale trito cum farina triticea confricari totum os conueniet, hæc Colu. Struma tumor gutturis glandulosus. Angina faucium angustia: de quibus in parte medica vberius agam. COMPERTVM AGNITA voce, &c. Varro, subulco præcipit vt ad buccinam assuescat sues, quùm'que buccinatum fuerit celeriter locum accurrere soleant: agnoscunt enim sues vocem suarij: vt hæc quam, hic narrat, historia testatur, Et sequitur. QVIN ET DVCES, &c. Rhenanus hic legit, Cicures, non duces: quod miror: quando lectio vulgaris satis arrideat. Nã hic duces vocat Pli. maiores natu qui prętre solẽt, sicuti duces Arist. vocat oues aut arietes ac armẽta quibus duces sunt, hoc enim fieri solet in suillo pecore, vt rusticis patet: gregatim enim sæpius pascuntur & domum redeunt, & aliqui eorum prętre solent: quos Pli. duces vocat. Porci duces dicuntur sectarij: hic enim Pli. agit de eorum intelligentia, ac (vt sic dixero) doctrina: sicut de ferorum paulò post, quando ait. ET FERI sapiunt vestigia palude confundere, &c. Rhenanus nõ legit, vestigia, nec vrina fugam leuare, &c. Sed in fuga: ego mei codicis fide: hoc modo lego. Feri sapiunt vestigia in palude cõfundere, vrina fugam iuuare: agit enim de astutia, siue industria quadam duce natura ferorum: qua vbi à canibus, aut venatoribus infestãtur secũtur'que vt solent. Aprorum enim vrina illis tam grauis est, vt nisi egesta, acerrime vexentur, vt Plinius libro vigesimo octauo, ca. x. Ipsi apro, ait, tam grauis sua vrina est: vt nisi egesta fugę nõ sufficiat: ac velut deuinctus opprimatur, emissa enim vrina ad fugã celeriores fiunt. Non enim habet leuare fugam: sed iuuare codex qui penè nos est: leuare tamen probo. M. APICII FICO, &c. Sunt qui legant hic carica, alij fico arida, hoc postremum Budæus legit: cui assentior. A SAtietate necatis, &c. Post satietatẽ repente necari debent, Columella suadet vbi occidendi sunt porci, ne potus eis tribuatur: debent enim aqua interdici, Cum ait Colu. Ab aqua pridie sues prohibiti sunt: posterò die mactantur, &c. Sic ergo hoc distingue. M. Apicio. Fico arida saginatis à satietate, repente necatis mulsi dato potu, hoc est, suibus saginatis fico arida ad satietatem: mox potu vini melle mixti dato necari iubebat. M. Apicius, &c. Abdomen: pinguedinem quidam intelligunt spinæ hærẽtem, alij suillas cum lacte suo mammas, post enim partum die vno ex papillis suillis fiebat sumẽ, vnde Martialis. Esse putas funeri si vbere largo, Effluit & vino lacte papilla tumet. Glãdia etiã dicebantur glãdulosæ carnes grati saporis ab antiquis: quare Epigrãmatarius ait. Partitur apri glandulas palestris. Et Apicius. Interponens pulpas pulli glandulas, &c. Porrò vbi legitur. PLACVERE fieri vesice, &c. Codex noster habet, placuit & feris vesci. Budæus placuere & feri sues, vtrum'que quadrat: sed quia hic de cœna apris instructa agit paulò post, primum, hoc est, placuit & feris vesci scitè conuenire videtur, suspicari licet, legi ne posset scitè, placuere ferorum vesicæ, &c. Nam vesicas aprorum fuisse summè desyderatas author noster est testis, ad medicinę scilicet vsum, quia illę dicantur calculorum cruciatibus auxiliari. verba authoris nostri sunt hęc, libro decimo octauo, ca. x. Vesicæ calculo'que cruciatibus auxiliatur vrina apri, & ipsa vesica pro cibo sumpta, efficatius si prius fumo maceratur vtrum'que vesicam mandi elixam oportet, & à muliere fœminę suis, &c. Ob ea, non absone legi potest placuere ferorũ vesicæ, &c. Vel placuit feri vesica, candide tamen hoc moneo, Budæo assentiens. Cato hic cuius meminit Plinius. Leges sumptuarias ædidit: quibus cauebatur ne sumptus cœnarum profusiores quàm deceret, essent.

Struma

Angina

Rhenanus carpitur.

Abdomen.

Glãdia

EXPROBRABANT CALLVM APRVGNVM, &c. Hoc est pernam: siue carnem illam calloſiorem, aprugnus enim dicitur perna. LVMBOS APRVGNOS, &c. Lego autem fide codicis noſtri, In tres partes diuiſo, ponebâtur media lumbus Aprugnus appellata. Solidum aprum: integrum ſiquidem aprum inter fercula epularum ponebant, quod etiam confirmat Seneca: porcus item diuerſis eſcis fartus, animalibusque eſculētioribus inſtructus, cœnę appoſitus fuit: quare porcus troianus dictus eſt: veluti equus troianus armatis incluſis in vrbe troiana illatus: cuius rei meminit Macrob. tertio ſatur. Mandabantur ergo (ſic enim eſt legendum: non mandebantur:) hoc eſt apparari iubebantur bini terni que apri: in principio, hoc eſt, antequã leges ſumptuariæ prohibuiſſent: quibus deinde promulgatis cautũ fuit, ne integri apponerentur menſis. Cæterò vbi legitur. QVIBVS notata erat cœna, &c. Rhenanus non ita, ſed hoc modo legit. Quibus vſitata ſæculi vitio, &c. Ego certè: notata, ſcitiſſimè lego. Nam Plinius paulò ſuperius ſignificauit cœnam illam in qua aper integer illatus eſt appoſitusque menſis, fuiſſe memoriæ mandatam: quod ſignificat Pli. quando ait. ET hoc annales notarunt, &c. Deinde quando ſubdit. QVIBVS notata erat, &c. His enim ſignificat notatam, hoc eſt, probro habitam, reprehenſam, ignominiaque affectam. Annales dixit illum ſumptũ cœnę cui apponeretur aper ſolidus, annotaſſe: ad emendationem horum morum profuſorum: propter quos, cœna illa fuit habita probro, ac ignominia affecta, hoc eſt, notata, ſic enim appoſitiſſimè quadrat ſenſus, nec quidem Rhenano aſſentior aliter ſentienti.

Contra Rhenanum.

CAPVT .LII.

VIVARIA EORVM, &c. Hoc eſt, ferorum ſuum viuaria, cæterarumque quadrupedũ primo inuenit Quintus Fuluius: quod Varro ſcriptum reliquit tertio rei ruſt. ca. XII. cuius verbis aſtipulatur Pli. hic verba adijciã quo lectio fiat plauſibilior. Quintus Fuluius, leporarium dicitur habere in Tarquinienſi ſeptum iugerũ. XL. in quo ſunt incluſa non ſolum ea quę dixi, ſed etiam oues feræ. Et capite ſequenti ait. Apros quidem habere poſſe in leporario, nec magno negotio tibi eſt: captiuos & cicures qui vbi nati ſunt, & pingues ſolere fieri, ſcis inquam Axi. Nam quem fundum in Tuſculano emit hic Varro à. M. Piſone, vidiſti ad buccinam inflatam certo tempore apros & capreas cõuenire ad pabulum. Ego verò, inquit ille. Quintum Hortenſium cum in agro laurenti eſſem: ibi iſtuc magis τραγικῶς fieri vidi, &c. MARIBVS (ait Pli.) IN coitu, &c. Ea ab Ariſto feruntur, libro de hiſto. animalium ſexto, ca. XVIII. Porrò vbi legitur. SE Tergorantes. Rhenanus legit Stercorantes: vulgaris lectio arridet. Nam Ariſt. antelato libro ſic de iis agit. Sues feri acerrimè ſæuiunt tempore coitus, dimicant inter ſe mirum imodum armantes ſeſe, & cutem craſſiſſimãque luto obduto, ac reſiccato, tergus inuictum contra ictus efficiunt: hæc ille, quod enim Ariſto. tergus inuictum dicit Pli. TERGORANTES. Tergorare pro indurare tergus poſuit. Stercorant enim ſe, ac luto ſe obducũt, quo reſiccato tergus inuictũ reddunt, quare luto tergorare dixit. Si ſtercorantes legas non erit opus, luto, verbo. Nam ſtercorare eſt tum luto, tũ fimio maculare, & ſtercorare agros fimo lætiores reddere diximus, habet quod eligat lector, potiore vtatur lectione pro arbitrio. AT (ait Pli.) ARABIA, &c. Ariſto. in Aphrica nullos eſſe apros te-

Tergorare.

ſtatur

ſtatur item & Herodotus. Cæterò vbi legitur. NON viuit in vllo genere, &c. Qui penes nos eſt codex, in nullo habet: non in vllo. TOGATI generis, Romani.

CAPVT .LIII.

ITAQVE FACILIS MISTVRA, &c. Hibrides ſues ſemiferi, hoc eſt, ex ſue domeſtica & apro nati, quæ vox, nedum ad ſues, ſed & ad alia animalia, & quandoque ad homines transfertur, quàm vocis acceptionem Cõſul Antonius ſibi aſciuit: illum ita Cicerone vocante. Hic Rhenanus, refellit vulgarem lectionem legendum eſſe aſſerẽs. HIBRIDAS ceu ſemiferos, &c. Quod certè mi-ror, dic bona fide ſi ita legas? quo repones verbum: ſuibus? paulò mox ſubiectum: quod videtur dependere à verbo, ſues, prius relato. Nam Pli. ait. TRANSLATA non in ſuibus tantum, &c. Dixit enim Hibridas ſues Semiferos appellari: hancque appellationem transferri ad homines interdum & ad alia animalia. Porrò vbi legitur. QVANQVE onerato capite, &c. Rhenanus qui annotatiunculas ędidit in hunc librum, vulgarem penitus reſpuit lectionem, aliterque legit, hoc eſt, totam fermè ſeriem verborũ inuertit. Longoliumque virum in Pliniana lectione diu verſatum, vberiorisque eloquentiæ cõſultiſſimum inceſſit. Hic miratur Rhenanus quod animal ſit cornibus vaſtis gladiorumque vaginis, &c. Ironice enim, ait. Mirabile, inquit, animal, quod gladiorum vaginis oneratum caput habet, num in vaginis ſunt gladij conditi? an vaginæ ſunt vacuæ? hæc ille: diligens quidem alieni: non ſui lapſus agnitor. Non erat certè locus tantæ admirationis, vt putabat Rhenanus, ſi attentius examinatiusque legiſſet, quę capite decimo quinto huiuſce libri habẽtur, ad finem enim capitis hæc ſunt. Condito in corporis vaginas vnguium mucrone, &c. Hic certè Plinio frequens res adaptandi mos eſt: ſed quia demiratur Rhenanus, gladiorumque vaginis, legi hic, gladios vtpotè hic vocat Pli. cornicula modo gladiorũ adformata maioribus cornibus hærentia, qualia cõuiſuntur in cornibus Ibicum, ceruorum, damarumque vaginis: dixit perinde acſi videãtur illa cornicula, id eſt, gladij erumpere, aut à capite, aut à maioribus cornibus, Vnde igitur erumpunt, vaginas, Metaphorice vocauit, ſicut ca. decimo quinto eiuſdem libri. Vaginas, vnguium mucrone, &c. Si Pli. Vngues, mucrones vocet, aut vnguium mucrones, aut vaginas corporis, &c. Cur non licebit cornicula illa alijs adhęrentia, modoque gladiorum adformata, gladios appellare? & vnde erumpunt, vaginas? quando metaphora ſit eiuſdem farinę? Non enim hæc diſputo quòd velim Rhenani lectionem futilem aſſerere, ſed vulgarem poſſe defendi. Vnde non debebat tam biliosè debacchari ſtilo in Longolium virum certè acerrimę conceptionis, id autẽ quod penes nos eſt exemplar manu exaratum, nec vt legitur paſſim, nec aut legit Rhenanus habet, ſed hoc modo. Onerato capite vaſtisque cornibus gladijsque magnis, &c. Non auſim tamen hanc lectionem vulgari pręferre, quãuis arrideat ſatis. Periculoſum certè, in falcem retuſam meſſi Plinianę de re temerarie, ac incõſulto, ob id candide, ſic vt habet noſtrum exemplar moneo legẽdum. Et tutor vulgarẽ quicquid dixerit Rhenanus lectionem.

Hibrides Sues

Contra Rhenanum.

Contra Rhenanum.

Vaginę in pli. quę ſint

CAPVT .LIIII.

Simia. SIMIARVM QVOQVE, &c. Hic equidem locus à Rhenano, vel repurgatur, vel peruertitur, sed vtrum sit expendendum, sic enim legit. Mira solertia visco inungi laqueisque calceari imitatione venantium, &c. Ille non legit oculos, Hermolaus laqueos legit, quando certè quam appositissimè oculos legendũ sit, non laqueos, hoc modo. Mira solertia, visco inunguunt oculos, &c. Opem fert vulgari lectioni, hoc est, habeti, oculos, Solinus, ita de iisagens, Quod mendacio factum videntoblinũt oculos suos, ita visu obducto pronum est eas corripi. Strabo etiam geogra. decimo quinto de iis sic ait. Dicunt esse in ea sylua maximam cercopithecorum ingẽtium multitudinem, adeò, vt cum Macedones aliquando multos in collibus quibusdam apertis vidissent in aciem instructos (nam id animal ad humanum accedit ingenium, non minus quàm elephantes) castra putassent, & eos tanquàm irruissent. Sed quùm à Taxilo qui cum Alexandro

Simiæ qualiter capiãt. erat rem agnouissent cessasse. Hoc animal duobus capitur modis. Nam quùm imitatiuum sit: & in arbores fugiat, venatores cum eos in arboribus insidere animaduertunt, catinum aqua plenum in conspectu ponunt, oculos ex ea abluentes, postea visco, pro aqua posito. Quùm animal descenderit & sese visco leuerit, & conniuenti palpebræ implicitæ fuerint, accedẽtes viuum capiunt. Atque hic vnus est modus, alter est post quam culeolos quosdã in subligaculi modum induti fuerint, abeunt, aliis ibi relictis interius villosi & visco illitis simiæ in hos ingredientes, facile capiuntur, hęc ille. His itaque accurate perpensis oculos legi posse aptissime constat. Sed videamus quantum sudoris exanclati hauserit Rhenanus, homo certè exactissima eruditione, grecę & latinè sciens: in hoc repurgando capite, vbi enim legitur, Mutianus & latrũculis lusisse fictis cæra nuces visu distinguere, &c. Ille hoc legit modo, fictas cęra acies. paulùm certè abfuit, qui germanum sensum huius lectionis assequeretur: si duces: non acies: legisset, non quod velim contendere non posse legi acies: sed cõcinnius: duces: sciolus enim librarius pro duces: nuces: errore vnius syllabę posuit, Exemplar enim quod mihi est, sic habet.

Latrũculorũ ludus. LATRVNCVLIS lusisse fictos cæra duces visu distinguere, &c. In ludo enim latrunculorum duo sunt reges, duę reginę, quatuor equites & id genus: duces enim Pli. appellauit reges, reginas, cẽturiones: sensus ergo est. Mutianus ait. Simias lusisse latrunculis, & fictos cæra duces distinguere solitas. Et subdit Pli. LVNA CAVA, &c. Eadem à Solino traduntur ita referẽte, Exultant luna noua Tristes sunt cornuto & cauo sydere. Cæterò vbi legitur.

NOVA EXVLTATIONEM ADORIRI, &c. Rhenanus suspicatur legẽdum esse. Nouam exultatione adorare, Ego neutrum legerim: sed hoc modo legendum censeo: fide nostri exemplaris vetustissimi. Noua exultationem adordiri. Nam simiæ luna noua incipiunt lætari, quæ caua erant tristes, Est enim

Solinus expilator Plinianus. perelegans verbum adordiri: pro incipere. Cauam hic lunam Pli. vocat, quãdo est circa coitum ac decursum: subdit Pli. SIMIARVM GENERI, &c. Plinianus ille expilator: ac vt sic dixerim depeculator Solinus, eadem confirmat, immoderate, inquit, fœtus amant, adeò vt catulos facilius amittant, quos impendio diligunt, & ante se gestant, quoniam neglecti ponè matrem hęrent: porrò vbi

Cynophali vel cynocephali. legitur. TRACTATV gratulationem intelligentes, &c. Codex qui nobis est, habet, Tractatus: non tractatu: vt sensus sit. Simiæ gaudent catulos tractari, gratulationem tractatus intelligentes. Aristo. de historia animalium secundo, ca. octauo de simiarum natura abundè, Sunt cynocephali in genere simiarum inquit Solinus: in Aethyopiæ partibus frequentissimi ad saltum feri morsu: nunquàm

quàm ita mansueti, vt non sint magis rabidi, sunt & simiæ, quas vocant satyros fa=
cie admodum grata, gesticulatis motibus inquietę. Callitriches toto penè aspectu Callitri=
à cæteris differunt, in facie barba est, lata cauda: has capere non est arduum, sed pro ches.
ferre rarum. Aristoteles cæbos caudas habere etiam scriptum reliquit.

CAPVT .LV.

LEPORVM GENERA, &c. Hic mirari subit
Rhenanum virum sanè eruditũ, cuius tum iudicio, tũ cre=
bra familiaritate Erasmus vtitur, hallucinatum fuisse, tota
(vt dicitur) diametro. Is eñ vbi hic legitur candidi, potius
legendum asserit conditi, vbi rutilescũt, potius gracilescũt. Carpi=
Asserit item Pli. hic haudquaquam de leporum colore age tur icitè
re, toto quidem cœlo aberrans. Verba eius adijciam, quo Rhena=
hæc videantur paulò apertiora. Vetus (ait) lectio habet cõ nus.
diti, nec disputat de leporũ colore Pli. quòd candidi scriberent eruditi, in causa fuit
rutilescunt, putauerunt enim Pliniũ velle dicere lepores candidos in alpibus, lique=
scente niue rutilescere & albedinem amittere. Rutilescunt subditițium videtur es=
se, & pro gracilescunt scribi debere, hæc Rhenanus. Nescio certè quo verterat ocu=
los virille doctus, cum hæc suspicaretur expungenda. Verùm ne argutulus plus
nimio videar, redeamus ad Rhenani viri quidem disertissimi censuram. Pli. is asse
rit non de leporum colore agere, quum verissimè agat: & ne quis me cõiectura du
ctum putet, audiat Varronem, cui Pli. hic astipulari contenderim, libro rei rus. iii.
cap. xii. In Gallia, inquit, transalpina, & Macedonia fiunt permagni, in Hispania et Lepores
in Italia mediocres. Alterius generis est in Gallia, nascitur ad alpes, qui ferè mutãt candidi
quod toti candidi sunt, hi rarò perferuntur Romam, hæc Varro de his leporibus.
Ecce bonarum literarum candidati, vti liceat Plinium conijcere de leporum colo=
re egisse vt satis apparet, Varroni omnino applaudentem. Varro enim lepores cã=
didos ad alpes dicit. Plinius autem. IN ALPIBVS CANDIDI SVNT.
In quam coloris speciem fierent, non expressit Varro, explicuit verò Pli. hoc ver=
bo rutilescunt, alborẽ mutari significauit Varro, quando ait. Qui hoc ferè mutant
quod toti candidi &c. his ergo liquet non legendũ esse gracilescũt, nec conditi, vt
putauit Rhenanus. Candidos fuisse hic lepores ostendit Calphurnius hoc versu de
theatro Cęsaris agens. Hic niueos lepores, & nõ sine cornibus apros. Manticorã
syluis etiã quibus ęditur alcem. Plura esse leporũ genera quo diximus loco osten= Leporũ
dit, de eñ leporibus quos vocãt cuniculos ait. Tertij generis est, quod in Hispania genera,
nascitur simili nostro lepori ex quadã parte, sed humile quem vocant cuniculum.
Porrò vbi legitur: LEPORVM GENERIS, &c. Fide mei exẽplaris lego
leporũ genus & quos &c. Scitu haud indignũ, quod Iulius Pollux refert, lepores
quosdã Elymeos vocari, non minores vulpibus, & nigricantes corpore oblõgo, al= Elymei,
bicante macula propè summam caudam lõgiore. Leporem denique a moribus sa
crum fabulantur fieri: item formosiores, qui leporina carne vescuntur, & hoc die=
bus aliquot, vnde putarim dictum ab epigrammatario.

Cum leporem mittis semper mihi Gellia mandas
Septem formosus Marce diebus eris
Si verum dicis, si verum Gellia mandas.
Edisti nunquàm Gellia tu leporem.

Nunc redeamus ad textum. FAMEMQVE BALEARIBVS, &c.
Strabo geographiæ tertio, de Ebuso ac Balearibus insulis agens, hæc ait de lepori=
bus his, id est cuniculis. Nam cuniculos nequaquam indigenas esse asserunt. Nam
cum ex propinqua insula quidem marem, ac fœminam attulisset, eorum tanta fa=
cta est procreatio, vt ex subterraneis cuniculis domicilia subuerterentur, & arbo=

res,& homines ad implorandam populi Romani opem confugere coacti sunt, hec ille. VIVERRIS GRATIA, &c. Viuerra ex genere mustellarum est, sunt qui putent vocari vulgo furetum, sic enim nostrates dicunt. Vnde & nomen animali &c. hoc est cuniculo. ARCHILAVS AVTHOR EST, &c. Verba sunt Varronis. iii. rei rusti. sic agentis. Ita'que de his Archilaus scribit, annorum quot sunt, si quis velit scire, inspicere oportere foramina nature, quot sine dubio alius habebit alio plura, Et subdit Plinius. SINE MARE AEQVE GIGNERE, &c. Aristo. sexto de historia anima. cap. xxxiii. sic de fœtura leporum ait, at'que coitu. Lepores aduersi coeunt, vrinā retrò reddunt, coeunt & pariunt quo'que tempore, dum'que vterum ferunt superfœtant, & singulis mensibus generant. Et Varro. Quatuor enim modo si intromiseris in leporarium, breui solet repleri: fit enim sæpe cum habent catulos recentes, alios in ventre habere reperiantur. Porrò vbi legitur inchoata gerant, de luxati codices inchoat habent, ego neutrum lego, mei exemplaris fide: id enim inchoatum habet non inchoata, vtrum'que tamen satis arridet. Et vbi legitur. PILO LABILI, &c. Pili labilis, exemplar habet nostrum Rhenanus pili albidi legit, quod non est dissonum.

Viuerra

Leporũ fœtus.

CAPVT .LVII.

DAMAE, &c. Hoc caput nihil habet fuscedinis, quare illibatum.

CAPVT .LVIII.

Mures.

QVO IN GENERE, &c. Plura esse murium genera liquet, de ponticis actum. Omnium autem nature murium Aristo. sexto nature animalium meminit his. Muriū mirabilis est præter cætera animalia, tum numero, tum celeritate. Iam enim fœmina prægnante in vase milliario aliquando occupata, paulò post reserato vase, musculi numero viginti & centum reperti sunt, hæc ille, & multa id gen⁹, qui plura volet locum habet quem adeat. Porrò quādo ait Plinius. Quo in genere &c. hoc principium dependet à sententia superioris cap. hoc est, quo in genere mansuetorum. Nam hesitatum est fuerint ne mansueti generis damæ, apes, & id genus. Iurisconsultus libro institutorum, titulo de rerum diuisione de his meminit. CARBONI IMPERATORI, &c.

Carbo. Hic erat Carbo frater Carbonis filij Carbonis oratoris, de quo meminit Cicero his verbis. Vtinam C. Carboni & Ti. Graccho talis mens ad rem publicam bene gerendam, quale ingenium ad bene dicendum fuit, profectò his viris nemo præstitisset. Hic autem Carbo, cuius meminit Plinius, summa fuit authoritate in re publica, iussu Pompeij, dum ventrem exoneraret, occisus est. Et subdit Plinius.

ALII HERINACEORVM, &c. Verba hæc ex promptarijs Aristotelicis, Aegyptijs muribus (ait sexto naturæ animalium) prædurus ferè vt herinaceis, pilus est, sunt qui vehementer confirment mures si salem lambant impleri sine coitu, hec ille. Porrò vbi legitur. CONSTAT id quod iacturā quidā, &c. Quod penes me est exēplar nō ita, sed hoc mō habet. Cōstat id quoq; iacturam quandam ad calybas fecisse in ferrarijs officinis, aurarijs quidē & in metallis &c. Hæc ita legenda candide monemus, sin arrideant, vulgari vtatur lectores aut lectione Rhenani quæ est. Plura eorum genera in Cyrenaica regione, alij fro te lata, alij acuta, alij Herinaceorum genere pungentibus pilis. Theopō. author est in Gyaro insula, cum incolas fugauerint, ferrum quo'que rosisse constat, id'que natura quadam & ad calybas (subaudi constat) in ferrarijs officinis aurarijs quidē &c.

Elige

Elige potiorem lectionem, habes quod eligas. Cæterò vbi legitur. QVOS CENSORIAE LEGIS PRINCIPES, &c. Vetus exemplar aliter habet, hoc est. Quos censoriæ leges princepsque M. Scaurus in consulatu &c. Glires certè fuere antiquis grati in cibatu. Nam Varro libro rei rusticæ. Glirarium sic ædificandum suadet. Glirarium autem dissimili ratione habetur, quod non aqua, sed macería locus sepitur tota leui lapide, aut arbusculis, quæ ferant glandem, quæ cum fructum non ferant, intra maceriem iacere oportet glãdem, & castaneam vnde saturi fiunt. Facere his caueas laxiores oportet, vbi pullos possint parere. Hi saginantur in dolíjs, quæ etiam in villis habent multi, quæ figuli faciunt, multo aliter atque alia, quod in lateribus eorum semitas faciunt in hoc dolium habent glandem, aut nuces iuglandes, aut castaneam, quibus in tenebris cum cumulatim positum est in dolijs fiunt pingues, hæc ille. Glires certè somniculosos scitè Martialis vocauit. Somniculosos ille porrigit glires, Tota mihi dormitur hyems & pinguior illo Tempore sum, quo me nil nisi somnus alit. Aristoteles etiam libro de historia animalium octauo, capite. xvii. Glires in arboribus latere, hicque pinguescere scriptum reliquit. QVI APRIS INSTITVIT. Fuluius scilicet Lupinus cuius meminimus cap. LII. Glires græci ἐλειοὺς, id est ęlos nominant. Porrò quia hic de murium natura egimus dignum scitu, quod Aelianus ait, hepar murium cum luna augeri. Cicero tamen libro de diui. per brumam id fieri scriptum reliquit. In Aegypto segetes, ait Aelianus, vastare tanto prouẽtu, vt votis & litationibus resistatur. Aeolides item & Troiani ob prouentum eorum Smythio Apollini ex responso sacrificauerunt, ex his liberati, murem in honorem Apollinis Smythij habuerunt. Fœminam muris refert idem authoritate Epicratis salacissimam, ita inquientis. Tandem ad me leno impurissimus venit comminiscens puellam Dyanæ, vt vitulus, vt virgo, vt pullus indomita. ATILLA MVRINA ERAT, &c. Murinam dixit pro libidinosa. Et sequitur. NAM SORICVM OCCENTV, &c. Auguria portendere sorices occentu, hoc est præpostero cantu monumentis grauissimorũ proditum est. Nam Valerius Maximus libro primo hoc innuisse videtur his verbis, Occentusque soricis auditus Fabio Maximo dictaturam C. Flaminio magisterium equitum deponendi causam præbuit. Porrò vbi Plinius ait. VENISSE MVREM CC. NVMMIS, &c. Valerius Maximus libro nono huius rei meminit his verbis. In illa obsidione, & fide cum trecenti Prænestini per manerent euenit, vt ex his quidam murem captum ducentis denarijs vendere, q̃ ipse leniendæ famis gratia consumere mallet, sed credo prouidentia deorum prudenti, vt venditori & emptori, quem vterque merebatur, exitum attribuerit, auaro enim fame &c.

Glires. Glirarium. Mirum de epate muriũ. Muria.

CAPVT .LVIII.

SIC MIRVM RERVM NATVRA, &c. Diuersitate equidem locorum differentia oritur, vt scriptum reliqt Aristoteles octauo naturæ animalium. Vt enim locis nonnullis gigni omnino aliqua nequeunt, sic alijs generantur quidem In Ithaca, inquit, insula lepores, si aliunde illati sunt dimittanturque, viuere nequeunt, sed eodem reuersi vnde maris introierunt insulam moriuntur: in Sicilia formicæ, in Africa, non aper non ceruus, in Pordoselena via interiacet, cuius vltra alterum latus gignitur catus, citra alterum gigni non potest, hæc Aristoteles, cuius

verbis Pli. hic astipulatur. Porrò vbi legitur. IN EBVSO NON SVNT, &c. Lego, si de mei exemplaris hoc modo. In Ithaca lepores illati moriūtur, extremis quidem in littoribus, Ebusi que cuniculi: hoc est, cuniculi Ebusi sic in extremis littoribus illati sunt moriuntur, vt lepores Ithacę. Codex eñ noster non habet. NON SVNT, vt passim legitur, Censet Rhenanus addendum verbum littoribus, hoc modo. In Ebusi littoribus cuniculi, scitè legi vt diximus puto. Non dissona item est Rhenani lectio, potior eligatur, Et subdit Plinius. CYRENIS MVTAE FVERE, &c. Eadem Aristoteles libro quo paulò superius diximus.

CAPVT LIX.

IN QVAEDAM ANIMALIA, &c. Refert Aristoteles libro octauo naturæ animalium, serpentem paruum esse in India, cuius minus remedio careant incolæ. Morsus siquidem, inquit, beluarum ex locorum diuersitate plurimum differūt, vt in Pharo locis que alijs: scorpiones non ledunt. In Scythia verò multi & magni & nociui sunt, & si vel hominem, vel quamuis bestiam percusserint, intereunt, nec sues possunt euadere, Italiæ locis quibusdam, morsus etiam stellionum exitiales sunt, sed omnium venenatorum morsus grauiores sunt, si alterum æderit alterum, hæc Aristoteles. Cæterò vbi legitur sentiunt maleficia. Codex vetus habet sentiuntur.

Serpentum Indicorū morsus exitiales.

Stellionū morsus periculosi in Italia.

Commentariorum in Octauum Plinij Secundi, Naturalis hystoriæ, scriptoris argutissimi.

FINIS.

IN NONVM

PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE ARGVTISSIMI SCRIPTORIS LIBRVM, STEPHANI AQVAEI BITVRICENSIS, VIRI EQVESTRIS, COMMENTARIA.

ANIMALIVM QVAE TERRESTRIA APPELLAVIMVS, &c. Terrestriũ animaliũ cum natura, tum dote insigni abundè promulgata, superest ad halieutica, hoc est, quę ad piscium naturam spectat, & piscitia nunc stilum vertere, animalia certè non minoris dotis quàm terrestria iure existimanda, si attentius pensiculatius'què eorum naturam perpenderimus. Singulorũ tamen nomina naturam'que tam solicitè perscrutari, sicuti infiniti est propè laboris, & doctrinæ immensæ, ita pręsentis non erit instituti. Perpendendum primò genera, considerandæ'que piscium differentiæ: quas artussimus ille peripateticæ sectæ censor Aristo. quinque ponit. diducit enim in genera ea quę græcis Selache, hoc est, cartilaginea vocant, item aselache, quæ sine cartilagine sunt. Tertium genus mollium piscium est, piscium inquam, cum sanguine tum visceribus carentium veluti Polypus, Sepia, & id genus. Quartum est, quod crusta obducitur, quod græcorum peritissimi μαλακόστρακον, id est malacostracon. Quintum illis fertur ὀστρακόδερμον, hoc est, ostrocodermon, veluti dixeris testa tectum, de quibus singulatim agetur.

Halieutica.

Piscium differentiæ.

CAPVT SECVNDVM.

VNT AVTEM, &c. In his generibus piscium, quædam sunt genera multo maiora animalibus terrestribus argumento sunt balenæ, orceæ: quas constat superequare magnitudinem elephantorum grandissimorum animalium terrestrium, magnitudinis piscium causa humoris exuperantia est, quę & accrementi maioris tum in his tum in terrestribus animalibus proditur philosophis. Contra, siccitas, calor'que corpora multo minora efficiunt, qui enĩ littora incolunt hoïes, qui crebrius piscibus vescũtur, iis corpora excelsiora sunt, argumento, quòd maritima incolũt: cõtra, qui sibi sit⁹ siccos elegerunt, & quorum aer subferuidus est, his corpora sunt depressiora minora'que. Porrò haud quanquam mirari subit diuersa piscium simulachra, tot'que figuras vel terrestribus similes, partim natura, partim cœlesti influxu id euenire docuimus libro secundo. Magnitudinis autem causa, sit ad regionis situm, locorum'que diuersam dispositionem

Causa magnitudinis piscium

Cur maris accolę maiores his'que lõge absunt.

dispositionem, ob id rerum naturæ callentissimus Aristot. v. de anima. histo. ait. Denique latere non debet vt stirpium & quadrupedum animantium generi plurimum interesse ex regione, non solum ad cæteram corporis fœlicitatem, sed etiam ad coitum partum'que ampliorem. Sic in piscium quoque ratione locis ipsis discrimen plurimum oritur, non ad magnitudinem tantum habitum'que vegetiorem, sed etiam ad coitum ac partum. Porrò de gladio pisce & cucumere, quorum hic meminit, agemus suo loco.

CAPVT .III.

PLVRIMA AVTEM EX MAXIMA: Haud omnibus marinis locis grandiores pisces sunt peculiares, hi enim Indici maris potissimum sunt incolæ, hícque crebrius conuisuntur, & si aliubi videantur, interdum ob id Strabo de Turditania agens, libro geogra iii. magnitudinem quorundam piscium ita enumerat. Eũdem se habet in modum circa cetaria genera, oryges, phalænas (sic enim balenas græci vocant) & physiteras, quibus reflantibus, nebulosæ cuiusdam columnæ visio longè cernentibus offertur, & congri, & murenæ, multo nostris maiores capiuntur alia'que quamplurima huius generis edulia. In Carteria verò cerycas, id est murices, & purpuras librarum. x. In exterioribus autem locis murenam & congrum minarum supra octoginta, polypum talenti pondo: duorum autem cubitorum sepias, hæc Strabo. Idem lib. xv. de Ariana & Gedrosea agens, subdit. Ictiophagi domicilia ex ossibus & ostrearum cõchis magna ex parte conficiunt. Nam trabium, & fulcrorum vsum costæ prębent: portarum maxillę, è vertebris fiunt mortaria, in quibus pisces subiguntur, ad solẽ assantur, postea ex his panem conficiunt, frumenti paululum admiscentes, hæc ille. quæ faciunt ad ea quæ Plinius prodit, vbi ait.

Physitere pisces flat⁹ mirabilis.
De ponderositate piscĩu vltra Plinium

IN DOMIBVS FORES MAXILLIS BELVARVM FACERE: OSSIBVS TECTA CONTIGNARE, &c. Cõtignare, tectũ tignis iũgere.

Contignare.

CAPVT .IIII.

IN GALLICO OCEANO, &c. Physiter piscis est extra Herculeas columnas, qui & flator latinè dicitur, qui reflatu frequenti pręaltas vndas euomere solet, ita vt procul nauigiorum vela ob stupentis aquę candorem appareãt. Hic est, cui⁹ meminit Strabo libro tertio, vt à nobis superius monstratum est. Rota item piscis est, geminas dorso rotas gestans quodammodo, ad earum similitudinem quæ frumentarias molas impellente vento editioribus in locis circunducunt.

Physiter piscis qui flator.
Rota piscis.

CAPVT QVINTVM.

IN TIBERIO, &c. Portenta hæc exoluerunt. Tritonũ enim figuræ similes erant Neptuno, siue deo maris. Nereides verò nymphis maris dictæ. Triton enim fingitur deus maris, Neptuni & Salaciæ marinæ deæ filius, quòd primũ in Tritone Aphricæ palude visus sit, vbi ait Herodotus virgines annis singulis se purgare. Et subdit Plinius.

Triton de⁹ maris.

BELVAE CVI, &c. Huius meminit Solinus, capite quadragesimotertio.

CAPVT .VI.

B ALENAE IN NOSTRA, &c. Terrestre an aquatile Balena animal sit nō facile dictu: quo fit vt Aristo. hęsitet aquaticum ne sit magis quàm terrestre, libro de animalium historia octauo. Hoc, inquit. Genus, nec terrestre tantum, ne'que aquatile facile dixerim. Siquidem terrestre aerem recipit, aquatile, quod aquam secundum naturam: particeps nam'que vtrius'que est: cum & mare recipiat, red dat'que per fistulam, & aerem per pulmonem. Mammas etiam Balenam idem scriptum reliquit habere, ac fistulam in fronte: partus binos edit: animal parit lacte quod nutrit: ignauam autem esse constat, ob id duce pisce aliquo indiget qui est, vt aiunt, prçlongus, albus, capite procero: cauda pręcedit regit balenam, vt memoriæ mandauit Aelianus. Orcas beluas marinas maximè ba lenis infestas rerum naturæ peritissimi testantur. Orcam putarim piscem eum quē alij Capidolium dicunt. LIBVRNICARVM, &c. Nauium velociū, de quibus alibi agetur. Mira etiam refert de Balenis, Solinus.

Balena an terrestre an aquaticũ aial.

Notanda de balena.

CAPVT .VII.

R ESPIRANT AVTEM, &c. Fuit apud eruditiores diu agitatum spiraretne pisces ac dormirent. Spirare certè quę fistulam habent Aristo. scriptum reliquit sexto de historia animalium. Spirant, ait, quæ fistulam habēt, omnia, & recipiunt aerem: haud enim carent pulmone: & quidem visus est Delphinus dormire rostro emerso ac stertere: hęc ille, & libro quarto dormire pisces his argumentis probat. Sed enim pisces dormire argumentis potius huiuscemodi arbitrari licet, Sæpius enim piscator adorsus pisces vs'que adeò latet, vt possit etiā manu tollere: aut certè fuscina nullo indice sensu ferire. Quinetiam in petris stabulantur, capiuntur, videlicet propter somnum, hæc Arist. Quod autem his insit olfactus auditus'que sensorium, idem testis est libro quarto de animalium historia. Pisces autem, inquit, sensum gustus habere constat, eo quòd multi suis quibusdam saporibus gaudent: & escam imprimis ex pisce amia expetunt: & piscium pingue, Auditus verò & olfactus nullum continēt membrum manifestum. Quod enim tale videri potest per loca varium, id nō ad cerebrum vs'que transmeat: sed partim obseptum & cæcum mox desinit, partim ad branchias fertur, audire tamen ac olfacere pisces palàm est. Sonos enim immodicos triremium remigia fugere visuntur: hæc ille.

Spirant pisces & dormiunt.

CAPVT .VIII.

V ELOCISSIMVM, &c. Meminit naturæ Delphini præter Aristotelem Aelianus eo libro quem de varia historia posteris legendum reliquit in hanc fermè sententiam. Delphini philotecni, id est, amatores filiorum, fœmina. Lacte copioso mares pascit: vt quæ vbera mulieris modo habeat illi pro ætate distincti vnà natant, inferiores enim precedunt: adulti iam & perfecti subsequuntur: parentes à latere comitantur, agminique inuigilant si è duobus quos mater peperit alter capiatur, illa vs'que consequitur, at'que è piscatorum manibus ore appetendo conatur auellere, eo tandem erepto ad alterum accurrit, hęc ille, &

Delphini natura ex Aeliano.

multa id genus, quæ consulentes breuitati omittimus. Porrò quod ait Pli. de eius velocitate, hoc ab Aristotelis promptarijs decerpsisse videtur, qui libro de historia animalium nono hæc ait. Quinetiam de celeritate huius animalis mira & incredibilia accepimus, omnium enim velocissimum esse creditur animalium, tum terrestrium tum aquatilium, supersiliũt etiam malos nauium maiorum: quod tũc potissimum euenit: cum aliquem insectantur piscem: quem deuorent: tunc enim si quem impetunt longius fugit, ad ima gurgitum persequuntur, propter famis necessitatem quod reditus longior sit, retinent sese, quasi spacium cogitantes, ac conuersi feruntur perinde, ac sagitta pernices, quo impetu fit vt se eiaculẽtur in aerem & prosiliant malos nauigiorum, hæc ille. Subdit mox Pli. Nisi resupini atque cõuersi non corripiunt. Delphini profectò resupinati corripiunt pisces, nec aliter eos capiunt, vt Aristo. octauo de animalium histo. prodit. Subnectit deinde Pli.

Delphini celeritas.

AGVNT verò coniugia, &c. Meminit partus delphini Aristo. sexto de animalium historia his verbis. Delphini singulos magna ex parte ædunt interdum tamen & binos, gestant'que eosdem infirmos infantia, adolescit proles delphini celerius: quippe quę annis decem ad summam perueniat magnitudinem: gestatur vtero decem mensibus partus delphinis æstate, nec vllo tempore alio. Fit etiã vt delphini tricenis diebus occultentur, & lateant circa ortum canis syderis, adultos etiam fœtus diu comitantur. Magna erga gnatos charitas in hoc animali est: viuit annis compluribus. Constitit enim nonnullos vixisse annis vigintiquinque, alios etiam triginta, hæc ille, ad quę fermè omnia allusit hic Pli. Habere itẽ mammas propè genitale idem testatissimum reliquit libro secundo de historia animalium: quem, qui plura de his volet legat. Adijciã loco superpõdij quę fuerint huic proposito congrua, à mutorum magistrorum sanctarijs decerpta, ob quod hic ait Pli. ET statim tellure tacta moriuntur, &c. Plutarchus author compositissimè eruditionis, inde corriuatum esse prouerbium, & quidem ex Dionis doctrina, quod gręcè est δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία, hoc est, delphini in terra vis: id enim dictũ est in eos: qui quod nesciunt indicant, & in quo minus valent, toto conatu petunt: dicebamus paulò superius Delphinos esse amatores puerorum, authore Aeliano. Sunt & quidem hominum, Apollini delphinus quondam apparuisse fertur, vnde delphinius Apollo dictus. Ferunt pręterea Vlyssem in clypeo imaginem Delphinis tulisse: quòd vt volunt peritiores, illapsum in mare Teleniachum subiens delphin incolumen præstiterit: quo beneficio pater, velut remunerans, id in clypeo insigne habuerit, signatorio'que anulo insculpserit. Nunc redeamus ad literam.

Delphini quando & quomõ pariat.

Lõgitudo vitæ Delphini.

Delphini i terra vis Adagiũ

Delphi. figura cur ĩ clypeo Vlyssis.

REPANDVM dorsum, &c. Curuatum, & quod retrorsum patet, de particula hac aliubi agetur, Et subdit. DELPHINVS non tantum hominis amicum, &c. Meminit Aristo. libro nono de historia animalium amoris ac mansuetudinis delphinorum his verbis. In marino etiam genere plurima de Delphinis narrantur indicia morum placidorum ac mitium, amores quo'que in pueros & affectus libidinis, cum circa Tarentum & Cariam, tum etiam locis alijs referunt. Fertur etiam Delphino apud Cariam capto atque saucio ingentem reliquorũ multitudinem conuenisse ad portum immoratam'que, donec piscator dimiserit eum quem cæperat, tum omnes simul recepto captiuo redijsse, paruos item Delphinos vocat Aristoteles. græcè eos δελφινίσκους, id est, delphinicos, magnus aliquis semper comitatur custodiæ causa. Ait deinde Pli. Delphinos symphonia delectari iure certè à Platonicis dictum animaduerto, musica capi omne quod viuit, propterea non mirari subit etiam terrestria mulceri tympanorum sono, veluti elephanti & inter pisces delphini. Aduentant certè piscium aliqui, vbi vocati fuerint, quod & Lucianus tradit vbi ait οὗτοι δὲ καὶ ὀνόματα ἔχουσι, καὶ ἐγρήγορται καλεόμενοι, quod

Delphinorum mãsuetudo.

Musica capitur oẽ quod viuit.

si latinitatẽ

ſi latinitate donemus nihil aliud ſignificabit quàm, Nuncupatione item eorum, & vocati inclamati que aduentant. HYDRAVLI SONO, &c. Sono organorum hydraulicorũ, quorum abunde meminit Vitruuius, libro architecturæ decimo, ca. decimo tertio. Hydraulica diximus quæ ad aquam pertinent eſſe organa. Aelianus enim tradit etiã delphinos mulceri ſymphonia puerorum'que eſſe amatores, argumento eſt Arino Methymneus vt notatum eſt apud eundem: Delphini ſtatua apud Tænarum dicata, vbi epigramma hoc extat.

Organa hydraulica.

, Dijs genitum ceruis qui vexit Ariona delphin.
, A ſiculo ſubiens pondera grata mari,

Fuit certè Arino citharædus optimus, de quo Herodotus ſcribit: quòd quando à nautis coactus eſſet ſe è naui in pelagus demergeret vt eius opes, quas ſibi parauerat cythara ſeruaret: vbi ceciniſſet cythara ſe i mare præcipitem dedit à delphine tandem dorſo exceptus in Laconiam deuectus eſt incolumis. Quam rem & Aulus Gellius atticarum noctium ſeptimo, ca. octauo cõfirmare videtur vbi ſcriptũ hęc reliquit. Delphinos veneris eſſe & amaſios nõ modo hiſtoriæ veteres, ſed recentes quo'que memorię declarent. Nam ſub Cæſaribus in puteolano mari, vt Apion ſcriptum reliquit, & aliquot ſæculis ante Naupactum vt Theophraſtus ait, amatores flagrantiſſimi delphinorum quidem cogniti comperti que ſunt, Ne'que ij amauerunt quę ſunt ſui generis, ſed pueros forma liberali in nauiculis forte, aut in vadis littorum conſpectos miris & humanis modis arſerunt, &c. Herodotus libro primo Arionis & Delphini hiſtoriæ affatim meminit, quem legat qui plura de his volet.

Ariō citharœdus.

CAPVT .IX.

DELPHINORVM SIMILITVDINEM HABENT, &c. Turſiones, quid ſimilitudinis cum delphinis habent, lac enim habent, & multa non delphinorum naturæ diſſimilia. Theodorus Gaza, phocenam vertit, pro Turſione, libro de hiſtoria animalium octauo vbi agitur. In puto fera nulla eſt: pręter Delphinum & Phocenam, &c. Pro Phocena, putarim eum dixiſſe Turſionem, quem ſciebat ab Ariſto, inter viuiparos piſces eſſe cõnumeratũ: quare cõijcere licet Gazam pro phocena non turſionem, ſed vitulũ maximum ſubſtituiſſe: quod ſcitè ab paulò Iouio viro quidem erudito, fuit animaduerſum eo libello, quem de piſcibus Romanorum edidit: differunt certè Turſiones à delphinis, roſtro.

Turſio idem phocęna.

CAPVT .X.

TESTVDINES, &c. Miræ magnitudinis eſſe teſtudines. Strabo apud Chenolophagos libro decimo ſexto ſcitè ſcribit: quod, quia congruum huic rerum ſeriei video, annexui. At, inquit, Chelonophagi (ſic enim vocat populos teſtudinibus veſcẽtes) teſtudinem teſtis teguntur: quę a deò magnæ ſunt, vt vel in eis nauigẽt. Meminit etiã harum teſtudinũ, Iulius Solinus, Plinio omnino aſtipulans his verbis. Maria quo'que piſcationibus inquietant, maris'que teſtudines capere gaudent, quarum tanta eſt magnitudo, vt ſuperficies earum domum faciat & numeroſam familiam non arcte receptet, hæc ille, Aelianus ſcribit Teſtitudines magnopere eſſe ſalaces. Meminit partus teſtudinum Ariſto. quinto de hiſtoria animalium his verbis. Teſtudines etiam marinæ egreſſæ in

Teſtudinum magnitudo.

terram

terram pariunt oua auium cortalium ouis similia defossa'que incubant noctibus ouorum numerus ad centena complanata terra ac pauita incubat, de eorum autem victu libro octauo naturæ animalium sic agit. Testudines marinæ conchulas petunt, habent enim os omnium robustissimum, quicquid nam'que in os cœperint, siue lapidem siue quid aliud, perfringunt, ac deuorant, exeunt etiam in terram & pascunt herbam, laborāt plerum'que, & intereunt quoties innatantes siccantur so-
Pauita terra q̄d le. Terra pauita, cōcussa: tusa, porrò dignum scitù quod scriptum reliquit, Oppianus: quinto halieuticō, id est, de piscibus: Testudinis carnem affatim sumptam detergere expurgare'que, paucitatem verò is refert στροφοὺς, hoc est, ventris dolores gignere: porrò expēndēdum hic, terram pauitam in qua cubat testudo dici ἐπικρότον, id est, epicroton. Et quia duo sequentia capita nihil habent nubile ideò omissa abs nobis.

CAPVT .XIII.

QVAE PILO RESTIVNTVR, &c. Pilos habere quę viuipara sunt Aristoteles prodit tertio de historia animalium: propterea Vitulum marinum parere animal. Habet enim Vitulus marinus mammas & lac perfectum'que generare animal tradit Aristo. primo de historia animalium
Vituli marini. natura. Coire idem, sed diuerso loco more canum: libro item sexto, ca. xii. de Vitulo marino hæc agit. Vitulus marinus genere ambigui. Nam & mari degit quanquàm humorem non recipit, sed spirat, ac dormit, egressus in terram parit in littore, vt terrestre, concipit intra se, & parit secundas quo'que emittit, & lac reddit modo pecudum, parit singulos aut geminos. & complurimum tres, mammis quas geminas habet educat fœtum ritu quadrupedum: parit vt homo omni tempore, prolem circa duodecimum diem à partu deducit in mare, subinde assuefaciens illa decliuis fertur: nec ambulat: cum nondum inniti suis pedibus valeat, interficitur difficulter, nisi illisis temporibus: ei est mugitus in somno: hæc ille, ad cuius sententiam allusit hic Pli. vocatur autem græcis φώκη, id est, phoce amphibium animal est, quòd terra & mari vtitur viuit'que: vesci piscibus & humana carne prodit Aelianus scitù dignum quod ferunt, pellem non ici fulmine.

CAPVT .XV.

Thynnus. PRAECIPVA MAGNITVDINE, &c. Magnitudinem Thynnis inter cætaria inesse cum Aristo. tū Strabo memoriæ mandarunt hic libro geographiæ tertio de his piscium generibus ita meminit. In exterioribus autem locis murenam & congrum minarum supra octoginta, polypum talenti pondo, duorum autem cubitorum seipsas, & similia, frequēs verò Thynn⁹ è vetusto feruore ingēti, &c. Thynnos certè sale asseruari reliquas'que corporis partes
Melandria. palam est. Quę autem pingui succo admodum careant, in ignobilis populi vsum venire consueuerunt quæ à Pli. Melandrya dici solent: primus ab ipso statim ouo
Cordilla. Thynnorum fœtus Cordylla dicitur: qui mox in limarias euadit, ex limarijs autē adolescentibus pelamides pisces fiunt, quorum meminit Strabo septimo libro his
Limaria verbis. Pelamides facile in sinus irruentes capiuntur, id autem cum earum multi-
Pelamides. tudine, tum vi, & impellentis fluxus impetu, vt propter sinus angustissimos, vel manibus comprehendantur, Earum generatio in Mæoticis fit paludibus, vnde verò

paulatim

paulatim erumpunt grege facto per os ipsum, ac propter littus Asiaticum vsque Trapezuntem ac pharnaciam excurrunt, hæc ille. Narrant etiam Pelamides cum excesserint pedalē magnitudinem in Thynnos abire: porrò ex Thynnis vt scriptum reliquit Atheneus: quùm in summum excreuerint, orcynos fieri, Augeri adeò vt caudæ eorum longitudinis duorum cubitorum reperiantur. Plinio tamē Aristoteles non videtur assentiri: quùm dicat Thynnos biennio finire vitam. quo fit vt suspicari subeat Thynnos biennium excedentes alijs nominibus appellari: dictosque tunc Orcynos potius, vel pompilos: quos de genere Thynnorum asserit Pli. Et subdit Pli. SYLVRI IN NILO, &c. Sylurus qui græcis γλανὶς tanta charitate in prolem fertur, vt absumpta fœmina mas oua seruet: sæpeque vna capitur filios captos subsequens vt prodit Aelianus, necnon & Aristo. libro sexto de animalium historia. ATTILVS in pado, &c. Attilum plærique eruditorum sturionem esse asseruisse legimus: in quorum albo fuit Philelphus, toto vt aiunt cœlo aberrans. quando alius sit Attilus à sturione. Est enim piscis attilus amplior sturione effigieque ab altero dissimilis, dixerim potius cū Paulo Iouio Sylurū sturionem esse, porrò vt de Syluro aliquid auctarij addamus: sunt qui hunc appellarint piscem Istrianum ab Istro fluuio: meminit Syluri Ausonius quàm scitissimè his versibus.

Thynnus. Orcyn⁹ Pōpili. Sylurus Attilus.

, Nunc pecus æquoreum celebrare magne Silure
, Quem velut actæo perductum tergora oliuo
, Amnicolam delphina reor, sic per freta magnum
, Laberis, & longis vix agmina soluis arenis
, Aut breuibus defensa vadis, aut fluminis vlnis
, Aut cum tranquillos moliris in amne meatus
, Te virides ripæ, te cærula turba natantum
, Te liquidę mirantur aquę, diffunditur alueo
, Aestus, & extremi procurrunt margine fluctus

De siluro Ausonius.

Porrò de Clupea cuius hic meminit: expendendum: abs Atheneo Oppianoque, ac Strabone, Trissam vocari: abs nostratibus autem dicitur alosa: cuius meminit Strabo, libro decimo quinto his verbis. Tradit etiam Aristobolus nullum piscem ex marinis piscibus in Nilum recurrere, præter Alosam & Mugilem, & Delphinum propter Crocodilos. Et libro decimo septimo subdit, Pisces in Nilo permulti sunt, qui propriam & quandam suam formam habent, sed maximè noti sunt. Oxyrynchus, Lepidotus, Alabes, Coracynus, Porcus, Phagrus, Physa bos. Item Silurus, Cithar⁹, & Alosa: sunt preterea qui Alosam vocent Lacciam idemque esse putarim: ob quod cecinit Ausonius, Stridentesque focis obsonia plebis alosas Romanę Lacciæ, &c. Meminit etiamnum Clupeę, id est, alosæ Ennius hoc versu.
, Omnibus vt Clupea præstat, mustella marina
, Mures sunt Aeni aspera ostrea plurima Abydi.

Clupea q̄ & Trissa à nostris Alosa. Laccia q̄ & Alosa

Vnus Mytelenæ est. Ait deinde Pli. PLATANISTAS, &c. Pisces à latitudine dicti Platanistæ. Thynni mares sub ventre non habent, &c. In ponto Thynnos parere Aristoteles prodit: pontumque subire his verbis, libro de historia animalium octauo, Thynni, Limariæ, Amiæ. Subeunt pōtum vere, æstatemque ibi traducunt, & reliqui ferè plurimi fusanei & gregalis generis eodem transeunt. Est sanè plurima pars piscium gregatilis: nec vllus grex caret duce, petunt autem pōtum pastus gratia qui vberior & commodior propter aquarum dulcium admixtionem suppeditatur idem canis exortu agitari asilo scriptū reliquit. QVERNIS ASSVLIS, &c. tabulis paruis quāuis tamē assulę etiā dici possunt fragmēta marmoris: quare Vitruuius de marmore eo agens quod parari ad tectoria solet ait.

Platanistæ. Thynnus. Grex piscīū. Assulæ fragmēta marmoris.

Quibus

Quibus autem locis hę copiæ non sunt cæmenta marmorea siue assulæ dicuntur quę marmorarijs ex operibus dijciunt pilis ferreis, &c. hæc libro septimo, ca. sexto. Subdit Pli. AMIAM VOCANT, &c.

Amia piscis.

Amia est piscis medius inter Thynnum & vmbram, vocat Oppianus Amias audaces quòd progna cissimæ sint, easque Delphinorum more sanguinem exugere Atheneus suauissima carne esse scriptum reliquit, Aristoteles carniuoras esse amias, item & alga vesci tradit libro de historia animalium octauo. Primi ait Pli. Omnium scombri,

Scōbri

sunt equidem è Thynnorum genere scombri, ex quibus salsamenta fieri consueuerunt, esse mansuetos in Ionij insula Palladis dicta in quodam stagno prodidit memoriæ Aelianus: Strabo refert insulam nomine Scombriam ita nuncupatam à prouētu scombrorum libro, tertio scribit Aristo. septimo de historia animalium. Scombros coire mense Februario post Idus, parere verò Iunio ante nonas, ædere sua oua condita quasi vtriculo. HISPANIAE CAETARIAS, &c.

Cętarię & Cętarij qui dicantur.

Cætarię loca iuxta mare lacu stagnante in quibus maiores pisces capi solent, & Cętarij etiam dicuntur vendentes maiores pisces capientesque. Porrò quod hic ait Pli. de Thynnis parum vidētibus, Aristoteles eadem refert libro octauo. Et subdit Pli. Sed in pontum nulla intrat bestia piscibus malefica. Aliter traduxisse videtur Gaza apud Aristotelem, à cuius promptarijs hæc desumpta sunt. Sic enim transtulit libro octauo, ca. decimo tertio. Nā excepto Delphino & Phocena nihil in ponto maleficum est, &c.

Rhōbi.

Cętero Rhombi quorum hic meminit de genere sunt planorum piscium, anguror Rhombos sic dictos ab instrumento Thessalico magico, rotundo quidem, putant passeres & rhombos eandem habere naturam omnino certè idem esse. Ari. minimè Rhomborum meminit: sed passeris passer

Passer piscis. Trichię Sardæ.

piscis quàm græci φῆττα, id est, psetta: sic vocat Athæneus: porrò Trichiæ, quarū hic fit mētio, pisces sunt quos nonnulli Sardas vocant, has solas Aristo. libro octauo istrum subire, Sarda inquit, adit istrum, videtur, & capitur: sed exiens nusquàm visa adhuc est, quod si qua apud Bizantium aliquando capiatur, piscatores sua retia lustrāt propter exitus insolētia, in cuius rei causa est quòd solę ipsę subeūt istrū amnem, &c. ad quę allusit Pli. hic.

Thynnas.

THYNNORVM captura, inquit Pli. à Verno, &c. Hoc tempore Thynnum meliorem Aristo. scriptum reliquit, octauo de historia animalium Thynnus ait. Post arcturum melior, iam enim ab infestantis asili agitatione requiescit. Idem Thynnos prę nimia pinguedine dehi-

Calidi⁹ q & Xiphi⁹ piscis.

scere ait libro sexto, Gladius, piscis qui Xiphis, aut Xiphius, de quo alubi.

CAPVT .XVI.

SVNT ET PISCIBVS, &c. Piscium fœminas maiores quàm mares etiam ait Aristo. Esseque maribus viuaciores, eo quòd fœminæ vetustiores quàm mares capiuntur ille scribit libro de histo. animalium quinto.

Erythinus siue Rubellio, vel Rogetus vulgo.

ERYTHINIS, &c. Piscibus quos Gaza Rubelliones vocat: quorum meminit Aristo. quarto de histo. animalium, & sexto his verbis. De rubellione & hiatula ambigitur, omnes enim grauidę capiuntur. Pars enim piscium consummatur mare & fœmina, de rubellione tamen ambigitur, &c. Nostrates hos pisces Rogetos vocant: vel Rubetos, Et ait Pli. MODICIS imbribus gaudent & aluntur, &c. Hæc ex Aristotelis riuulis decerpta sunt, itē hæc prægelidam hyemen sentiunt, &c. Piscium genus, ait Arist. octauo de histo. animalium. Pluuio humore iuuatur, & paulò post subdit, Maximè infestantur algore qui lapidem in

capite habent,vt chromis,lupus,phager. Facit enim lapidis rigor vt per algorem
gelentur & excidant. Scyena cuius hic Plinius mentionem agit,ab alijs vmbra vel Scyena
vmbrina dicitur. Marcus,Varro,Columella'que Sciænam vmbram vocant hic li= aliter dr̃
bro,rei rusticæ octauo,ille autem tertio. Hanc cœlebrasse videtur Ennius,vt ex vmbra.
Apuleio coniicere licet,ita inquienti. Melamulum,Turdum,Merulamque,vmbrã
q́ue marinam. Cæterò quod de Coracino hic ait,expendendum coruum & co=
racinum pisces,pro eodem Gazam accepisse,cui non assentiuntur Hermola,& Vo Coraci=
laterranus,quòd à verbo græco authoritate Athenei Coracinus dici videatur ἀπὸ nus.
τῶ κοραὰ κινεῖν quòd oculos frequenter moueat,neq; etymon Coracini corriuare a=
iunt,à κόραξ, idest corax,quod græce est coruus. Gazæ certè assentior,quicquid
referat Volaterranus, Coracinum'que puto eum quem alij appellant coruum.
Est enĩ gibberosus coruus,latus,proportione sua squammosus, quæ omnia cora= Coruus
cinis congruunt. Eutidemus apud Atheneum salsamentis idoneum refert, vo=
cat'que Saperdam. Ad quod allusisse Persius videtur,quando ait. Saperdam'que Saperda
aduehe ponto. Porrò Hippuris piscis est,qui à latinis equiseles dicitur. Hippur⁹
SYDERATVR. Afflatur sydere,de quo alibi. Constat hic non so= q̃ et eq̃=
lum terrestria,verumetiam aquatilia in syderis corripi ac affligi,immò etiam ar= seles.
bores syderari dicuntur,quod genus est affectionis in arboribus,vt videre erit a=
liubi magis poscente loco. Huc tamen diuertisse non fuerit alienum, quo nihil prę
terire silentio videri possimus; quod nauseam lectori parere possit. Cogimur
aliquando iterare quædam,sententia id requirente,non propterea nobis vertet vi
tio lector ingenuus.

CAPVT .XVII.

MVGILVM NATVRA RIDETVR,
IN METV CAPITE ABSCONDITO
TOTOS SE OCCVLTARI CRE=
DENTIVM. Iisdem tamẽ tanta salacitas,vt in Phœ Mugil.
nice Narbonensi prouincia coitus tempore è viuarijs marẽ
linea longinqua per os &c. Quæ hic prompsit Plinius
ex fonticulis Aristotelis corriuata sunt libro de historia ani
ma.viii.ita inquientis. Cum metuit mugilis, caput ab=
scondit,quasi corpus totum occultet. Gulosus omnium maximè est,at'que insa=
tiabilis,quocirca ventre distento grauescit,& nisi ieiunus sit,iners hæret, libro au
tem quinto ait. Circa Phœnicem pisces vel mutuo sexuum aspectu capi accœ=
pimus, mugiles enim mares à piscatore subducuntur,quorum aspectu fœminæ
congregantur,at'que ita obretiuntur,versa'que vice mares capiuntur,subductis fœ
minis, sed deuoratio illa seminis genitalis quòd sæpius cernitur. Subdit mox Pli.
APVD ANTIQVOS PISCIVM NOBILISSI= Accipẽ
MVS HABITVS ACCIPENSER, &c. Accipenser certè ser.
tanta fuit apud Romanos indicatura, vt conuiuio inferri cum corollis:tibijs'que con
cinnentibus consuesset. Qui eum enim gestabant,coronati erant. Appion gram=
maticus putat Elogem esse accipenserem, fuisse apud antiquos multa dignatione
ac existimatione Plautinum id testari potest,in fabula quæ inscribitur bacchariа.
Quis,ait,est mortalis tanta fortuna affectus nunquàm,quàm ego nunc sum,cuius
hæc ventri portatur pompa,vel qui mihi in mari accipenser latuit antehac,cuius

ego latus in latebras reddam meis dentibus & manibus. Quantò item fuerit honore hic testis est Cicero, qui in dialogo de fato ait. Nam cum esset apud se, ad Lauernium Scipio, Vnaque Pontius allatus est forte Scipioni accipenser, qui admodum rarò capitur, sed est piscis admodum nobilis. Quum autem Scipio vnum & alterum ex his, qui eum salutatum venerant, inuitasset: pluresque inuitaturus videretur. Is autem Pontius, Scipio inquit, vide quid agas, accipenser iste paucorum hominum est. Macrobius tertio saturna. de hoc affatim. Et subdit Plinius.

AVTHORITATEM FVISSE LVPO ET ASELLIS, &c. Summam lupo fuisse authoritatem testis Columella est, libro rei rusticæ octauo: cuius sententiam quia congruere huic verborum seriei videtur, apposui M. Philippi (velut vrbanissimum quod erat luxuriosissimum) factum, atque dictum. Nam is forte Cassini cum apud hospitem cœnaret, appositumque è flumine lupum degustasset, atque expuisset: improbum factum dicto prosecutus, Peream, inquit, nisi piscem putaui, hæc ille. Perindè ac si vellet innuere solos Tyberinos lupos nomine piscis dignos esse. Est enim lupus vorax piscis, consueuitque, vt ait Iuuenalis, cloacas & cryptas intrare Suburræ. Fuit apud eruditiores quæsitū, quisnam piscis nunc diceretur, fuere qui sturionem esse dixerunt, falsò vt reor, sed potius reor nunc spigolam dici, in quam it pedibus sententiam Paulus ille Iouius, qui cōcinnū de Romanorum piscibus libellum edidit. Porrò qui Tyberini sunt lupi alijs præferuntur, quique inter duos pontes capi consueuerunt, vt conijcere ex Horatij carmine.

Lup. piscis.

, Vnde datum sentis, lupus hic Tyberinus an alto
, Captus hiet, pontes ne inter iactatus, an amnis.
, Hostiæ sub Thusci laudas insane trilibrem
, Mullum, in singula quem minuas pulmenta necesse est
, Ducit te species video, quid pertinet ergo
, Proceros odisse lupos: quia scilicet illis
, Maiorem natura modum dedit, his breue pondus
, Ieiunus stomachus rarò vulgaria temnit.

Porrò Columella eo quo diximus loco, lupos quosdam esse albos ait, quos Plinius lanatos, à candore lanarum, vt coniectura ducor, dictos, quare Martialis laneos appellat, quando cecinit.

, Laneus Euganei lupus excipit ora timaui.

Lupi lanei.

Porrò de asellis meminit affatim Aristoteles, octauo de historia animalium, asserens eos latere quandoque. EX ALTO. Ex mari longinquo.

NVNC SCARO, &c. Aristoteles solum piscium non habere dētes serratos testatur libro secundo de historia animalium, solumque ruminare. Aelianus salacissimum piscem esse ait, venerisque gratia in predam agi. Fœmina eius generis per littus ducta. Cæterò quæ de Scaro dicuntur fuisse habitum honore apud antiquos referunt. Testis etiam est Macrobius tertio saturnali: de eo ita agens. Octauius præfectus classis, sciens Scarum adeò Italiæ littoribus ignotum, vt nec nomen latinum eius piscis habeamus, incredibilem Scarorum multitudinem in varijs nauibus huc aduectam inter Ostiam & Cāpaniæ littus in mare sparsit, miroque ac nouo exemplo pisces in mari, tanquam in terra fruges aliquas seminauit. Idemque tanquam summa in hoc vtilitatis publicæ verteretur, quinquennio dedit operam, vt si quis inter alios pisces Scarum fortè cœpisset, incolumen confestim & inuiolatum mari redderet. Et subnectit Plinius

Aselli pisces ijdē scarmi & Merluzi.

Scarus.

Plinius.

PROXIMA MUSTELLARUM, &c. Proxima bonitate scaro est mustella piscis. Ennius poeta æqualem preciosissimis piscibus facit, græci hanc Galeum vocant. — Mustel la piscis

GRATIA (inquit Plinius) MAXIMA EST MULLIS. Summa in lautitia fuisse mullus piscis apud Romanos legitur. Duo esse genera mullorum scriptum reliquit Athenæus, nõ enim minoris saporis sunt mulli quàm aselli, quorum meminimus. Varro asellos appellari ait à colore: quem referunt lib. rei rusticæ tertio. Vocatur autem græcis mullus τρίγλα, id est Trigle, nomen id sibi asciuit: quòd Dianæ Hecati antiquitus dicaretur, quoniam triformis à poetarum eminentissimo verg. decantetur. Tria ait, virginis ora Dianæ. Fuisse autem quosdam dijs sacros pisces lectum monumentis grauissimorum authorum est. Bocam Mercurio, Cytharum Apollini, Dianæ Triglam siue mullum mauis, libero patri Cittulum, Veneri apuam, Pompilium Neptuno. Ea verò de causa Athenæus Triglas siue mullos sacrificari Dianæ prodit, quoniam mulli lepores marinos hominibus mortiferos vti venatrici deæ canes auspicijs persequantur. Hic fuit piscis à ganeæ studiosissimis viris adeò expetitus, vt sæpius argenti puri pondere emeretur. Ex huius piscis iecinoribus ac capitibus pulmenta condire solebant: ad quod Horatius respexisse videtur, quando ait. Mullum in singula quem minuas pulmenta necesse est. Oppianus mullos esse mirè voraces carmine adnotauit hoc. — Mullus piscis. Trigla siue mullus. Pisces dijs dicati.

, Trigla vorat fœdas sordes, & mergit in aluum.

Omnes illuuies põti. Aristoteles sexto de animalium historia mullum gregalium vltimum autumno parere scriptum reliquit. Mullos probant ganeones, qui essent barba insigniti quos barbatos vocabant, in mullorũ genera censetur Alutarius sed ignobilis is. Dignum scitu quod Athenæus memoriæ prodidit mullum vino suffocatum, si id à viro protinus ebibatur, habere potestatem impediendæ veneris, si item mulieres id vinum ebiberint, minime posse concipere tradit. Porrò quòd Plinius de Sargo pisce ait, sciendum Aristo. Sargum referre autumno & vere parere illum'que alios minime comitari, velut sit is superbia tumens. Adijciam loco plausibilioris lectionis, quæ Aelianus libro variæ historiæ duxit, sargos caprarum esse amatores, eos'que propterea facile capi ad earum vmbram: quam proijciant in extremis littorum marginibus collocatæ aduersus radios solares. Et subnectit Plinius. ASINIUS CELER, &c. Meminit huius rei Macrobius tertio saturna. his verbis. Asinius Celer vir consularis, vt idem Sammonicus refert, mullum vnum septem millibus nummum mercatus est, in qua re luxuriam illius sæculi licet æstimare, &c. Huius precij meminit Budæus noster homo nostri æui elegantiarum obseruantissimus, & rerum memoriæ consultissimus, libro secundo assis, de hoc precio cocorum differens hoc modo. Asinius Celer inquit, è consularibus hoc pisce prodigus, Claudio principe vnum mercatus est sester. octo millibus, &c. Aufert, inquit Budæus, transuersum animum eorũ qui conquestione luxus coquos emi singulos pluris quàm equos quiritabant. At nunc coci triumphorum precijs parantur & cocorum pisces, nullus iam propè mortalis æstimatur, pluris quàm qui peritissimè censum domini mergit. Meminit Liuius libro nono de bello Macedonico, de triumpho Manlij loquens. Epulæ quo'que ipsæ & cura, & sumptu maiori apparari cœptæ, tum cocus vilissimum mancipium antiquis & æstimatione, & vsu in precio esse, & quod ministerium fuerat ars haberi cœpta, vix tamen illa quæ tum conspiciebantur. Semina erant futuræ luxuriæ. Hæc verba congruunt Plinianis verbis hic, vbi cocos emptos precijs, triumphorum, temporibus principum Romanorum admiratur, quando — Mullus in vino suffocatus mira operatur. Sargus. Mullus quãtum olim in precio.

ait adhuc coci triumphorum præcijs parantur &c. Præcium igitur octo mil. nũmum, quo precio emptus est mullus, ducentos aureos æstimare possumus, conijcere licet Macrob. non cum hac summa conuenire, qui septem, non octo millibus emptum tradit, quo fit vt menda fortassis sit apud Macrob. Cæterò quia caput sequẽs facile captu est, igitur à nobis illibatum manet.

CAPVT .XIX.

Exocoetus.

MIRATVR ARCADIA, &c. Exocœtus piscis est, qui ab alijs vocari solet Adonis, per maris tranquillitatem exit in terram, interque petras prostrat⁹ alte soporatur, exhorrere proditur mire aues aquatiles authore Aeliano.

CAPVT .XXI.

Anguillæ.

ANGVILLAE, &c. Anguillarum plura esse genera Aristoteles libro de animalium historia quarto, abundè docet. Differentiam inter mares, et fœminas esse asserens, quòd mares caput habeant amplius ac oblongius, fœminæ contra. De earum autem vita sic ait. Vita anguillis nõ nullis vel ad septem octoque protrahitur annos. Anguillæ vt plurimum humore viuũt, equidem in Strimone amne circa vergilias capi solent, tunc enim aqua & lutum aduersis flatibus inturbatur. Anguillæ non superfluitant mortuæ, nec sursum vt cæteri pisces, maxima parte feruntur viuere exemptæ aquis, vel ad diem quintum, vel sextum possunt, & aquilone plures diutius durant, austro minus. Et si estate de lacu transferuntur, viuere nequeunt, hæc ille libro octauo de animalium historia, ad quæ allusit hic Plinius. Caput sequens nihil habet nubili, Excipulę dicuntur septa ex arundinibus aut iuncis texta ad capiendos pisces, dici possunt nassæ.

Excipulæ.

CAPVT .XXIII.

Murenę q̃ & Lãpetrę siue lãpetrociæ paruæ.

MVRENA, &c. Sunt qui murenas simpliciter dictas dicant non esse eos delicatissimos pisces, quos nonnulli lãpetras vocant, nisi aliquid addamus, puta vocando murenas paruas, quæ dici possunt lampetræ, quibus scantent plurima Galliarum flumina. Murenæ enim maiores sunt his, & proprie marinæ & fluuiatiles non tam crebrò. Aristote. omnibus anni temporibus parere, libro de animalium historia quinto scriptum reliquit, earum coitum fieri circum plexu mutuo supinarum partium tradit. Cum his serpentes item cohærere, marem myrinum vocat, Carniuoras item asserens, ob id Vedius polio admodum crudelis damnata mancipia siue seruos in viuaria murenarum plena demergere solebat, vt illi non subito, sed paulatim in minutissimas partes ab morsibus murenarũ absumerentur, de his cap. quinquagesimo quinto agemus.

Vedíj políóis sęuitia ĩ seruos.

CAPVT .XXIIII.

Selachæ pisces.

PLANORVM, &c. Raiæ & pastinacæ squatinę, plani pisces dicũtur, item torpedo, & qui pro spina cartilaginem habẽt, quos omnes grę co vocabulo appellare possumus σελάχας, id est sine spinis, sola cartilagine obducti, piscis sic nominatur.

CAPVT .XXV.

EST PARVVS, &c. Echeneis qui latine remora dicitur aspectu authore Aeliano est niger, magnitudine par uæ anguillæ: nauem quamlibet magnam non aliter mora- tur, quàm si quis equum indomitum male'que freno obe- dientem ab incœpto itinere per viam vertat. Aristoteles de hoc sic agit. Remora expes omnino est, sed quoniã ha- bet pinnas similes pedibus, hinc fit vt pedibus videatur in stare, pisciculus quidem hic est, saxis assuetus, in cibos non admittendus, nomen à remorandis nauibus adeptus: vtilis ad iudiciorum causas et amatoria veneficia, vt aliqui volunt, hæc ille secundo de historia animalium, capi te decimo'quarto.

Echine is q et remora piscis.

CAPVT .XXVI.

ITEM MILVVS, &c. De animalium historia octauo Dracho nem ait piscem esse littoralem.

CAPVT .XXIX.

LOLIGO, &c. Præter squamosos pisces & lubricos planos'que est & mollium genus ita nuncupatum, quòd ad tactum molle sentiatur, veluti est loligo. Aristoteles quin- to de animalium historia polypos, loligines sepias modo eo dem parere scriptum reliquit, oribus scilicet amotis cõple- xu'que mutuo pariunt ea sui parte quæ fistula dicitur. Por- rò idem sepias omnibꝰ anni temporibus parere tradit, odo re'que escarium capi, ictas tridente mares fœminas iuuare, grauidas præstare cibo cæteris. Et de earum ouis libro quinto de animalium histo ria ait. Oua quæ sæpiæ ædunt magnitudinem myrtorum capiunt & nigrescunt, emisso enim atramento parentis infunduntur, cohærent inter se modo racemi. Tẽ pore verno vterum ferunt, pariunt intra diem decimum quintum. Polypus autem fœmina modo ouis incubat, in ore sui cubilis assidens brachium super ouis expor- rectum tenet. Loligines ac sepiæ breui viuunt, nam exceptis paucis bimatum cõ- plent minimè: polypis tantum datum temporis ad viuendum. Hic modo aucta- rij non obfuerit annotasse quæ voluptati ac commodo fuerint lectoribus de poly- porum natura. Aelianus libro variæ historię voracissimum piscem polypum esse tradit, vaferrimum'que in instruendis insidijs, quòd si defecerit venatio sui ipsius vesci cirris, id est capillamentis brachijs've: in hanc it pedibus sententiam Oppia- nus. Aristoteles tamen ijs refragatur, asserens polypos non brachia erodere, sed ab paguris erodi, quare Plinius Aristoteli applaudens ait, brachia sui rodere falsa opi- nio est. Hic Plinius Hesiodum taxat qui asseruit polypos brachia sua, id est cyrros vt traduxisse videtur Gaza erodere. Porrò Nautilum & Pompilium Plinius idem videtur asserere Aristote. distinxisse libro quarto de animalium historia. Duo, in quit, visuntur genera conchis indita, quorum alterum nautam aliqui vocant, alte- rum Pompilum dicunt siue ouum polypi &c.

Loligo. *Sæpiæ.* *Polypꝰ.* *Polypꝰ vorax & vafer piscis.* *Nautilꝰ & Pompilius.*

CAPVT .XXX.

Ozena.

POLYPORVM GENERIS OZENA, &c. Ozena genus aiunt polyporum, sic enim à graueolentia sibi nomen comparauit. Ozenas enim Galenus libro diffinitionum ait esse profundas in naribus exulcerationes, ex quib⁹ odor ingratus & fœdissim⁹ halitus sentiatur. Aeginita itē Paulus in genere exedentium vlcerum constituit: de quib⁹ amplius in parte medica. Porrò acceptabula hic Plinius vocat brachia polypolorum, quæ alij flagella dicunt, alij cotylidonas, de quibus aliùbi.

Acceptabula. Flagella. Cotylidonæ.

CAPVT .XXXI.

Cancri.

VIVVNT PETROSIS LOCIS, &c. Plura esse genera cancrorum Aristote. quarto de natu. anima. scriptum reliquit. Genus, inquit cancrorum littorale phoenicia fert tantæ velocitatis, vt vix consequi possit, vnde Hippeas, id est equites nominat. Genus item aliud quod magnitudine cancrum non excedat, facie gammaris simile: cãcris omnibus pedes denique cum forcipibus sunt &c. qui plura de his volet adeat Aristotelem.

CAPVT .XXXIII.

Pectines.

PECTINES, &c. Vocant græci pectines κτένες, id est ctenes. Sunt enim pectines siue pectunculi, qui abs quibusdam nunc conchulæ dicuntur, in Tarentino sinu nascũtur bonitate præcipui, vnde Horatius dixisse videtur, pectinibus patulis iactat se molle Tarentum. Aristo. pectunculos in siccitatibus trahere rufum colorem libro. VIII. de histo. ani. ait, perfici anno idem prodit, corrodique à quodam genere vrticæ. LVNATIS, curuis modo lunę quãdo nõ plena est. Striatis, cauitatibus plenis sulcisq; ac diuisuris distinctis. Muricatis, modo muricis formatis, virgulata, virgulis disticta. CVNICVLATIM, modò cuniculorũ, id est fossularũ foraminũ'ue formata. IMBRICATIM, modo imbricis obtorti canalis, quod solet tecto iungi. Imbrices etiam tegulæ sunt curuę, hinc tectum imbricatum. Vndata modo vndarum texta siue coacti textus modo formata. CANCELLATIM, modo cãcellorum, id est lignorum transuersim dispositorum, de quo libro priore diximus. Carinãt, in modum carinæ formant. Carinatum curuum modo carinæ.

Striati. Muricati. Imbricatim. Cãcellatim. Carinare.

CAPVT .XXXV.

SED QVOTA HAEC, &c. Inuehitur Pli. in luxu nedum gulæ, sed & vestimentorum ornamentorumq́ue profluentes: qui non contenti prætiosioribus ac esculentioribus ciborum generibus aliunde quidem auectis, lapillos solicitè indagant, quo splendidius corpora exornẽt, maria sulcantes crebris vndarum fluctibus periculisq́ue eminentissimis sese tradentes, quo niteat articulus gemma insignitus, aut alia corporis pars margarita adornata, cũ tñ sufficeret periculis vesci, nõ vestiri: p̃indè ac si dicat vestimẽta ac corpis cultũ in terra querẽda esse nõ in mari, q̃ enĩ est societas

In profusioris ornat⁹ cultores cítra modũ diligentes.

ſocietas maris fluctibus cum vellere: quo veſtiri debemus: quod & non mare, ſed terra gignit. Et ſubdit. SI tanta ventri cum eo, &c. Hoc eſt, eſto ſocietas ſit magna ventri cum mari: acſi dicat. Eſto mare nobis tribuat cibos eſculentos: quibus admodũ delectemur, eos'que auide inquiramus: non tamen iure licet alia, hoc eſt, luxus irritamenta, puta margaritas conchylia, purpuram: tam ſolicite & quidem non citra pericula indagare: quo corpora noſtra ornemus: quando ſufficeret vti iis quę ad vitę ſuſtinẽdæ vſum ſunt. Et ſubdit. HAS mittit occeanus, &c. Tacitus de vita Iulij agricolæ Britanniam aurum: argentum alia'que metalla. item & margaritas: ferre ſcriptum reliquit Iulius Solinus In polyhiſtore, de his etiam ſic ait Pliniane lectioni aſtipulans. Margaritas legũt plurimas maximas'que, Cõchę ſunt, in quibus hoc genus lapidum requiritur. Quę certo anni tempore luxuriante conceptu ſitiunt rorem velut maritum cuius deſiderio hiant. Et cum maxime lunares liquantur aſpergines oſcitatione quadam hauriunt humorem cupitum, ſic concipiunt grauidęque fiunt, ac de ſaginæ qualitate reddunt habitus vnionum. Nam ſi purum fuerit quod acceperint candicant orbiculi lapillorum. Si turbidum, aut pallore langueſcunt, aut ruffo innubilantur. ita magis de cœlo quàm de mari habent. Denique quoties accipiunt matutini aeris ſemen fit, clarius margaritũ: quoties veſpere fit obſcurius: quanto'que magis proficit lapidum magnitudo: ſi repente micauerit corruſcatio, inte mpeſtiuo metu comprimuntur: claues'que ſubita formidine vitia contrahunt abortiua, Aut enim per paruuli fiunt ſcrupuli: aut inanes, Conchis ipſis ineſt ſenſus: partus ſuos maculari timent. Cum'que flagrationibus radijs excanduerit dies: ne fuſcentur lapides ſolis calore ſubſidunt & ſe profundis gurgitant: vt ab æſtu vincantur. Huic tantum prouidentię ætas opitulatur. Nam candor ſenecta diſperit: & grandeſcentibus conchis flaueſcunt margaritæ. Nunquã duo reperiuntur, vnde nomen vnionibus datum. Vtra ſemunciales inuentos negant, hæc ille. Subnectit Pli. ELENCHOS appellant, &c. Elenchos auribus matronarum affigi ſolebant, ad hoc facit illud Iuuenalis carmen.

Margaritę vbi reppeiantur. Conchę

Auribus extenſis magnos commiſit elenchos.

Elenchi

Siquidem inquit Pli. Cum id fecere Crotala appellant Margaritę. Crotala dicuntur vbi ſonum rediderint. Crotalum enim alij crepitaculum inſtrumentum muſicum interpræ tantur: quod laminis pulſabatur: alij anulum aureum, qui ferreo baculo percutiebatur, ad ſonum fiſtulæ reddendum. Comperio etiam magiſtrorum mutorum lectione Crotalum calamum eſſe ſciſſum, vt efficere ſonum queat. Si quis manibus verſet: alij ab inſtrumento muſico dictum volunt deflexo ἀπὸ τοῦ κρούω, id eſt, pulſo (ait Pli.) Pondus ad hoc æui ſemunciæ pauci ſingulis ſcrupulis exceſſere, &c. Hoc pondus æquat ſex & octoginta ceratia & beſſem. Ceratia pendere ſemiobolum legimus, De margaritarum pondere precio'que affatim Budæus homo multo rerum vſu inſignis ſecundo aſſis, Spiris. Spiræ ornamenta capitis matronarũ circulorũ reuolutionum'que, ac anguium modo formata. Porrò vbi legitur. NVNCVPATIONEM tabulis probare, &c. Legerim aucupationem, ab aucupari quod eſt artificio quodam & ſolertia quærere. Subdit Pli. DVO fuere maxime vniones, &c. Hi vt idem ait fuere taxati cẽties ſeſtertium, hoc eſt, aureis ducentis & quinquaginta millibus, vt Budęo placitũ video: qui affatim de his & quidem ſcite meminit libro ſecundo aſſis, cuius ſenſa ſcita'que pluries omitto: ratus neminem non eius monumenta habere. Vnionum Lolliæ Paulinæ meminit Iulius Solinus, his verbis. Dat littus britanicum margaritas, Diuus Iulius thoracem (Sic enim vocant pectoris munimentum, Veneri genitrici in templo eius dicauit e britannicis factum, ſubiecta inſcriptione, Teſtatum eſt Lolliam Paulinam Caij principis coniugem vulgatum eſt habuiſſe tunicam ex mar-

Crotalũ

Margaritarum põdus.

Lolliæ paulinæ luxus.

garitis sestertio tunc quadringenties æstimatam, Cuius parandæ auaritia pater ipsius spoliatis orientis regionibus exasperauit C. Cæsarem offendit Augusti filium interdicta'que amicitia principis, veneno interijt. Et subnectit Pli.

NON dona prodigi principis fuerunt, sed auitæ opes, &c. Non ea erant dona ex patrimonio Caij principis, sed spoliationes opes què, quas vsurpauerant aui eius: auorum igitur erant opes, non principis Caij, sed Tyberij & aliorum. Cæterò Pli. hic inter tot luxus, fabricium frugalissimum virum subnectit: vbi prodigalitatem Paulinæ ac Caij monstrauit dat censendum quenam potior videatur laus eorum scilicet vel Fabricij viri continentissimi & frugalitatis studiosi non auaritiæ nec luxus. COM putet, inquit, nunc aliquis ex alia parte, &c. Citauit enim Pli. Curium Romanum ciuē exactissima frugalitate, item & Fabricium, quorum vita multum abest à luxu antelatorum principum. Nota & curij, ac fabricij, frugalitas, historia'que eorū. A Tilla corollariū. Corollariū id quod additū est pręter debitum. PANTHEO, pantheum Romę tēplum dictum quòd Martis Veneris'que sub imaginibus ipso templo constitutis omnium Deorum imagines effictæ erant summum deorum etiam dici potest. Porrò Vnionis Cleopatræ etiam meminit Macrob. tertio Satur. Plinio astipulans penitus.

(Margin: Fabricij frugalitas cum lolię prodigalitate collatio. Curius frugalis vir. Corollarium. Pātheū)

CAPVT .XXXVI.

PVRPVRAE VIVVNT, &c. Allusit ad Aristote. assertionē, libro quinto de animaliū historia, sic inquiētis. Tempus viuendi purpuris: & buccinis lōgum, annos enim circiter sex purpuræ viuunt, & singulis annis incremētum earum patet per orbes, quibus totidem, quot annos habent purpurarum genera plura: & nonnullæ magnitudine insigni augentur, vt quę ad Sigeum & Lectum Idę promontoria gignuntur, alię paruę, vt quas Euripus fert: & Caria, tempore caniculæ nullæ ferè capiuntur: non enim tantisper pascuntur. sed se abscondunt: capiuntur tempore verno: florem suum inter papauer dictum & collum continent, textu spissiore, aspectu veluti membranæ candicantis, quam detrahunt: tingit hæc pressa & inficit manum, hęc ille, & multa id genus. SALIVANT, &c. Saliuare dicitur sanum facere: qua vocis appellatione acceptione'que: vsus est Columel. libro sexto, his verbis. Tunc panacis eryngij radices fœniculi seminibus miscendæ, & cum defruti ac molliti tritici farina candenti que aqua conspergēdæ, eo'que medicamento saliuandum ægrotum pecus. Sunt qui saliuare accipiant pro saliuam emittere. Porrò Murices corneum os. Arist. quarto de animalium historia scriptum reliquit. Subdit Pli. EXCIPIENTES Tyrij, &c, à Tyro purpura Tyria dicta omniū prestantissima: cuius Strabo meminit decimo sexto, ijs verbis. Tyria enim purpura optima omnium perhibetur, ac piscatio ipsa proxima, & cætera omnia quę ad inficiendas vestes pertinent, abundè habet. Et quāquàm maxima huiuscemodi officinarum multitudo vrbem reddant grauiorem, tamen ob hanc virtutem locupletior efficitur, & non solum à regibus, sed à Romanis libertate donati sunt, hæc illæ. Purpura certè quam Porphyram. Alij dicunt omnium est voracissima conchyliorum: cruori eius vt ita dicamus dignatio est pręcipua lanis tingendis, si præsertim lapidis ictu semel cædatur, vt ait Aelianus: qui tria purpuræ genera ponit, Violaceam, Rubram, Tarētinam: & dibapham tyriam, hoc est, bis sanguine saturatam, siue bis tinctam. Aduertendum hic, cōchylium muricem, & ostrū pro eadem nota sumi: pro purpura scilicet: quare Vergilius ait. Tyrio'que ardebat

(Margin: Purpura quot annis viuat. Purpurarū genera. Saliuare quid. Tyria purpura. Purpura porphyra.)

ardebat murice læna & aliubi de ostro. Gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro. Victruuius tamen quid discriminis ponere videtur: de quo acturi sumus aliubi. Subdit Pli. HINC fasces securesque, &c. Hoc est, honores magistratus à purpura faciunt: ad quod facit carmen id Vergil. secundo georgicon.

Non illum populi fasces non purpura regum

Erat enim purpura Romanorum insigne: quare Plutarchus ait in Crasso. Fertur eo die Crassum nõ purpureum (vt Romanorum imperatorum mos erat) sed atro paludamento ad milites processisse. Vnde purpura consueuit pro magistratu poni: vti conijcere licet verbis Plinij, libro sequenti, ca. de gallis. xxi. quando ait. Romana purpura, id est, magistratus summus. Per fasces igitur Pli. & per secures magistratus intelligit: quoniam consules. xij. habebant lictores, qui gestabant virgarum fasces securibus alligatos. Quare purpurati, qui apud principes dignitate anteirent, vnde Cicero libro primo Tusculanarum. Istis queso, inquit, ista horribilia minitare purpuratis tuis. Et Horatij id. Et purpurei metuunt tyranni. DISTINGVIT (ait Pli.) AB equite Curiam, &c. Ros ille, id est, purpura distinguebat ipsos senatores consulesve ab equestri ordine. Allusit enim Pli. verbis antelatis ad purpuram magistratuum, & ad eam qua pudor ingenuitatis significatur, & ad sacerdotalem prętextam, qua sacris operantes vtebantur, diuidebat certè, siue distinguebat senatum ab ordine equestri. pretexta enim vtebãtur senatores, sic dicta: quia purpura circunducta erat. Cum ergo ait Pli. Distinguit ab equite curiam, intelligit purpuram distinguere curiam, id est senatum, ab equite, hoc est, ordine equestri. Et subdit Pli. VNDE conchylijs precia, &c. Honore conchylia habita summo testatissimus est author Cicero in Philippica secunda, inquiẽs. Conchyliatis Gnæi Pompei peristromatis seruorum in cellis lectos stratos videres. Quamobrem desine mirari hæc tam celeriter esse consumpta: non modo vnius patrimoniũ quàmuis amplum, vt illud fuit, sed & vrbes & regna tanta nequitia deuorare potuisset.

Purpura pro magistratu. Fasces. Purpurati.

Cõchylia in honore habita.

CAPVT .XXXVIII.

CAPI EAS, &c. Hoc caput nec antelatum nihil habent fuscedinis, pręter quędam, perpendum autem vbi legitur. MEDICAMINIS LIBRA AQVARI, &c. Sic Hermo. putat legendum, non equari: suspicarer vel legẽdum esse liquari. Aquare notũ est notare haurire aquã aut per eam ire ac ferre aquã: quod autem suspicari me facit legendum esse liquari, verbum est feruere, paulò superius enunciatum, & verbum quod subnectit liquatis, quãdo ait. DECIMO fermè die liquatis, &c. Nec possum mihi persuadere ritè aquari legendum esse. ob quod dixit paulò superius. AQVAE amphoris, &c. Non tamen hoc pro comperto ac recoepto damus, sed candidè monemus censendum que lectoribus relinquimus. CORTINA, &c. vase, in quo pigmenta & lanæ coloresque coqui solent. ELVTRIATVM, &c. De vase in vas translatum: quod transuasare alij dicunt. AMETHYSTI color, &c. Hoc est, color minime ebrius, quasi sobrius, hoc est, violaceus: non niger & non nimis dilutus. HOMERO purpureus dicitur sanguis, &c. Vocauit etiam poeta is mortem purpureã: quod aliqui sanguinariam interprętãtur vel nigram, sed quę vna inferatur plaga, purpurea dicitur: velut Aelianus scribit ictu tantũ vno à Porphyreis, hoc est, purpurarijs viuentem conteri purpurã, Non obfuerit citasse Homeri

Perpende hic lector legẽdũne sit aquare ex Hermo. an liquari.

Elutriatus.

Purpurea mors.

se Homeri verba vbi mortem vocat purpuream sunt τὸν δ᾽ ἔλαβε πορφύρεως θάνατος, καὶ μοῖρα κραταιὴ, hoc est, Cepit verò hunc purpura mors, & parca fortis.

CAPVT .XXXIX.

Purpura apud Ionios in præcio.

Trabea

PVRPVRAE VSVM ROMAE, &c. Purpurã nedum Romanæ genti peculiarem verùm Ioniæ Athenæus libro. xii. dipnosophiston testatur, de Ionum Luxu agens his verbis. Theopõpus autem libro decimo quinto author est mille viros Colophoniorum per vrbem errantes videri solitos in veste purpurea quod regibus tũ rarum erat & magno studio affectatum purpura enim argento rependebatur: hæc ille. subdit Pli. SED Romulo in Trabea, &c. Trabea profecto Romulus vsus est. Erat enim Trabea genus vestis cuius species dicuntur tres: vna quę dijs sacrabatur tantum purpura constans: alia quid albi obtinens ac purpurę: tertia auguralis cocco & purpura mixta. Erat autem vestis togata purpura texta, sub tegmine puniceo quam aureę fabilę annectebãt. Trabea proprie regum erat: quare cecinit Vergil. Ipse quirinali lituo parua'que sedebat succinctus trabea læna'que ancile gerebat. Trabeati inde dicti, quare cecinit Ouidius.

, Hoc igitur vidi trabeati cura quirini
, Cum rudibus populis annua iura daret.

De prætexta nihil ago: quod abundè tractarit Macrobius primo satur.

Latior clauus.

Dilutus color.

LATIORE CLAVO, &c. Hoc est, veste senatoria: cuius meminit Horatius senatorem describens, primo sermo. Et latum dimisit pectore clauum.
, Et Martialis. Et lato variata mappa clauo. QVA purpura quis, &c. Perinde ac dicat, omnes triclinia tapetis purpureis ornant, ac conuiuia splendida agunt. CONCHYLIATA veste, &c. Purpurea. HVMANI potus excremen. &c. Hoc est, vrina. TANTO'QVE dilutior, &c. Dilutus color dicitur cum veluti aqua adhibita minus est intensus, porrò vt nihil prætereatur, quod indigeat enodamento quando Pli. ait. QVA purpura quis, inquit, non iam triclinaria facit, &c. Videtur ad antelata allusisse libro pręfato, ca. xlviii. ad triclinaria babylonica alludens, hoc est, ad tapetas triclinares: quibus triclinia sterni solent. Cæterò vbi legitur. IVS temperaturæ, &c. Budæus. Vis temperatur aqua, legit.

CAPVT .XL.

Purpura in medicamentis.

DRECIA MEDICAMENTO, &c. Fit equidem medicamẽtum ex purpuris humano vsui peraccõmodum. Nam cinis purpurarum præclarum dẽtifricium facit, is siccat carnium excrescentias reprimit'que: vlcera purgat, & ad cicatricem perducit, vt Dioscorides libro secundo, ca. quarto docuit. Legimus item purpurarum testas oleo decoctas contra fluentem capillum inungi, Easdem'que in aceto potas lienũ tumores contrahere: & locorum præfocationes secũdas'que à partu pellere, vt Paulus Aeginita, libro sexto docet.

CAPVT .XLI.

NON EST SATIS, &c. Amethyſtum ferunt gemmam eſſe purpuream à colore violæ dictam, vnde color amethyſthynus purpureus dictus. Et Tyriamethyſtus quaſi duplex purpureus. Et quia in colorum rationem incidimus, nõ obſuerit hic aliquid admouiſſe, quod fuerit huic capiti auctarium. Colorum enim duplex quondam ratio fuit. Naſcũtur enim aliqui & exigua aut nulla hominis opera ad tẽperaturam indigent. Finguntur cõtra aliqui, & ſiue hominis opera nulli ſunt. Naſcũtur vt ochra, minium, chryſocolla, fingebantur quondam atramentum: ærugo hyalos, vt vidébimus paulò fuſius libro trigeſimo tertio, ca. decimo tertio. Purpurei enim colores fiũt vt ſcriptum reliquit Vitruuius libro ſeptimo, ca. decimo quarto ait. Infecta creata rubiæ radicæ, & hyſgino. non minus & ex floribus alijs. Cæterò perpendendum hic vbi legitur: vt fieret bis biſſinum, legendum potius hyſginum: non bis biſſinum. Nam hyſginum color eſt ſimilis coccineo: quare græci ὑγινοβαφὲς veſtes appellãt, hoc eſt, hyſgino tinctas, Pli. libro vigeſimo ſecũdo ait. Hyacinthus in gallia maximè prouenit. Hoc ibi pro cocco hyſginum tingit, &c. Porrò Coccus, ſiue granum, quo reges quondam à priuatis diſcernebantur maximo honore habitum eſt. Naſcitur enim coccus in ilice, vt ait Theophraſtus tertio de hiſtoria plãtarum: quare Pli. libro vigeſimo quarto, ca. quarto, coccum ilicis vocat. Cocco enim vtimur in laneis veſtibus hoc enim ſcarletũ vulgo noſtrates vocãt: quod verò in ſerica veſte cremeſinum appellant: non eſt abſimile cocco: probatur coccus naſcens in Galatia & Armenia vt ait Dioſco. libro quarto.

Amethyſtas.

Natiui colores, & colores ficti.

Hyſginum carpit manifeſta menda, nõdum aĩaduerſa.

Coccus vulgo Scarletũ

CAPVT. XLII.

CONCHARVM GENERIS, &c. Pinna animal ne ſit vel planta ambigitur authore Ariſto. de animalium hiſto. octauo prodẽte his verbis. Sunt enim maris nonnulla, quę ambiges animal ne ſint vel planta: hærent enim: & detracta plura & id genus pereũt: verbi gratia. PINNAE adhærent, &c. Pinnarum etiam meminit libro quinto his. Cõchæ, chamæ, vngues, pectines locis arenoſis ſui ortus initia capiunt. Pinnę erectę locis arenoſis cœnoſiſque ex byſſo, id eſt, villo ſiue lana illa pinnali proueniunt: quę cuſtodem intra ſe continent aut ſquillam paruã aut cãcellum quo quidem cuſtode priuatæ. PEREVNT breui tempore, &c. Paruam enim ſquillam Pli. hic Pinnophylacem, id eſt, pinnæ cuſtodem vocat. Pinnotherenim cuius hic Pli. meminit. De eo fit etiam mentio apud Ariſtotelem quo diximus loco: porrò de Rana piſcatrice cuius hic fit mẽtio. Sic meminit Ariſto. libro de hiſtoria animalium nono. Rana, ait, his quę gemina ante oculos ſuos dependent, quorum fila capilli ſpeciem referunt, ſed poſtrema rotundis quibuſdam præpilãtur, quaſi eſcę cauſa additis: his inquam, vbi locis arenoſis aut fæculentis obturbato ſolo ſe abſconderit piſcatur attollens illa ſibi pendentia fila: dum enim piſciculi occurrunt: & capita machinamẽti penſilis pulſant ipſa ſubtrahens fila, allicit donec in os ſuum eos adducat. Torpedo, piſces quos appetit: afficit ea ipſa quam ſuo in corpore continet facultate torpendi: atque ita retardatqꝫ pręſtupore capit, & veſcitur: abdit ſe in arena aut limo: tũ piſces qui adnatantes obſtupuerint corripit: paſtinaca etiam ſe occultat. Sed nõ ſimili modo: hæc Ariſtoteles.

Pinna.

Squilla parua.

Rana piſcatrix.

Torpedo.

CAPVT. XLIII.

Scolopendrę pisces.

SCOLOP. TERRESTRIBVS, &c. Hic Pli. allusisse videtur ad assertionem Aristo. asserentis, libro nono de historia animalium. Centipedas, id est, scolopendras marinas: hamo deuorato, sua euomere intranea: donec hamum deijciant. Plutarchus tamen non in eam it pedibus sententiam eo libello, quē scripsit de ijs qui sero puniuntur adeò non intranea euomere, sed se inuertere testatur: quando ait ὥσπερ αἱ θαλάττιαι σκολόπενδραι καταπιοῦσαι τὸ, &c. quod nihil notat aliud: quàm, Queadmodum scolopendrę marinę absorpto hamo seipsas inuertūt. Verbum enim ἐκτρέπειν inuertere notat: non euomere: nisi hoc illum putes voluisse intelligere stomachi inuersiones & vomitus: quod non possum mihi satis persuadere: ob quod subnexuit ἑαυτας, id est, seipsas: quare hoc iudicet pro captu quisque lector: monemus candide, non præcipimus.

CAPVT .XLV.

Vrticæ.

EQVIDEM ET HIS SENSVM, &c. Vrticæ & spōgiæ tertiam ex vtroque naturam quodammodo habere dicūtur. Nam nec planè eas dixeris frutices: nec animalia. Vrticarum duplex esse genus Aristo. scriptum reliquit, libro de historia animalium quarto: alterum corpore paruo, quod cibo aptius est, alterum maiusculo duroque quale circa Chalcidem Euboię nasci produnt. Vrtica, inquit Aristo. sui generis cernitur, quippe quę adhæret saxis more nōnullorum intectorum testa & interdum abiūcta vagetur. Nulla huic testa, sed corpus omni ex parte carnem præ se fert: sentit & manū admotā corripit: adhæretque perinde ac polypus suis brachijs, ita vt caro intumescat: os in medio corpore continet, & de saxo quasi de testa viuit. Prænatantes pisciculos excipit: retinetque,

Spōgię Spōgiarū tria genera.

porrò spongiarum idem meminit libro quinto, his verbis. Genus spongiarum triplex est. Nam aliæ raræ, aliæ spissæ, alię quas nominat Achilleas, tenuissimum genus achilleum validissimumque quod galeis ocreisque inseritur: eoque minus ciere strepitum posse notatum est: genus hoc rarum inuentu. Quę autem in genere illo spisso prædurę sunt, atque asperæ, nomine hirci nuncupantur, sensum etiam spongijs inesse aiunt, argumento, quòd ad euulsoris accessum contrahuntur, ita, vt euelli difficile sit, hęc ille. Quod igitur Pli. genus vocat Tragos, id est, quod hircinum appellauerimus iure, nam τράγος, id est Tragus, hircus dicitur.

Tragus

CAPVT .XLVI.

Canicula.

CANICVLARVM, &c Caniculam ex mustelarum genere piscium semel anno parere testatur Aristo. libro de historia animalium sexto, qui plura de his volet, adeat Aristo. eo quo diximus loco.

CAPVT .XLVII.

Sacer piscis qui dicatur. Diligēs annotatio.

CERTISSIMA EST SECVRITAS, &c. Perpendendū hic qui nam sint pisces quos sacros hic appellat. Fuit enim diu apud eruditiores disputatum quisnam esset piscis sacer, quē græci ἱερὸν ἰχθὺν, id est, ieron, ichthyn. Sunt enim qui intellexerint Pompilum piscem cuius meminimus. Plutarchus autem in commentariolo, quo queritur Vtris maior insit prudētia, terrestribus an aquaticis Anthiā piscē Homerus ἱερὸν ἰχθὺν dixit

dixit. Aristo. Anthiam vocat piscem sacrum. Athenæus refert sacros dici pisces delphina & pompilum. Huius rei affatim meminit Cælius libro. vii. Vrinantes sese natando mergentes, quos iure alio verbo dixeris σπογγοθήρας, hoc est spongotheras. Porrò quod de pulmonibus hic ait Aristo. quinto de histo. anima. inter testacea spontè euenire scriptum reliquit. Idē meminit Stellæ piscis, cuius hic fit mētio his verbis. Quæ vocatur stella, adeò natura calida est, vt omnia protinus tacta decoquat. detrimento etiam summo echinis Euripi Pyrrhenei eandem esse confirmant. Quinetiam qui pulmones appellantur, spontè proueniunt.

Vrinantes.

Stella piscis.

CAPVT .XLVIII.

NEC VENENA CESSANT DIRA, &c. Nedum terra, sed & mare venena gignit. Testis est lepus marinus, qui fertur similis loligini, è cuius cibo, aluus dolore vexatur. Sudor adest graui odore, superaccedit biliosus vomitus, vt scriptum reliquit Diosco. libro sexto. Item pastinaca marina, cuius morsu indomitæ dolorum vexationes proueniunt, continuæ itidem conuulsiones, labor, vigilia, lāgor, mētisque alienatio, vt Diosco. docet lib. antelato.

Lep⁹ marinus.

CAPVT .XLIX.

MORBOS, &c. Languere pisces famescereque palàm est, & morbis affici, quo fit vt Columella libro rei rusticæ octauo præceperit piscibus dandam esse escam, ficus scilicet & nuces digitis infractas. Item caseum recentem, & id genus.

Esca piscib⁹ danda.

CAPVT .L.

QVONAM MODO, &c. Aristoteles quinto de historia anima. de coitu piscium sic agit. Pisces omnes exceptis planis carthilaginei generis admotis inuicem partibus supinis copulantur. Plani autem eius generis ij demque habentes caudam, vt raia, pastinaca, & reliqua huiuscemodi. Non solum admotis supinis, sed etiam tergo fœminarum supinis mariū superpositis, modo cauda nulla ob crassitudinem sit, coeunt, morantur enim diutius in coeūdo ea quæ animal generant, quàm quæ oua. Testes pisces non habent sed binos meatus, qui fœtifico semine quando tempus coeundi accesserit, implentur, hęc ille.

Pisces quō coeunt.

An testes habeant.

CAPVT .LI.

DISCIVM OVA IN MARI, &c. Pisces oua pariūt omnes, qui squammis teguntur, vt lupus, mugilis &c. vuluā inferius positam habere scriptum reliquit Aristo. vi. de histo. anima. De coitu autem piscium affatim meminit libro. v. cap. iiii. cuius iam meminimus. Mollia enim genera pisciū idest polypos, loligines, sæpias modo eodem coire idem scriptum reliquit, libro eodem, oribus scilicet inuicē admotis cōplexu mutuo brachiorū libidinē explere, ergo polypis coitus, cū alter capite vulgo appellato in terrā verso, nitibūdoq; explicat, porrigit sua brachia alter superuenit, passisque brachijs singulis ad singula subiacentis acceptabulorum conceptu mutuo adhærescere. Sępię ac loligines ora applicantes coeunt, & brachia inter se componentes natantesque, hec Aristoteles. Ad cuius sententiā hic applausit Plin. Acus marina, quæ græcis dicitur βελόνη, idest belone, gracilis est ac sinuosa, iustū

De coitu piscium ex Aristo.

vteri tempus non expetat, quum vna partus abrumpat, matrem'que interimat, vt ait Aelianus. Capita duo sequentia nihil habent fuscedinis, quare omissa.

CAPVT .LIIII.

Viri nominati à piscibus.

OSTREARVM VIVARIA, &c. Viros insignes sibi abs piscibus nomina asciuisse palàm est. Testes sunt Licinij, qui murenæ cognominati, testis est Sergi⁹, qui ab aurata pisce, Orata dictus est, quòd ei pisces, vt ait Macrobius tertio saturna. qui auratæ dicuntur charissimi fuerint. Hic, inquit Macrobi. est Orata Sergius, qui primus habuit balneas pensiles. Primus ostrearia in baiano locauit, prim⁹ saporem ostreis lucrinis adiudicauit. Fuit autem ætate Lucij Crassi illius diserti, qui quàm grauis habitus sit, vt Cicero docet. Piscinas autem quàm refertas habuerint preciosissimis piscibus Romani illi nobilissimi principes Lucius, Philippus, & Hortensius: quos Cicero piscinarios vocat, etiam illud indiciũ est, quòd M. Varro in libro de re rustica Marcum Catonem refert, qui periit vticæ post quum heres testamento Luculli esset relictus. Horum etiam meminit Columella octauo rei rusticæ, cuius verba subtexui quòd congrua sint his. De piscinis piscibus'que alendis hæc ait. Harum rerum studia maiores nostri cœlebrauerunt, adeò quidem, vt etiam dulcibus aquis marinos clauderent pisces, atque eadē cura mugilem, scarum'que nutrirent, qua nunc murena & lupus educatur. Magni enim æstimabat vetus illa Romuli & Numæ rustica progenies, si vrbanę vitæ comparetur villatica nulla parte copiarum defici, quamobrem nō solum piscinas, quas ipsi construxerant frequentabant, sed etiam quos rerum natura lacus fecerat, cōuectis marinis seminibus replebāt, inde velinus, inde etiam sabatinus: & item Mulsinensis & Ciminus, lupos auratas'que creauerũt, ac si qua sunt alia genera pisciũ dulcis vndæ tolerantia, mox istam curam sequens ætas aboleuit, & lautitiæ locupletũ maria ipsa, Neptunum'que clauserunt. Et paulò post subdit. Itaque Terentius Varro. Nullus est, inquit, hoc sæculo nebulo, ac rynthon qui non iam dicat nihil interesse, vtrum eiusmodi piscibus, an ranis frequens habeat viuarium. Attamen iisdē temporibus quibus hanc memorabat Varro luxuriam, maximè laudabatur Catonis seueritas, qui nihilominus & ipse tutor Luculli grandi ęre sestertium milliũ quadringentorum piscinas pupilli sui venditabat. Iam enim cœlebres erant delitię popinales, cum ab mari deferrentur viuaria, quorum studiosissimi velut ante deuictarum gentium Numātinus & Isauricus, ita Sergius Orata, & Licinius Murena, captorum piscium lætabantur vocabulis, hæc ille. MANGONIZATAS villas, &c. Artificio aliquo ac lenocinio cōpositas, vt pluris vęnire possent. Et subdit Pli. HORTENSIVS Lucullus exciso etiam monte iuxta Neapolim, &c. Allusit ad Varro, assertionem ita. iii. rei rusti. inquientis. Contra ad Neapolim L. Lucullus posteaquam perfodisset montem, ac maritima immisisset flumina in piscinas, quæ reciprocæ fluerent, ipse Neptuno non cederet de piscatu &c. Aedificauerat Euripum, Piscinam. Est etiam Euripus ductus aquarum aliunde deductarum in sublime salientium, hic verò pro piscina.

Orata Sergius ostrearia primus inuenit.

Piscinarij viri q vocati à Cice.

Piscinæ q̃to i p̃cio ex Colum.

Mãgonizatus.

Euripus p̃ piscina hic accipitur.

CAPVT .LV.

Crassus murenarũ amator.

MVRENARVM VIVARIVM, &c. Claris historiarũ monumētis proditũ est Crassum fuisse mirè studiosum murenarũ & amātissimũ, adeò, vt i viuario eas coleret, vna em̄ earũ ei⁹ vocē cognoscebat ad manũ eius vocata veniēs, qua extīcta ab eo defleta dr̄,

& tumulo dignata, qui cum eam ploraret ei dixisse fertur Dionysius. Ploras murenam Crasse: at ille. Sanè inquit. Tu autem tris à te elatas vxores minimè ploras. Porrò quod Plinius hic ait de C. Hircio, ea ex penu Varronis tertio rei rusticę desūpta videtur, qui ait C. Hircius circum piscinas suas, ex ędificijs duodena milia sextertia capiebat, eam omnem mercedem escis, quas dabat piscibus consumebat. Nō mirum vno tempore enim memini hunc Cęsari sex milia murenarum mutua dedisse in pondus, ac propter piscium multitudinem quadragies sestertio villam vęnisse, hæc ille. Huius etiam rei meminit Macrobius tertio saturna. Quadragies enī sester. centum aureorum millibus valet.

Scitu ad modū dicteriū Crassi.

C. Hircius studiosus murenarū.

CAPVT .LVI.

COCHLEARVM VIVARIA, &c. Plura esse cochlearum genera Varro tertio rei rusticæ scriptum reliquit, vt minutæ albulæ, quæ adferuntur ex reatino, & maximè quæ de illyrico apportantur, & mediocres, quæ ex Aphrica adferuntur. Non, ait, quod in his regionibus quibusdam locis, eæ magnitudinis non sint dispariles, nam & valde amplæ sunt, quædam ex Aphrica, quæ vocātur solitanæ, ita vt earum calices quadrantes octaginta capere possint, hæc Varro.

Cochlearū gña

CAPVT .LIX.

HEC DE ANTHIA, &c. Meminit huius piscis Aristoteles, de animalium historia nono, his verbis. Quo in loco anthias sit, nullam ibi beluam esse est inconfesso, quo iā iudicio secure spongiatores vrinātur, & sacrum hunc ob eam rem nominant. INVNCAT, &c. Vnco quodammodo rapit. CENTONIBVS: Cento velum laneum, aut quicquid lana aut tomento confertum. Item rusticum vestimentum ac genus stragulæ, de quo aliubi agemus. Cætera capita nihil habent nubili, quare iure à nobis omissa.

Anthia

Cento.

Commentariorum in Nonum Plinij Secundi, Naturalis hystoriæ, scriptoris argutissimi.

FINIS.

IN DECIMVM

PINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE ARGVTISSIMI SCRIPTORIS LIBRVM, STEPHANI AQVAEI BITVRICENSIS, VIRI EQVESTRIS,

COMMENTARIA.

De struthione.

SEQVITVR NATVRA AVIVM, &c. Quadrupedũ natura affatim explanata iure auium dotes, naturæque tractandæ sunt. Iure ꝑfectò à Struthione auspicatur quando ei⁹ natura, ac magnitudo mirabilitatẽ ꝑferat. Nec iure Struthionẽ auem dixeris, qñ sit ancipitis naturę. Struthio enim africus, partim auem, partim quadrupedẽ pręfert, vt scriptum reliquit Aristo. iiii. par. anima, quippè qui non vt quadrupes pennas habeat, vt non auis sublimis non volat, nec pennas ad volandũ commodas gerit, sed pilis similes. Itẽ quasi quadrupes sit, pilos habet palpebræ superioris & glaber capite & parte colli superiore est, itaq; cilia habet piloslora, sed quasi auis sit, infra pennis integitur, bipes etiam tanquam auis: bisulcus tanq̃ quadrupes est, non enim digitos habet, sed vngulam bipartitã, quarum rerũ causa est, ꝙ magnitudine non auis, sed quadrupes est. Nõ certè mirari subit eius magnitudinẽ quando Strabo geor. xvi. referat apud struthophagos, aues esse ceruorũ magnitudine.

Coni bellici.

CONOS BELLICOS, &c. Curuaturas in sũmitate galeę ꝓminẽtes, sup quas cristę ponũtur plumeę, quib⁹ eqtes vti solet

CAPVT .II.

Phœnix.

AETHIOPES ATQVE INDI, &c. Aethiopiam Arabiãque, aues diuersi coloris ferre palàm est, & pręcipuè rarã auẽ Phœnicem. Hic Plí. Herodoto astipulari videtur de phœnice ita inquientis lib. ii. Coloris partim rubidi maxima ex parte cum habitu, tũ magnitudine simillimus aquilę, eum aiunt ex Arabia proficiscentẽ in templum solis gestare patrem myrra obuolutũ, & in eo templo humare &c. Philostra. lib. iii. in vita Apol. auẽ hanc soli sacrã scriptũ reliquit. Verba Philostr. sunt. Auẽ, ait, phœnicẽ esse percredim⁹, q̃ quinquagesimo quoq; anno in Aegyptũ veniẽs, hanc ipsam Indiã superuolat. Aiũt autẽ vnicã tm̃ hanc auẽ esse, & ex se radios emittere, atque auri colore fulgere. Magnitudine verò, formaq; aquilę in nido cõsidere, quẽ propè Nili fontes ex aromatib⁹ ipamet sibi cõstituit. Hęc verò q̃ de ipsa decãtẽt Aegyptij, quo pacto in Aegyptũ deferatur, ipsi etiã Indi testificãtur sermoni cõsentiẽtes &c. Vnicũ autẽ esse testatur Philostra. an verò vnus sit, Plí. hęsitat. Oui. vnicã auẽ appellat hoc carmine. Et viuax phœnix vnica semper auis. Et Lactã. Hoc nemus, hos lucos auis incolit vnica phœnix vnica si niuet morte refecta sua. Claudianus eleganter formam phœnicis explicuit hoc carmine.

Cingit

, Cingit honor rutilo, cognatum vertice sydus
, Arcani radiant oculi iubar, igneus ora
, Attollit cristatus apex tenebrasque serena
, Luce secat, Tyrio pinguntur crura veneno.
, Ante volant zephyrum pennæ quas ceruleus ambit
, Flore color, sparsoque simul ditescit in auro.

Meminit auis huius Oui. x v. meta. Cornelius Tacitus. v. histo. de anno auis hu-
iusmodi etiam meminit. De numero, ait, annorum phœnicis varia traduntur, ma
ximè vulgatum quingentorum spacium. Sunt qui asseuerent mille quadrigētos
sexaginta &c. Solinus eadem quæ Pli. hic de phœnice narrat. Rhenanus hic non
legit Manlius, nec Manilius, sed M. Amulius. Ego certè scitissimè lego Manli⁹, eũ- Manli⁹.
que puto quem annales feruntiuris põtificalis peritissimum. Hic iudex inter Ma
cedones accusatores & filium constitutus, audita causa ita in filium pronunciauit.
Cum probatum sit Silanum filium meum pecuniam accœpisse, ipsum Repub. &
prole mea indignum iudico, protinusque conspectu meo abire iubeo. Silanus ita-
que filius eius dolore animi percitus, proxima nocte se suspendit, neque pater exe
quijs interfuit, author Vale. titulo. seueritatis. IN COMITIO, &c. Comi-
Comitium hic pro loco non procul à foro. MAGNI CONVER- tium.
SIONE ANNI, &c. Libro secundo meminimus affatim magni anni,
quare non collibuit amplius agere.

CAPVT .IIII.

EX HIS QVAS, &c. Ex his auibus quas nomi-
nauimus, honor maximus est aquilis. Aquilarum genera plu- Aquila-
ra esse testatissimum reliquit Aristot. libro. ix. natu. anima. rũ gña.
cap. xxxii. Vnum quod Pygargus ab albicante cauda dici-
tur, ac si albicillam nomines, gaudet hæc auis planis & lucis &
oppidis. Est & genus aliud quod vocat Morphnõ, à plumę ma
cula. Hanc aquilam Homerus Percnõ appellat. Tertium est περκνὸν
atro colore, minimum quidem, sed omnium fortissimum. Quartũ Percnopterum Percno-
ab alarũ notis, capite albicante, maiore aliquanto corpore. Quintũ Haliæetus, q̃ cir pterum
cum mare versetur. Sextum Gnesiũ aquilarum maximũ, hæc qui curiosius volet Halieet⁹
locum habet quem adeat. Hæc certè ex penu Aristo. desumpta sunt. Diuus Hiero-
nymus de aquila sic agit. Vbi consenuerit, pennę grauentur, quærit illa fontem, eri
gitque pēnas, calorem in se colligit, eo modo sanantur oculi, in fonte se ter mergit,
atque ad iuuentutē reddit, ac ita reparatur, vnde in psalmo legim⁹. Renouabitur vt
aquilę iuuentus tua &c. quo in loco Augusti. quoq; ait. Dicitur aquila dũ senio gra
uatur rostri aduncitate immodice crescentis, vnco non posse os rostro aperire, nec
cibũ capere, vnde languescens naturę vi collidit rostrum ad petram, cuius attritu
excusso quo redũdebat ad cibum redit, atque ita reparatur, vt iuuenescat omnino.
Sententiæ autem Aristo. meminit in lib. periar. Demetreus Phale. Scribit itē Plu-
tar. aquilā quandoque Amphiarai hastam arreptam sustulisse in altum, moxq; de- De aqui
misisse, eam verò terræ impactam lauri speciem præbuisse veram, insequenti die la mirũ
hostibus acri prælio ibidem congredientibus, terræ hiatu repentino haustum cum
curru. Refert idem Plutarchus peste olim Lacædemona diuexante, redditum ora-
culum mali vim cessaturam, si nobilem virginem quotãnis immolassent. Cũ ob-
temperarent Lacedæmonij ac sorte mactanda duceretur suo ornatu Helena, deuo-
lans aquila gladiũ abreptũ, & armēta quę βουκόλια vocant, delatum super iuuēcam
demisit. Quo prodigio παρϑενοκτονιαν, hoc est virginum immolationem dixerũt
quod Aristodemus author tradit, idem obuenisse Romæ in Valeria lupi certa ra

tione consimili, volumine nono, & decimo Italicarum rerum Aristides prodit. Porrò Rhenanus hic multa expungenda censet, tamen vulgaris lectio quadrare potest. De lapide cuius hic meminit Plinius, agemus vbi de lapidibus mentio fiet.

CAPVT .IIII.

Aquilæ romanorũ insignia.

ROMANIS EAM LEGIONIBVS, &c. C. Marius vbi consulatum cum virtute heroica, tum dotibus cæteris animi adeptus est. Aquilam Romanis legionibus dicauit, antea enim alia signa illis erant, hoc est aries, taurus, aper, minotaurus. Vegetius tertio rei militaris minotaurum signum fuisse antiquitus refert, quia tutissimũ inquit in expeditionibus creditur nesciri facienda, ob hoc, veteres minotaurum signum habuerunt, vt quemadmodũ ille in intimo est, & secretissimo labyrintho abditus perhibetur, ita ducis consiliũ debet esse occultum.

CAPVT .V.

Hæroũ.
Hieron.

EST PERCELEBRIS, &c. Venatus aggerentẽ prædas iuxta virginem gerentem. Et subsequitur. Quod vocant herotum &c. Alij & paulò concinnius Heroum: sed neutrũ satis arridet. Heroũ enim legerim potius quòd monimentum notat. Scitè etiam legeris Hieron, vel Hiereum, quod sacellum significat. Pausanias Androgei aram in Attica dici heron scribit, Polion verò in Lesbo locus inquit Stephanus vbi erat Tantali heroum. De Vlyssis heroo penes Lacedæmonios apud Plutarchum in causis historiae st, sed in ratione præceptorum ciuiliũ scribit idem Theagenẽ, Heroa cœnasse epitaphij cuiusdã noĩe Thucydides quo'que historia tertia Platæantium à Lacedæmonijs obsidionem describens: & quorundam eruptionem per hostium munimenta, dextra habentes heroũ

Heræũ.

Androcatis inquit perlegebant. At Valla, transtulit Iunonis templum ab Androcate ædificatum, qui non heroum sed ἡραῖον hoc est Heræum, legisse debebat. Est enim heræum Iunonis templum, quare non desunt qui putent scitè legi posse Hereum, quasi dixeris templum Iunonis, nam & ipsa Hera dicitur. Alij Erion legunt, quoniam Eria dicuntur sepulchra, habes quod eligas.

Hera Iuno.
Eria sepulchra

CAPVT .VI.

Vulturũ duo genera.

VLTVRVM PRAEVALENT NIGRI. Aristo. viii. de histo. anima, duo vulturum genera narrat alterum paruum & albicantius, alterum maius ac multiformius. lib. autem. vi. de his ita agit. Vultur nidificat in excelsissimis rupibus, vnde fit vt rarò nidus & pulli vulturis cernantur. Quocirca Herodotus, Brysonis rhetoris pater, vultures ex diuerso orbe nobis incognito aduolare putauit, argumento quod nemo nidum vidisset vulturis, & quod multi exercitum sequentis repente apparuerunt, sed quanquam difficile nidũ eius alitis videris, visus tamen aliquando est. Pariunt vultures oua bina, non plusquàm semel anno parere exploratum est. Verùm quia ad naturam vulturũ peruenimus, mira ab grauissimis authoribus de his memoriẹ mãdata sunt. Vulturẽ eñ omniũ aĩalũ innocẽtissimũ Hermodori sentẽtia pronũciauit, quia prorsus nihil attingat,

eorum quę ferant homines, plantēt, alant, animantium preterea nullam interimāt: volucribus quoque vel mortuis abstineāt: quodam cognationis intellectu. In augurijs certè auis prestantissima habebatur vultur: quod primordia Romanę vrbis manifestarunt: fortè quia raro vulturius conspici solet: & inde oblatus semper aliquid creditur portendere, aut sicuti fabulantur ægyptij: & in Hexamero Ambrosius videtur comprobasse vulturij omnes fœminę sunt, ac vt zephyro arbores sic euro grauidę fiunt aues hæ, Immo certa firmaque inde signa fieri verissimum est; Verum quia animans hæc cadauera iam tabida summe affectat: & rapit auidissimè: ex quo Catullus Lingua exerta auido sic data vulturio: propterea quodam loco Apuleius causidicos ac oratores Forenses probrosis incessans verbis. quod eis vt Columella ait. cōcessum sit in medio foro latrocinium, Togatos nominauit vulturios, vt quibus preuaricari: reos prodere, vēdere aduocationes & sanguinaria rapacitate homines excarnificare frequentissimi moris sit, Sicut Marcus Tullius pro Sextio vulturios paludatos appellauit. Gabinium & Pisonem imperatores, qui pretio nundinarentur omnia. Illud verò neutiquam pretereūdum, quod ex Hieronymo nobis compertum est, vulturem cum cœperit oua edere quidpiam ex Indico tractu afferre, quod est tāquàm nux, intus habens quod moueatur sonumque subinde reddat: id verò sibi vt apposuerit, multos fœtus producere, sed vnum tātum remanere, qui Immusculus dicitur. Vulturum mira vis odorandi traditur. Nam in Magia Apuleius si verò, inquit, naribus nidorem domesticum præsensit: vincit idem sagacitate odorandi canes: & vulturios. Cui enim cani, cui vulturio Alexandrini cœli quicquàm abusque Aecusium finibus oboleatur. Scribit Diuus Thomas per quinque millia passuū vultures sentire. Addit Hieronymus etiā ab aquilis presentiri cadaueris putorem, Sed ex eo amplius: illuc autem vsque odorem, vel corporalem euaporationem pertingere prorsus absurdum, præsertim quùm sensile medium immutet vndique secundum eandem distantiam, nisi prepediatur.

Vultur præstātiss. i augurijs.

Vulturij Togati.

Vulturis vis magna odorādi

CAPVT .VIII.

ACCIPITRVM GENERA, &c. Aristo. nono de historia animalium Accipitrum ita meminit. Accipitrum genus, inquit, precipuum buteo est Triorcha à numero testium nuncupatus: secundum Aesalo Tertium circus stellaris autem Palumbarius & Pernix differunt, appellantur etiam Sumbuteones qui latiores sunt. Alij Porcę & Fringillarij vocantur, alij Lenes & Rubetarij. qui abundè viuūt, atque sunt humiuolę: genera non pauciora quam decem tradiderunt: aliqui Phœnine filia fuit Apollinis quę nomen Buteoni dedit. Et subdit Pli. FAMILIA ETIAM, &c. Fabia familia à Buteone cognominata est: cum prospero auspicio in ducis naui sedisset, ob id Titus Liuius. Mar. Fabium Buteonem, ab vrbe condita, libro vigesimo tertio appellat. Meminit & in Fabio maximo Plutarchus, sed vbi mendum subesse suspicor. Nam scribitur modo Fabius Bulco. Denique Buteonis oratoris mentio est apud Senecam controuersiarū, libro secundo. Et subdit Pli. IN Thraciæ parte super Cædropolim, &c. Verba sunt Aristo. eò quo diximus libro. In Thraciæ parte (inquit) quę olim Cędropolis vocabatur homines societate accipitrū per paludes aucupantur: cū enim ipsi lignis quæ tenent arundines & fruteta mouerunt quo aues euolent accipitres desuper insectantur, quorum metu aues percussæ terram repetunt: mox homines percutiunt baculis itaque capiunt, tum partem earum quas cœperunt auium acci-

Accipitrū gnā.

Buteo.

Fabius Buteo.

pitribus impartiũtur. Quinetiam apud Meotidem paludem lupos esse piscatoribus familiares aiũt:& nisi partem suam à piscatoribus accęperint, retia cum in terra expansa reficcentur lacerare dicuntur: Porrò vbi Pli. hic ait. Accipitres auium non ædere corda. Falsum omnino, id est, vti experientia mihi notuit. Hic expendendum Auitia non antiquis fuisse cognita: qualia nunc nobis sunt. Nec nouerũt dociles aues prędaceas, vti nunc inoleuit earum mansuetudo. Nouitium enim inuentum est.

CAPVT .IX.

Coccix q cuculus.

COCCIX EX ACCIPITTRE, &c. Hæc auis à plærisque hominum Cuculus dicitur. Aristo. nono de historia animalium, ca. xlix. Cuculum mutare colorẽ minusque vocem explanare scriptum reliquit: abscondere se solet eodem authore, exortu caniculę: apparere incipit ab ineunte verè ad eius sy deris ortum.

CAPVT .X.

Milui.

MILVI EX EORVM, &c. Carniuoros miluos ac rapacissimos Arist. octauo de historia animaliũ m tradit: bina oua parere aut tria, libro sexto, ca. sexto: & id genus multa, quæ si curiosus quærat, locum habet quem adeat.

CAPVT .XII.

Coruis.

Coruus

CORNICES ET ALIO PABVLO, &c. Vescuntur subaudi. Aristo. tamen cornices omniuoras scribit. Pascere suos pullos iam volantes. Scribit idem, libro sexto de historia animalium. Cornicum tantum fœminas incubare: mares verùm cibũ suggerere. Cæterò de Coruis etiã meminit affatim Aristo. cui hic astipulatur. Corui, inquit, locis arctioribus & vbi non satis cibi pluribus sit: duo tantũ incolunt & suos pullos cum iam potestas volandi est: primum nido eijciũt, deinde regione tota expellũt: parit coruus quatuor & quinque. Tempore quo apud Pharsala hospites Medię perire, corui locis Athenarum, peloponensique defuerunt, quasi sensum haberent aliquem, quo inter se rerum euenta significarent, & mouerentur. Et subdit Pli. plurimum non fuisse feralem. Codex vetus plurimis habet: feralem dirum appellat ac exitialem. Vergilius enim Bubonem feralem appositissimè etiam vocauit: quando ait. Sola'que culminibus ferali carmine Bubo. Ferales etiam dies appellabant, quibus feralia, hoc est, parẽtalia fierent, quare res lugubris feralis dicta. VRBS eò anno lustrata est, &c. Sacrificijs purgata: sacrisq; expiata. Spinturnix cuius hic me minit, Auis turpissima ac inauspicata.

Ferales.

Bubo.

CAPVT .XVIII.

Picus.

SVNT ET PARVAE AVES, &c. Alludere videtur ad Aristo. assertionem, nono libro naturæ. Picus, inquit Martius, vngues vncos habet: more stellionum resupinus ingreditur, &c. Picus Martius auis dicta quòd Marti sacra sit: vel à rege nomine Pico Saturni filio, aut à Pico latinorum rege patre Fauni auguriorum peritissimo: qui primus hac aue in auspicijs vsus est. Vnde Ouidius cecinit. Picus in Ausonijs proles saturnia terris.

Qui de hoc verbosius volet, adeat Aristo. libro nono de historia animalium, cap. nono

nono. Porrò vbi legitur. IN CAPITE prætoris Vrbani. II. Tuberonis, &c. Frontinus, libro stratagematon. Caium Cęlium dicit, aut Lelium: non Tuberonē. Verba eius adijciam loco plausibilioris lectionis. C. Elius pretor vrbanus cum dicenti, Picus in capite insedisset, & aruspices respondissent dimissa aue hostium victoriam fore, necata populum Romanum superiorem, ac Cælium cum familia periturum: non dubitauit dare pecuniam qua nostro exercitu ipse cum. xiiii. Cælijs ex eadem familia in prælio est occisus, hunc quidam non Cælium, sed Lelium fuisse, & Lelios non Cælios perisse credunt: hæc Frontinus.

CAPVT .XX.

ITAQVE PRAECEDET ORDINE, &c. Scribit Aelianus. Pauone in India primum viso Alexādrum admiratū, prohibuisse'que edicto, ne quis eā auē necaret Athene' pauones oua incubare. xii. Augustinus (dignum scitū) refert eorum carnem non facile putrescere. Et subdit Pli. PAVONEM SIBI GRATIA, &c. Alludit ad Varronis assertionem, libro tertio rei rust. ita referentis. Hos Q. Hortensius augurali cœna posuisse dicitur, quod protinus factum tam luxuriosi, quàm seueri boni viri laudabant. Macrob. etiam hæc confirmat tertio saturnaliorum. Cœna hic adijcialis, cœna erat sacerdotum, hoc est, opipara & profluens, ab adijciendo, authore Festo. Auguralis item & pontificalis. Et subdit Pli. SAGINAE PRIMVS, &c. Hæc ex Varrone desumpta sunt. Greges, inquit, habere cœpit & veniere magno. Et his M. Aufidi' Lurcho ex'que eo questu reditus is sexagena millia sestertium habuit. Et alibi. Ex pauonibus M. Aufidius Lurcho supra sexagena millia nūmum in anno dicitur capere. Quod enim Varro nummum Pli. sestertium ait, cuius summę fit mentio affatim apud Budæum secundo assis.

Pauo.

Cena adijcialis

CAPVT .XXI.

PROXIME GLORIAM, &c. Non minus & laudis & gloriæ Galli habent, quàm pauones Gallorū enim est sydera cognoscere & quodāmodo tēpora distinguere Aelianus, Gallum nuncium lucis vocat. Lathonæ'que carum, quod ei parienti astiterit: refert Gallos leonibus, ac scolopēdris, serpētibus, inuisos adeò, vt qui Africam regionem ijs plenam animalibus petunt Gallos secum gerāt, vt tutiores fieri possint: tutius'que sit iter. QVARTA'QVE (ait Pli.) CASTRENSIS VIGILIA, &c. Hoc est, gallicinium. Quoniam verò in gallorum mentionem incidimus, non obfuerit admonuisse hic quę ex penu multorum authorum eruimus, præcerpsimus'que: scrutantur multi curnam fere animalum vni sit datum ante lucē canere. Scribit in diuinationibus M. Cicero, Democritum hisce verbis causam adortum. Depulso, inquit, & in omne corpus diuiso ac modificato cibo, cantus edunt quiete satiati: quiquidem, vt ait Ennius. Silentio noctis fauent faucibus rursum cantu, plausu'que premunt alas. Sunt verò qui sa laciffimæ auitij eius naturę acceptum referri astruant, oportere euentum eiusmodi. Nam cantu significari Veneris appetentiam, inde est argumentum euidens, quod antequàm vsui venereo sufficiant, conticescunt. Esse porrò in more auibus

Galli

Cur ante lucē cantet gallus.

nonnullis vt procliuitatem & lubentiam ad initum, quolibet præeant cantu. Contingere autem solet gallinaceis, quod cæteris vsu venire cōpertum est: vt peracto cibo, refecto per quietem corpore, ac inde maxime vegeto, libidinis titilentur pruritu: interuulsus autem somnus, ac identidem repetitus cantus frequentię caussam facile suggesserit. Lepidum porrò Aristophanis poetę commentum est in fabula, cui est titulus ὄρνιθες, id est ornithes. Gallum quandoque imperasse Persarum gentibus, quo argumento etiam auis persica dici solet. Atque eo item nomine Cyrbasiam & Tyaram gestitet rectam: quod regibus tantum licebat Clitarcho tradente. Est gallis quod quidem relatu dignū videtur, amoris intellectus & quod miremur in hominem. Author quippe est Nicander, referens, pincernam regium in Bithynia à gallo amatum eximie, cui nomen foret Centaurus. Verùm nunc ad contextū redeamus. IAM ex his quidā bella, &c. Gallos ad prælia pertinaces nemo non nouit: pugnatiores enim ac prestantiores patriam nobilitarunt: hoc est, Rhodum, Tanagram. Nam Tanagrici ac Rhodij imprimis laudantur. Item Medici à Media chalcidicique. Hinc ait Varro tertio rei Rusticæ. Nec tamen sequēdum in semijo legendo Tanagricos ac Chalcidicos, qui sunt sine dubio ad præliandum inter se maximè idonei, sed ad partus sunt steriliores. Gallos salaces qui animaduertunt si tunc lacertosi, rubenti crista, rostro breui, acuto, collo vario, aut aureolo, fœminibus pilosis, cruribus breuibus, vnguibus longis, caudis magnis, frequētibus pennis. Item qui elati sunt ac vociferant sæpe in certamine pertinaces, & qui animalia quæ nocent gallinis non modo pertimescant, sed pro gallinis propugnent. Columella etiam Rhodios, Tanagricosque ad bella promptiores scriptū reliquit. Et subdit Pli. HORVM sunt Tripudia solistima, &c. Tripudia solistima dicebantur auguria, ab gallinaceis sumpta: quę fiebant quoties offa quę gallinaceis dabatur quādoque decidebat ex ore pullorum in terrā: pernicies enim tunc portendebatur, si escam pulli exeuntes è cauea cibum non caperent: ob id infœlicem predixerunt conflictum à Numātinis in Mancinum illatum, quia escam pulli non cœperunt: sed è cauea euolarunt. Tripudium ergo solistimum erat auspiciū lætum quo statim à pullarijs consules aciem struere solebant, vt est videre apud Liuium, libro decimo: ob id Pli. ait. HI magistratus nostros quotidie regunt, &c. Porrò vbi legitur hic. Domosque ipsi: Exemplar nostrum habet ipsis: debetque referri ad verbum magistratibus. Fasces Romanos impellunt: hoc est, Romanos honores: fasces honores: quare Vergilius ait.

Non illum populi fasces non purpura regum.

Porrò vbi legitur. Humana purpura legē dum, Romana purpura: hoc est, summus magistratus: purpura vt diximus insigne Romanorū fuit. EX his etiā fibræ, &c. Vetus exemplar habet nostrum. Eorumque fibræ. Rhenanus. Extis legis: quod non dissonum est. Desinunt canere castrati, &c. Varro tertio rei Rusticę. Gallos inquit, castrant, vt sint capi, candenti ferro vrentes calcaria ad infima crura vsque dum rumpantur, atque extet vlcus, quod oblinunt figlina creta. Columella etiam octauo de Re rust. capi. secundo de his abundè. PERGAMI (ait Pli.) OMNIBVS, &c. Expendendum id etiam Athenis factitari solitum, vt ait Aelianus: à Temistocle superatis Persis, adijcit & in sermone qui Anacharsis, seu de Gymnasijs scribitur. Lucianus etiam non Gallorum modo, sed coturnicum certamina ibidem spectari consueuisse ait. Seueri, quoque filios Herodianus scribit dissidere solitos puerili certamine edendis coturnicum pugnis, gallinaceorumque cōflictibus. Proditur item memoriæ Socratem Iphicrati duci animos adiecisse cū ei premonstraffet: gallinaceos corā Callia pennis, ac rostro dimicantes: quam vtilitatem agnouit Chrysippus in libro de Iustitia, dum gallorum æmulatione inicij

Gallorū amor in homines.

Ad Gallorū salacium insignia.

Tripudia solistima q̄ sint.

Galli quo modo castrent.

Gallorum pugna.

nobis ad fortitudinem ſtimulos & ſubijci calcaria prodidit. Gallinaceis (dignum ſcitu) mox compugnaturis allium in cibis obijci ſolitum aiunt: quo acrius decertare poſſint. Legimus pręterea priſcos Aeſculapio medico gallum ſacrificare ſolitos, cuius rei cauſam Cælius reddit libro nono.

Gallis pugnaturis aliū danđū eſt.

CAPVT .XXII.

EST ET ANSERI, &c. Nedum gallos vigilaces, verùm anſeres conſtat argumento, quòd Capitolium ab ijs defenſum, à canibus minimè. Solertiorem ait Colu. cuſtodiam quam canis. Nam clangore prodit inſidiantes, ſicuti etiam memorię tradit, in obſidione capitolij, cum aduentu gallorum vociferatus eſt anſer, canibus ſilentibus. Et Martialis, de anſere ait. Hæc ſeruauit auis Tarpei templa tonantis. Mirari nondum fecerat illa dies: ob defenſum Capitolium cenſores anſeri retulerunt honorem. Nam cibaria anſerum cēſores ante omnia locare ſolebant. Et ſubdit Pli. QVIN & fama amoris, &c. Clearchus puerum ab anſere amatum in primo Eroticorum prodit. Nomen pueri Theophraſtus non tacuit Amphilochum appellatum tradēs: ac genere olenium: in Leucadia virginem pauo amaſſe proditur. FARTILIBVS magnum, &c. Fartilia appellantur quibus implentur ea quæ decoqui ſolent: dicta à farciendo, hoc eſt, implendo: iecur profectò anſeris mulſo lacte, id eſt, mixto melle gratū dicebatur: quare Martialis ait. Aſpice quam tumeat magno iecur anſere maius. Miratus diſces hoc rogo creuit vbi. Et ſubnectit Pli. CANDIDI vbi verùm minores ganze, &c. Alij gante legunt. Auxiliarium, vetus codex habet, Auxiliorum. Cæterò Varro candidos anſeres præſtare cæteris ſcriptum reliquit, libro rei ruſt. tertio. Primum, inquit, iubebat ſeruum in legendum obſeruare, vt eſſent ampli & albi, quòd plærumque pullos ſui ſimiles faciunt, horum greges Scipio, Metellus & Mar. &c. Columella octaua rei ruſt. Non quia, ait, ſic magni fructus, ſed quia minimi oneris, attamen præſtat ex ſe pullos atque plumam, quàm non vt in omnibus lanam demetere, ſed bis anno verè, & autūno licet vellere. COMAGENVM, vnguentum à Comagena Syriæ regione. Anſerum generis ſunt Penelopes, &c.

Anſer. Fartilia. Comagenum.

CAPVT .XXIII.

INDVCIAS HABET GENS, &c. Pugnare grues cū pygmeis etiam ſcriptum reliquit Ariſto. libro octauo naturæ animalium, vbi autem hic legitur. Ad proſpiciēdum alte. Rhenanus aliter legit: hoceſt. QVANDO proficiſcuntur conuolant ad proſpiciendum ante ducem quem ſequuntur, &c. Lectio certè vulgaris ſcitè quadrat. Nā Ariſto. libro nono animalium, capi. decimo ſic de his agit. Grues etiam multa prudenter faciūt, loca lōginqua petūt, ſui commodi gratia & volant alte, vt procul proſpicere poſſint, Et ſi nubes tempeſtatemque viderint, cōferunt ſe in terram: & humi quieſcunt, ducem etiam habēt, & eos qui clament diſpoſitos in extremo agmine, vt nox percipi poſſit. Cum conſiſtunt cęterę dormiunt capite ſubter alam cōdito: alternis pedibus inſiſtētes: dux detecto capite proſpicit & quod ſenſerit voce ſignificat. Et ſubdit Pli.

Grues.

MOX SABVRRA ſtabiliri, &c. Arena ſtabiliri verba ſunt Ariſto. Porrò

quando

quando Pli. ait. LAPILLVM PEDE sustinentes qui lassatus, &c. Aelianus eadem refert. Arist. tamen his reffragatur, libro de historia animalium octauo, ca. xii. De gruum prudentia affatim meminit Ambrosius, capi. decimo quinti libri Hexameron. TVRDOS, &c. Aristo. tria genera facit, vnum quod visco vescitur solum: alterum pilare merulę magnitudine, tertium iliacum minimum inter hæc: latere idem Turdos scribit libro octauo. Liburnicarum more. Nauium velocium, quarum Vegetius, libro primo meminit. Porrò vbi legitur. ET semper hinc remeantes, &c. Huc: lego fide nostri exemplaris. OLORVM morte narratur flebilis cantus, &c. In senecta olorũ leniter cũ melodia vita soluitur, pēna capiti traiecta: quare cecinit Ouidius. Veluti canentia dura Traiectus pēna tempora cantat olor. Cantāt certè authore Platone non ex tristitia, sed potius lætitia propinquante fato: quòd immortales se sentiant & ad Apollinem suum remigraturos. Cicero sacros vocat ob vaticinium finis eorum. COTVRNICES (ait Pli.) SEMPER, &c Coturnices discedere etiam Aristo. item lingulacam quàm Pli. glottida hic vocat, item cynchramus, abeunt enim hæ omnes, vt Aristo. libro octauo ait, ca. xii. Ob enim grauitatem corporis coturnices quando volant vociferant quod etiam Aristo. ait. Coturnices, ait, cum ceciderint, si serenum sit aut aquilonium tēpus sociantur & prospere degunt. Sed si austrinũ, moleste: propterea quod parum volant, humidus enim grauis que auster est, Quamobrem qui aucupantur austrum, non aquilonem obseruant: ægre volant propter pondus sui, sunt enim corpore grādiore quàm suis pennis deferri possint, vociferantes que ob eam rem volant: laborant enim quasi oppressæ, hæc ille. PER SVA signa, &c. Rhenanus: persuasæ legit. Hic Pli. videtur appellare signa sua: voces quas emittunt aues, quādo sunt discessuræ, quare Aristo. ait, libro octauo. Et cum hinc abeunt ducibus lugulaca, oto & matrice proficiscũtur, at que etiam Cynchramo à quo reuocantur noctu: cuius vocem cum senserint aucupes intelligunt parari dicessum: hæc illæ. Vbi legitur sollicitant, lego sollicitat, admonitione mei exemplaris, vt verbum referatur ad accipitrem: porrò vbi legitur. VERATRI semen, &c. Rhenanus leget veneni, quando tamen scitè Veratri legatur: nec obstat quod ait, Solinum scripsisse veneni. Nā Solinus Plinianus expilator: non penitus verbis Pli. vtitur, sed consimili sententia: dicere enim dissimulauit, Veratri semen: sed exposuit, quid veratrum esset, venenum dicens. Si legas Veneni: dic bona fide, si te interrogauero quod semen sit id, quid præter Veratri semen? Explicuit enim Pli. Semen Veratri id venenũ, dicēs, ca. vigesimo secundo eiusdem libri, quando ait. VENENIS capræ & coturnices, &c. Porrò Comitialibus mederi testatur, Diosco. libro quarto. Prodest, inquit, comitialibus melancholicis, &c. Vescuntur certè Coturnices semine veratri, quòd id medeatur comitiali morbo, quo affligtari solent, quod venenum sit, satis liquet lectione Diosco. Coturnices autem vesci elleboro siue Veratro testis est Diuus Ambrosius, ca. nono tertij libri Hexameron, quādo ait. Elleborum periti locuntur, escam esse coturnicum & alimoniam, eo quod naturali quodam temperamento sui corporis, &c. Galenus præterea eo libro qui περὶ κρασεῶν, id est, de complexionibus scriptum reliquit, scribit sturnos aues cicuta, Coturnices elleboro vesci, quę homini sunt venena: ob id scitè cecinit Lucre.

Præterea nobis veratrum est acre venenum
At capris adipes, & coturnicibus auget, &c.

Auicenna secundo can. Coturnicum nutrimentum ab elleboro, esse propter spissitudinem cōplexionis. His collatis stat Rhenanum non bene sentire de lectione quę est Veratro semen, &c. Comitialis, morbus caducus. de quo in parte medica, non

Turdi.

Olores.

Coturnices.

Rhenanus carpitur diligēter. Solinus Plinian[9] expilator.

non ſolum homines,nec coturnices de hoc affligi,ſed Plutarchus etiam aſſerit capram tētari hoc,propterea veteres ſacerdotes ea vehemēter vt morbida abſtinuiſſe,Varro tamen febribus affligi capras ait,nec tentari comitiali morbo.

CAPVT .XXIIII.

ABEVNT ET HIRVNDINES, &c. Ariſtoteles hirundines ſecedere libro octauo ſcriptum reliquit. Auium,inquit,complures conduntur, non vt aliqui putant paucæ,nec omnes ad loca tepidiora abeunt, ſed quibus loca huiuſmodi ſunt vicina,id agere hirundines miluosque animaduerſum. Iam enim viſæ ſunt hirundines in anguſtijs conuallium nudæ,atque omnino deplumes, hæc ille,cui penitus aſtipulatur merulam etiam latere hic tradit, turturemque:de quibus ſi quis volet amplius,locum adeat quem dixi. Varro certè rei ruſticæ tertio iure ait. Volucres partim aduenæ,partim vernaculæ,hirundines aduenæ & grues. Vernaculæ gallinæ,columbæ de genere aduentitio ſunt. Turdi quotannis trans mare in Italiam aduolant &c. Subdit Pli. NEC BIZENIS, Vetus noſtrum exemplar habet Bizyam,vt ſenſus ſit, Nec Bizyam hirundines ſubeunt,propter ſcelera Terei qui ſtuprum ſorori intuliſſe fertur. Prognem enim ſororem in hirundinem verſam, Tereum verò in vpupam, philomelam in Luſciniam poetæ fabulantur. Ad hanc fabulam alluſit hic Pli. de qua Ouid. libro meta. ſexto. De hirūdinibus etiam Ambro. libro. v. hexameron, ca. xvii.

Hirundines.

Tereus i vpupā

CAPVT .XXVI.

AVTHORES SVNT, &c. Ferunt nonnulli eſſe quaſpiam aues quotannis Ilium ſiue Priami regiam viſitare, ibique inter ſeſe confligere ad ſepulchrum Memnonis, qui Thitonis filius fuiſſe traditur,qui & Troianis ex oriēte tulit auxilium, qui tandem ab Achille occiſus eſt,vnde aues Memnoniæ. Virgiliꝰ regis huius meminiſſe videtur quando ait. Et nigri Memnonis arma. Memnona poetis cantatiſſimum nemo non nouit. Comperta de eo nobis nonnulla ſunt,quæ è theſauris grauiſſimorum excerpſimꝰ, huic propoſito admonentes quod facerent ad rem,quæ præcipuè digna admiratione ſunt in naturæ contemplatione,vel etiam quę fidem rei nouitate vix impetrāt ac de Memnonis ſtatua mox paulò interim nunc pergamus. Sepulchrum cuius hic meminit Pli. facere illuſtrius hiſce memorijs ſpargendo,quę grauis author Ioſephꝰ memorię tradit ſic agens. Eſſe Ptholemeida Galileę ciuitatem montibus hincinde ferè obmunitā,ſiquidem à meridie carmelo conſtipatur, à ſeptentrione verò quē vocant incolæ ſcalam Tyriorum. Ab vrbe ferè duorum ſtadiorum ſpatio fluuiolus ſe offert nomine Belus. Eius in propinquo eſt Memnonis ſepulchrum,cui adiacet locus omnium admiratione dignus. Ea eſt ſpecies vallis circūactę in orbē,quæ vitream harenam emittit,alioqui & ſingulare miraculum adeſt. Commeant illuc nautę permulti genus quoddam terræ auecturi,ſed quicquid inde egeſtum fuerit, mox repletur. Quicquid itē harenæ congeſſeris,tranſit è ueſtigio in vitrū. Porrò quod ad Memnonis ſepulchrum ſpectat,nam in Troade id ſtatuit Stra. geor. xiii. Vltra,inquit,Eſapi oſtia, tumulus quidam occurrit, in quo viſitur Memnonis ſepulchrū,eius qui Thitonis filius fuit,cui proximus etiā Mēnonis vicus. Porrò aues quas hic Plinius vocat Memnonias, ſunt qui dicant eas ex cineribus Memnonis

Mēnon Thitōis filius.

Mirum de ſepulchro Mēnonis.

& enatas.

enatas,a d quod allusisse videtur Ouidius,quando ait.
, Præpetibus subitis nomen fecit author ab illo
, Memnonides dictæ,cum sol duodena peregit
, Signa parentali &c.

Et subdit Plinius. SIMILI MODO PVGNANT MELEAGRIDES, &c. Harum gallinarum meminit Varro his verbis. Gallinę africanę Gallinæ africanæ sunt grandes,variæ,gibberæ:quas meleagrides vocãt græci.Ita enim putant dictas à Meleagro rege Aetoliæ,quem occidisse ferunt aprum.Fuit etiam Meleager dux Alexandri. De Memnonis auibus ac sepulchro,Ouidius.xiii.metamor.Diodorus Siculus libro tertio.

CAPVT .XXVIII.

Ibis auis I NVOCANT ET AEGYPTII, &c. Herodotus libro historiæ secundo de hac aue sic agit. Fertur ex Arabia serpentes allatos ineunte statim vere in ægyptum volare,sed eis ad ingressum planiciei occurrentes aues ibides non prætermittere,atque ipsos interimere:& ob id opus ibidem magno in honore ab ægyptijs haberi. Eius auis species talis est,nigra vehemẽter tota est, crurib9 gruinis:rostro maxima ex parte adunco. Strabo autem libro xvii.sic etiam agit.Ex auibus est ibis & accipiter ægyptius,sed mitissima est ibis, magnitudine & figura ciconiæ persimilis,colore autem duplex: nam altera ciconiæ similis,altera tota nigra,& nullum Alixandriæ triuium nõ eis est plenum,partim vtiliter,partim inutiliter. Vtiliter quidem,quia omnem serpentem & omnes macelli immundicias colligit.Inutiliter verò,quia immunda est & omnia comedit,nec facile à mundorum coinquinatione arceri potest,hæc Strabo. Cicero.ii. naturæ deorum,ibes ab Aegypto pestem arcere scriptum reliquit: Ammianus libro histo.vigesimosecundo,de ibis auis natura. Item Pomponius Mella libro tertio. Aegyptij autem duas aues antiquitus colebant,ibin & accipitrem.

CAPVT .XXIX.

S ED IN SECESSV, &c. Locum Budęus hũc multo concinnius legit, Nõ nasci,tralatitium,inuecta mori,mirum. Quid est enim viuus generis aduersum? Tralatitium hic pro solito ac in multis vsitato, hæc Budæus. Porrò vbi legitur DICATI, Fide exemplaris lego liciti. Et subdit Pli. LVSCINIIS diebus ac noctibus. Luscinię cantus. Verba sunt Aristo. libro nono de historia anima. Luscinia, inquit,canere solet assidue diebus ac noctibus quindecim cũ sylua frondere incipit: dein canit quidem,sed non assiduo. Mox adulta æstate vocem mittit diuersam,non insuper variam,aut celerem modulatam'que, sed simplicem. Colore etiam immutatur,& quidem in terra Italia,hæc ille,& multa id genus de auibus cum vocem tum colorem mutantibus. Porrò vbi legitur. SED SVVS cuique. Lego,sui,non,suus. Item vbi legitur CANDIDAN, Scio incondi tam &c. Hic Luscinias præcium seruorum æquasse scribit. Seruus enim æstimabatur octo milibus,tanti enim vinitor apud Colu. æstimatur. Rhenanus hic sestertijs sex legit,pro summa centum aureorum & quinquaginta,sed an id legi possit, concinnè iudicet curiosus lector. Is etiam intendit hic neruos super verbo Incoditam,quod verbum expungendum censeo. Fide mei exemplaris,non enim inconditam,sed iucundam,lego,sensu aptissimo hoc pacto,

CANDIDAM SCIO, IVCVNDAM alioquin, quod est &c. Itē vbi legitur Tibiarum tormentis, id quod penes nos est exemplar, non tormentis, sed instrumentis habet. Item quod legitur arundine, lego arundines. Item ne lego aquas, sed aqua, quod etiam fuit animaduersum à Rhenano. Porrò quæ refert Plin. de sequentibus hic auibus, eadem ab Aristo. libro de historia animalium nono, cap. xlix. referuntur. Abditur, inquit, & ea quam œnanthem quidam appellant, ac si vitis florem dixeris. Necnon vpupa cum colore, tum vere specie immutatur, vt Aeschylus poeta satis suo exposuit carmine.

CAPVT .XXXII.

QVOQVE MAXIME SVNT INSIGNES. Hæ aues dictæ sunt halcedines quasi algedines, quòd vt alíqui ferūt tēporibus algidis visatur. Halcyonū abundè meminit Aristoteles, nono de animalium historia, cap. xiiii. Alcedo, inquit, non multo amplior passere est colore, tum cæruleo, tum viridi, tum etiam leniter purpureo insignis, videlicet non particulatim colore toto & alis & collo, rostrum subuiride, longum, tenuè. Nidus marinæ pilæ similis & iis quæ à flore maris halosachne dicantur, sed colore leniter rufo. Figura proxima cucurbitulis medicinalib⁹, iis quibus collum porrectius est, magnitudo maximis amplior, quàm spongię. Sūt enim alii maiores alii minores, conseptus stipatus'que vndique est, & crebrò tum inani, tum solido constat. Renititur acuto ferramento, vt vix possit discindi. Os eius angustum, quòd sit exiguus aditus, vt etiam si vertatur mare influere nequeat, hæc ille, & multa id genus. Cæterò vbi legitur DIES earum partus. Lego fide nostri exemplaris, Dies earum partus'que qui maria nauigant &c. Et vbi legitur SPINIS aculeatis. Vetus exemplar. Ex spinis acus piscis. Sic enim ex Aristo. legendum est. Cæterò Ouidius harum auium ita meminit. Alcedo q̄ & halcyone.

„ Per'que dies placidos hyberno tempore septem
„ Incubat halcyone pendentibus æquore nidis
„ Tum via tuta mari, ventos custodit & arcet
„ Aeolus egressu, præstat'que nepotibus equor.

CAPVT .XXXIII.

HALCYONVM NIDI FIGVRA, &c. Aristoteles de nido hirundinum, de historia animaliū nono, cap. vii. sic meminit. Omnino, ait, ratio brutorū magnam refert vitæ magnitudinem humanæ, magis'que in minore genere, quàm in maiore videri intelligentiæ rationem. Quod primum in auium genere hirundo in effingēdo constituendo'que nido ostendit: confingit implicito luto, festucis ad normā paleationis lutariæ, & si quando luti inopia est, se ipsa madefaciens volutat in puluere omnibus pennis. Stragulum etiam sibi facit more hominum, duriora primo subiiciens, & modicè totum consternens, pro magnitudine corporum, at'que in prole nutrienda mira tam mas, quàm fœmina æquitate laborat. Impartit singulis pullis cibum, obseruans consuetudinem quandam, ne qui acceperit, bis accipiat. Excrementa etiam pullorum parentes eiiciūt, post adultiores iam natos circumagi, foras'que ipsos egerere edocent. Cæterò vbi legitur hic ROSTRO, Rhenanus legit Clostrum. Vulgaris De diuersitate nidificātium auium. Hirūdinis nid⁹

lectio videtur mihi satis arridere. Porrò vbi legitur. AT ITA IN TERRAM fœtificant, &c. Rhenanus inter nidificăt legit. Ego fide exẽplaris vetustissimi hoc modo lego. Tertium earum est genus quæ ripas excauant, atque inter has nidificant. Et subdit Plinius. HARVM PVLLI AD CINEREM AMBVSTI, &c. Cinis profectò pullorum hirundinũ medetur anginæ, vt scriptum etiam reliquit Celsus libro quarto medicinæ. Vulgo inquit, audio, si quis pullum hirundinis ederit, angina toto anno non periclitari, seruatum'que ex sale, cum is morbus vrget comburi, carbonem'que eius contritum in aquam mulsam, quæ potui datur infricari & prodesse, hæc ille. ARGATHILIS (inquit Pli.) APPELLATVR, &c. De nidificatione huius auis Aristo. i x de hist. anima. sic agit. Solerti porrò ingenio Argathilis in ripariarum genere suũ instruit nidum, filis enim intexit lineis specie pilæ, aditu arcto. Ceterò vbi legitur PICORVM aliquis &c. vetus exẽplar habet Picorũ alicui suspenditur nid⁹. Et vbi legitur Cyathi, legerim fide lectionis exemplaris nostri Calathi, non cyathi, quod magis arridet. Et subdit Plinius. CYNNAMVLGVS, &c. Verba sunt Aristo. libro nono nature animalium, sic agentis. cap. x i i i. In Arabia cinnamomus auis appellatur, quam surculos cinnamomi portare ac nidum conficere aiunt nidificat excelsis arboribus, & ramis, sed incolæ sagittis plumbatis nidũ petunt, at'que ita discusso in terra cinnamomum legunt, hæc ille. Huius etiam Solinus abundè. Et subdit Pli. PICAE CVM DILIGENTIVM, De earum nidificatione Aristo. quo diximus loco. Porrò vbi legitur NAMQVE SVRCVLO superbina oua, &c. Rhenanus aliter, hoc est. Nam'que surculo super bina oua imposito alui glutino sui lita, &c. Si hoc faciat ad stomachum eo vtere. Nostrum exemplar habet. Nam'que surculo super bina oua imposito aluo glutino ocyus lita ceruice medio æqua vtrinque libra deportant. Hoc eñ ita lego, sed candidè moneo ita legendum: non enim præcipio, quando enim legitur ceruice medio, subaudias oportet, Imposita, medio scilicet.

Cinis pullorũ hirundinũ in medicina. *argathilis auis.* *Cinnam⁹ auis.*

MEROPS (ait Plinius,) VOCATVR, &c. Ciconias ait Aristoteles, genitorum senectutem inuicem educare vulgatum est, sed sunt qui meropes idem facere confirment, vicem'que reddi non modo parentes senescentes, verumetiam statim cum iam datur facultas alantur corpora liberorum, nec patrem nec matrem exire, sed in cubili manentes pasci labore eorum, quos ipsi genuerũt. Pennæ huius auis inferiores pallidæ sunt, superiores cœruleę, vt halcyonis, postremæ rubræ habentur. Sex parit oua, aut septem in præcipitijs mollioribus, introad quatuor cubita, nidum ex alio herba euulsa stirpitus facit, sed stragulum subijcit, aut lana aut villo, hæc ille. Et sequitur apud nostrum authorem.

Merops

PERDICES SPINA, &c. Mira astutia perdices Aristoteles præditas refert libro nono de historia animalium, cap. octauo. Perdices, ait, facta in aprico area (alibi enim nusquàm pariunt) at'que materia, vt vepribus quibusdã congestis, quoad accipitrum & aquilarum iniuriam deuitare possint, oua ædunt & incubant. Et subdit. Perdices nec eodem in loco pariunt ac incubant, ne quis locum percipiat longioris temporis mora, quum ad nidum quis venando accesserit. Malitiosa astuta'que auis hæc est, &c. Propter quidem astutiam græci ὄρνεον πανοῦργον id est auem astutam. Vafricia eius gradum fecit prouerbio, perdicis astutia, pro summa astutia, & verbũ apud græcos ἐπερδικίζειν, pro eo quod est astutè periculũ euitare. Porrò vbi legitur. CONTRA AVCVPEM FOEMINA EXEVNTE, &c. Vetus exemplar habet, Rursus circa conceptũ fœminæ capiũtur contra aucupẽ fœminã exeuntes, vt rixando abigant eam &c. vt sensus sit. Fœminæ perdices, visa perdice venatrice timẽt ne ad marem accedat, idcirco

Perdices aues astutæ. *Perdicis astutia puerbium.*

exeunt

exeunt vt illam abigant. Porrò quod Plinius ait de perdicum vita, ea referuntur ab Aristotele, libro naturæ animalium sexto.

CAPVT .XXXIIII.

AB HIS COLVMBARVM, &c. De his ita agit Aristoteles. Ad hæc columbi plerumque contemplationis aliquid afferunt: neque enim cum pluribus adolescere aut coire patiuntur, neque coniugium iam inde à primo ortu initium deserunt, nisi cælebs aut vidua, quinetiam fœminæ parturienti mas adest, & cultu omnique officio fungitur. Sæpe etiam fœminam pigrius euntem ad nidũ propter laborẽ partus mas percutit, cogit intrare exclusis iam pullis: terrã salsuginosam potissimum præmãducantem, in eorum os inferens suũ ingerit, atque ita præparat ad cibum accipiendum. Hoc animal pugnax est, nam alter alterum infestat, atque nidum alter alterius subit, nec collum cum bibunt resupinant, nisi satis hauserint. Cæterò Marcus Varro duo genera columbarum facit libro rei rusticę tertio. Vnum agreste, quod habetur in turribus ac columnibus villæ, à quo sunt columbæ appellatæ, quæ propter timorem naturalem summa loca in tectis captant: quo fit vt maximè agrestes sequentur turtures. Alterum genus est clemẽtius, quod cibo domestico contentum, intra limina ianuæ solet pasci, hoc genus est maximè album: illud alterum genus agrestè sine albo vario, ex his duobus generibus fit miscellum, quadragenis diebus concipere & parere idem scriptum reliquit.

Colũbi. — Colũbarũ duo genera.

CAPVT .XXXV.

VIVERE PALVMBES, &c. Aristoteles nono de historia animalium, capite septimo de his ita agit. Vita palumbibus longa, non ad vigesimumquintum et trigesimum annum protrahitur, nonnullas quadraginta etiã annos compleuisse exploratum habetur. Turtures & columbæ ad annum octauum viuunt &c. Porrò vbi legitur præterquàm in clausulæ gemitu, vetus exemplar habet præterea in clausula gemitu.

Palumbes quot viuant annis.

CAPVT .XXXVI.

CONTRA PASSERI MINIMVM VITAE, &c. Aristoteles libro nono naturę animalium, capite septimo, de his sic. Sunt qui passerum mares anno diutiꝰ durare non posse arbitrentur, argumẽto quòd veris initio nulli mẽtum habere nigrũ spectantur, sed postea tanquam nullus superiorũ seruetur. Fœminas verò hoc in genere esse viuaciores volunt &c. Porrò vbi legitur, alioqui ex volatu. Nostrũ exemplar habet. QVINETIAM EX VOLATV QVAERITVR, &c. Perindè vocabulum gloria subaudiendum sit, hoc sensu, quin etiam ex volatu quæritur gloria, plaudere in cœlo credas. Et vbi legitur VELOCIOREM, Lego fide mei exemplaris, velociores.

Passerũ vita breuis.

CAPVT .XXXVII.

Tinūculus auis.

B ID CVM IIS HABENDA, &c. Cum columbis habenda est auis tinnunculus. Columel. & Palladius iubent hanc auem poni in columbarijs, ne colum bæ recedant, & vt aliæ in columbaria veniant. Verba Columel. adijciam quia scitu digna, eaque tā fastidiosa est columba, vt sæpe sedes suas perosa si detur volandi potestas, relinquat, quod frequenter in iis regionibus vbi liberos habent egressus, id ne fiat vetus est Democriti præceptū genus accipitris vocant rustici Tinnunculum, ferè in ædificijs nidum facit, eius pulli fictilibus ollis conduntur, stipantibus opercula supponuntur, & gypso lita vasa in angulo columbarij suspenduntur, quæ res amorem loci sic conciliat, ne vnquam deserant, hæc Columella libro rei rusticę. VIII. Palladius ad hæc mirum ait. Et ne locum, ait, deserunt, si per fenestras aliquid de strangulati hominis loro, aut vinculo, aut fune suspendas, inducunt alias si cumino pascantur assiduo &c. Cætero vbi legitur. VIGILVM OBSIDIO, &c. Legerim vigil obsidio.

Vt colūbià turrib⁹ suis non recedant.

CAPVT .XXXIX.

Apodes

LVRIMVM VOLANT, &c. Aristote. etiam similes hirundinibus asserit, differentia tamen quòd apodes hirsutioribus sint tibijs, harum idem meminit libro primo naturæ anima. cap. I. sic. Nonnullæ aues depedes sunt, quę ob eam rem apedes à paruitate pedum nuncupantur, quod genus auiculæ pennis plurimum valet. Et libro. IX. Apodes, ait, quos aliqui cypsellos appellant similes esse hirundinibus dictum est. Nidum specie cistellæ productę longius, fictę ex luto aditu vno dato arctissimo faciunt.

CAPVT .XL.

Caprimulgus

APRIMVLGI, &c. Allusit ad Aristote. assertionem eadem agentis lib. IX. cap. XXX. Quem, ait, caprimulgū appellant, auis est montana, magnitudine paulò maior q̄ merula, minor quàm cuculus, moribus mollior. Parit oua duo, aut tria complurima, sugit caprarum vbera aduolans. vnde nomen accepit. Cum suxerit vber extingui, caprāq; excecari aiunt, &c. Porrò Platęa hæc auis est, quam nos vocamus pellicanum. Cice. II. natu. deo. vocat plataleam: auis est fluuialis conchas fluuiatiles deuorans, quas vbi concoxerit, euomit, vt post ea discuneatas edat, vt scriptū reliquit Aelianus. In epistolis diui Hieronymi. Mirum legitur, auem vbi pullos suos necatos à serpente viderit, è sanguine suo ab latere incusso, atque inspersο nidis in vitam restituere.

Platæa auis dicitur pellicanus.

CAPVT .XLII.

Carduelis.

INIME AVIVM, &c. Carduelis auis dicta, quòd carduornm semine pascatur, auis certè vocalis, & sermonem hominis proferens, nec quidem mirum quādo plurimis auium quidquàm rationalis energiæ insit. Propterea Porphyrius in literis veteribus eminentissimus, libro tertio sacrificiorum, afferre se opinionem scribit, tū veram tum etiam Pythagoricam, omnem scilicet animā sensibus, & memoria præditam esse rationalem, ac habere rationem &

tionem & orationem interiorẽ & exteriorem, qua inter se animalia vtũtur, quorũ verba non discerni à nobis nihil mirum sit, quibusdam tamen natura concessum intelligere voces auium, in quorum albo Melampus & Tiresias, Apolloniusque, Tyaneus, quem dicunt in amicorum cœtu, cum audiret hirundinem alijs nunciare, asinum prope vrbem onustum cecidisse, triticum humi diffusum, declarasse audita voce: ac ita exploratũ fuisse. Latiorem autem linguam auibus inesse ijs, quę sermonem imitantur humanum, astruit schola philosophorum. Nam & Aristo. libro secundo naturę animalium ait. Lingua oĩbus est, sed varię, alijs enim lõga, alijs breuis, alijs lata, alijs angusta: omnium maximè animalium, post hominem, literas proferre nonnulla auium genera queunt, videlicet ea quę πλατύγλωσσα: hoc est, quibus est lingua latior. Auicenna eadem confirmat. Aues, inquit, quæ habent linguam amplam hominis vocẽ imitantur. Inter autem aues humanum sermonẽ articulate proferentes psitaci sunt. Auium harum sic meminit Arist. octauo naturę animalium, ca. xii. Nam & indica auis cui nomen psitace: quàm loqui aiunt, talis est & loquacior cum bene biberit vinum redditur. TORQVE Miniato, &c. Cathena cinnabari tincta Minyum: cinnabaris: rubrica: miniata: vocamus versi coloribus tincta.

Quæ aues ppi⁹ vocẽ hominis imitant.

CAPVT .XLIII.

REDDATVR ET CORVIS SVA GLORIA, &c. Huius corui meminit Macrobius Saturnaliorum tertio his verbis: Sublimis Actiatica victoria reuertebatur Cæsar: occurrit ei inter gratulantes coruum tenens quem instituerat hoc dicere. Aue Cæsar victor imperator: miratus Cæsar officiosam auem. xx. millibus nummum emit: socius opificis ad quẽ nihil ex illa liberalitate peruenerat, adfirmauit Cæsari habere illum & alium coruum, quem vt afferre cogeretur rogauit, allatus verba quę didicerat expressit. Aue victor imperator Antoni, salutatus à psitaco emi iussit eum: idem miratus in pica, hanc quoque redemit, exemplum sutorem pauperem sollicitauit, vt, coruum institueret ad parem salutationem, qui impendio exhaustus sæpe ad auem non respondentem dicere solebat: opera & impensa perijt: aliquãdo tamen coruus cœpit dicere dictam salutationem: hac audita dum transijt Augustus, respondit. Satis domi talium salutatorum habeo.

Coruus Cesaris.

CAPVT .XLIIII.

HEC DIOMEDEAS PRAETERIBO, &c. Harum auiũ meminit Strabo, libro Geogra. sexto, his verbis. Insulæ duæ quas Diomedeas appellãt: Ex quibus habitatores habet altera: reliquam desertã esse dicunt: in qua Diomedem disparuisse, quidã fabulantur: comitesque in aues conuersos esse. Eas etiam hac ætate mansuescere, & humanam quodammodo vitam agere, & viuendo ordine, & erga benignos mansuetudine, à malignis autem & sceleratis fuga & euitatione. Harum auium etiam meminit Vergil. his versibus, vndecimo Aeneidos.

, Nunc etiam horribili visu portenta sequuntur
, Et socij amissi petierunt æthera pennis,
, Fluminibusque vagantur aues, heu dira meorum
, Supplicia, & scopulos lachrymosis vocibus implent,

Diomedeę aues

Dehis etiam Augustinus ciuitatis diuinæ decimo octauo, ca. decimo sexto.

CAPVT .XLVII.

Mirum de auib⁹ salt⁹ hercyni.

HAEC QVIDEM, &c. Rarum cõuisuntur huiuscemodi aues. Porrò vbi legitur. Vteri genus: Vetus exemplar habet: gutturis: non vteri. Grauiæ aues græcis dicuntur λαροὶ, id est, Lari. Mergum verò vocãt græci αἴθυιαν, id est, æthniam. Porrò quod de Hercynio germaniæ saltu ait, ac de auib⁹ eius sic meminit Solinus. Saltus hercynicus aues gignit, quarum pennæ per obscurum emicãt & interlucẽt, quãuis obtenta nox denset tenebras. Vnde homines loci illius plerum'que nocturnos excursus sic destinant, vt illis vtãtur ad præsidium itineris dirigendi, præiactis'que per opaca callium pennis moderantur rationem viæ indicio plumarum refulgentium.

CAPVT .XLVIII.

Phasianæ aues.

PHALERIDES IN SELEVCIA, &c. Varia auibus nomina esse constat, locos'que diuersos habitare aues, has'que peregrinas, veluti phasianæ à phasi fluuio dictæ, vnde primũ ad nos venere, fuere enim ab argonautis in græciã aduectæ: quare cecinit Martialis.

Argoa primum sum transportata carina
Ante mihi notum nil nisi phasis erat.

Apicius deliciarum amans.

Porrò quod Pli. de lingua auis phœnicopteri: Trãquillus huius linguæ auis meminit in Caligulæ vita. Itẽ Spartianus in vita Heliogabali, qui epulas phœnicopterorum cerebellis cõditas apponebat. Apicius: cuius hic meminit Pli. Fuit deliciarum ac palati amantissimus, ob eius cũ ganeam tum ingluuiem, dictus est omnis luxus barathrum, ac gurges, ac patrimonij decoctor. Hic viso bonorum defectu ac gulę obsonio deficiẽte, se veneno necauit. Hic popinę fuit maximus professor. Huius fit mentio apud Senecam, libro consolationis, his verbis. Apicius nostra memoria vixit, qui in ea vrbe ex qua aliquãdo philosophi velut corruptores iuuentutis abire iussi sunt: scientiam popinæ professus: disciplina sua sæculum infecit, cuius exitum nosse operępretium est: cũ sestertium millies in culinam congessisset: cum tot congiaria principium & ingens capitolij vectigal singulis comessationibus hausisset: ære alieno oppressus, rationes suas tunc primum coactus inspexit, superfuturum sibi sestertium cẽties computauit: & velut in vltima fame victurus in sestertio centies si vixisset, veneno vitam finiuit: hæc Seneca. Et subdit Pli.

Attages

ATTAGEM maximè Ionius, &c. Sic enim Horatius vocat Ionium. Martialis attagenam quando ait. Inter sapores fertur alitum: primus Ionicarum gustus attagenarum. Attages, attagis, etiam dicitur.

CAPVT .XLIX.

Griphes aues solis.

VENERE IN ITALIAM, &c. Nunc agendum de fabulosis auibus inter quas Pegasi nominantur & grypes: quos refert Philostratus, libro tertio in vita Apollonij sacros soli: currum'que solis gryphibus vehi. Porrò Scopes aues, quarum hic meminit Homerus, in Odyssea. ait, vernare in Calypso antro, capi saltatione quadam ridicula ferunt: quàm Scopã vocant. Aristoteles apud Homerum non legi debere Scopas: sed Copas, tradit.

CAPVT .L.

GALLINAS SAGINARE, &c. Varro tertio rei rust. Deliacos primum gallinas saginare docuisse scriptum reliquit. De farciendis autē gallinis sic idē eodem libro agit. Gallinæ Africanæ sunt grandes, variæ, gibberæ, quas μελεαγρίδας appellant gręci, hę nouissimę in triclinium ganearium introierūt è culina, propter fastidium hominum, veneunt propter penuriam magno. De tribus generibus gallinarum saginantur maximè villaticę, eas includunt in locum tepidum & angustū, & tenebrosum: quod motus earum, & lux pinguedini inimica: electis ad hanc maximè rem gallinis: ne continuo his, quas melicas falso appellant, quod antiqui thetin, thelim, dicebant, sic medicam melicam vocabant. Hę primo dicebantur quia ex Media propter magnitudinem erant allatæ: eas farciunt turundis ordeaceis, partim admista farina loliacea, aut semine lini ex aqua dulci, Bis die cibum dant. Dato cibo tum perpurgant caput, ne quos habeant pedes, rursus eas concludunt, Hoc faciunt vsque ad dies viginti quinque, Tum denique pingues fiunt. Quidam ex triticeo pane intrito in aquam misto, bono vino & odorato farciunt, ita vt diebus viginti pingues reddāt, ac teneras, eodem modo palumbes pingues reddunt: hęc Varro. Columella etiam, libro rei rust. octauo de his affatim meminit. Cibus, inquit, præbetur ordeacea farina: quę cum est aqua aspersa, & subacta formantur offę: quibus aues saginantur. Et subdit paulò mox: illi qui volunt non solum opimas, sed etiam teneras aues efficere mulsa recēte aqua prædicti generis farinam conspergunt, & ita farciunt. Nonnulli tribus aquę partibus vnam boni vini miscent, madefactoque triticeo pane obesant auem, quę prima luna, (quoniam id quoque obseruandum est,) saginari cœpta vigesima perglis cit. Nunc redeamus ad textum. HOC primum antiquis cœnarum. &c.

Gallinę quomō farciendę.

Alludit hic Pli. ad leges sumptuarias, quas & iure cibarias dixeris: quę Catonę itē & Cornelio, & Fannio, alijsque Romanorum plurimis, vt Publio Licinio Crasso. C. Orchio conditæ sunt. Legis fanniæ ita meminit Macrob. tertio saturnaliorū. Fannia lex lata est anno post Romam conditā quingentesimo octogesimo octauo. De hac lege Sammonicus serenus ita refert. Lex fannia sanctissimi Augusti. vigenti omnium ordinum consensu: peruenit ad populum. Neque eam pretores aut tribuni, vt pleras que alias, sed ex omnium bonorum consilio & sententia ipsi consules pertulere, quùm res publica luxuria conuiuiorum maiora quàm credi potest detrimenta pateretur, siquidem res eo redierat, vt gula illecti plærique ingenui pueri, pudicitiam & libertatem suam venditarent, plęrique ex plæbe Romana vino madidi in comitium venirent & ebrij de reipublicæ salute consulerent. Hæc Sammonicus. Fannię autem legis seueritas in eo superabat Orchiam legem: quòd in superiore numerus tantummodo cœnantium cohibebatur, licebatque secundū eam vnicuique bona sua inter paucos consumere. Fannia autem & sumptibus modum fecit assibus centum. Vnde à Lucilio poeta festiuitatis suę more centussis dicitur. Aulus etiam Gellius huius legis meminit atticarum noctium secundo: hæc igitur lex coercebat conuiuiorum luxum & intēperiem. Nunc ad rem. Quod ait Pli. DEINDE caput, &c. Quod pricipio cōdiceretur vt gallina vna quę nō esset altilis apponeretur cœnæ, effecit vt maiores sumptus publicarent. Postea ait Pli. CVLINARVM ARTES, &c. Inter enim popinę professores & ganeę studiosos disceptatur nonnunquàm, clunes ne præferendę sint tergoribus, hocque inter cocos disputatur, Ad quod Horatius videtur allusisse quando ait.

Fannia lex.

Et leporum auulsos vt multos strauius armos, Quā si cum lumbis quis edat, cū pectore adusto. Vidimus, & merulas poni & sine clune palumbes: quę certè fa

ciunt ad hæc quæ ait Plí. NEC tamen in hoc mangonio quicquam totum placet, hic clune, alibi pectore, tantum laudatis, &c. Mangonio artificio quod ad res facilius vendēdas adhibetur. Et subsequitur. AVIARIA primus, &c.

Auiaria quis primus fecerit. Alludit ad Varronis assertionem sic agētis tertio rei rust. Tu dic alterum genus ornithonis, qui animi causa constitutus à te sub Cassino fertur, in quo diceris longe vicisse, non modo archetypon nostri inuentoris ornithotrophion. M. Lenij strabonis, qui Brudunsij hospes noster primus in perystillo habuit exhedra conclusas aues, quas pasceret abiecto rete, sed etiam Tusculanum magnum ædificium Luculli, hęc Varro. Cæterò quod dixit Plí. Hic clune alibi pectore. Facit ad hæc Martialis carmen.

Martialis, , Tota quidem ponatur auis, sed pectore tantum
, Et ceruice sapit cætera redde coco.

CAPVT .LI.

Aesop⁹ MAXIME TAMEN INSIGNIS EST, &c. Hic fuit Aesopus histrio summo habitus honore apud Romanos. Tātus enī Tragœdiarū scriptorib⁹ habitus fuit honos, vt è publico alerentur, afficerentur'que varijs munusculorū generib⁹, vt de Roscio histrione proditur. Tāta, inquit Macr. fuit gratia, & gloria vt mercedem diurnam de publico denarios sine gregalibus acceperit, Aesopū verò ex pariarte ducenties sestertium reliquisse filio constat. Erat igitur patina Aesopi ferculum centenis auibus structum coemptis sexcentis sestertijs. Hæc centenaria patina æstimata fuit sexcentis sestertijs, hoc est, quindecim millibus aureorum coronatorum, authore Budæo. NE ait Plí. QVESTVS suos opimos reueritos, &c. Hoc est, non honorans suum ingens lucrum, ac opima compendia: quę meruerat in tragœdijs recitandis: quare Plí. VOCE meritos dixit: questus illos. DIGNVS, ait, prorsus, &c. Filius Aesopi huius: margaritas conuiuis dedit deuorandas, vt superiore libro dictū est. Filij Aesopi meminisse

Aesopi luxus. videtur Horatius quando ait. Filius Aesopi detractam ex aure Metellæ, scilicet vt decies solidum absorberet aceto. Diluit insignem baccam. Et subdit Plí. NON sit tamen inter duos, &c. Hoc est, inter patrem & filium: non dictu quidem facile est, quod turpius videri dicique possit: nisi minus dixeris iudicium turpitudinis summas rerum naturę opes, hoc est, margaritas, quam linguas hominum: hoc est, aues humanum sermonem proferentes, cœnasse. Vocat enim hic linguas hominum aues sermone humano vocales: & summas naturæ opes: margaritas, quas filius Aesopi dederat deuorandas conuiuis, Meminit Aesopi: filijque eius luxus scitè, Valerius Maximus libro nono.

CAPVT .LII.

Oua varia auiū AVIVM, &c. Auium generantium genus multiplex, vt scriptum reliquit Arist. libro generationis animalium primo: varia item pariunt oua aues. Nam alię alijs coloratiora, alię candidiora ædunt, alię magis luthea. Aristo, tertio generationis animalium de his sic agit, ca. primo. Initium, inquit, animale in candido est: cibū à luteo capit, calidioribus itaque animalibus seorsum ista habentur distincta, ex quo principiū ortus, & ex quo alimentum atque alterum candidum, alterum luteum est, & plus

candidi

candidi ſynceriq́ue ſemper eſt quàm lutei & terreni. At minus calidis & humidioribus contra: plus lutei idq́ue humidius eſt: quod in paluſtribus accidit auibus: quia illę ſunt humidiores. Et libro primo generationis ait. Oua quæ aues pepererint animal excludunt, ouo in alium vteri locum ex alio tranſlato. MOLLE hoc ouum eſt: & vnicolor, &c. Porrò ſubdit Pli. Fœmina edunt quę rotundiora, reliqua marem, Verba ſunt Ariſto. ex ſexto de hiſtoria animalium, libro deſumpta, ca. ſecundo. Quę ait, oblonga ſunt oua & faſtigio cacuminata fœminam ædunt: quę verò rotundiora & parte ſui acutiore obtuſa orbiculū habent marem gignūt. Albertus magnus hanc refellit aſſertionem. Auicennā adducēs, nec certe temerarie hoc dicit quando Columella, cui magis credendum quam Ariſto. quòd ſcilicet rem ruſticam attētius fuerit expertus dicat id. Verba eius adijciam, quo minus miretur aliquis Albertum. Ariſto. erroris acuraſſe. Cum volet quis quam plurimos mares excludi, longiſſima quę que & acutiſſima oua ſubijciet: & rurſus cum fœminas, quam rotundiſſima, hæc Colu. libro rei ruſt. octauo, ca. v. Hic certè experiētia rem ruſticam docebat & quotidiana obſeruatione, quo fit, vt illi quàm Ariſtoteli magis credendum ſit. Inter tamen tam graues authores nec noſtrum eſt tantas componere lites, quare cenſenda hæc voto legentium relinquo.

Ariſto. error de prehēſ⁹ ab Alberto.

CAPVT .LIII.

QVAEDAM OMNI TEMPORE, &c. Huius rei meminit Ariſto. ſexto naturæ animalium. Itē Columella eo quo dicimus loco his verbis. Quoniam ait nouellæ gallinæ edendis ouis magis quàm excubandis vtiliores ſunt. Varro autem tertio rei ruſt. bimas aut trimas gallinas ad partus vtiliores eſſe ſcriptum reliquit. Et ſubnectit Pli. ADRIANIS maxima laus, &c. Varrò tria galinarum genera eſſe docet. Villaticū ruſticum & africanū. Gallinæ villaticæ, inquit, ſunt quas deinceps rure habent in villis. Ruſticæ quę in vrbe rarę, nec ferè manſuetæ ſunt. Africanæ aſpectus cauſa magis aluntur quàm alimenti. hę poni ſolēt in ornatibus publicis, cum pſitacis ac merulis albis. Adrianis laus datur. quòd pariant ſæpe. Nam vt Ariſto. ait, corpore ſunt paruo, ſed ſunt fœcundę: qui de his volet verboſius, adeat Ariſto. libro ſexto naturæ animalium.

Tria genera gallinarū.

CAPVT .LIIII.

QVA INCVBARI, &c. Columella de ſupponendis ouis ſic agit. Numerus ouorum quæ ſubijciuntur impar obſeruatur: nec ſemper idem. Nam primo tempore, hoc eſt, Ianuario menſe quindecim, nec vnquàm plura ſubijci debent Martio decimonono. Nec his pauciora vnum & viginti Aprili, tot deinde vſque in calendas octobris. Fœturam etiam verno æquinoctio commendabilem tradit Varro tertio rei ruſt. Porrò ad excludendum recentiſſima oua probat. Colu. nec vetuſtiora quàm dierum decem eſſe debere tradit. Et ſubdit Pli. SI CONTRA LVMEN CACVMINE ouorum, &c. Alludit ad Varronem tertio rei ruſt. inquiētem. Curator oportet circuneat diebus interpoſitis aliquot, ac vertere oua, vt æquabiliter concaleſiant: oua plena atque vtilia necne animaduerti aiunt poſſe, ſi demiſeris in aquam quod inane, natat, plenum

De ſupponendis ouis incubationi.

tat,plenum deſidit qui(vt hoc intelligas)concutiunt errare,quod in eis vitales venas confundunt: in iis idem aiunt,cum ad lumen ſuſtuleris quod perlucet id eſſe ob inane. In ſupponendo oua obſeruandum eſt,vt ſint imparia numero,quę incubantur,ſi habeant in ſe ſemen pulli, curator quatriduo poſtquàm incubari cœperint intelligere poteſt,ſi contra lumen tenuit,& purum vniuſmodi animaduerterit putant eiiciendum & aliud ſubiiciendum. Incubare oportet incipere ſecundum nouam lunam,quod ferè quę ante plera'que non ſuccedunt diebus ferè. xx. excludũt:hæc Varro. Columella etiam eadem præcipit. Semper autem(ait)cum ſupponantur oua conſyderari oportet,vt luna creſcente à decima vſque ad quintam decimam id fiat. Nam & ipſa ſuppoſitio per hos dies eſt commodiſſima & ſic adminiſtrandũ eſt,vt rurſus cum excluduntur pulli Luna creſcat quibus animantur oua & in ſpeciem volucrum conformentur. De his etiam affatim Ariſto. ſexto animalium,ſed redeamus ad textũ. SI INCVBATV tonuerit, &c.

Contra tonitru ꝑ ouis incubãdis.

Vitiari autem oua tonitru experientia quotidiana exploratum eſt: nec non voce accipitris audita ſi oua incubentur: quare aduerſus vitium id iubent eruditiores ferreum clauum ſub ouorum ſtramine ponendum. Columella: rei ruſtic. ſcientiſſimus author eadem agenda cenſet, libro octauo. Plurimi, inquit, etiam infra cubilium ſtramenta graminis aliquid, & ramulos lauri, nec minus allii capita, cum clauis ferreis ſubiiciunt,quę cuncta creduntur eſſe aduerſus tonitrua, quibus vitiantur oua,hęc ille. ſubdit Pli. QVAEDAM autẽ & citra incubitũ,&c. Verba ſunt deſumpta à penu Ariſtotelico vbi ſic legitur. Incubitu auium fœtũ excludi naturę ratio eſt,non tamen ita oua aperiuntur, ſed etiam ſua ſponte in terra, vt in Aegypto obruta fimo oua pulicem procreãt. Et Syracuſis potator quidã ouis ſub ſcoria in terra poſitis tandiu potabat. donec oua æderent fœtũ,iã verò cũ in vaſis, quibuſdã tepidis eſſent concocta, ſponte oua pullos prompſere, hæc ille.

CAPVT .LVI.

Gallinę optimę

GALLINARVM GENEROSITAS, &c. Varro tertio rei ruſt. de bonitate gallinarum ſic agit. In parando fœcundas eligat, plærun'que rubicunda pluma nigris pinnis, imparibus digitis, magnis capitibus, criſta erecta, ampla, hæ enim ſunt ad partiones aptiores. Cæterò in quibuſdã codicibus legitur hic:circa erecta, quãdo legendum ſit, criſta erecta, vt apparet verbis Varronis cui hic Pli. applauſit. ITEM his ſequẽtibus verbis interdũ gemina, &c. Colu. gallinas albas euitandas cenſet: quia ſunt molles ac minus viuaces, probant eas quę quinos habent digitos. Et ſubdit Pli. AD OPERTANEA, &c.

Operta nea ſacrificia.

Ad ſacrificia quę fiebant in operto: quę ſecluſa dicebantur: ne prophanorum oculis polluerentur.

CAPVT .LVII.

Gallinarum morbi, & remedia.

INIMICISSIMA, &c. Gallinis peculiaris morbus eſt pituita, id eſt, humor è cerebro in nares, necnõ fauces deſcẽdens, edendi, bibendique cupidinem auferens gallinis, linguæ'que officiens: adeò vt intereant, indureſcit enim earum lingua, vt pipire, glocire'que nequeant: ac vocem emittere: quo fit vt marceſcant. Nec id contingat Colu. præceptum poſteris dedit hoc. Sed iam (ait) validioribus factis, at'que ipſis matribus etiam vitanda pituitæ pernicies erit, quæ ne

fiat

fiat mundissimis vasis & quàm purissimam præbemus aquam, nec minus gallinaria fumigabimus & emundata stercore liberabimus, quod si tamen pestis perua serit. Sunt qui spicas allij tepido madefactas oleo faucibus inferant. Quidam hominis vrina tepida rigant ora, & tandiu comprimunt, donec eas amaritudo cogat per nares emolliri pituitæ nauseam. Vua quoque quam græci staphisagriã vocãt cum cibo mista prodest, vel eadem cum aqua trita potui data. Si verò pituita circũuenit oculos, & cibos auis respuit, ferro rescinduntur genæ, & coacta sub oculis sanies omnis exprimitur, atque ita paulum tritu salis vulneribus ĩfriactur. Id vitiũ maximè nascitur cum frigore & penuria cibi, item cum per æstatem consistens in cohortalibus aqua potatur. Aut cum æderint vuam labruscæ, aut ficum non maturam, Et subdit Pli. AVT HERBA SAVINA, &c. Sauina herba similis Iuniperi folijs, authore Auicenna libro secundo, & Galeno sexto simplicium, affatim Dioscorides. De hac in parte medica agam.

Sauina herba.

CAPVT .LVIII.

COLVMBAE PROPRIO, &c. Aristo. columbas parere magna ex parte bina oua. Pariunt, inquit sexto naturæ anima. magna ex parte bina oua marem & fœminã, generant priorem marem posteriorem fœminam, & cum pepererint ouum interposito die secundum pariunt, incubant ambo vicissim interdiu mas, fœmina noctu, concoquunt atque aperiunt citra diem vigesimum ouum quod prius ediderint, perforant ouũ pridie eius diei quo pullũ excludũt, & fouent prolem ambo ad certũ tẽpus. Colũ. octies pullos educare tradit columbas, si bonę fuerint matricis. Varro tertio rei rusti. quadragenis diebus concipere columbas prodit. Palumbes turtures que ouum quod vocant Vrinum pariunt nonnunquàm, hoc est irritum ac in nihilum redactum improbatum've. Vrinum vocant quod innatet ab vrinãdo hoc est innatando. Inania etiam oua ac subuentanea vocãt hypenemia, item zephyria, eo quòd verno tempore aues illos flatus fœcundos ex fauonio recipere videantur, authore Aristotele libro de historia animalium sexto, cap. secundo: &. iii. de ouorũ natura vbertim differente, quem adeat qui plura de his volet.

Columbę & de pullorũ educatione.

Vrinũ ouum. Hypenemia cua & zephiria.

CAPVT .LIX.

PAVO A TRIMATV PARIT, &c. Pauo, ait Aristo. parit maximè à trimatũ. Viuit annis. xxv. excludit diebus tricenis, aut paulò tardius. Coeunt pauones vere, amittunt pennas cum primis arborum frondibus. Colu. etiam rei rusticæ. viii. de his sic agit. Hoc genus auium cum trimatum expleuit optimè progenerat: siquidem tenerior ætas aut sterilis aut infœcunda. Gallinaceam salacitatẽ habet masculus pauo, atque ideo quinque fœminas desyderat. Nam si vnam vel alteram sæpius compressit: vix dum concœpta in aluo vitiat oua, nec ad partum sinit perduci, quoniam immatura genitalibus locis excidũt Ferè autem locis apricis ineundi cupiditas exercet mares, cum fauonij spirare cœperint. i. tempus ab idibus Februarij ante Martium mensem. Signa sunt extimulatæ libidinis, cum semetipsum veluti mirantem caudæ gemmentibus pinnis protegit, id cũ facit rotare dicitur. Prim⁹ est partus quinq; fere ouorũ, secũdus quatuor, tertius aut triũ, aut duorũ, hæc Colu. Subdit Pli. ANSERES IN AQVA coeunt, &c. Eadem ab Varrone feruntur libro. iii. rei rusti, Anseres, ait, saliũt in

Pauõis partus.

Anseres in aqua coeunt.

aqua dum se mergunt in flumine, ac in piscinam anseribus ad admittendum tēpus aptissimum est ab bruma, ad pariendum & incubandum à calendis Martij, vsque ad solstitium incubat anser tempestatibus dies. xxx. tepidioribus. xxv. Colum. anseribus oua. vii. paucissima subijci, plurima. xv. Et subdit Pli. PVLLVS EORVM VRTICA, &c. De his Colu. sic. Cauendum, ait, est ne aut aculeis vrticarum compungantur pulli, aut esurientes mittantur in pascua, sed antè concisis intubis, vel lactucæ folijs saturentur. Nam si adhuc parum firmi sunt & indigentes cibo, solidioribus obluctantur, ita pertinaciter vt collum obrumpant. CONTRA (ait Pli.) VRTICAM, &c. Colu. astipulatur inquienti, Sed custodiri debet, vt ouis subijciantur radices vrticarum, quo qua si remedio medicantur, ne noceri possit anserculis excussis, quos enecant vrticæ.

CAPVT .LX.

Ardeolarū gña — ARDEOLARVM TRIA GENERA, &c. Aristo. nono natu. anima. tria genera prodit esse, ardeolarum, inquit, tria sunt genera, pella, alba, stellaris, piger cognomine. Pellę coitus difficilis est, vociferatur enim et sanguinem (vt aiunt) ex oculis emittit cum coit. Parit etiam ægre, summo'que cum dolore, &c. Plinius albam vocat græco nomine leucē. Stellarem asterias nomine cognominauit, à fulgore astrorum. Pelos dicta auis quòd non altè

Melācoryphus auis. Chelanopex auis. — sed propè volare soleat. Melancoryphus auis est quam nonnulli ficedulam dicūt, quòd verticem nigrum habeat, dicta melancoryphus. Chenalopeces, anser minor ex vulpis & anseris forma, auis dicta chenalopex. Fœtus hæc tanta charitate complectitur, vt more perdicis vltrò aucupi obuiam eundo spatium pullis ad euitādū tribuat, vt tradit Aelia. Et subdit Pli. SERVANTVR EA IN LOMENTO, &c. In farina fabacea. Vocamus etiam lomentum quod pertri-

Lomentū quid. — tum est, de seruandis ouis. Varro. iii. rei rusti. sic luculentissimè ait. Qui oua diutius volunt seruare, perfricant sale minuto aut muria, at'que ita sinunt tres aut quatuor horas, ea'que abluta condunt in furfures, aut acus. Colu. etiam octauo rei rusticæ de his ita. Ouorum quo'que longioris temporis custodia non aliena est huic curæ, quæ commodè seruantur per hyemem, si paleis obruas, æstate si furfuribus. Quidam sale trito sex horas adoperiunt, deinde eluunt, at'que ita paleis aut furfuribus obruunt. Nonnulli etiam solida etiam fresa faba coaggerant, alij salibus integris adoperiunt, alij muria tepefacta durant. Sed omnis sal quemadmodum nō sinit putrescere, ita minuit oua, nec sinit plena permanere, quæ res ementem deterret, hæc Colu. Sequens caput facile est intellectu, quare illibatum, qui de Vespertilionis natura volet adeat Aristo. naturæ animalium primo, cap. primo.

CAPVT .LXII.

Viperarū part⁹ — VRSVS IN TERRESTRIBVS, &c. Vipera animal edit postquàm ouum intra se peperit, vt ait Aristo. tertio de histo. anima. capi. i. & libro sexto sic etiam agit. Vipera è serpētibus vna animal ædit, cum intra se oua primo peperit. Ouum hoc vnius coloris & molle vt piscium est. Fœtus superne consistit, nec cortice continetur, parit catulos obuolutos membranis, qui tertia die erumpunt &c. Quæ de partu Viperæ hic traduntur, eadem ab Aeliano feruntur libro primo.

CAPVT .LXIII.

BIPEDVM

BIPEDVM SOLVS HOMO, &c. Nunc de generatione animalium terreſtriũ Pli. agit, ab hominis coitu auſpicatus. Tẽpora profectò, vt ſcriptum reliquit Ariſt. v. de hiſto. anima. cap. viii. coitus deſcripta ſunt, & ętates certas ad venerem ſingulis animalium natura fixit, & ſtatuit, ergo plurimorum animantium natura vult quidem rẽ veneream per id tempus, cum hyemi ceſſante ſæuitia, ęſtatis crementia oritur, quod ſanè tempus veris eſt, quò pluríma & pedeſtria & volatilia & natantia ad coitum excitantur, homini tamen nulla concubitus ſtata determinata've tempora ſunt. Nam vt refert Ariſto. quo dixim⁹ loco. Homini maximè temporibus omnibus opportunus coitus eſt. Ad quæ hic Pli. alluſit, quãdo ait. CAETERIS ANIMALIBVS ſatietas in coitu, &c. Concubitum effrenem hic Meſſalinæ coniugis Claudij narrat, illa putans regalem palmam concubitum numeroſiore elegit in certamen coitus nobiliſſimam è proſtitutis ancillam mercenariæ ſtipis, hoc eſt conductitiæ pecunię ſiue meretricię cõditionis, cum qua pignerauit ſe illam coitu multiplici ſuperaturam, eam'que meretricem quinto & vigeſimo concubitu ſuperauit die ac nocte. Et ſubdit Pli.

Cõcubitus Meſſalinæ.

VIROS AVIDIORES Veneris hyeme, fœminas eſtate Heſiodus prodidit, &c. Eadem refert Ariſto. de hiſto. anima. v. cap. viii. Stimulatur (inquit) ad venerem mas hominum magis tempore hyberno, fœmina ęſtiuo. Heſiodi carmen quod Pli. citat hoc eſt. ϑέρεος καματωδέως ὥρη μαχλόταται δὲ γυναῖκες ἀφαυρότατοι δὲ π' ἄνδρες εἰσὶν, ἐπεὶ κεφαλὴν, καὶ γούνατα σείριος ἄζει. Cur autem mulieres æſtate videantur laſciuiores, Rerum naturæ peritiſſimi hanc reddunt rationem, quia mulieres per humecta natura frigidiores multò quàm viri. Solis potẽtia & caloris vehemẽtia ad temperiẽ rediguntur, eliquato digeſto'que, quod ex humectatione ſuperfluebat, vnde fit vt ſint concubitus appetentiores ęſtate, viri verò contra. Hyeme eñ viri laſciuiores ſunt: nam humectatione ad temperiem reuocantur, mulieribus in affectionem diuerſam abeuntibus. Hæc enim eſt ratio à Ioanne grammatico Heſiodi interprete poſita, quam & agnouiſſe videtur Albertus Magnus, qui ait mulieres grauidas concubitus eſſe appetentiores quàm ſi non eſſent prægnantes, tũc cõceptum ſemen neruos mouet, & inde cõfricationis ardor innaſcitur. Cæterò quod de coitu cæterorum animalium ait hic Plin. ea mutuata ſunt maxima ex parte, ab Ariſto. libro quinto naturę anima. cap. ii. quare qui de his verboſius volet, locum habet quem adeat. De canum verò generibus Ariſt. libro ſexto naturæ animaliũ.

Cur viri hyeme, mulieres vere ſunt coitus appetẽtiores

Equire dicitur, cũ coitum equæ aut equi appetunt, ſicut catulire quando canes, ſubare ſues. Eruca herba hortenſis, de qua in parte medica. Porrò quod de Meſſalina ait, ꝙ fuerit coit⁹ inexplebilis, etiã teſtatur id ſatyrographus ſatyra. vi. his verſib⁹.

Equire.

, Intrauit calidum veteri centone lupanar
, Et cellam vacuam at'que ſuã tunc nuda papillis
, Conſtitit, auratis titulum mentita Licyſcæ,
, Oſtendit'que tuum genere britannice ventrem
, Excepit blanda intrates, at'que æra popoſcit.
, Mox lenone ſuas iam dimittente puellas
, Triſtis abit, ardens rigidæ tantigine vuluæ
, Et laſſata viris, nondum ſatiata receſſit.

Dignũ pręterea ſcitu quod traditur de Cyrene muliere, quã dictã ferũt δωδεκαμηχάνον .i. dodecamochenõ, à duodecim machinamẽtis quæ inuenit in veneris vſu, ac. xii. figuras, qb⁹ męcho iucũdius redderetur, cũ veneris pluuiũ excogitaſſet.

CAPVT .LXV.

QVAECVMQVE ANIMAL, &c. Arist. septimo de histo. anima. ea etiam prodit, quæ Pli. hic suis monumētis insulsit. Ita fit, ait Aristo. vt omnibus animalibus partus secundum naturam in caput, cōtra naturam in pedes, aut inflexo circumactoque corpore agatur. De generatione hominis libro septimo disseruimus, quare de his hactenus. De que murium foetu octauo à nobis actum est. Itē de mola vuluæ libro septimo, deque eius causa.

CAPVT .LXVII.

Salamādra.

SICVT SALAMANDRA, &c. Quædam animalia esse palàm est, quæ origine cæca ac dubia abstrusaque gigni solēt; sicuti Salamandra quæ nō alio animali sibi simili gignitur, sed solo prouentu imbrium copioso. Nasci enim plæraque ex nō genitis est inconfesso. Nam sol causa interdum generationis animalium quorundam, argumēta sunt plurima insectorum. Cæterō de Salamandra, animal enim est in genere lacertarū. ignauum animal, colore vario, falso creditum non cremari igne authore Dioscori. libro. i i. Sanie eius pili defluunt, quod & Paulus Aeginita scriptū etiam reliquit. Linguæ etiam impedimentum ad sermonem inferri Nicāder in Theriacis prodit, eamque incendi & torpore contrahi, mente hebetari, membra tremore solui. Sed de his in parte medica agemus effusius.

Salamādra igne non crematur.

CAPVT LXIX.

EX SENSIBVS, &c. Non enim (authore Aristo. de histo. anima. iiii. cap. viii.) pariter in omnibus vis sentiēdi inest, sed alijs sensus omnes alijs pauciores natura dedit. Homo certè & quecūque terrestrium animal generant, atque etiam que & sanguinem habent, & animal pariunt: omnia hos omnes sensus habere videmus, nisi læsum lacessitum've sit, quale genus talparum, cui visus deest, non habet oculos in aperto, sed cute detracta, oculi intus integri apparent. Qui de his fusius volet, adeat Aristotelem quo diximus loco, vbi affatim de quinque sensibus agitur.

CAPVT LXXIIII.

ERGA ET ALIOS SENSVS, &c. De diffidentia animaliū abunde Aristoteles, nono naturæ animalium, cap. primo: cuius placita non collibuit suppingere, ne verbosior quàm par esset viderer.

CAPVT LXXV.

SOMNI QVAESTIO, &c. Omnia pedestria & prædita sanguine, dormire ac vigilare sensu ipso percipiuntur, vt scriptum reliquit Aristo. libro quarto natu. ani. capi. x. Somniare non solum homines, sed etiam equos, oues, capras, denique genus omne quadrupedum idem assertat: aquatilia item dormire. Hominem præterea maximè inter animalia somniare, infantibus anno suæ ætatis quarto aut quinto visa incipere. Produntur, inquit, tamen viri & mulieres qui nūquàm quicquàm somniarint, quorū nonnullis in processu ætatis accidit, vt viso somnio sui corporis habitu mutarētur, vel in mortem vel in morbum.

Aialiū omniū hō maximē sō niat.

Commentariorum in Decimum Plinij Secundi, Naturalis hystoriæ, scriptoris argutissimi, Finis.

IN VNDECIMVM

PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE ARGVTISSIMI SCRIPTORIS LIBRVM, STEPHANI AQVAEI BITVRICENSIS, VIRI EQVESTRIS, COMMENTARIA.

RESTANT IMMENSAE SVBTILITATIS, &c. Multifario animaliũ habito gñe, eorum'que ad amussim natura explanata, insectorum & dotes & naturam miram auspicatur Plinius rerum naturæ consultissimus. Insecta ab diuisuris incisuris'que dicta palàm est, quæ Alber. magnꝰ anulata vocitat. Græcorũ verò peritissimi ἔντομα, id est entoma, quæ iure Pli. subtilitatis immensæ appellitauit. Insectorum certè officiosissimum, vt scribit Aristoteles nono animalium, & præ cæteris ferè animalibus genus formicarum & apum est. Iam formicarũ negocia omnibus in promptu habentur, necnon apes ingeniosioris vitæ produntur, adeò vt non sit facile asseuerare sint ne rationis expertes. Actiuæ enim rationis semina iis inesse non fuerit alienum asseruisse, quod operum & vitæ comprobat modus. Speculatio item quædam & naturalium peritia, norunt enim remedia, cibos distingunt, futura præsagiunt, ingruentia vitant solertissimè, etiam si natura duce in hisce potius videatur niti, vt Plutarchus haud illepidè disseruisse videtur eo libello, quem inscripsit an brutis ratio insit. Diu apud eruditiores agitatum est, spirantia ne essent insecta, at'que sanguinis essent expertia. Aristoteles ille Peripateticorum celeberrimus censor, tertio partium animalium, quæ spirant pulmonem habere memoriæ tradit. Ideo'que piscium nulli pulmonem inesse, sed pro eo branchiæ sunt. Quanquam non me fallit ab Aristotele authorem nostrum dissentire dum posse piscibus inesse scribat, viscera alia, quæ sint pulmonis analoga. Sunt tamen qui dicant apes, formicas, muscas succum haurire, ob id colligunt aliqui pulmonem habere insecta, tum quòd asserent pulmonem esse potus receptaculum: argumento, quia quibus'æger est pulmo, accenduntur in maximam sitim. Hoc item probant quòd animalia quibus pulmo non est, potum nesciunt. Verùm hoc censendum relinquo philosophis, de his enim alibi fusius.

Insecta.

CAPVT PRIMVM.

MVLTA HAEC, ET MVLTIGENA, &c. Alludit hic Pli. ad assertionem Aristo. rerum naturæ cōsultissimi asserentis quarto partium anima. capi. VII. genus insectorum plures habere species, quarum nonnullis quamuis cognatis, nomen nullum commune inditum est, vt api, vespæ, crabroni. ALIQVA PENNIS, &c. Quia Tineæ, bombices, nycedali, & id genus & pennis, & pedib⁹ caret. IVRE OMNIA, &c. Ea igitur animalia insecta vocitantur, ab incisura ac lineari quadam diuisura qua insignita sunt, & commissura. QVAE NVNC ceruicum, &c. Omnium vtpotè insectorum partes, communes haberi constat, caput, aluum, & quod inter hec situm est. Partes enim exteriores has esse constat, & in hunc se modum habere, intra sinum ab ore intestinum pluribus directum atque simplex vsque ad exitum fertur, paucis replicatum, viscus nullum iis est, nullum pingue, nonnullis venter est, vt cicadis aut locustis. TENVI modo fistula, &c. Quia insectis est quoddā fistulosum concauumque quo spiritus si modo spirent, & cibus meare possint. IMBRICATIS flexilium vertebris, &c. Summis iuncturarum partibus curuis obtortisque. Sunt qui putent implicitis legendum, contenderim quàm appositissimè legi imbricatis. Imbricata enim sunt, quæ obtorta ac curuata dicimus. Est autē imbrex, canale obtortum, quod tecto iungi solet quo defluat aqua. Vertebræ sunt summæ iuncturarum partes, vel ossium, non æqualiter finientes. Sunt etiam imbrices tegulæ curuæ quibus tecta cooperiuntur, hinc tectum imbricatum. Porrò quando Pli. ALIA VTROQVE MODO, &c. Hoc est insecta quædam pennis cōstant atque sine pennis, vt formicæ, quarū aliæ sunt pēnatæ, vt scribūt aliqui.

Imbricata. Imbrex Vertebræ.

CAPVT .II.

IN MAGNIS SIQVIDEM CORPORIBVS, &c. Naturam conijcere licet non minorem subtilitatem paruis animalibus indidisse, quàm magnis. Vt igitur Pli. rerū naturæ argutissimus, mōstret insectis subtilitatē, nō paruā inesse eorū ꝓmulgat subtilitatē, mirari certè subit, vbinā tot sēsus collocarit ī culice atq; formicis quib⁹ sēsus nedū tact⁹, sed etiā olfact⁹ gustusq; inest. Aris. philosophorū ille antistes. IIII. nat. ani. omnib⁹ insectis sensus esse, non minus scitè q̄ festiuiter scriptum reliquit. Nedū profectò quæ animal pariunt & sanguinem, quos sensus appellamus habent, verùm & insecta, nam visu quædam & olfactu gustuque adornantur, sentiunt enim procul mel apes, & culices dicti muliones: quòd nisi odorem agnoscerent, nunquàm è longinquo sentirent: sulfuris enim odore, insecta emori aut languescere palàm est. Item formicæ sulfuris suffitu formicario, puluisculo insperso aut origani, aut cornu ceruini, fugantur. Gustus ratio similis est: nam apes ad nullam rem putidam aduolant, qua & languescunt & tristantur, sed dulcibus alliciuntur. Contra, culices nō dulcia, sed acida gestiunt, tactus verò omnibus animalibus datus est. Subdit Pli. VBI VISVM in ea prætendit, &c. Prætexuit, ordinauit. Prætendere, prætexere, quare, Vergi. id, Segeti prætendere sepem. TRVCVLENTAM VOCEM. Vt in cicadis, quæ & si exiguo sint corpore, iis tamen vox est aspera altisonaque. TELVM VERO, &c. Aculeum vt in vespis, crabronibus, scorpionibusque. SPICVLAVIT, Acuendo fixit, Spiculare cuspidem acuere.

Insectorum subtilitas.

Prætendere.

RECIPROCA reflexa, QVOS TEREDINI, &c. Vt exactius preſ=
ſius'que naturę ſubtilitatem explanet, quos Teredini dentes dederit ſcrutatur. Te= Teredi
redines enim conſtat eſſe vermes minutulos, robora, vel firmiſſima atterentes, nes.
quare à terendo dictos volunt, græce Teredo dicitur, τερηδὼν, non abſimilis eſt
Crabroni, ſed vario modo, Fœtum ſicut veſpa, ſub terra edit.

CAPVT TERTIVM.

INSECTA MVLTI NEGARVNT, &c. Plærique
philoſophorum inſecta, nec ſpirare teſtatiſſimum reliqué=
runt, quoniam ijs non ineſſet nexus ſpirabilis, hoc eſt, pelli=
cula pulmoni ſimilis, quo aer aduocatur, item quia ſangui=
nis ſunt expertia, quibus enim eſt ſanguis, ijs & cor, quibus
cor, ijs pulmo, pulmone carẽtia ea & voce carere neceſſum
eſt, vt prodit Ariſtoteles, libro eo, quem de animalibus po= Inſecta
ſteris legendum reliquit, Inſecta tamen & ſi corde, pulmo= quo mõ
ne, ſanguine, careant, guttulam tamen ſanguinis habent, quę cordis, iecoris, pulmo ſpirent.
nis vices ſupplet, vt hic innuit Plin. cuius aſſertio Ariſtoteli reffragari videtur.
Quantum ad vocem, Hęc ita ſe habent. Quanuis enim inſecta vacent voce. Nam
quibus pulmo deeſt, ijs nulla vocis emittẽdę eſt facultas, quamobrem quibus ani=
malium lingua libera & abſoluta nõ eſt, ea ne'que vocem emittunt, ne'que ſermo=
cinantur. At ſonus elidi alijs partibus poteſt, ergo inſectis, ne'que vocis, ne'que lo=
cutionis eſt facultas data, ſonus'que ijs ſpiritu interiore, non exteriore mouetur,
nullũ enim ex ijs ſpirat, ſed alia murmurãt, vt apes, alia canere dicũtur, vt cicadę,
omnia verò in eo genere membrana transuerſo ſepto ſubdita, qua præcinctũ cor=
pus diſtinguitur, ſonant. Nullum enim molle, nullum cruſtatum, vel vocem, vel
ſonum mittit. Muſcæ etiam, apes & reliqua ijs ſimilia, cum volant ſeſe attollunt,
& contrahunt, ſonus enim attritus interioris ſpiritus eſt in eis. Subdit paulò mox Viſcus.
Plinius. INTERIORIS VISCERIS, &c. Alij malunt per viſcera
legere, viſcus non tantum carnem inteſtinam, ſed quicquid ſub corio eſt denotat,
hoc eſt, carnem quę eſt inter oſſa & cutim. ANIMATV carere, &c.
Alij legunt. Anima carere, hoc eſt, ſanguine. ATRAMENTVM obti=
neat, &c. Humorẽ quo veſtes purpureę tingi ſolẽt, de quo aliubi fuſius diximus.
TRAHERE ANIMAM, &c. Spiritum, Magna inter eruditiores diſce=
ptatio de ſpiritu, quem alij corpus ſubtile procedens à corde aiunt in arterias, ad to
tum corpus vitam infundens & anhelitum, per pulmonem. ſunt qui ponant quid Spũs &
diſcerniculi inter ſpiritum & animam, quoniam ſpiritus ſit corporea ſubſtantia, aĩa quid
quàm corpus circundat, compræhendat, contineat. Anima verò ſubſtantia ſpiri= differãt
talis circundans corpus exterius, continens & commouens ipſum. ſpiritus hic pro
anhelitu ponitur, de quo agemus aliubi vberius.

CAPVT QVARTVM.

INSECTA VT INTELLIGI, &c. Hic alluſiſſe videtur
ad Ariſto. aſſenſum, quarto naturæ animalium, ca. ſeptimo ita
prodentis. Quod autem pro carne in ijs habetur, id nec teſtam
imitatur, ne'que quòd in teſtaceis genus carnis continetur. Sed
mediam inter hæc quãdam naturam refert, quamobrem in his
non ſpina, non os, non aliquod ſepiæ ſimile, non ambientem te=

ſtam natura dedit, ipſum enim corpus ſua ſe duricię tueri poteſt. & ſeruare, nec quod aliunde muniri deſideret, hæc ille. VT quædam marina. &c. Sicut
Oſtrocoderma. ſunt ea quę græcorum peritiſſimi ὀστρακόδερμα, hoc eſt, oſtrocoderma, id eſt, teſta contecta vocant, vt ſunt oſtrea, cõchę, Chemę, de quibus libro nono diſſeruimus. ARENTI SIMILE NERVO, &c. Sicco perduro'que, quia cute duriſſima integuntur. ITAQVE DIVVLSIS PRAECIPVA viuacitas, &c. Hic Ariſtoteli aſtipulatur, quarto naturæ animalium ita inquiẽs.
Veſpis. Veſpię (inquit) diuulſę quo'que nõ deeſt viuacitas, viuit ergo cũ pectore caput. At ſine eo caput viuere nõ poteſt auulſum. Diutius ea viuunt, diuulſa quibus corpus longum, pedes'que multi vt Aranei phalangia'que. Conſtat igitur inſecta non poſſe inter chartilaginea numerari. Chartilago enim ab oſſe eſt pluris, minoris've ratione, ſiquidem præciſum os non ſuccreſcit amplius, nec chartilago conuulſa coit, inſecta etiam non poſſunt dici χονδράκανθα, id eſt, condracantha, hoc eſt, quę ſpinam habent chartilagineam.

CAPVT QVINTVM.

SED INTER OMNIA, &c. Inſectorum naturam dicturus à dotibus apum quàm appoſitiſſimè auſpicatur Pli. quia potiſſimum cæteris animalibus cum induſtria,
Apũ induſtria. tum ſolerti ingenio prętantiores videntur. His profecto vt quàm feſtiuiſſimè teſtatiſſimum reliquit Varro, exactiſſima doctrina clarus, tertio rei ruſt. Plurimum ingenij & artis natura tribuit. Ob id concinnè Homerus ille Mantuanus quarto Georgicon, Apollinem apibus naturam miram indidiſſe ſcriptum, hoc verſu reliquit.

, Nunc age naturas apibus, quas Iuppiter ipſe
, Addidit. Sunt mediſſidius Apes hominum cauſa genitę.

Vnde primo apes. Higinius vetuſtioris eruditionis interpres, à Meliſſa muliere obortas, quàm ab Ioue in apem mutatam feſtiue prodit, mox dicteo ſpecu Iouis extitiſſe nutrices, quare Poeta cecinit. Dicteo cœli regem pauere ſub antro. E, cura apũ, è quibus, ne'que diligentius quicquam præcipi poteſt, quàm ab Higinio, vt memoriæ mandauit Columella author vberioris doctrinæ conſultiſſimus nono rei ruſt. dictum, nec ornatius à Verg. nec elegantius quàm ab Celſo. Higinius veterum placita ſecretis monumentis diſperſa induſtrię collegit Vergilius poeticis floribus illuminauit. Celſus vtrius'que memorati adhibuit modum. Sed redeamus ad prætextum. FAVOS CONFINGVNT, &c. Domos cellulas'que ſtruunt. Alludit ad Mantuani Homeri carmen, ita canentis.

, Prima fauis ponunt fundamina deinde tenaces
, Suſpendunt cæras, aliæ ſpem gentis adultos
, Educunt fœtus, aliæ puriſſima mella
, Stipant, & liquido diſtendunt nectare cæras.

Hæc etiam teſtatur philoſophorum ille accuratiſſimus Ariſtoteles nono animalium, ca. XXX. SVCCVM'QVE DVLCISSIMVM, &c. Varro ille togatorum facile princeps. Apes intus fauos melle farcire ſolitas prodit, quod in-
Apũ cellulę. quit, dulciſſimum & dijs & hominibus eſt acceptum, quia fauus in altaria, & mel ad principia conuiuij tribui ſoleant. Hæ apes, ait, vt hominũ ciuitates ſunt, quia hic & rex, & imperium & ſocietas eſt, communi conſulentes bono. Habent enim in ſe Rempub, quod conijcere licet carmine Vergiliano hoc,

, Solę commnunes natos consortia tecta
, Vrbis habent, magnis agitant sub legibus æuum,
, Et patriam solę, & certos nouere penates.

MANSVETI, &c. Hoc libro institutionum adnotatur de rerum diuisione §. Apium quoque. NEQVE FERI, &c. Apes, inquit, Varro, non sunt solitaria natura, vt aquilę, sed vt homines, gregatim, quia vt ait Palladius. Sese apes gregatim insequuntur, & operantur, quod comprobat Aristo. quarto naturæ animalium. Apum mansuetudo & societas

CAPVT SEXTVM.

HYEME CONDVNTVR, &c. Insecta penè omnia hyeme abscondi Aristoteles rerum naturæ consultissimus octauo naturę animalium, ca. xiiii. memoriæ mandauit, præterea quę in domicilijs cum hominibus agunt. Latent insecta hyeme alia diutius, alia quãdo algor vehemens est, vt apes. Nam & ipsę cessant & latent cuius rei argumentũ quod minime cibũ sibi appositũ gustare videtur, quiescũt ab occasu Vergiliarum vsque ad Ver, illarum ortus fit circa quintum idus maias, distans ab æquinoctio verno vndequinquagesimo die.

ANTE FABAS FLORENTES, &c. Varro author argutissimus tertio rei rust. gratissimos fabarũ flores apibus testatissimum reliquit. Nam, inquit, ita μελιϑῶνας, id est, mellaria alueorum que loca facere oportet, vt quę maximè sequentur apes, ea iuxta mellitonas serere oportet, ea enim sunt Rosa, Serpyllũ, apiastrum, faba, lens, pisum, cyperum, medicam, cythisum, quod valẽtibus vtilissimũ est. Etenim ab æquinoctio Verno florere incipit, & permanet vsque ad æquinoctium autumni. Subdit mox Pli. CAERAS FINGVNT, &c. Assertioni Aristotelis astipulatur Pli. qui quarto naturæ animalium, ca. xxii. hæc habet. Construunt fauos è floribus, Cæram è lachryma arborum, mella ex rore aeris syderum exortu potissimum, & arcus cœlestis incubitu contrahunt, omnino autem Vergiliarum exortu mel non fit. MELLIGINEM, &c. Est enim melligo, concretum quoddam roscidum in arborum folijs, quod sublucanis temporibus fieri solet, sic enim is humor vocatur. TECTORIO, &c. Incrustamento. Herbæ serẽde i circuitu alueorũ Melligo

CAPVT .VII.

PRIMA FVNDAMENTA, &c. Principia mellei operis sunt Metys, est que proprie cæræ purgamentum, ex quo partem aluei priorem apes illinunt, Pissoceron sequitur, genus melliginis è cæra, pice, siue gummi, siue resina mistum, Denique propolis his adnectitur. Est enim quod apes ante alueum faciunt, vnde Varro tertio rei rust. Propolim vocant quod apes faciunt ante foramen introitus porrectum in alueum maximè ęstate, fauorum stabilimẽtum, quo omnes frigoris, aut iniuriæ aditus obstruuntur. MAGNI AD medicamina vsus, &c. Ea enim quę flauo colore, odorata, styraci similis, in aridissimo mollis, nec secus quàm mastiche in longum cum trahitur ductilis est. Est propoli vis & natura in calefaciendo, & extrahẽdo maxima, surculos corpori infixos extrahit, suffitu antiquis tussibus subuenit, emendat impetigines imposita, vt concinniter scriptum reliquit Dioscorides libro secundo. Metys, Pissoceron. Propolis.

PICANTIVM,

Picãtes PICANTIVM, &c. Pice liniẽtium modo. CEV DILVTIOR, &c. Magis mista, quare colorem dilutum vocant cum veluti aqua adhibita est color minus intensus est. PRO GALBANO, &c. Ob videlicet odorẽ grauẽ, & medicas vires, nam vti propolis est aculeos corpori infixos extrahere, sic Gal-

Galbanum. bani. Est enim ingrati odoris, vt ait Theophrastus. Item & Diosco. libro tertio, sed de hoc vberius in parte medica disseremus. ERYTHACE, &c. Huius ita meminit Varro. Etiã, inquit, paucę extra ostium aluei obturant omnia, qua venit inter fauos spiritus quàm ἐριτάκες, id est, erithacen vocant gręci, hæc il-

Erithace. le, libro tertio rei rusticę. Est ergo Erithace apium cibus dum operantur, sunt qui sandaracham vocẽt, vt hic innuit Pli. Cuius assertio indagine ac scrutinio attentiore eget. Duplex profecto quondam græcis & latinis scriptoribus cunctis sandaracha fuit. Metallica pluribus locis fossilis, vt testati sunt Pli. & Victruuius, qui

Sãdaracha duplex. ad Hispanim scythiæ fluuium optimam omnium inueniri tradiderunt. Ficticia deinde, & adulterina, qua excocta cerussa fieret. Cerussæ substãtia sandaracha est, vt ait Vitruuius septimo architecturæ. Sandicem ex hac si torreatur æqua parte admixta fieri contendunt, qui veteribus poetis præsertim credunt. Maroni color notissimus est, Et si crediderint aliqui herbã sandicem esse, cum cecinit. Sponte, sua sandix pascentes vestiet agnos. Quod tamẽ Pli. hic asserat Erithacen esse sandaracham aut dici, non satis illud nobis arridet verum cẽsendum hoc peritioribus relinquimus, aliubi fusius dicturi. AFRICI, &c. Venti, Austri, meridionales venti. PLVRIMVM in Græcis nucibus, &c. In amygdalis. Nu-

Nuces grecæ. Thasia nux. ces gręcę à Cloatio, libro quarto ordinatorum græcorum, dicuntur alio vocabulo thasiæ nuces. Thasia autẽ nux amygdala vocatur. Nux gręca, inquit, amygdala est, cõprobat hæc Macrobius tertio saturnaliorum, ca. xii. Menecrates. Hic est Menecrates, cuius meminit Varro tertio rei rust.

CAPVT .VIII.

CERAS EX OMNIVM, &c. Quanquàm omnium fermè arborum floribus satorum'que cæræ aut mel, fieri possint, nihilosecius quibusdam aptius, eximius fieri palã est. Ex quibus autem aut cerę, aut mella fieri meliora cõsueuerint, Varro nullius doctrinę expers, tertio rei rust. docet his verbis. Ex olea, inquit, arbore, cęram, è fico mel, ex ijsdem omnibus rebus carpere dicuntur, è faba, apiastro, cucurbita, brassica cęram & cibũ, è malo & pyro syluestri cæram & mel, è nuce græca, cæram, mel, cibum ex flore ciceris, mel liquidum ex rosmarino, spissum ex fico, è cythiso bonum, è thymo optimum, hæc ille, ob id

Mel vt suauius fiat quę cõserẽda. Columella vt mel suauius fiat, Thymum, origanum tymbram violam serenda iubet libro rei rust. nono. Ait deinde Pli. EXCEPTA RVMICE, &c. Rumex herba est græcis dicta, λαπάθον, id est lapathon, cuius esse plura genera prodit Diosco. libro secũdo, & Pli. vigesimo histo. vbi agemus fusius. Hic Pli. Ru-

Rumex micem intellexisse autumarim eũ, quẽ græcorum peritissimi ὀξαλίδα, id est, oxalida vocant, cuius & folia & radices & flores acido sapore dicũtur, & propter acidã vim apes non id attingere. CHENOPODE, &c. Herba anseris effigiẽ habente. SPARTVM, &c. Spartũ quod gręce est σπάρτον, id est, spar-

Spart⁹. ton, genistam nostri vocitant, quod & gręci λύγον, id est, lygon vocant, quòd viminis loco eo vti soleat, nam sparto, id est, genista vites ligari solẽt, vt ait Paulus Aeginita, libro sexto, quando ait σπάρτος ᾧ ἀμπέλους δέουσι, hoc est, spartus quo vites

vinciunt,

vinciunt, huius abundè Theophrastus, libro primo plãtarũ & noster author. xix. vbi plura videre erit de hoc. FALSO EXCIPI OLEAS, &c. Nonnulli apes olearum frondibus non gaudere ad mella conficienda scriptum reliquerunt. Aristoteles tamen philosophorum ille argutissimus, quarto naturę animaliũ examina prouentu olearum vberiora fieri posteris legendum reliquit ca. xxxii. Prouenit, inquit, fœtus apum parcius vere serotino, scalore, rubigine, augent. Porrò mella siccitates, sobolem imbres, vnde fit vt simul oliuæ, & examinum copia sit. INSIDVNT, sedẽt. SPECVLATORES, hi sunt qui è specula aspiciũt, qui & in bello ante castra mitti solẽt grãtia explorãdi, tracta metaphora à castris obseruãdis. Excubãt supinę ventrẽ cœlũ versus habẽtes. Sequẽs caput nihil habet fuscedinis, in quibusdã tamen deluxatis codicibus, Philistum, aut Hybiscũ legitur. Ego hyliscum lego, ita enim vetus codex, qui mihi est manu conscriptus habet, quẽ probatissimę fidei puto. Apud Aelianum etiam Hyliscum, non hyscum, nec philistum legitur.

CAPVT .X.

RATIO OPERIS, &c. Alludere videtur hic Pli. ad Homeri Mantuani carmen, canentis ita. Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti, Inque vicem speculantur aquas, & nubila cœli. Varro veteris agriculturę clarissimus assertor, militari quodam exercitio apes vti, testari videtur libro tertio rei rusticæ. Omnes, inquit, in exercitu viuunt, atque alternis dormiunt, & opus faciunt pariter, & vt ad columnias mittunt duces, ij cõficiunt quędam ad vocem imitatione tubæ. STATIO AD PORTAS, &c. Statio locus ad custodiã assignatus, quando milites stantes vigilant, hinc stationarij. NOCTV quies in matutinum. &c. Alludit ad Poetam ita canentem scitè & lepidè. Statio.

, Vesper vbi è pastu tandem decedere campis
, Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant
, Post vbi iam thalamis se composuere, siletur
, In noctem, fessosque suos sopor occupat artus.

DONEC VNA EXCITET, &c. Tracta metaphora à castrensi vigilia. Nam vbi aduesperascit, aut dilucescit, solet tibicen canere quid facto opus sit. Et cum receptui canit, quisque castris se continet, ita apes agunt. Aelianus eo libro quem de varia historia posteris legendum reliquit, de his ita agit. Apũ ętas ex colore deprẹhenditur, ætate integrę similes oleo renidẽt. Senescẽtes rufę aspectu, tractatuque asperę, his plus artis in mellificatione, iuuenibus plus virium, prognosticum tempestatis habent, imbre impendente sese in aluearijs continẽt. Cum procedunt vt aduerso resistant vento, lapillos pedibus librant, sunt intus quę apes ociosę dici queunt, nec tamen de fucorum genere, quippe quę fructuosis non aduersantur, sed regi vna cum senibus & emeritis assistunt, aquam ei ferunt, extinctas apes egerunt, validiores ad opus exeunt, Regem venerantes separatim ei cellam construunt, &c. De his item Aristoteles, libro nono naturæ animalium ita habet. Tempore matutino omnes silent, donec vna gemino aut triplici bombo excitet omnes. PRAEDIVINANT (ait Pli.) VENTOS, &c. Apes proculdubio tantæ sagacitatis esse constat, vt ventos futuros præsagiant, quod & testatissimum reliquit Vergil. hoc versu. Apum ætas quomõ cognoscatur.

, Nec verò à stabulis pluuia impendente recedunt
, Longius, aut credunt cœlo aduentantibus euris

Venturę

, Venturęque hyemis memores æstate laborem, &c.
Inter præscita, pręsagia, Aggerūt, accumulāt, iuxta ponūt, quod & testatur Verg. quando ait quarto georgi. & in medium quęsita reponunt.
, Nam'que alię victu inuigilant & fœdere pacto
, Exercentur agris, pars intra septa domorum
, Narcissi lacrymam, & lentum de cortice gluten.
Eadem Aristoteles nono animalium, ca. xxx. memoriæ mandauit. Subdit mox Plinius. ❧ FOEMINA ONERANT, &c. Partes femorum interiores. ❧ REMEANT sarcina pandatæ, &c. Redeunt apes curuatæ ob sarcinam.
Pādare — Pandare curuari, Hinc trabes pandatæ à Vitruuio curuatæ dicuntur, & quę oneri cedunt, suggerunt, subministrant, cibum comparant, adęquant, constituunt, componunt. ❧ CONCAMERATIONE, &c. Fornice, testudine, concamera-
Cōcameratio. — re, modo fornicis aliquid fomare, Ruentes cęras fulciunt, complanantes, aut diruentes. Fornicatis, curuatis, & admodū fornicis formatis. ❧ FORNICARE, &c.
Formicare. — Admodum fornicis, siue testudinis, formare, curuare, concamerare. Ad farciēdū, componendum. ❧ PRIMI TRES VERSVS, &c. Primi tres ordines.
Gerul⁹ — ❧ GERVLAE, &c. Apes sarcinam gerentes, Gerulus qui onera portat, quē alij vocant Baiulum. ❧ SI cooriatur procella, &c. Alludit ad carmen Vergilianum hoc.
, Excursus'que breues tentant, & sæpe lapillos
, Vt cymbæ instabiles fluctu iactante saburram
, Tollunt, his sese per inania nubila librant.
Eadem Aristoteles libro naturę animalium nono. Quoties, inquit, flatu vęhemēti iactantur, lapillum gestant, quo se quasi fulcro & fundamine quodam stabiliant, contra flatum, &c. ❧ VEPRIBVS HEBETATO, &c. Flatu procellæ
Amoliri. — interuentu veprium superato. ❧ AMOLIVNTVR omnia è medio, &c. Amouent, repellunt, Amoliri, repellere amouere. ❧ EGERVNT, &c. Extra portant, Plebeis, vt [illegible] apibus. ❧ GVTTASQVE lanugine totius corporis quibus est, &c. Hoc est, quibus apibus est lanugo totius corporis hę guttas aggerunt ea lanugine.

❧ CAPVT .XI. ❧

SI SPERATVR LARGIOR, &c. Astipulatur hic Plinius Aristoteli qui nono naturæ animalium fucos seorsum gigni, si dux viuit, refert. Sed si obijt, in apum luculamentis oriri ex ipsis apibus, at'que hos fieri animosiores, quo circa aculeatos vocari, quamuis aculeo careant, animo nan'que feriendi, non potestate nomen hoc meruerunt. Columella rei rusticę excellētissimus interpres, nono, fucos apum genera amplioris incrementi genus non absimile à similitu-
Fucus. — dine apis scriptum reliquit. Et vt cecinit Homerus ille Mantuanus. Ignauum fucos genus, & sine industria fauis assidens. Quia fucus ne'que alimenta congerit, sed inuecta cōsumit. Verūtamen aliquid videtur conferre ad sobolis procreationem, insidens seminibus quibus apis figuratur, ita'que ad fouendū & educādum nonam sobolem familiarius fucus admittitur, exclusis deinde pullis extra tecta, truduntur ipsi fuci ab apibus, quare ait Vergil.
, Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.
Fucorum autem multitudine mellis & examinum vbertas speratur, vt prompsit in literas Columel. libro antelato, quanquàm apiarij consueuerint fucos expellere,

❧ vt ait

vt ait Aristo. ix. de histo. anima. Deinde ait Plin. ADIICIVNTVR contubernia, Societates. Contuberniũ castrense verbum vt ait Vegetius libro rei mili. ii. Domos suis regibus futuris confabricare solent apes, quare Pli. REGIAS imperatoribus, &c. Quod & ab Verg. fuit nõ minus scitè quàm apppositissimè animaduersum hoc versu.

, Ore legunt ipsæque regem paruosque quirites
, Sufficiunt aulasque & cærea regna refigunt.

TVBERCVLO eminente, sede altiore. SEX ANGVLAE omnes, Cellæ enĩ mellis sex angulos in aluearibus habent, vt Varrõ, lectione conijcere licet. iii. rei rũ. Nã in fauo, inquit, cella ex angulis totidem, quot habet pedes, quod geometrę exagonõ fieri i orbes rotũdo cõtedũt, vt plurimũ loci includãt, foris pa scuntur, intus mellis fauos farciunt, hæc Varro. Huic applaudit Colu. ix. rei rust. quando ait, Sed oẽs faui semper cauearum tectis & paululum lateribus adhærentes depẽdent, ita ne solum contingãt, quoniã id præbet examinibus iter. Cæterũ figura cærarũ talis est, qualis habitus domicilij, nã & quadrata & rotũda spacia nec minus longa suã speciẽ velut quędã formæ fauis præbent, ideoque nõ semper eius dẽ figuræ faui reperiuntur, hæc ille. RAPIVNT (ait Pli.) DIEBVS fere nis munia, &c. Exequuntur officia publice debita. Figura cellarũ.

CAPVT XII.

VENIT HOC EX AERE, &c. Mel ex aeris habitu potissimũ syrio astro, hoc est canicula exoriẽte fieri testatur hic Pli. Colu. Higinij testimonio fult⁹, mella matutino rore cõfici scriptum reliquit, quod Pli. ait quando. VENIT hoc ex aere, &c. Sublucanis tẽporibus horis sub lucem venientibus. i. matutinis. Hic expendendũ quidnã intelligat Pli. differens de hoc melle. Nõ profectò puto Pli. intellexisse de melle ab apibus facto, sed de melle quod aerium iure dixerimus, quod officinæ nunc omnes vocant manna, ego melliginem: nec Pli. intelligit de sale indico, hoc est quod Neoterici Saccharon vocant, quanquã tamen mel ritè dici possit harundineũ, sale indico inquã: nã Archigenes antiquissimus inter medicæ artis professores mel harundineum. i. salẽ indicũ, siue quod nunc sacharõ dicimus vocauit, qua vocis acceptione Paulus Aeginita libro. ii. vtitur inquiens de linguæ asperitate, καὶ ἅλες ἰνδικὸς χροίᾳ μὲν καὶ συστάσει ὅμοιος τῷ κοινῷ ἁλὶ γεύσει δὲ μελιτώδης, quod nihil aliud est quã. Et sal indicus colore quidẽ concretioneque vulgari & similis communi sali, & sapore melleus, sed de hoc aliubi verbosius agem⁹. Ait Pli. SPLENDESCENTE SYRIO, &c. Syrius stella perniciosa, in ore leonis canis stellas cõtinens. xviii. dicta à longo tractu, quoniam magnitudine sua trium signorum, vt ferunt, spatium occupat, sub hac canes rabie vexantur, oritur circa octauũ calendas Iulij. Mel aerium. Mel harũdineum. Sal Indicus. Syrius.

CAPVT XIII.

VBI OPTIMVS, &c. Quibus regionibus mel prestantius nascatur proueniatque, hic nobis palàm facit. Higinius optima mella nasci ait vbi thymus, tymbra, cunila, origannum viola pullulare soleant, quod fieri testatur Achaiæ, vbi trãsferũtur at ticę pastiones, & in Euboea, insulisq; cycladib⁹, nec min⁹ i Sicilia & Hybla. Dioscori. libro secundo, attico hymetio melli honorẽ detulit, in secundo ordine hybleum mel est, quare cecinit Martia. in xenijs. vbi mel optimũ

, Cum dederis siculos mediæ de collibus hyblæ. Cecropios dicas tu licet esse fauos.

laudibus extollitur hyblęum mel, quia hybla mōs Siciliæ thymo scatet. Laudauit & Martia. hymetiū à monte hymeto, quādo ait. Hoc tibi Thesei populatrix misit hymeto, Pallas & à syluis nobile nectar apis. CALLYDNE, &c.

Callydne.

Strabo propè Tenedum constitutā insulā hanc scriptum reliquit, alij circa Rhodū ferunt. SORBETVR optimum, &c. Palladius folia harum arborum apibus gratissima ait, Amygdali pyri, persici, terebinthi, lentisci, cædri, Tiliæ ilicis pomiferarum arborum, taxi verò inimica.

CAPVT .XIIII.

SVMMA QVIDEM, &c. Mellis bonitas fit ad regionum naturā & locum, nam in pelignis populis marsis finitimis, ibi eñ faui cæra sunt spectabiles, anthinum quando faui floribus construuntur. MAGNORVM syderum. Hoc apposité & lepidè dictum, magnorum eñ syderum dixit, nō stellarum, quia stellę quidē singulares sunt, vt quinque erraticæ, & cęterę quę nō admistæ alijs solę feruntur. Sydera verò vt ait Macro. quæ in aliquod signum stellarum plurium cōpositione formātur, vt aries, taurus, andromeda, perseus, corona, vergiliæ, & id genus, quæ Pli. magna sydera vocat quorum exortu optima mella fieri consueuerunt, vnde ait Collu. author impēse doctus lib. rei ru. ix. A canicula, inquit, post diē quinquagesimum arcturus oritur, cū irroratis floribus thymi, cunilæ, tymbræ, apes mella cōficiunt, idq; optimæ notę enitescit autūni ęquinoctio, quod est ante calēdas octobris cum octauā partē libræ sol attigit, hæc ille.

Magna sydera.

SOLSTITIO .i. viii. calē. Iulij. Solstitiū quoties dicitur nihil addēdo ęstiuum semper intelligitur.

Solstitium.

EST AVTEM in eximēdis, &c. Fauos Colu. ita eximēdos censet, dum ait. Adhuc rura pastionibus abundant, quinta pars fauorum cū iā metuitur hyēs, tertia relinquēda est, at si ceræ dependētes in lōgitudinē decurrāt, eo ferramēto quod est simile cultro insecādi sūt faui, deinde subiectis duob⁹ brachijs excipiēdi, atque ita promendi. Sin autē transuersi cauearum tectis hęrēt, tunc scalprato ferramēto est opus, vt aduersa frōte impressi desecentur. Eximi autē debēt vel veteres vel vitiosi, & relinqui maxime integri, ac melle pleni, oīs deinde copia fauorum conferenda est in eum locum in quo mel conficere voles, hęc ille. QVONIAM (ait Pli.) INOPIA CIBI, &c. Solent apes inopia cibi vt plurimum laborare, ac lāguere quib⁹ succurritur, authoribus Colu. & Palla. granis mali punici, siue granati forib⁹ alueorum admotis, necnō vino amineo, vuis passis, aqua mulsa, furfuribus. Higini⁹ hoīs vrinā aut bubulā propinandā suadet.

Apes cibi īopia laborantes quō curētur.

Subdit Pli. IGNAVIAM copia affert. Sicut inopia laborāt, ita & copia, Ex hac vindemia, ex hac messe collectione que. QVOD vocāt horęum. Mel eñ ęstiuum rite horęum dicitur, nā grecorum peritissimi ὡραῖα .i. horęa oēs fructus æstiuos vocāt, totoq; illo tēporum spatio maturescētes fructus ὧρα eñ hora apud Home, pro vere ponitur, quādo ait μυρίοι ὅσσα τε φύλλα καὶ ἄνθεα γίνεται ὥρῃ, quod latine vertas est, infiniti quot folia & flores fiunt per horā, horā hic pro vere ponens, qua uocis acceptione Sili⁹ vsus est quando ait. Milia quot folijs, quot floribus īcipit ann⁹. Sic ergo horæa tum veris tum ęstiui fruct⁹ dici possunt, nec ꝓprie autumnales fruct⁹ dici possunt horęi, sed potius oporæ, nomē eñ opore fructus autumnales notat, sed veniamus ad textum.

Horæū mel.

Horæa. Oporæ

MEDICAMENTA non mella gignuntur, &c. Melle eñ oculorum impetigines curātur, est ꝓfectò melli vis exterēdi, aperiendi, proritādi humores in summum, cōferunt mella vlcerib⁹ vt ait Dioscori. lib. ii. vires mellis aliubi copiosius differemus. DONA cœlestia, &c. Sic vocat mella Verg. quādo ait. Protinus ærij mellis cœlestia dona.

CAPVT .XV.

MEL PLENILVNIO, &c. Appellatur tacitum, alij le=
gunt acœtō.i.sine sedimēto ac retrimēto, quod rustici stra
tum & cubile in vino vocant, aptissimum æstimatione è
thymo. Thymus certè apibus gratissima herba est, vnde
, Home. ille Man. cecinit. Dum'que thymo pascentur apes
, dū rore cicadę. Probatiora autē mella sic à Diosco. descri=
buntur. Probatius in omni genere quod dulcius, odoratius,
acre, colore rutilo, non liquidum, sed ponderosum firmūq;,
& quod tractum digitos sequaci lentore sequitur, ad q̄ oīa Pli. videtur hic allusis=
se. CAPRIFICIALEM diem vulcano sacrum, &c. Diem canicularem,
qui vulcano sacer erat, Caprificiales dies caniculares dicti, ꝙ eo tēpore liberi simul — Caprificiales dies.
& ancillæ sub arbore caprifico sacra faciebant. Erat autem initium caprificorum
post exortum canis, qui dies vulcano sacer erat, vt conijcere licet carmine Ouid. ita
, canentis. Nocte sequente diē canis erigonius exit, Est alio signi reddita causa lo=
, co, Proxima vulcani lux est &c. Lustrātur puræ quas facit ipse tubę. Macrob.
plurimæ lectionis author nonis Iulij diem festum esse ancillarū tum vulgo notū
vt nec origo nec causa celebritatis ignota sit asseuerat, Iunoni em̄ caprotinę die illo — Caprotina Iuno.
liberi pariter ancillęque sacrificabāt sub arbore caprifico in memoriā virtutis, quę
in ancillarū animis pro conseruatione publicę vtilitatis olim apparuit, nā post vr=
bē captam cū sedatus esset gallicus motus, respu. verò esset ad tenue deducta, fini
timi opportunitatē inuadendi Romani noīs occupati pręfecerūt sibi, Posthumium
Liui. Fidenatiū dictatorē, qui mādatis ad senatū missis postulauit vt si vellent reli=
quias suæ ciuitatis manere, matres familias sibi & virgines dederentur, cūq; patres
essent ī ancipiti deliberatiōe suspēsi, ancilla noīe Tutela seu Philotis, pollicita est se
cū cęteris ancillis sub noīe dn̄arū ad hostes iturā, & habitu matrūfamilias, & vir=
ginum sumpto hostibus cū prosequentiū lachrymis ad fidē doloris ingestę sunt.
Quę cum à Liuio in castris distributę fuissent, viros plurimo vino prouocarūt, diē
festū apud se esse simulātes, quibus consopitis ex arbore caprifico q̄ proxima erat
castris, signum Romanis dederunt, qui cū repētina incursione superassent, memor
beneficij senatus oēs ancillas manu iussit emitti, dotēque eis ex publico fecit, & or
natum quo tunc erāt vsę gestare concessit, diēque ipsum nonas caprotinas nuncu
pauit ab illa caprifico, ex qua signum victoriæ cœperunt, sed de his nec verbosius.
MELLATIONE, mellis prouentu & vindemia.

CAPVT .XVI.

TERTIVM GENVS, &c. Est profectò inter mellis gn̄a
quod Ericeū vocāt, syluestre quidē mel, quod erica frutice
fieri solet. ARCTVRI exortu, Arctur⁹ stellā ī signo bo — Arcturus.
otę post caudā maioris vrsę, cui⁹ ort⁹ & occasus tempesta=
tes faciunt, oritur à canicula ferè post diē quinquagesimū.
Hic videtur Pli. Collu. astipulari ita lib. ix. rei rust. de hoc
agenti. Sed inter caniculę & arcturi exortum circa equino=
ctium librę faui secunda est exēptio, Ab equinoctio deinde
quod cōficitur circa. viii, calē. octobris ad vergiliarum occasum diebus. xl. ex
florib⁹ thamarici, syluestrib⁹ frutetis, apes collecta mella cibarijs hyemis reponūt
quibus nihil est oīno detrahēdum, ne sępius iniuria cōtristate velut desperatiōe re
rum ꝑfugiāt, ab occasu vergiliarum ad brumā, ē ferè cōficitur circa. viii. calen.
Ianuarij ī octaua parte capricorni iā recōdito melle vtūtur examīa, eousq; ad exor
tū arcturi sustinetur, hęc ille. SISARVM, Frutex quā nōnulli vocant ericā folia — Sisarū.
thamarici habēs. Ad ęquinoctiū vernū fit octauo calē. aprilis, mulierū mēses, mē
strua quę græce γυναίκεια. ABIGI FVMO, &c. Colu. quædam examina cū su=

bitò euaſerint ſine cũctatione ſe prorípere ſcriptũ relíquit, verũ antequã id agãt murmur edũt, qualis i aluearib⁹ exaudítur vox, quare iure à Verg. dictũ putarim.

, Corda licet vulgi præſciſcere nan'que morantes
, Martius ille æris rauci canor increpat, & vox
, Auditur fractos ſonitus imitata tubarum,

Cũ igitur tantum inter apes ingruit bellum, tum fumo ſuffumigandę ſunt. Hinc Varro. id extat. i i i. rei ru. Si ex alueo minus frequentes euadũt, ac ſubſidit aliqua pars ſuffumigandum, ac prope fumus bene olentiũ herbarũ maximè apiaſtri, thymique &c. Colu. ex libro rei ru. eadem cenſet agenda. Hic expendendum vbi legitur Tetradicẽ, ego contenderim legendum tetralicẽ: ſic Theophra. vocat fruticẽ æſtate germinantem. Ericem comperio tamaricem vocari ſimilitudine quidẽ, nã tamarici ſimilem fructum ferunt vt teſtatiſſimum reliquit Dioſcori. lib. i. Theophra. ſimilem roſmarino feciſſe videtur, ego putarim Ericem eſſe geniſtã quodã-
Erice herba. modo ſylueſtrem. Fuit quõdam Erice ęgy pto grata Iſidi, vt ſcriptum reliquit Plutar. libro de Iſide & Oſyride. Sed redeamus ad rẽ. Puluere igitur apes diſcordes & pugnam agentes ſedari memorię mandauit Home. Mã. quando ait. Pulueris exigui iactu cõpreſſa quieſcit. Solet plerũque examinũ pugna mulſo, aut paſſo, aut quouis liquore ſimili videlicet familiari dulcedine mitigari. ACESCENTIA, in acorem conuertentia, quod acapnõ vocat: mel acapnon dicitur, quod ſine fumo
Acapnõ mel. eſt. καπνὸς. i. capnos fumus dicitur, & ἄκαπνον. i. acapnon, quod ſine fumo eſt, hinc vina acapna ſine fumo. QVOD bythimũ eſt, Sic in deluxatis codicibus legitur cũ legẽdũ ſit, quod è mero thymo eſt, qđ eñ fit è mero thymo nõ albi ſed aurei coloris eſt: vlcerib⁹ aptiſſimũ, quia ea purgat, oĩa eñ vlcera purgatione & deſiccatione egẽt. FOETVS quonãmodo, &c. Ariſt. lib. quẽ de generatione anima. poſteris legendum reliquit prolem apum more quorundã piſcium, hoc eſt ſine coitu progenerare. E generatione apum magna apud philoſophiæ ſectatores emerſit ambiguitas, viſus ne nunquã apum coitus eſſet. Sunt vtpotè mirę caſtitatis, vt ab Homero Mantuano lepidiſſimè eſt animaduerſum hoc carmine.

, Illum adeò placuiſſe apibus mirabere morem,
, Quod nec concubitu indulgent, nec corpora ſegnes
, In venerem ſoluunt, aut fœtus nixibus edunt:
, Verùm ipſæ & folijs natos & ſuauibus herbis, Ora legunt &c.

FATISCAT, abundè aperiatur. OESTRVS vocatur, &c. Alio vocabu
Oeſtrus lo aſilus dicitur: eſt'que volatile paruũ vulgo tabanus dictũ, cuius meminit Verg.

, Pluribus alburnum volitans cui nomen aſilo,
, Romanum eſt oeſtrum graij vertere vocantes,
, Aſper acerba ſonans, quo tota exterrita ſyluis , Diffugiunt armenta &c.

Colu. author præſtabili ingenio. i x. rei ru. naſci in extremis fauorum partib⁹ prodit, amplioris eſſe magnitudinis q̃ apes. NYMPHAE, Nymphas vocant quãdo
Nympheapes formam corporaturamq; apis accipiunt ſirenes & cephenes nõ pfectas apes dicimus. Inter apes, inquit Aelia. in varia hiſtoria, alias nouimus quę dicũtur duces, q̃dã σειρῆνες. i. ſirenes, aliquæ verò ἐργοφόροι, ſunt & quæ plaſtides, Cephenas. i. κηφῆνας abundare imprimis Nicander ſcribit.

Clerus. FIT (ait Pli.) IN qbuſdã fauis qui vocatur cler⁹, &c. Huius meminit Ari. i x. na. ani. Morbo, inquit, examina potiſſimũ iſeſtãtur clero, ſic eñ vermiculos vocãt qui in pauimento naſcuntur, è quibus creſcentibus velut aranea alueo obducitur, et faui carie pereũt. Columel. pleroſque vermiculos in aluearibus naſci prodit, quare Palladius rimas alueorũ illini iubet, ne cler⁹ aut papilio apib⁹ noceãt. Subdit deide Pli. REGEM'QVE iuuenem æquatis, &c. Aſtipulari hic videtur Varr. tertio

rei rust. inquienti. Regem suum sequuntur quocunque it & fessum subleuant, & si nequit volare subuolant, quod eum seruare volunt. REGES plures inchoantur, &c. Alludit ad Aristo. assertionem eadem, ix. nat. anima. prodentis. DVO AVTEM genera ducum, &c. Colu. de apum regibus ita agit, ix. rei rust. Sunt autem duo reges maiores paulò cæteris apibus, rectioribus cruribus, sed minꝰ amplis pinnis, pulchri & nitidi, lenesque ac sine pillo, sine spiculo, nisi forte quis pleniorem quasi capillum, quem in ventre gerunt aculeũ putet, quo & ipso tamen ad nocendum non vtuntur, quidam etiam hirsuti reperiuntur, quorum pro habitu dãnabis ingenium, quare cecinit Vergilius.

, Nam duo sunt genera, hic melior insignis & ore
, Et rutilis clarus squammis, ille horridus alter
, Desidia, latamque trahens inglorius aluum,
, Vt binæ regum facies, ita corpora plebis
, Nanque aliæ turpes horrent, ceu puluere ab alto
, Cum venit & terram sicco spuit ore viator,
, Aridus &c.

CAPVT XVII.

QVERAT NVNC ALIQVIS, &c. Perinde ac si dicat volẽtibus antiqua scire, & mira naturę opera, non esse opus Herculis prolem, nec Bacchi, quos fuisse antiquitate celebres constat indagare. sed apum solertiam, industriam, ingenium, artificium, diligentiam. MIRA PLAEB. &c. Apes vtpotè miræ sunt obedientiæ erga regem, vt concinnè prompsit in literas Homerus ille Mantuanus inquiens quarto geor.

, Præterea regem non sic ægyptus, & ingens
, Lydia, nec populi Parthorum aut medus hydaspes
, Obseruant, rege incolumi mens omnibus vna est
, Amisso, rupere fidem constructaque mella,

TOTVMQVE EXAMEN, &c. Alludit ad Aristo. nono natu. anima. de hoc ita agentẽ. Reges, ait, nunquàm visuntur nisi cũ prodierint, & tũc reliquę omnes circa ipsum principem glomerantur. Cum verò migrandum est, vox solitaria & peculiaris quædam aliquot diebus intus mittitur. FESSVM (ait Plin.) HVMERIS SVBLEVANT, &c. Allusio est ad Vergi. carmen, quod est.

, Ille operum custos, illum admirantur & omnes
, Circumstant fremitu denso, stipantque frequentes
, Et sæpe attollunt humeris, & corpora bello,
, Obiectant, pulchrumque petunt per vulnera mortem.

Subnectit Pli. VVA DEPENDENTE, &c. Vua de apibus dici solet, quãdo collectæ sunt & in modũ vuæ dependent, qua vocis acceptione vsus est Colum. ix. rei ru. Cum, inquit, examen glomeratum est proximo frondentis arbusculę ramo, cum sederit animaduertito an totum examen in speciẽ vuæ dependeat, ad hoc, etiam extat hemistichion Verg. hoc. Et densis vuam dimittere ramis. SEDERE in ore Platonis, &c. Vale. Max. eadem comprobat de Platone agens, Expiata purgata. Euẽtibus, casibus fortuna prouentis, Apud Arbalonem oppidũ, de quo actum est. v. historiarũ & quarto. Haruspicum, augurum. DOMOS dirimunt, Rectius legeris diruunt.

FVRIBVS grandissimis. Alludit ad peripateticorum principis opinionẽ, hæc commemorantis. Tertium quod fur nuncupatur grandis hic est, aluo ampliore, est Fur.

quę genus apis, &c. SOLENT autem apes, &c. Varro tertio rei ruſt. ne plures reges in aluearibus dimittãtur iubet. Præterea, inquit, aĩa duertat ne plures reguli exiſtãt, inutiles em̃ fiũt propter ſeditiones vt quidã dicũt, cũ ſint tria genera ducũ in apibus, niger, rubẽs, & varius, qui ita melior vt expediat mellario, cũ duo ſunt in alueo interficere, nigrum quem ſcit eſſe ſeditioſum & corrumpere alueum. Et ſubdit. Fur, inquit, ab alijs fucus alter eſt lato vẽtre &c. AQVA MVLSA. Aqua mixta melle, quam alij μελίκρατον, id eſt mellicraton vocant, alij hydromel alij aquam dulcem, de qua ſuo loco diffuſius.

Tria genera ducũ i apibus.

Aqua mulsa.

CAPVT XVIII.

APES SVNT ET RVSTICAE, &c. Plura apum eſſe genera teſtantur receptiſſimi authores, quarum Varro ita nõminus ſcitè quàm ſolerter, meminit libro tertio rei ru. Differũt inquit, inter ſe quæ ferę & cicures ſunt, nunc dico feras, quę in ſylueſtribus locis paſcũtur, cicures quæ in cultis, ſilueſtres minores ſunt magnitudine & piloſæ, horridę, pulueru lentę, hæc Varro. COMPACTILES, Coniunctæ. Eadem tradit Ariſtoteles. Genera, inquit, apum plura, optimum apum genus, breues variæ & in rotunditatem compactiles: ſecundum quæ longę & veſpis ſimiles, tertiũ quod fur nuncupatur. IN PONTO SVNT, &c. Hoc à fonticulis Ariſt. corriuatum videtur, qui ait. Genus apum in ponto excandidum, quod bis menſe mellificet. Apud Themiſciram circa termodoõtem amnẽ, apes tam in terra, quã in alueis faciunt fauos qui parum admodũ cęrę contineant, & mel craſſius reddãt. Sunt em̃ apes aliæ quæ fauos ſub terra tripli ci ordine faciant, in quibus mel eſt, hęc Ariſto. CONSERTVM, Simul mixtum. ADACTO, compulſo. PARITER nocere & prodeſſe, Et ſi plurimum conferre mortalibus videantur apes nocent tamen quando pungũt. Eſt enim & apibus ſua ira, vt ait appoſitiſſimè Homerus ille Mantuanus quando cecinit.

Genera apum.

Nocent apes.

, Illis ira modum ſupra eſt, læſęque venenum
, Morſibus inſpirant, & ſpicula cæca relinquunt
, Affixæ venis, animaſque in vulnere ponunt.

Eſt & in exemplis alluſio ad Ariſto. dictum, inquientis. ix. nat. anĩ. Necãt, inquit, vel maxima animalia ictu aculei, iam equus ab apibus occiſus viſus eſt. IMPVGNANT EAS, &c. Conſtant multa animalia apibus officere, quare iure à Vergilio animaduerſum, quando ait.

, Quis dubitet? nam ſæpe fauos ignotus adiuit
, Stellio, lucifugis congeſta cubilia blattis,
, Immunisque ſedens aliena ad pabula fucus,
, Aut aſper crabro imparibus ſeſe immiſcuit armis,
, Aut dirum tineæ aut inuiſa Mineruæ
, In foribus laxos ſuſpendit aranea caſſes.

Eadẽ Var. Columellaq; cõmemorãt. QVIN ET morbos ſentiũt, &c. Signa apũ morbo laborantiũ, poeta lepidiſſimè memoriæ mãdauit hoc vſu. iiii. geor.

Apum morbi.

, Si verò (quoniam caſus apibus quoque noſtros
, Vita tulit) triſti languebunt corpora morbo,
, Continuo eſt ægris alius color, horrida multum
, Deformat macies, tum corpora luce carentum
, Exportant tectis, & triſtia funera ducunt,
, Aut illę pedibus connexæ ad limina pendent,
, Aut intus clauſis cunctantur in ædibus omnes

Ignaueque

, Ignaueque fame & contracto frigore pigre,
, Tum sonus auditur grauior, tractimque susurrant.

In hos apũ morbos idẽ aluearia galbano odore suffumigãda iubet, quãdo subdit.

, Hic iam galbaneos suadebo incendere odores
, Mellaque arundineis inferre canalibus vltro
, Hortantem & fessas ad pabula nota vocantem
, Proderit, & tusum gallæ admiscere saporem
, Arentesque rosas, aut igni pinguia multo.
, Defruta, &c. Subnectit paulopost Pli. DEFVNCTAS egerunt, &c.

Apes certè mortuas, cæteræ viuę procul gerunt Cancrorum etiam odore. Nam odore cãcrorũ apes exanimantur, quod & à Poeta fuit animaduersum quãdo ait.

, Neu propius tectis taxum neue rubentis
, Vre foco cancros, altæ neu crede paludi.

EXANIMEM LVCTVM, &c. Fletum mortalem.

CAPVT. XIX.

SVNT ET OPERIS MORBI, &c. Columella varia apum morborum genera monumentis tradidit, nono rei rust. ca. xii. Morbi apũ quãdo non explent fauos, solẽt dici cleron & blaptigonia. Nam hoc vocant quando apes, ignauia aut infœcunditatę naturali laborant. Fœtum non peragẽtes, à blatteo, quod noceo est, & gonos, fœtus aut semen. INIMICA ET ECHO, &c. Vox reciproca quę fit inter parietes aut montes, hæc enim nocet apibus, vnde ait Poeta.

Morbi apum. Cleron. Blaptigonia.

, Aut vbi odor cœni grauis, aut vbi concaua pulsu
, Saxa sonant, vocisque offensa resultat imago.

Propterea Columella author exactioris doctrinæ, nõ oportere aluearia inter duos parietes collocari asserit, è quibus redditur echo, officit etiamnum apibus crabro, quem mense Augusto palladius necandum censet. Apes morbo affici solent mense Martio. Nã post hyberna ieiunia Tytimalli herbæ ac floribus vlmeis amarulẽtis qui cũ prius nascatur auidius appetitis vẽtris profluuio agitatur apes. Et vt inquit Columella nono rei rust. ca. xii. Maximus autem annus earum labor est initio veris, quo tytimalli flores pullulat, & quo sameram vlmi promunt, nanque sicut nouis pomis, ita his primitiuis floribus illectę auide vescuntur, post hybernam famẽ, nil alioquin citra satietatem tali nocente cibo, quo cum se affatim repleuerint profluuio alui nisi celeriter succurratur intereunt. Nam & Tytimallus maiorum quoque animalium aluum soluit. LANVGINES OBTEXIT, &c. (ait Pli.) Tenerrimos pillos implicat. ALVO CITA, aluo commota, soluta, id est, profluuium alui patiente.

Tytimallus.

CAPVT. XX.

GAVDENT PLAVSV, &c. Hic Varroni togatorũ facile principi applaudere videtur Pli. tertio rei rust. prodẽti, si quando ait Displicatę fuerint symbalis & plausibus solent ad locum reduci. Quod & testatissimũ reliquit Colu. nono re. ru. Cum sic, ait, apis euadit vestibulũ, vt nulla intro reuolet, sed se confestim leuet sublimius, crepitaculis æreis, aut testarum plerumque vulgo iacentium sonitu terreatur, &c. SEPTENIS ANNIS, &c. (inquit Pli.)

Pli.) Alludit ad Vergilianum id, quarto georgi.
, Ego ipsas quãuis angusti terminus æui
, Excipiat, neque enim plus septima ducitur ætas.
Quę omnia peripateticorum ille argutissimus censor Arist. prompsit in literas, libro nono naturæ animaliū. ALVEVS (ait Pli.) NVNQVAM vltra decem annos, &c. Hoc à Columellę penu depromptum esse videtur eadem cõ memorantis, libro nono rei rust. SVNT (ait Pli.) QVI MORTVAS, &c. Higinius hoc ipsum testatissimum reliquit CORPORE iuuencorum exanimato, &c. Carmen Vergilij ad hoc, est.
, Tum vitulus bima curuans iam cornua fronti
, Quęritur, huic geminę nares & spiritus oris
, Multa reluctanti obstruitur, plagis'que perempto
, Tonsa per integram soluuntur viscera pellem,
, Sic positum in clauso linquunt, & ramea costis
, Subijciunt fragmenta, thymum casias'que recentes.

CAPVT .XXI.

Vespa rū duo genera. VESPE IN SVBLIMI. &c. Vesparum duo esse genera Aristo. nono naturæ animalium scriptum reliquit, vnū ferum quod rarum est, nascens in montibus, pariens non sub terra, sed in quercu, grandius, porrectius, nigrius, variū aculeatum, & robustius, ictu acerbius quàm alterum. Aculeo enim maiori quàm ex proportione sui corporis spiculatur, venit hoc toto anno, & quidem tempore hyberno, quercu cæsa euolare spectatur, exigit hyemem in latebra, sunt aliæ matrices, aliæ operarię, cellulas quaternis foriculis constituunt, quę cum increuerint rursus alias confingunt, Phalangium genus aranei.

Crabrones. CRABRONVM, &c. Aristoteles horū ita meminit. Crabrones non floribus vt apes, sed carne viuunt magna ex parte, vnde fit, vt sæpe soleant versari in stercore, venantur enim muscas, maiusculas quas vbi cœperint abscisso capite reliquum corpus gestantes aduolant, sed pomum etiam dulce appetunt, cibus ijs talis est, duces more apum habent, & id genus multa, &c.

CAPVT .XXII.

Bōbices. QVARTVM INTER HOC, &c. Bombices iure inter insecta numerari debent, quos philosophorum ille argutissimus Aristo. nono naturæ animalium sub saxis in terra fœtificare prodit, binis aut paulò pluribus cellulis, mellis etiam parui cuiusdam inchoatio reperitur.

Erucæ. ERVCAE, &c. Vermes frondes arborum erodẽtes, quare ab erodendo erucas dictas volūt, aliqui græcorum erucam chrysẽlidem vocant.

BOMBICINA APPELLATVR, &c. Tenuissimam lanuginem texunt bombices, qua fieri

Bōbicinæ vestes. vestes Herodotus memoriæ mandauit: quę bōbicinę dicuntur: sunt qui legant hic. CEO mulier Passaphile, &c. Alij Co mulier Pamphila Platis filia. Ego EX CEO insula Pasaphile filia Latoi, &c. Vel ex Co insula, &c. vt sequẽtia docent.

CAPVT

CAPVT .XXIII.

ET IN CO INSVLA, &c. In insula maris Aegei, in qua fieri vestes tenuissimas ad mulierum vsum produnt, & quod confirmat Ouidij carmen hoc.

, Siue erit qui tyrijs tyrios laudabis amictus
, Siue erit in cois coa dicere puta. Item alibi.
, Et tenui coa veste munire sinus.

DECVSSVM (ait Pli.) TERRAE HALITV ANIMANTE, &c. Florem deiectum spiritu terræ viuificante, Inhorrescere, horridos fieri. Cogi, densari, subigi.

CARMINATIONE, &c. Pectinatione. Ad alia pensa, ad alia stamina, filaque. Lētescere, mollia fieri.

CAPVT .XXIIII.

ARANEORVM, &c. Hic allusisse videtur ad Aristotelis assensum de his eadem agentis, hoc caput parum habet fuscedinis quare à nobis cursim libatū, Adsultim per saltus, saliendo've, Circinato, Rotundo, Subtegmina, fila sub stamine, Internodia, spacia inter nodos, Implicat, inuoluit, innectit. Plexitas, alij legunt plexa aut pexa, dicuntur quæ concinna sunt, vt depexa, quę lacera. Alij plexitas, id est, cōpositio ad cribri similitudinem, sunt qui item hic tricenos legant, cum legendum sit trecentos. Consumantur, id est, capiunt incrementa iusta. Cælant pedicas, fabricant laqueos ad capiendam prædam, pedicę laquei ad capiendas aues quare ait Verg.

Plexitas.

, Tum gruibus pedicas & retia ponere ceruis.

Scutulato formato admodum formę rotundę. Cribrata pexitas, purgata pectinatio. Ratio Textrinę, scientię texendi aut officinę, Vt in plagis, in funibus quibus retia tenduntur. Præcipitantur in sinum, in illam plicatilem curuitatem, Mole, pondere. Reciprocatio, reflexio, Subitque, exequitur. Captura, Detētio, capiēdi actio. Hereat plaga, suspensa sit, Polituram sarciens, decorum ornatum cōponens. Amphiteatrali spectaculo, gladiatorio in quo gladiatores pugnare consueuerunt.

CAPVT .XXV.

SIMILITER HIS, &c. Aelianus, libro Variæ historiæ plura Scorpionum genera esse scriptum reliquit, album, fuluum, nigrum, fumi colore, viride, flammeum, quod omnium pessimum ventrosum. Caninoide volatile. In India enim volatiles Megasthenes esse prodit, in vniuersum non coitu, sed humore ac calore concipiunt, singulis cauda sese complectentibus, nec oua, sed animal pariunt. LENTA (ait Pli.) MORTE CONFICIVNT, &c. Occidunt non subito. Inflammari enim quàmprimum à scorpionis morsu locus incipit, duratur, rubet, & cum dolore supramodum riget, Accedunt sudores, horrores, tremores & extremarum partium perfrictiones, percussis insurgunt inguina, rigent pili, discolor cutis fit, vt Paulus Aeginita, libro quinto scriptum reliquit. Fit etiam spiritus per sedem exitus cum

Scorpionū plura gña,

crepitu vt idem ait πολλάκις δὲ πνευμάτων μετὰ ψόφου διὰ τῆς ἕδρας ἐκδόσεις, id est, sæpius cum strepitu per sedem exitus, sæpe ait Pli. Psylli populi de quibus septimo libro diximus. HOMINI ICTO, &c. Dioscorides scriptum eadē reliquit, libro sexto.

CAPVT .XXVI.

Stelliones. Camęleon.

CAMAELEONVM, &c. Aristo. Stelliones vocat animalia similia lacertis tergo depicta lucentibus guttis, admodum stellarum, hominem semistupidum penitus mor su facientia. Nonnulli etiam vocant stelliones genera araneorum lanuginosos, in cauernulis habitantes, terrestribus scorpionibus adeò aduersos, vt si ab his visint illis pauorē mirum adferant, stelliones quorum hic meminit Pli. habent naturam Camæleonum, duplici quidem argumento. Nam camæleon diuersis maculis distinguitur, vt pardus, est magnitudine lacertæ paulò crura rectiora celsioraque habens, latera ventri iunguntur, vt piscibus rostro suillo est, pręlonga cauda, sese anguinis orbibus implicat, non potu, nec cibo, sed aeris elemento viuit, siue rore modo stellionum qui hoc solo viuunt.

Achetę. Tettigoniæ.

QVARVM (ait Pli.) DVO GENERA, &c. Achetæ maiores dicuntur cicadæ, & minores quę primę proueniunt. Ex his Tettigoniæ sunt. quas Theodorus Gaza cicadasticas vocat, aliæ Tettigometrę, quas cicadarū matrices vocat, vtrumque certè genus canit, sed magis achetæ, quas aliqui grillos vocant. Tradit Solinus, apud Reginos cicadas mutas esse quòd Herculem ibi fortè quiescentem cantu vexarint: de his abundè Aristo. quinto naturæ animalium qui cicadas non nasci testatur circa Cyrenam. GENTES VESCVNTVR (ait Pli.) HIS, &c. Hoc comprobatur Herodoti lectione Cephalenia. Insula maris Ionij Strabo, libro decimo Dulychium appellatam prodit, vide geographiam Pli.

Cephalenia.

CAPVT .XXVII.

Scarabeorum genera. Cātharus.

INSECTORVM, &c. Allusio est ad Arist. eadem quinto naturæ animaliū, ca. nono, necnon libro quarto, ca. septimo. Lucanos vocat Pli. Tauros, libro. xxx. vbi eorū cornua collo infantium suspendi solere, ait, pro amuleto, plura esse scarabeorum genera Aelianus monumētis clarissimis prodidit. Cantharum vocāt genus eorum dictū, peritiores volūt quasi κάνθωρ, id est, canthona, quod asinū notat: quòd in asinorum retrimētis soleat inueniri. Sunt enim Cāthari orbiculari figura, Scarabeorum aliqua genera Aristo. Melolonthas vocat: nominat item Carabos, Scarabeos, Tauros, quorum meminimus paulò superius Aristophanes, inter hæc genera Chrysomelonthion, est enim paruulum animal flaui coloris Canthari præferens similitudinem quandam, hæc facilia sunt intellectu, quare non obfuerit obiter hæc dixisse.

Chrysomelonthion.

CAPVT .XXVIII.

HE PARIVNT, &c. Hęc ex promptarijs Aristotelicis extorta cōstat libro naturæ animaliū, v. ca. decimo septimo. Gerunt enim oua vtero mensibus tribus, Maio, Iunio, Iulio. Mordicus, aduerbium quod mordendo notat. Non est nostri consilij, nec instituti bonarum litterarum candidatos, in compertiorib⁹ pertritioribusque demorari, quare nubila sufficiat explicuisse, & his quid lucis intulisse, cæteris non egentibus enodamento omissis.

DESERTORIS

DESERTORIS POENA, &c. Desertores vocātur qui patriam deserūt quàm defendere deberent. Circa duo æquinoctia,id est,circa quarto idus Martias, vel. viii. Apriles,& circa decimū octauū calend. Octobris: quibus temporibus fiunt æquinoctia, vbi legitur. FAMEM quoque,quàm propter externa pabula petere, &c. Sic fermè omnes habent,Ego non petere nec petunt,sed petiere, hocque cum parenthesi legendum,sic enim vetus qui mihi est codex manu exaratus habet. Famē quoque(quàm propter externa pabula petiere) sciunt imminere,de futura enim fame agit. Sabellicus satis infœliciter hic intendit neruos. Legerim certè minuere:non imminere. Sensus enim magis erit Plinianus. — Desertores.

CAPVT XXIX.

PLVRIMA INSECTORVM, &c. Aristoteles ante lato loco horū ampliter & quidem scitè meminit, Aelianus libro variæ historię, genus quoddam formicarum,ait,quod vocant Lacurgum, de quibus Aristo. vbertim locis relatis agit,cuius verba suppingere non collibuit,quòd lectionis putarim luxuriantis esse, Moliuntur,mouent.

CAPVT XXX.

INDICAE FORMICAE, &c. Herodotus,libro tertio histo. Formicas maiores vulpibus quasdam esse scriptū reliquit,Strabo item de his ita agit.Megasthenes ait apud Dardas quę maxima est natio Indorum montanorum collem esse trium millium stadiorum ambitu, & sub eo aurifodinas, quas formicæ custodiunt vulpibus non minores mira celeritate, victum venatione comparantes, Terram auriferā fodiunt,vnaque ad ostium cumulant,quàm mercatores surripiunt dispositis pariter carnibus ad morandas pabulo formicas,si forte animaduerterint. Color felium,alij Color felis. ERVTVM HOC, &c. Aurum subintelligas,In cuniculis,in fossulis subterraneis. Caput sequens mediocriter eruditis intelligi potest, quare à nobis illibatum,Strabo,libro decimo quinto de formicis indicis ita agit.Hic quoque se vidisse,ait,formicarum auriferarū pelles pardalis pelli similes.Megasthenes de formicis ait.Apud dardas collem quēdam esse triū millium stadiorum ambitu, & sub eo aurifodinas,quas formicę effodiāt,vulpibus non minores:mira celeritate victū venatione quęrētes hęc ille. — Formicæ.

CAPVT XXXII.

SIC QVAEDAM EX IMBRE, &c. Aristoteles philosphorum ille eminentissimus, libro naturæ animalium quinto. Vermium genera multa esse scriptum reliquit, omnium vermium & eorum quę ex vermibus proueniūt, aut à sole, aut spiritu primordium generationis præstetur est necesse. Tabani,ait Aristo. ligno generantur. Aelianus vermium plura genera ponit,is tradit in quodā Aegypti flumine, vbi nullum aliud animal gignitur vermes nasci, qui longitudine septenum cubitorum, crassitudine verò vix pueri decem annorū complecterētur, interdiu in aluei profundo in limo cōsidunt, noctu verò ex terra — Vermium gña

exeuntes,

exeuntes, in veterina grassantur. Hos si quãdo capiunt suspendunt diebus .xxx. vnde oleum stillari dicunt, quod Indorum regi præcipuo dono ferunt. Huius etiã maxima vis ad incendia, quo admunitiones incendendas in bellis vtuntur.

SIC (ait Pli.) INTRA HOMINEM TINEAE, &c. Expende hîc Tineas esse Lumbricos, quorũ genus est multiplex, sunt qui vocantur Lumbrici, quos

Lũbrici Scolij. græci Scolios vocitant, sunt etiam qui dicantur Ascarides. Tertium genus dicunt latum, & longum, vt totius intestini longitudinem equet, vt produnt Galenus, &

Ascarides. Paulus Aeginita in isagoge sua, Gale. quosdam vocari ait Fascias, & Tænias, quos Paulus Aeginita incredibili magnitudine fieri scriptum reliquit. Credimusque nos Tinearum appellationẽ secundo illi ascaridum generi ob similitudinem com petere, quas quòd hærent motuque carent græci sic appellauerunt, Volumus & in Plinij lectione illud monere, obseruasse, nos neque abs re videri pluribus locis vbi Tineæ lumbrici hi dicuntur, teniæ posse legi. Et quando ait Pli. QVA FOEDITATE ET SYLLA, &c. Id est Tinearum abrosione. Hic putarim Tineas accipi pro pediculorum quodam genere, aut pro vermiculis intercutaneis

Cimices. impetiginem pruritum'que ingenerantibus. CIMICES VERO, &c. Cimex fœdissimum animal odore teterrimo si compresseris, ob quem non male descensurus ad inferos Bacchus, in lepidissimo græcorũ comico iter illud sibi ostẽ di precabatur, & eas dari cauponas, in quibus paucissimi cimices essent, solent lectum habitare huiuscemodi animalia.

Phasianę. PHASIANAS VERO, &c. Pediculis adeo interdum infestantur Phasianę vt sæpius moriantur, quod memo riæ mandauit Aristo. quinto naturæ animalium quando ait. Quin & ex cæteris animalibus complura pediculo infestantur vt aues, Phasianę verò intereunt, omnino quibus penna caule constat ijs pediculus gignitur, nec ea quibus pilus est carẽt eodem, excepto asino, hęc ille, deinde subdit idem. Quinetiam gignuntur bestiolę tum in lanis, & quibusdam lanicio confectis, vt tineę quę lanis præcipue puluerulentis oriuntur, si quid humoris inest hic absorbens ampliat siccitatem, nascitur & tunicis hoc idem vermiculi genus, tum verò in cæra vetusta, hæc Arist.

Petauristę. PETAVRISTARVM, &c. Hoc est, petauro ludentibus aspicitur. Petauristę vocãtur qui ita ludunt, vt leuioribus saltibus moueantur, dicti à petauro genere ludi, & machinæ lignee, quo genere homines per aera rotarum pulsu iactabantur, vnde extat id Martialis. Quam rota trãsmisso toties impacta petauro. Alij tabulas vocant pendentes quę in aera pendent homines vno brachio se sustinentes. Pollux aliquando pro cauea positum refert.

CAPVT .XXXIII.

EST ANIMAL EIVSDEM TVRPITVDINIS, &c. Hoc animal solet tantum sanguinis haurire vt rumpatur, rotundum hoc est, caput hæret carni animalium, suctu san guinem absumit. Dehiscit, aperitur, rumpitur.

Ricinũ EST & peculiare canibus, &c. Aristo. eadem comprobat quinto naturæ animalium. Sunt qui hoc animal vocent Ricinum, alij caninam muscam, Rodit aures canũ vi uotenus. Ne hoc nocumẽto sit canibus, hoc docet medicamentum fieri Varro secundo rei rusticæ. Quidam, ait, nucibus græcis in aqua tri

Lãcinare. tis perungunt catulorum aures, quòd si ricini soleant aures lacerare, hoc vnguine vngantur. LANCINANS, &c. Rodens, lacerans.

CAPVT .XXXIIII.

IDEM

IDEM PVLVIS, &c. Cantharides nescio iure appellaue
rimus vermes vel muscas. Multa profectò sunt quę scara=
beis cōgeneres cātharidas faciūt, sed nihil ęque cognationē Cātha=
eorū ostendit q̄ vaginis clausę vtriusq; aīalis pēnę, ob quā rides.
similitudinē diminuta à scarabeo, quē κανθάρον. i. cātharon
gręci nominānt appellatione cāntharida illi similē, sed mino
ris corpis mole hoc aīal dixerūt. Generāt cātharidas folia
fraxini, pyri, rosæ syluestres, & spina canina, quā Pli. cyna=
canthā vocat hic. Pli. venenosas cantharides asseuerat hic, sed maleficio earū alas
prodesse, & sic nō esse letales, quod & cōprobatur lectione Diosco. lib. ii. hęc pro=
dētis. Retulerūt, ait, pleriq; etiā potarū cātharidū maleficio aduersari, remedioq;
esse eiusdem aīalis alas & pedes &c. de his fusius in parte medica. ACESCENS,
acorē subolens, quia culices acidis gaudent, & acore quodā, & non dulci gignūtur.

CAPVT .XXXV.

GIGNIT ALIQVA, &c. Elementū ignis (mirū dictu)
aliqua aīalia gignere creditur. Arist. v. na. ani. ca. xix. ho
rū ita nō minus scitè q̄ festiuiter meminit. In cypro, ait, in=
sula ęrarijs fornacib⁹ vbi chalcites lapis ingest⁹ cōpluribus
diebus crematur, bestiolæ in medio igne nascūtur pēnatæ.
paulò muscis grādibus maiores, quę per ignē saliāt & am=
bulēt, emoritur et hoc gen⁹, illud niuis alūnū, alterū ab igne,
alterū à niue dimotū est, hęc ille. HIPANIS fluuius &c. Hipanis
Hęc à fonticulis Aristo. corriuata sunt, qui eodē libro ait. Hipanis fluuius apud ci= fluuius.
meriū bosphorū sub solstitio defert veluti folliculos acinis maiores quib⁹ quadru=
pedes volucres erūpunt, quod genus aīalis in post meridianū diei tēpus viuit, & vo
lat, mox descēdente sole macrescit & lāguet, deinde occidēte moritur, vita non vl
tra vnū diē peracta, vnde ephemerū hoc est diariū appellatū est &c. Hoc Plinius
emerobiō vocat, hoc est vno die viuēs. Aelia. lib. varię histo. Ephemera aīalia eē Ephe=
dicit minutissima, aligera, ex argumēto vitę breuitatis dicta ꝙ diē nō excedāt. In mera.
dolijs vini produci, illisque relictis extēplo perire, hæc nonnulli emerobia vocāt,
Nam ἡμέραν, id est diem vocant βίον vitam quasi animal diarium.

CAPVT .XXXVI.

ITAQVE NVNC PER SINGVLAS PARTES, &c.
Cū Aristo. in physicis finē quendā in cunctis reb⁹ naturā ꝓspice
re dicat in libris de partib⁹ ani. primū eos cōfutat, qui cū temerè
oīa fieri adfirmarint, necessitatē quādā rerū introducere videan
tur, quā ꝓfectò maximè negat. Sed hypotheticā nō autē absolu
tā ponit, quēadmodū & in artibus aīaduerti licet, primū domui
arcēdę pluuię cęterorūq; vsuū gratia ędificatæ lapides & alia fuisse necesse cōpa=
rari, sic & in natura hoī semel cōstituto mēbra diuersis officijs obeundis necessaria
fuere, vt pedes ad ambulādū, os ad loquēdū, dētes ad mādēdū, ipsum deniq; totum
corp⁹ ob aīam factū. Quāobrē duas pręcipue in aīalib⁹ causas admonet esse consi=
derādas, materiā & finē. Materiā in homœomera & anomœomera. i. similares & Aialiū
dissimilares, finē verò eūdē cuius gratia & formā appellat: cū in natura finis et for cōposi=
ma idē putētur. Hō igitur cū ex vtroq; cōstet. i. aīa & corpore, de ei⁹ partib⁹ hic nō tio tri=
uisse aliorūq; aīaliū cōstitutionē nō obfuerit. Triplicē philosophorum ille antistes plex.
Arist. aīaliū cōpositionē ponit, primā ex elemētis seu poti⁹ virtutib⁹ elemētorū Homo
calido, frigido, humido, sicco, et his q̄ sequūtur affectionib⁹, lenitate, grauitate, mol in quatu
litie, duritie, dēsitate, raritate: Secundā ex homœomeris q̄ ad sēsus, Tertiā ex ano= or ptes
mœomeris, q̄ ad organa ꝑtinere dicit. Monumētis ęgyptiorū legitur humanum diuisum

corp⁹ i quatuor tm̃ portiones diuisum, caput, man⁹, thoracẽ, & crura. Mẽbra verò vt finit Gale. corporis particulæ sunt, q̃ nec oĩno habẽt circũscriptionẽ propriã, sic eñ particulæ non essent, sed corpora per se nec oĩfariã cõiũcta sunt alijs. In membri verò constitutione accurata & cõsyderatione examinata, nouem videri digna perpensione conijcio, substantia prima est, constitutio deinde, seu complexio, cui adnectitur etiam color, quo membri natura quouis modo significari potest, sicut eodem totius internoscitur habitudo, cum sicut Pythagoras docet de sensu & sensili, sic color epiphania hoc est superficies. Porrò inspicienda est quantitas, figura, numerus, situs, colligantia, actus, vel operatio, emolumentum, seu id præcipuũ id sit, seu vt seruitus, tot enim videntur seruitutes quot membra non principalia. In ijs verò animaduertendum actum mẽbri ab vtilitate distingui, ex Gale. lectione. Nam actus motuum est effectiuus: sunt verò motus passiui nuncupati, qui alijs mouentibus fiunt. Et quia caput inter humani corporis est membrum primo annumeratum. Enarratis his ex quibus corpus humanum constat, nunc membra attingenda. Quoniam verò caput arcis quodammodo locum habet in humanis corporibus. Et Plato in Timeo nõ principale solum sed etiã totum in corpore nuncupauit, ab eo protinus exordiemur, ergo caput præcipuum excelsius que in homine mẽbrum primo regiminis acutorum Gale. & Platonici omnes rationalis animæ sedẽ nuncupant. Aristo. scribit in quæstionibus caput eum obtinuisse locum, quia sit diuinissimum mẽbrum, in eo est singularis naturę prouidentia: est eñ in homine macilentum ac nudatum ferè carne omni, idque necessario: nam si corpulentius esset cerebro circũiectum sepimentum, neque refrigerandi haberet vim vllam, sed carnis copia fotũ intepesceret, amplius etenim a duersus cordis sedẽ et calorem natura molita est cerebrum. Gale. post Hippo. nobilissimus medicinę author, naturę intẽtione in capitis creatione non fuisse cerebrũ scribit, neque item sensum omnẽ, sed fuisse capitis cõstructionẽ potissimum ob videndi excellentiã. Nunc veluti postlimio reuersi ad rem accedamus. Pli. apices quibus auibus inesse prodit .i. summitates quasdã auium capitibus hærentes, vt phœnici apex plumeus datus est. Stimphalidę itẽ aui, hęc eñ cyrro .i. capillo contorto crispo que honestatur. Hæ aues tãtę magnitudinis & multitudinis sunt iuxta lacũ stymphalũ, vt radios solis obũbrare videãtur, Archadiã multitudine & rapina vastãtes. PRAETEREA (ait Pli.) PARAE, &c. Para auis inauspicata, quare Horatianũ id. Impios parę recinentis omẽ. GALLERITA, Alij alaudã hanc auẽ vocant, quę nomẽ Romanæ legioni dedit: nã apud Romanos alauda dicta est, Galli galeã siue galleritã, alaudã vocant, quare milites galleati à Romanis dicti alaudæ. Itaq; cũ Cæsar ex Gallis cõscriberet legionẽ alaudã appellauit. Huius legionis alaudæ meminit Cice. ad Atticũ inquiens. Antonius cũ legione alaudarũ ad vrbẽ pergeret, pecunias municipijs. &c. FVLICARVM generi. De his lib. superiore dictũ est. ACTEONEM eñ & Cippũ, &c. Hic est actẽõ qui filius Aristei dictus, à Diana in ceruũ cõuersus & suis proprijs canibus lacerat⁹. Hunc cornutũ finxit antiquitas, Et Cippũ item cornutũ, quare Vale. Max. lib. VI. Genutio, inquit, Cippo prætori paludato portã egredienti subito cornua emerserũt. Subdit Pli. SED QVAE iure cornua, &c. Arist. III. par. ani. ca. II. de his hęc habet. Quæ, ait, multifidos pedes habet, cornu oĩa caret, cui⁹ rei causa est, quia cornu auxilij causa habetur, Bisulcorũ autẽ pars maior cornua gerit. SVBVLONIBVS, Subulones ceruí dicti à subula instrumẽto cerdonũ. PLATYCEROTAS, Lata cornua habentia aĩalia. VRORVM cornib⁹. Boũ syluestriũ, quib⁹ adeo ampla cornua sunt, vt ait Albert⁹ vt vsum poculorũ in mẽsis prębeat. PILA cuspidat. Tela spicula que acuunt. CEROSTRATA, Vocãt picturã, quando ex cornibus ramẽta tingũtur varijs quidẽ coloribus

Nouem conside rãda in mẽbris.

Caput.

Para.

Gallerita.

Acteon.

Subulones.

Platycerotæ.

Cerostrata.

loribus,deinde vermiculatim ligno inseruntur,proprie tamen cerostrata loca sunt cornibus ornata strata'que à κέρος,id est cornu & ἔρωτος,stratus,sicut litostrata lapidibus strata ornata'que. CERVIS tantum solida, &c. Ceruis,ait Aristo.tertio partium anima. duntaxat cornua tota solida & decidua. ARVINA, Id durum,pingue,inter cutim & carnem. NEC CERVARVM. Cur cornu ceruæ careant Aristo.ait,quòd eadem sexus vtrius'que natura & cornigera est,sed fœminis adempta sunt,ne virium meliorum beneficio mares minus offendūtur. IN CAPITE CVNCTORVM ANIMALIVM, &c. Hominem inter cuncta animantia pilosō maximè esse capite, ipsius rei argumento constat,cuius causam tum ad necessitatem,tum ad præsidij rationem esse referendam author est Aristo.tertio generationis animalium. Necessitas inde patet, propter cerebri humiditatem & propter commissuras caluæ:nam vbi plurimum humoris ac caloris est,ibidem ortum pilorum esse copiosum necesse est,auxilij autem ratio est,vt pili frequentia caput operiens defendat à nimio frigore & calore. Cum enim cerebrum hominis proportione maximum & humidissimum sit, maximā etiā tutelā desyderat.Pili item causa ornatus addūtur homini.Proinde memoriæ traditur Charilaum interrogatum cur comam nutriret, respondisse fertur quoniā ex omni ornatu pulchrior foret ac venustior,& sumptus minimi:ob id poetæ ac historiarum scriptores receptissimi comatos viros laudarunt,vnde Sylius Italicus de Scipionis laudibus agens cecinit. Martia frons,faciles'que comæ,nec pone nec retro Cæsaries breuior. Cæterum scimus Lycurgum ciues suos insuefecisse,comā nutrire,quoniam pulchros & decentiores redderet. Fuisse id summi decoris apud Germanos scribit Seneca. Proinde Martialis primo epigrammatum quando ait. Crinibus in nodum tortis venere Sycambri. Aristote.non è carne sed è cute nasci concinnè asserat,cum humor in his euaporatur,pilorum autem crassitudo aut tenuitas cutis causa est,quia alijs cutis crassa,alijs tenuis,alijs rara,alijs densa est. Tū differentia humoris inditi causæ est consors,quamobrem crassi ex crassa,tenues ex tenuitate proueniunt,quòd si cutis rarior & crassior sit,crassi gignētur oportet,propter copiam portionis terrenæ,& meatuum laxitatem,sed si spissior est,tenuiores exeūt propter meatuum angustiam. Item si vapor aquosus inest, breui resiccescēs facit ne pili capiant magnitudinem. Homines crassissimos pilos habent, quia capitis cutis crassissima est,& humoris plurimum continet. Longissimi autem sunt, quia cerebrum frigidum & humectum est,largam humoris copiam præbens,quibus enim regionibus est aer humectus & frigidus,ij homines fiunt promisso capillo & mollissimo. Comatos enim Gallos aer humectus ambit,quare his sunt pili promissiores,sed de his libro secundo vberius diximus. Sed quod non obfuerit legisse,dicamus de laudibus comatorum. Scribit Ambrosius in hexamero libro sexto, comam esse in senibus reuerendam,in sacerdotibus venerandam, terribilem in bellatoribus, decoram in adolescentibus, comptam in mulieribus, dulcem in pueris. Tolle arboris comam,arbor erit ingrata,tolle humani capitis capillū,tota pulchritudo flaccescit,prestò ad hoc est Ouidiana sententia. Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus. Et sine fronde frutex, & sine crine caput. Adijciam loco superpondij capillos grecis dici τρίχες,id est triches. Seneca capillum effundere Parthorum esse scribit,Germanorum iungere,Scytharum spargere. Sicut enim sunt qui natura capillosi sunt,ita quodammodo ijs carentes sicut qui insulam Miconos nomine habitant. IN CANNO Lienosi, &c. In terra Caria prope Rhodum Cannij pestilente cœlo sunt lienis morbo semper laborantes,quare lienosi dicti,de quibus in parte medica fusius disseremus. ET QVAEDAM (ait Pli.) ANIMALIA NATVRALITER caluent.

Ceruus et cerua

Cur homo pilo so capite.

Comatorum laudes.

Caluescũt bruta.

Non solum homines caluescere notum est, sed etiam bruta, vt strutiocameli &
corui, qui apud græcos phalacrocoraces dicuntur, id est caluitium patientes, dicunt
phalacra græci quæ nos calua glabra'que. Defluuium eorum in mulieribus rarum,
capillorum defluuium raro mulieres patiuntur. Alexander Aphrodiseus peripa-
teticorum scientissimus quęrit, Cur Homerus Poliocrotaphos, id est, in tempori-
bus canos homines vocauerit, cur item caluos, fœminas verò raro. Fœminas raro
caluescere prodũt, quoniam plurimum humoris habeãt. Capillorum enim geni-
tura, ac ortus fit vaporibus fumosis crassis'que, vt scriptum reliquit Gale. secundo
complexionum, cap. vii. Spadones item Hippocrates non fieri caluos memoriæ
mandauit sexto aphorismorum, vbi Galenus causam afferit, quia superflua spado
nibus inest humiditas, & mulieribus quidem, parum enim capillorum habent spa-
dones ob caloris inopiam, quibus plurimus est calor naturalis, ijs & capillorũ mul-
titudo, calui tamen quidam dicuntur natura, vt Myconij authore Stephano & Stra-
bone, scribit Herodotus in Melpomene, id est quarta historia, inter scythicas gẽtes
esse quosdam homines, qui sub excelsorum montium radicibus habitent, eos ab ip
so natali die esse caluos tam mares quã fœminas, sed veniamus ad institutũ. Quę

Cur spadones calui nõ sint.

runt rerum naturæ peritissimi, quid ita spadones calui effici nequeant. Ratio autẽ
duci videtur, quia cerebri multum obtineant, quam rem eis contingere hinc mani
festum est, quia rem veneream non agunt, vt Hippocr. libro de aere & aqua scriptũ
reliquit, sic de toto negocio Auicenna sanxit. Mulieres, inquit, & castrati non calue
scunt: & mulieres quidem, quia sunt humectę plurimũ, castrati verò perfrigidi, vt
minor calore in eis fiat humiditatis resolutio, amplius in castratis quod transire in
barbam debuerat, in capronas abit, in muliere barba nõ succrescit, pororũ meatuũ-
que angustia. Ante autem veneris vsum capillorum defluuium nõ fieri prompsit
in literas Aristo. Homines, ait, suis ætatibus hyemem æstatemque agunt, quaob-
rem nemo anteq̃ coire incipiat caluescit, sed à venereo coitu potius id euenit, scili
cet his qui sua natura sunt eo propensiores, cum enim cerebrum frigidissimũ om-
nium partium corporis sit, tum rei venereæ vsus refrigerat, caloris nanque syn-
ceri & naturalis secretio est. Porrò dicamus cur potius caluitium fiat in parte ante

Cur in parte anteriore caluitiũ

riore, q̃ occipitio, quia profectò anterior capitis pars humidior occipitio est. Par-
tes enim capitis priores natura fecit rariores, vt quicquid superflui aut fumei flat⁹,
circa cerebrum fuerit, euanescat per plures meatus, vnde videmus in siccis defun-
ctorum capitibus velut quasdam suturas, quibus spiritus capitis alligantur, quibus
ergo illi meatus fuerint ampliores humorẽ siccitate mutãt, & ideo tardè caluescũt,
sed nõ caluitio carẽt. Si ergo siccitas caluos efficit, cur caluũ occipitiũ nũq̃ videm⁹
huic obiectioni respõdeo. Siccitas occipitij nõ ẽ vitio sed natura est, ideo oĩb⁹ sicca
sunt occipitia, & ex illa siccitate caluitiũ nascitur, quare ꝑ illã intẽperiẽ, quã græci
chaceciã vocãt, caluitiũ fit, qui eñ sunt capillo crispi, quia ita tẽperati sunt vt capi
te licciore sint, tardè canescũt, cito in caluitiũ transeũt. Cõtra qui sunt capillo ra-
riore nõ eo facile nudãtur nutriente humore, quẽ phlegma vocãt, sed fit illis cita ca
nicies, nam ideo sunt albi cani, quia colorem humoris quo nutriuntur imitantur.

Cur eq̃ canescant,

Canescere item equos nedum Plinius protulit, sed & Aristoteles tertio de historijs
animalium, & quinto de generatione. Cæterum quia canicies equorum rarior est,
minusque propria, nec clara admodum, ideo solum hominem canescere traditum
est. In equis tamen ratio adferri potest, quia os in quo cerebrum est tenuius quàm
cætera pro magnitudine habent, argumentum est, quòd si fuerit equus ictus hic lo
cus est perniciosus. Cum igitur præ tenuitate ossis effluat humor, & per ætatem
calor deficiat, pili isti canescunt, rufi verò celerius quàm nigri, sed de his hactenus.

CEREBRVM HABENT (ait Pli.) QVE sanguinẽ, oĩa habẽtia sangui-
nem.

nẽ,habere & cerebrũ etiã Aristo. mãdauit memoriæ. Hõ certè cerebrũ maximũ & humidissimum habet, sed quæstio anceps apud philosophos diu agitata quænã res esset cerebrum, aut medulla, aut pingue quoddam, aut quid ve aliud, Arist. nequaquam medullam esse scitè disputat, quò dea sit calida, cerebrum verò frigidum Cerebri frigiditas tactu percipi potest, & intelligi ratione, quod omniũ maximè humanorũ corporum sanguine caret, qui caloris pabulum & cõceptaculũ est, quippè nihil habet calorum cum sit squalore obsitũ, atque horridũ, nec verò excremẽtum est, nec inter partes continuas annumerandum, sed sui generis, quare cerebrũ commune aquæ & terrę esse palam est, à quo fluxiones & terrestritates emergũt: quare facile iudicatu est ipsum esse frigidum. Hoc in capite duabus membranis tegitur, quarum si vna rumpatur mortiferum est, ob cerebri propinquitatem. Oĩm bipartitum cerebrum aliqui volunt in postremo esse, quod vocatur græce παρέγκεφαλις, hoc est cerebellum. Hic obiter iure adnotaro, os capitis vniuersum dici græcis κύτος, i. cytos. Anterior pars capitis dicitur βρέγμα, i. bregma, posterior ἰνίον, i. occiput, quod interiacet: coryphe, hoc est vertex. vnde dicoryphi biuertices dicũtur. Caluam siue caluariam grę̨ci ῥαφας, id est raphas, sed veniamus ad prętextum. PROXIMVMQVE cœlo capitis, id est proximũ palato oris. HIC HABET (ait Plinius) SENSVVM ARCEM &c. Quia omnes sensus à cerebro emergũt, hęsitare hic quis possit quomodo omnes sensus ab eo possint oriri, quã do ipsum sensu careat, quos cunque tamen gubernet. Expendendum hic quinque esse sensus, vt liquet, hi enim aut in corpore sunt, aut circa corpus, solisque sunt caducis corporibus familiares.. Nulli enim, vt platonice loquar, diuino corpori sensus inest, anima verò omni corpore vel si diuinum sit, ipsa diuinior, ergo si diuinitas diuinorum corporum sensum dedignatur, quasi aptum caducis, multo magis anima maioris est maiestatis q̃ vt sensu egeat. Vt autem homo constet & viuum animal sit, anima præstat, quæ corpus illuminat inhabitando, & eius habitatio vt plerisq; placet in cerebro est. Et sphęralis natura ad nos de alto veniens partem sphęralem in homine tenuit, & quæ sensu careat, qui non est, vt placere video Aristot. animæ necessarius, sed quia animali necessarius est, locat in cauernis cerebri spiramentum de effectibus suis. Cuius spiramẽti natura est, vt sensus & ingerat & gubernet, quare facile est coniectu cerebrum esse sensuum arcem, Sunt tamen qui dicant sentiẽdi principium esse in corde, vt Hieroymus ad fabiolam, sensus, inquit, in corde est. Thomas etiam de sententia philosophi in librum de sensu & sensili. Sentiẽdi, ait, principium est in corde, vbi est caloris fons, nihil enim sine calore potest sentire, vt ait philosophus libro animæ, sed intellige sentiendi virtutem à corde ad cerebrum scandere, sed de his aliubi fusius. AB EO (inquit Plinius) PROFICISCITVR SOMNVS, &c. Sunt tamẽ qui asserant potius à corde somnum & vigiliam circa cor esse, vbi domicilium optimatis locatur, quare colligi potest somnum et vigiliam ad sensum communẽ, & ad eius sensorium pertinere, hoc est ad ipsum cor, agens enim causa spiritus vitalis est, qui est in corde, materia verò vapor. Sed enim Galenus quarto morbi Arist. ait testatur, somnum fieri capite humiditate repleto, non tamen potuit ostendere, quare capite humiditate repleto primus sensus quiescat: nam eius intentio erat primum sensum in corde esse, sed præstitisset dicere somnum fieri humectato pulmone. Sed qui de hoc vberius volet, adeat cap. lxxv. libri superioris. Subdit Pli. AVRES HOMINI tantum immobiles, &c. Aures quarum indicium superbissimum dixere, quia sonum recipiunt, Auerrois primo, vt barbaro sed pertrito verbo vtar, Aurẽ esse in petroso osse locatam memoriæ mãdauit, & propterea, inquit, Arabum lingua Agari dicitur, meatũ auris scaphũ vocãt, Aerẽ sonum in aurem deferentẽ Auicẽ. vocat

[Marginal notes: cerebrũ quid sit; Cerebellum.; Quinq; sensus.; Sõnus à capite; Aures.]

vndam vocalem, siquidem sphærice mouetur aer, sicuti vnda ex lapidis proiectu, quod sensit primo de anima Auerrois, & Boetius. i. musicæ. Quærunt rerum naturæ curiosi, cur nam aures sint in lateribus, an quia speculatrix videndi potentia simul & olfaciendi, quam ratione ori esse adnexam commodissimum fuit, anteriora sibi vendicauit, an quæ in cæteris omnibus & parte ista elucescit diuina prouidetia. Auditus certè in humecta parte commode locari non potuit, at in latere potuit, tum quia posteriora humani capitis inania sunt, tum quia nerui sunt ibi duriores, qui illuc vergunt, sicut & auditus. At in postrema non sunt aures locatæ, ne ab sensu communi abscederent longius, homo immobiles habet, tamen in quibusdã videntur agitari motitarique. Ratio verò est, non ex aurium motu intimo, sed per extrusionem vel excussionem musculi mandibulam mouentis. Quæri hic obiter potest, cur oscitantes aut vehementius spirantes minus audiant. Ratio ita se habet, quoniam sensorij auditus extremam partẽ contegit spiritalem, ac proinde quatitur, mouetur que cum eadem, vbi agitetur spiritus. Ait deinde Pli. ABIIS Flaccorum cognomina, Ab auribus quidem Flacci dicti sunt, ab auribus pendulis flaccidis que familia flaccorum dicta est. Legimus porrò auriculas in tantum magnitudinis gentibus quibusdam excrescere, vt totum corpus ijs contegatur vestium modo, fauesios vocat siue satmalos, vt Pomponi⁹ ait, græci vt est Strabo author ἐνωτοκοίτους, id est enotocitos, dicũt, quoniã strati vice cum dormiũt auribus vtũtur. Et Pli. paulò post subdit, NEC IN alia parte fœminis mai⁹, Aurum in auricula gestare veteris fuit moris, nobilitatis enĩ insigne erat, quod in Platone annotauit Apuleius, item iurisconsultus huius rei meminit. ff. de furtis, aurem cuiuspiam qui tetigit, inquit Vlpianus, totum eum tetigisse videtur. Est & in aure vna dicatus memoriæ locus, nato inde more, vt rapturi in ius aduersarium testes facerent, alias manus iniectio non erat. Sic verò faciebant vt contingẽtes vnã auriculam dicerent, esto memor, nec licebat hoc, nisi futurus testis annuisset. Ideo ita interrogabatur licet attestari. Haud obfuerit promptisse aures quedam emunctoria, item & sordes quasdam habere, quas græci κύψελας, id est cypselydas vocant, latini marmorata aurium: Item & Cerumina, sed nunc ad rem veniendum.

Cur aures in lateribus.

Flacci

Cerumina marmorata

FACIES homini tantum, &c. Quia faciem partem eam nominamus, quæ subiecta est caluæ, nam piscis bouis q; faciẽ dicere non possumus vt ait Arist. primo naturæ animal. cap. VIII. græcorum peritissimi faciem προσώπον, id est prosopon vocãt, quod inter caput & collum hominis est, ab re nomine imposito: nam quia vnus animantium cunctarum homo erectus est, solus anteuersus prospectat. Deinde ait Pli. FRONS ET ALIIS, &c. Frõtem physionomi vel vt ita dicam metoposcopi, id est qui vaticinantur ex aspectu frontis. Frontem certè, indicem tristitiæ aut hylaritatis clementię, seueritatis dixerunt rerum naturæ curiosi, ad quod allusit hic Pli. Fuerũt certè qui ex partis huius signis potissimũ quibusdam vaticinia aucuparentur, quos inde vocauerunt metoposcopos: nã quibus striata, id est rugosa frons sit, magno animo versare esse que melancholicos dixerunt: quibus verò erugata esset, fallaces imprimis, de quibus affatim Cochles nomine, author barbarus, sed non phisionomię expers pertractat. Quærunt curiosiores, cur nam cutis laxior frontis sit structa ac mobilis, Vt profectò commodi⁹ oculis subseruiret, vel claudendis vel reserandis, sudat autem frons, quia cerebro subiacet anteriori, vbi maximè est humectatio quam esse sudoris fomitem testãtur eo ditiores. Nunc veniamus ad supercilia. Supercilia locata hominibus fuisse testantur rerum naturæ peritissimi, vt demanantes humores aliorsum corriuarent, in ijs partem animi ait Pli. quia supercilijs quod volumus significare quodã modo possumus, supercilia superbię indicẽ monstrant, quia superciliosi natura sunt superbi.

προσώπον.

Frons.

Sudor.

Supercilia.

Caput

Caput & ſupercilia penitus abraſa olere malitiam & clamitare calliditatem viden
tur, veluti ne vllus quidem vt ait Tullius inſit boni viri pilus . Cilia quæ ab palpe=
bris prominent, conſtituta eſſe Ariſto. ait ne res minutę oculis inferrēt maleficiū.
❧ S V B I A C E N T (inquit Pli.) O C V L I P A R S corporis, &c.
Appoſitiſſimè oculos Plinius diſtinguere vitam à morte prodit, nam ſi pupilla
hominis ægrotātis nō reddat imaginem reciprocā aſpicientis: mortis indiciū eſt
vt libro ſeptimo vidimus: & quod cōfirmat Celſus, ratio autem eſt, quia viſus po Viſus
tētia, ac cerebri virtus abſumpta eſt, ſicut profectu vultus eſt imago animi ſic ocu potētia.
li indices ſunt & propterea ab prudentiſſimis dictum, animum in oculis habitare,
vt hic ait Plinius, quoniam ardere videntur quādoque, incendi, humeſcere, cohi=
bere, illud vtique eximie mirandum, cum eſſe particulas decem conſtet, quas vo
cāt intimas, ex quibus conſurgit organum viſui deſtinatum, ferè inter eruditos,
ſeptem videlicet tuniculas continentes, & humores tres contentos, ſicut primo
Colliget, ait Auerrois, earum omniū vtilitatem aiunt operationem'que adeò am=
bagioſę difficultatis, vt Galenus in medicina tātus, reddere ſigillatim rationes nō
auſus ſit. Oculos hic nunc organum vocat lucidum, nunc ſolarem animalis parti=
culam, & diuinum quo'que membrum vocitat, in oculi medio quod videmus grę= Oculi.
cę κοϱὰ, id eſt, cora, dicitur latine pupilla, ſpendor verò, glena, gręcę, γλήνη, circulus
verò ambiens γϱάμμαι κύκλωτεϱες, id eſt, gramme cycloteres, hoc eſt, orbicularis li
nea, quod verò albicat in oculo, dicitur ſphendone tunicas verò græci Chitonas,
ſunt autem quatuor à plæriſque dictę, extima dicitur Ceratoides, alia Rhagoides,
vel Hyaloide quarta Arachnoides, Tunicam extimam neoterici Conſolidatiuam
vocant, Ceratoide, ab ijs dicitur vulgo cornea, tertiam vocant vueam, poſteriorē
vitream, de quibus abundè Celſus. Paulus Aeginita, Gale. Auicenna de elementis
rotundę figurę oculos ait. Gentilis Auicēnę interpręs, quòd hęc figura ſit dignior
cęteris. Quippe ſi pupilla per quàm immutatur oculus, non eſſet ſphęrica nō per=
ciperet niſi ęquale ſibi. Additur prętera rotundationis & illa ratio, vt celerius vi=
ſu oculi appręhēdi multa valeāt, quādo globoſis reuolutionis facilitas ineſt, quod
& mathematici rationibus comprobāt, non fieri viſum niſi per medium diapha= Splēdor.
num, quia ſpecies non multiplicētur, niſi per diaphana corpora, quorum ſubtilitas
non congruat formis multiplicandis ſine materia & materialibus conditionibus,
vt quantum ratio patitur, oculo imprimantur. Plato in Timęo ſplēdorem igneum
ineſſe oculis teſtatus eſt, ignis, inquit, illius qui non vrit quidem, ſed illuminando
ſuauiter diem inuehit mundo, participes oculorum orbes dij fecerunt. Intimum
ſiquidem corporis ignem, huius ignis germanum ſyncęrum'que per oculos ema=
nare voluerunt, ita'que, cum diurnum lumen applicat ſe viſus radio, tunc ea duo in=
ter ſe ſimilia concurrētia, at'que commixta, quo oculorum acies dirigūtur ibi iam
in vnius domeſtici corporis cohærent ſpeciem, vbicun'que videlicet tam intimi,
quàm externi luminis fit concurſus, Ariſtoteles, Platonis aſſertioni refragatur in
commentatione de ſenſu & ſenſili. Item ſecundo libro animę, quę omnia diligens
lector adeat ſi fuſius volet, Hic item Pli. Hominibus diuerſos in oculis datos colo
res ait . Solis certe hominibus natura oculorum varietatem contribuit. Cādidum Oculi
tamen oculi, magna ex parte ſimile omnibus eſt. At quod nigrū variat, alijs atrū, diuerſi.
alijs admodum cæſium, alijs fuluum, alij caprinum, quod cernendi palmam obti=
net. Oculorum enim alij parui, alij conditi, qui clariſſimè vident, alij prominētes
qui parum cernunt. Glauci qui & Cæſij dicuntur, qui que alborem viroris habent. Glauci
Empedocles glaucitatis cauſam putat, quia Cæſij oculi plus ignis habent. Nigri tas.
plus aquę quàm ignis, at'que ob id cæſios oculos interdiu acute cernere non poſſe Cęſitas.
aſſerunt. Oculus enim eſt, de natura aquę vt ait Ariſto. Oculi puerorum exiſten=

tium in cunabilis, cæsij sunt, quia partes puerorum nuper natorum imbecilliores sunt. Cæsitas autem imbecillitas est. Nigri autem oculi multum humoris habēt, qui ob copiam humorum minus mouētur, quare potius noctu, quàm cæsij, vidēt. Cæsij enim, præ sui humoris exiguitate mouentur magis à luce & à visibilibus. Quãuis tamen paucitas visus soleat fieri absumptione humorum, vel ingrossitie spirituum aut paucitate, vt ait Galenus quarto morbi, ca. secūdo. Spiritus, inquit, animatus est, aut clarissimus, sicut æther, aut turbidus, sicut fumus, aut quantitas erit pauca, aut multa, si est multus ille spiritus, remotissima videbit, perfecte'que secernet, si paucus, & clarus solùm propinqua videbit. Quo ergo fit vt plærique admota solum videant, amota verò nequaquàm. Quare Auerrois tertio colligit, ca. de causis accidentium visus. Antequàm res debeat à remotis videri necesse est simulachrum cum multo lucido aere appræhēdatur, tunc si spiritus fuerit paucus, & clarus, res longinquas nisi mediocri distantia videbit, quia disgregat visus: & spiritus, eadem Auicenna Fen. tertia tertie ait. Item plerique inter diu vidēt, cum autem adue sperascit modicum, post occasum nihil penitus, quia hoc vitiū fit grossitie spiritus, & humiditatis abundantia, quo fit vt post occasum cum res visibiles illuminari non possint, nec sufficienter irradiari, à tali organo impedito nimia humorum obscuritate, & turbulentia, videri non possint. Nam grossities spirituum, & nigredo, & turbulentia humorum exteriore luce subtiliantur, depurantur, irradiātur, & ad maiorem, vel minorem claritatis, vel obscuritatis reducuntur gradū, secundùm lucis intentionem, vel remissionem. Subnectit deinde Pli.

TYBERIO CAESARI, &c. Ea etiam non minus scitè, quàm festiuiter prodit Tranquillus. Crebri, inquit, & subtiles tumores cum pregrandibus oculis, qui quod mirum esset, noctu etiam in tenebris viderent, sed ad breue cū primū à somno patuissent demum rursum hebescebant. Diuo Augusto equorum, &c. Tranquillus etiam de eo ita meminit. Oculos habuit claros, ac nitidos, quibus etiā existimari volebat inesse quiddam diuini vigoris, quasi ad fulgorem solis vultum summitteret, sed in senecta sinistro minus vidit, Rigentes, contracti, idem author de Nerone agens. Cæsios hebetes'que oculos habuisse ait, Non conniuerent, oculos genis non tegerent. NICTARE NON CESSENT, &c. Nictare, oculos nisu sepe conari vt claudāt, & crebro aperiāt. MEDIVSCVLO, &c. Alij, & rectius, medius color differens. LIMI, &c. Limos vocamus eos qui oblique aspicere soleant, summissi, humiles. ANIMO autem videmus, Animo cernimus, &c. Haud facile est intellectu, quo modo animo valeamus videre, difficilia hæc Plinij verba, quorum sensum si examinatius, & attentius, velimus perpēdere, animaduertenda quędam sunt, non indigna scitū. Expēdendum hic duplices esse sensus, interiores, & exteriores. Auerrois hos in quatuor distribuit species, primum'que eum cōstituit, qui omnes, quę ab extimis quinque sensibus haustæ fuerint imagines colligat, atque percipiat, quare communem nūcupat sensum. Altera deinde vis imaginandi dicta est, cuius officium sit, cum ipsa nihil persentiat, imagines quę à prioribus sensibus acceptæ sunt, retinere, eas'que tertiæ sentiendi naturę, quàm existimandi, ac cogitandi vim dicunt, proferre, cuius esse opus arbitratur, vt ijs acceptis imaginibus, quid aut quale sit id, cuius illę imagines sunt, iudicet, at'que percipiat, ea'que ipsa quę discreuerit seu conceperit iudicando postremæ cerebri ipsius, sensus'que particulę quàm memoriam dicunt seruanda commendet. Quod verò ad communem sensum pertinet digna scitū multa sunt, Hunc videlicet qui obiecta quinque sensuum sentiat, & actiones eorum at'que vacationes, ad quem etiam proprie spectat animaduersio, quoniam scilicet animaduertimus, nos videre aliquid, vel audire, vnde fit vt sæpe videamus, & audiamus

aliqua

Margin notes: Visus potētia. — Oculi. — Nictare — Limi. — Duplex sensus. — Oculi.

aliqua,nec tamen percipiamus, nos ea sentire, quoniam sensus communis imaginatio'que interea vertitur aliorsum. Oportet,inquit Plotinus,hoc esse quasi centrũ sensus verò singulos vndique non aliter ad hoc ipsum quàm lineas à circunferentia ad centrum vsque protendi,atque vim huiuscemodi cuncta, comprehendētē re vera vnum aliquid esse,neque humidum, alias cessaret memoria, neque durũ, nam periret docilitas,& omnino si sit corporeum,formę ibi rerum se inuicem cōfundent. In hoc præterea sensu intimo est visus, & auditus cæteri denique sensus. Sed hic vna forma sunt potestas'que, quare Pli. dixit solerter.

ANIMO VIDEMVS, animo cernimus Oculi seu vasa quædam visibilē eius partem accipiunt, atque transmittunt, sic magna cogitatio obcæcat, &c Huic nubilo satis videmur lucis intulisse,quare non erit alienum cætera persequi. Comitialis morb⁹.

SIC IN MORBO COMITIALI, &c. In morbo caduco, quem alij epylepsiã vocant,de quo in parte medica agemus fusius,sed hic obiter nō obfuerit sciisse,cur aperti laborantium morbo caduco oculi sint,cur'ue non videant laborantes hoc. Auicēna Epylepsiam,hoc est,caducum morbum ait esse membra animata prohibentem,ab operationibus suis sensus & motus cum spasmo ob cerebri obstrusionem,vel vt medicorum verbo vtar oppilationem. Nam causa morbi caduci est cōtractus ipsius cerebri ad expellendam materiam transitum impediētem, vt scitè scripsit Galenus tertio interiorum, capite secundo. Nerui enim à cerebro corriuari dicuntur,quod si patiatur: neruos pati est necesse, propter colligantiam: quare laborante cerebro: aut particulis eius male habitis, opticos neruos pati est necesse:quando Spasmus eos inuadit laxātur, & eorum virtus visiua pessundatur, quare fungi munijs suis non possunt:quare aperti remanent donec restituatur virtus eorum. Epylepsia.

ANIMO CALIGANTE, &c. Parum vigoris sentiui habente obscurante,hallucinante, Corybantiam. Qui oculorũ pupillis à dapertis more lepor um dormiunt Corybantes dicuntur, ita nuncupati, quia cum Iouis custodes essent non modo excubare, sed apertis oculis dormire cogebātur, alij Corybantes vocant populos,quos alij Curetes vocant. Corybantiã.

TENVIBVS multis'que mēbranis, &c. Galenus quarto interiorum,oculos sex lacertos in suis motibus habere testatissimum reliquit, alias non haberēt motus laterales, quare idem octauo iuuamentorum duos neruos à prima cerebri parte exeuntes ad oculos asserit, vnde sensus visus oboritur, sed qui abundè volet, voluat Galenum primo morbi, ca. ii.

CALLOSIS, Duris. FENESTRAVIT, Visus fenestras aperuit. IN CERTAM ACIEM, In certum oculi lumen. Fenestrauit.

VELVT CANALI DIRIGVNT, &c. Angustiæ subaudias dirigunt aciem visus, veluti per canale.

NON OBSTREPAT. Non diffidentiam faciat. VETERINA TANTVM, &c. Veterina animalia ad vecturã idonea. Veterina.

NVLLO OCVLORVM vitio, &c. Succrescũt oculis vitia multa: sicut Epiphora, id est, oculorum inflammatio. Item Taraxis Optalmia, tumor, qui græce οἴδημα, id est, œdema emphysema, id est, ἐμφύσημα. Anthrax, strabismus, σκπέλωρ, id est, Sepelō, id est, putredo, σύριγξ, id est, syrinx, id est, fistula πρόπτωσις, id est, proptosis, quod est procidentia. Tunicularum verò oculi vitia multa etiam sunt, vt διαβρώσις, id est, diaurosis παχύτης, id est, pachites, quod est crassitudo, τραχύτης, id est, trachytes, hoc est, asperitas quę inter palpebras oriri solet; de quibus in parte medica dicem⁹. Oculorũ vitia

STRABONVM, &c. Strabositas fit mollitie aliquorum neruorum mouentium partem exteriorem oculi, & tunc attrahitur oculus ad eam partem ĩ qua lacerti non laxi sunt. Fit item Spasmo, nec non mutatione cristalini nocumenti. vt ait Gale. quarto morbi, ca. primo græci φολκὸν, id est, pholcon vocant strabonē.

NOCTVRNORVM ANIMALIVM, &c. Vident enim quædam

animalia

animalia noctu, quia spiritus subtiles, & fortes habent sicut feles, id est, cathi. CAVDICES, primæ arborum partes quibus radices adhærent. VT tingantur oculi, &c. Ad quod facit Satyricum illud, ille supercilium madida fuligine tinctū. Obliqua producit acu, quare Hieronymus oculos, vocabat orbes stibio fuliginatos. DEFLVERE EAS, &c. Palpebras intellige, defluere nimia venere ideo etiam capillos. NASVS, &c. Nam pro acrimonia dicacitateque & irrisione poni solet: quare Martialis. Nō cuiuis datum est habere nasum. Nares collocatas esse, vt odor superna petat atrahātque produnt eruditiores. Narū profecto, vt ait Auicenna, munus est inspirationis, ne que enim os est organum spirandi, sicut quidam absone rati sunt, nisi affectio aliqua cogat. Itē vocum in homine distinctio: deinde odorum internotio, summæ autem narium angustię græcis dicūtur ἰσθμοειδὲς, id est, isthmoides, vbi ozena, hoc est, fœdissimū vlcus inoriri solet, de quo alibi. SILONVM, &c. Silones proprie qui prominentia supercilia habēt dicuntur, à sileno quē hirsutis superciliis fuisse produnt. BRVNCI, &c. Brunci quibus os & dentes prominēt hinc procitas. LABRA à quibus, &c. Auicenna non minus scitè quàm solerter labra vice ostij adiuncta memoriæ mandauit, suggerunt profecto magnum adiumentum in loquendi necessitate, indeque mollia, carnosaque ab rerum natura effi cta sunt, dētes quidem cum decore tegunt, tum locutionem præstāt magis articulatam, ea nanque conflatur ex literis, quarum enunciatio plurimū obturbata, nec intelligibilis præstaretur, nisi ad hanc rationem labra linguamque conformasset. DENTIVM tria genera, &c. Dentes natura contributos hominibus testantur classici authores, vt cibum mollientes cōficiant. Homini certè datos reor: ad cibi necessitatem ij qui primores dicūtur, qui & dici solent Temnici, sunt & animalia vtrique denta, quę greci vocant ἀμφόδοντα, id est, amphodonta, inesse presagia dentibus putat Aristo. Nam quibus rariores fuerint non diu viuere opinatur. Dentium numerus in homine ad duos increscit & triginta, authore Galeno. Nec hoc tacuit Auerrois primo Colliget, in græcis authoribus comperimus hanc dētiū distributionem, ita esse, quatuor anteriores qui in medio constituuntur quos ij vocant Tomeos & dichasteras, aut ctenas, aut gelasmos, insequuntur hos duos alij: quos græci κυνόδοντες, id est, cynodontes, id est, canini, adiacent qui Gomphij dicūtur, nos eos molares vocamus, sunt & qui ab ijs dicuntur crantheres, quos nos genuinos diximus, nō obfuerit in pragmatia notasse dentium stuporem dici Galeno Hemodia, sed nunc ad textum Pli. accedamus plura de dentium constitutione in medium adferre possemus: sed breuitati potiusquàm verborū multitudini indulgendum censeo. SERRATI, Modo serræ formati. EXERTI, Producti extra os, Pectinatim coeuntibus, cōiuncti modo pectinis. DISCRIMINANT, Diuidunt, Crustata, vt sunt testudines ostrea & id genus. SIMIAE dentes vt homini. &c. Allusit ad assertionem Aristotelis ea secundo naturæ animaliū cōmemorantis. ELEPHANTO intus, &c. Verba sunt Aristotelis, libro antelato. LVPI dexter, &c. Dens lupi dexter dentitionem puerorum iuuat, estque amuletum ijs, de quo alibi videbimus. HOMINI NOVISSIMI, &c. Allusio est ad Aristo. secundo naturę animalium, ca. quarto, inquiētem. Homini nouissimi maxillares quos genuinos vocamus, circiter vicesimū annum gignuntur, & viris & mulieribus iam verò quibusdā mulieribus anno etiā octogesimo maxillares illi nouissimi non sine dolore exierunt, virisque idem accidisse accepimus, quod certè ijs accidit quibus in iuuentute ipsi genuini nati non fuerint. NICOCLIS FILIVS PAPII, &c. Lege PAPHII, Et vbi legitur prӕteriuit: lege pertriuit. EQVO TANTVM Candidiores, &c.

Nasus.

Silones

Labra.

Genera dētiū.

Tēnici.

Serrati.

Exerti.

Astipulatur opinioni Aristotelicæ, vbi libro naturę animalium secundo, ca. tertio hæc feruntur. AETAS Veterinorum, &c. Varro secundo rei rust. Aetatem equorum & ferè omnium quę vngulas indiuisas habent cognosci posse scriptum reliquit. CVM SVBEVNT, Cum crescunt. LACVNIS, &c. Lacuna hic est concauitas siue fossula labri superioris. HOMINI Tantum ita, &c. Membri huius multiplex vsus est, & vt taceam locutionem, contritos & demolitos cibos colligit, & conglobatos vi sua deprimit, ac transmittit ad ventrem, vnde & Varro, à ligando cibo putat linguæ nomen impositum, bruta verò etiãnum lambendo potu adiuuat. Falli putat Lactantius, si quis inesse palato sensum saporis arbitratur, quoniam lingua sit, qua sentiantur sapores, nec tamen tota. Nam partes eius, quę sunt ab vtroque latere teneriores, saporem subtilissimis sensibus trahere. Pli. tamen intellectus, inquit, saporum, est cęteris in prima lingua, & in palato, Scribunt eruditiores, in linguę radice duo inesse orificia quę saliuę dicãtur fontes, eorum munus est, humorem seruare, veluti penu quodam intimo, quo subinde irroretur lingua, & os humescat vniuersum, Esse autem tãquàm aquosam pituitam, tum in stomacho conceptam ex tenuissima quaque chyli parte, & mox cum in castella defluxam, tum ab cerebro defluã per eius ossis meatus, quod medicæ artis professores nunc collatorium vocant, Expende hic Neruum quo tangendi sensus ad linguam deuehitur, nõ esse ab eo diuersum, qui gustus est vehiculum, vt ex Galeni penu colligitur. Non obfuerit hic bonarum literarum candidatis scisse. curnam hominibus plærumque lingua hæsitet, balbutiatque, & quare quosdam videmus esse loquelæ inarticulatę, sicuti fuisse dicitur Metellus pontifex: cuius hic Pli. meminit. Loqui profecto & sermone aliquid distincte enunciare homini est insitum & genuinum, alij ita disputant, sicut vox species est soni, sic locutio species est vocis, & omnis locutio est vox, sed ecõtra. Et sicut vox superaddit sono refractionem naturalẽ in canna pulmonis, ita locutio superaddit voci dearticulationem ad placitũ, ex quo colligitur materia locutionis naturalis, & vox pullulans à vocali arteria, idioma verò artis est, veluti gladius, si materiam spectes, naturalis est, si formam, arte confectus. Si hic quis ceruicosior obijciat, esse quędam animalia proferentia vocem humanã, sciat non posse dici eam vocem locutionem, quia non intelligant quę proferant, sed hoc assuetudini ascribendum est, quod autẽ Pli. hic hominem nõ loqui antequàm ætas opportuna veniat. Hic mirari subdit quod Hali Aberagel memorię mãdauit, In regia se vidisse natum infantem qui vix quatuordecim horis vitę perfectis loqui cæpit, & manu signa facere exclamasseque infantem: sum infœliciter natus. sunt qui sub voce infantis dicant nõ infantem, sed dæmonem ita locutum cui rei adiecero iure calculum album, sed nũc veniamus ad linguæ balbutiẽ. Quęrunt curiosi rerum naturæ, Cur inter cuncta animantia homo lingua soleat hęsitare. Huius ratio est: quia solus est sermonis compos. Cætera verò vocem solum obtinẽt. Qui autem lingua hęsitant, vocem quidẽ producunt, sed verba copulare non possunt, hocque impedimentum attribuimt aliqui refrigerationi, proinde à vino continenteque oratione calefactos facilius annectere palã est. Ob id Isaac in dietis particularibus: Persas, & Grecos: vino solitos indulsisse ait, Contra sunt qui non refrigerationi, sed nimio calori ascribant. Argumẽto sunt homines irati qui vix articulatam proferunt locutionẽ perciti ira, alij humectatione. Nam humectior lingua non liberè in verba prorumpit. Argumento sunt pueri quorum humectior lingua est. Item ebriorum lingua hoc euidentius docet: qui ob humectationem nimiam balbi fiunt. Nunc pergamus ad rem. TONSILLAE IN HOMINE, &c. Tonsillæ sunt loca in quibus fistulę cibales, & spiritales religatę sunt. In imo enim ore ex vtraque partę ad radices linguę omnes

Lacuna

Lĩgua.

Mirum

Balbuties.

Tõsillę

guę omnes Tonsillas constituerunt. Cicero autem de natura deorum de his ita cõpertius quàm dicat Pli. ait. Linguam autem ad radices eius hærens excipit stomachus, quo primum illabuntur ea quę accepta sunt, oris vtra'que ex parte tõsillas attingens palato extremo & intimo terminatur. Galenus etiamnum horum quàm appositissimè meminit: in disectione partium interiorum, id est, in sua anatome. Ad radices, ait, linguę posita est minor lingua. Tõsillę factę sunt numero quatuor, duę quidem ab vtra'que parte ad linguę radicem manifestæ apparentes, duæ verò coniunctæ his interius descendentes, Vocantur & hæ παρίσθμια, id est, paristmia, quia locus cui adiacet istmo similis videtur. Est & affectionis genus, vt ait Paulus Aegineta eodem in loco proueniens, de quo in parte medica. VVAE NOMINE, &c. Dicẽdũ quòd ad vuas humani corporis spectat. Nõ poterit aliquis quale id sit quod vua vocatur scire: nisi anatomes rationem rimatus fuerit attẽtius ac pensiculatius. A palato enim ad interiora occurrit quod græci κιόνα, id est, cionam, hoc est, quod colũnã vocant, vel cionida, cuius parte & auxilio diuiditur cibus qui vniuersum in stomachum properat, ne maiore copia influẽs hominem præfocet. Eadem hęc pars quę colũnula dicitur, gręcis etiam βρόγχος, id est, bronchos dicitur: hoc est guttur, superiacet ea vua gutturi, quę nomen vuę accipit, vbi inflammata fuerit, transierit'que in pallorem, quàm Pollux secundo Cõmentario sui Onomastici σταφύλην, id est, staphylem vocat, id est, vuam, Galenus vuam, siue colunnulã vocat gargareon, de huius affectionibus in parte medica docebimus. SVB (ait Pli.) EA EPIGLOTTIS, &c. Sub enim vua siue columnula, id est, parua lingua: subiacet quàm Pli. epiglottida vocat: quæ ad tergendas, ac tegendas certa alternatione vias cibatus, & potus data est, vt illum in stomachũ transmittat, hunc verùm pulmo suscipiat, propterea pulmo tot meatibus est distinctus & interpatet rimis, non vt spiritus egressiones habeat cui exhalatio sufficeret, sed vt per eos siquid cibatus in pulmonem deciderit, succus eius mox migret in sedem digestionis, quare primordium vię anhelitus canna pulmonis, aut trachea, aut à plærisque vuula vocitatur. Epiglottis autem est eminentia paulùm à trachea distãs, quare constat duas esse fistulas instar canalium, eas'que ab oris faucibus proficisci deorsum, & per earum alteram induci dilabique in stomachum & poculenta & esculenta, ex eo'que ferri in ventriculum, qui coelia vocatur, at'que illic subigi digerique, ac deinde aridiora ex his retrimenta in aluum conuenire, humidiora autem per renes in vesicam trahi, & per alteram de duabus superioribus fistulam, quàm tracheam arteriam vocant spiritum à summo ore, in pulmonem, at'que inde rursum in os, & nares commeare, per eandem ferri vocis meatum, ac potus, cibus've, quem oporteret in stomachum ire, sed nec verbosius. APPELLATVR SANE GVLA, &c. Gula certè est qua cibus & potus deuoratur, gręci id, οἰσοφάγον, id est, oesophagum vocant. Porrò, quia Collum iis annectitur, de hoc agere non fuerit abiunctum ab proposito. Quę enim colli sunt expertia, gulã manifestam non habet, sed nec habere necessarium est, instrumentum respirationi accommodatum hoc longitudinem habere oportuit. Propterea Galenus octauo de iuuamẽtis: ob pulmonem collum esse scribit. RESTAGNATIO, &c. Redundantia. ORBICVLATIM, Rotunditer. CERVIX NVLLI, &c. Ceruix siue Collum, quod gręci τράχηλον δ'εἰσὶν αὐχένα dicunt, mediũ inter humeros & caput nodos habet septem, quos illi spondylos. Homerus astragalos vocat. Subnectit deinde Plinius. GVTTVR HOMINI TANTVM ET suibus intumescit, &c. Quibus guttur intumescit gutturosi dicuntur, fiunt certè in anteriore parte tumores quos græci βρογχοκήλας dicunt, id est, brõchocelas, ex tumore, & gutture, facta appellatione. In suibus fit struma gutturis qui dem

morbus

morbus, vt ait Aristoteles, de quo in parte medica. Subdit deinde Plinius.

POSTREMVM STOMACHVS. &c. Hic Pli. partem postremam gulæ accipit, cui mox annectatur venter. Galenus inter medicæ artis receptissimos authores, secundo febrium ad Glauconem, stomachum esse os & principium ventris memoriæ mãdauit, huic insunt duæ pelliculæ, vna interior & principalior, exterior, quę carnosa est, rotundatur ille & oblongatur, vt idem scriptum reliquit quarto iuuamentorum membrorum, quidam modo lagenæ formatum ferunt, quòd sit fundo amplo, collo verò, id est orificio angusto, vt sæpius anatomici ostendunt. Galenus loco antelato & anatomes ratio os ventriculi cardiam appellat, sicut nostra tempestate stomachus vocatur, hoc est gula. Auicenna libro animalium decimò ita agit. Stomachi esse ima carnulentã vt inde ad concoctionẽ vberior suppetat caloris vis, os verò neruosum haberi vt exactior sit ibidem sensus, illuc verò ab medulla comeare neruos magnos vt sentiatur fames, & inanitio, qua obueniente expergefaciat animam, perficit verò cibos stomachus, tum insiti caloris potestate, tum aduentitij, adiacentibus splene & iecore. Qui plus de his volet adeat Paulum Æginitam, & Galenum locis citatis. Stomachus.

DECRESCENTIBVS CRENIS, &c. Diuisuris decrescẽtibus. Crenæ diuisuræ dicuntur, item signa quibus agri ferulis descripti sunt, necnon & summa arcus cornua. SCOBINA FABRI, &c. Limatura ac rasura. COR ANIMALIBVS IN MEDIO PECTORE, &c. Est profectò cor omnium viscerum & membrorum corporum radix prima, vt ait Galenus, vitæ caloris innati, ac vitalis fons, id sicut placitũ video peripateticis, ita se habet in humano corpore, sicuti in orbe intelligentia prima & velut rex nobilior microcosmi, mediam occupat sedem velut principalem, vergit tamen plus ad antica quàm ad postica, venarum principiũ hoc est, sed quare potius id vergat ad læuam quàm ad dextram, rationem reddunt rerum naturæ prudentissimi. Omnium enim animalium, vt ait Aristoteles, homo habet maximè refrigeratam partem sinistram, quare vt cõtemperet frigus huius partis ita cõstitutum est. Celsus item & Auerrois primo colliget, cordis cauitates duas constituunt, in dextra vnam, in sinistra alteram, inter vtram'que meatus solum. Quin & Rasis ad Almansorem duos modo finit ventriculos, cũ sensu sit deprehensum duos modo esse, à quorum altero vena propagetur magna, ab reliquo arteria. In paruis autem animalibus vnum tantum esse, quare mirari subit Pliniũ scribere in maiorum animalium corde triplex visitari specu, quando ait. Crenis. Pars sinistra frigidior.

SINVOSO SPECV ET IN MAGNIS ANIMALIBVS, &c. Per verbum enim specu cauitates quashic dicimus intelligit, hoc est ventriculos, quorum meminit Aristoteles de sensu & sensili, item de animalib⁹ tertio, vnde hæc detorta sunt. Subdit deinde Plinius.

SOLVM HOC VISCERVM NON MACERATVR, &c. Cor profectò inter viscera omnia nullam prorsus affectionẽ sentit, & iure quidem, nam quod principium est ipsum citra noxam seruari debet, ne illo corrupto, corruant reliqua. Subnectit mox Plinius. AVDACIA QVIBVS PARVVM PAVIDA quibus pergrande, &c. Quibus certè est cor paruum, ea dicuntur audacia, quia effectus quem producit metus iam ijs inest, quoniam calorem proportione cordis non habeant, verùm calorum parum in magno exolescit conceptaculo, proindè sanguis frigidior comperitur, idetiam in venis & ventriculis obuenire solet, ampliores enim venę frigidiores sunt, vt ait Auicenna tertio de animalibus. EX FONTE DVAE GRANDES VENAE. Verba sunt Aristotelis, tertio naturæ animalium. Cor.

❧ HINC PRAECIPVVS CALOR, &c. Hoc itē cōprobat Gale. V. interio. ❧ IN EQVORVM CORDE, &c. Hæc sunt detorta à sanctuarijs Aristotelis, tertio partium animalium. ❧ INTERDVM AVGERI PER SINGVLOS, &c. Censorinus libro quem de die natali posteris legendum reliquit, hoc vbertim pertractat inquiens. Alexāder inter eos qui solent mortuos conseruare hominem non posse plus centum annis viuere aiūt, Id cor humanum declarare, eorum qui integri perierunt sine corporum tabe, ideo q̄ multis annis pependit cor hominis incrementa ætatis & diminutiones conseruet & anniculi pondere duas drachmas vini quatuor, & sic in annos singulos vsque ad l. accedere binas, ab his centum drachmis, ex quo perspicuum fit centesimo anno redire ad anni primi pondus nec longius posse produci, hæc ille.

❧ HIRTO CORDE (ait Pli.) GIGNI HOMINES, &c. Scribunt græci Hermogenem cor habuisse hirsutū, & magnitudine extra mortalium reliquorum rationem insigne. Plutarchus etiam in parallelijs de Leonida idē scriptum reliquit, hoc item in Lysandro fuisse visum testantur aliqui. Quod antè Plinius duplicatum cor fuisse inuentum fide id caret, nec putarim verū posse, quia principium vnum esse debet. ❧ PER CAVERNAM LATHOMIARVM, &c. Latomiæ carceris nomen apud Romanos fuit, cuius rei Cicero septimo libro in Verrem commeminit latomias dici carcerē Syracusis, Pedianus author est, quarum item Seneca. controuersiarum quinto meminit. Fuisse item Sparthæ latomias Plinius hic significat, cum earum angustias Aristomenem Messenium euasisse scribat vulpium aditus secutum. Lithomiam & latomiam cō perio lapidicinā dici, hinc Lathomi lapidicidæ. ❧ CARDIACO MORBO PERIERINT. Morbus cardiacus, Galeno primo suarum diffinitionum authore, in ostio ventriculi & in stomacho cum immodicis sudoribus fit, nec fit solum in corde, vt scioli medici putant, sed in ostio stomachi, quare Gale. in sua isagoge ait. Cardiaca verò dispositio non quia in corde id malum fit sic appellata est, sed quoniā antiqui καρδίαν, id est cardian, stomachū appellabant. Huius rei meminit Celsus libro tertio, ex quo in parte medica vberi⁹ agetur. Cor germanici Cæsaris, de hoc vide Suetonium. ❧ SVB EO PVLMO EST, &c. Sub corde pulmo est, pulmonem Arist. tertio partium animalium, datum esse animalibus ait, vt cordis feruor refrigeretur, calorem enim refrigerari est necesse. Est certè pulmo destinatus vt spongiosus sit, & fistulis inanibus cauus, ideo'que spirit⁹ capax. A tergo spinæ iungitur at'que in duas fibras diuisus est: propterea Moses ille Cordubensis aphorismorum particula prima, pulmonem ex membris ijs scribit, quæ duplicia sunt, quamuis mutatis speciem præferant. Cæterum ad pulmonis media dilabans panniculus est, quem mediastinum vocant, de quo qui curiosi⁹ volet, legat Aristotelem quo diximus loco.

❧ VRINENTVR, &c. In aquam natando sese immergunt, hinc vrinatores, qui se in aquam immergunt. ❧ IECVR IN DEXTRA PARTE, &c. Iecur sub diaphragmate collocatum, Galenus testatissimū reliquit quarto iuuamentorum membrorum. Omnibus certè quæ sunt sanguine carentia duo sunt imprimis necessaria, cor, & iecur, quod alij hepar vocant. Plato iecur mēbrū nobilissimū cōcoctionis cibariæ gratia datū ait. Oīs fermè medicorū schola affirmat iecur præcipuū esse sanguinis organū & venarū principiū, siquidē stomachū meatibus, & iecur interiacētib⁹ ascēdēs chyl⁹ ad sanguinis formā disponitur, mox vbi hepar paratū exceperit chilū, ac velut subfigurationē quādā obtusam, sanguinis modo speciē, à subseruiētibus ei meseraicis adeptum, super infert ornatū vimq; ad perfecti sanguinis percoctionē, cū superfluitatū excretione.

Latomię. Cardiacus. Pulmo. Vrinari.

Habet item hepar principium virtutum circa nutrimētum operantium,quoniam naturalis virtutis fons à plærisque dicatur. Ab hepate nata auspicia hic Pli. testatur. Veterum certè superstitio pestifera nuncupabat auspicia,vbi caput in iecinore non fuisset,eo nomine eius summitatem intelligens. Hic nō obfuerit annotasse vice auctarij,veteres salubritatem locorum ab hepate captasse,pecoribus immolatis quæ in ijs pascerentur,vbi oppida constituere,ex hepatis habitu aeris modum consectabant,nam si liuescens esset insalubritatis argumentum putabant. CAPVT EXTORVM, &c. Hoc est summitatem hepatis, aut pulmonis, aut cordis,lienis've. FEL NON omnibus datum animalibus, &c. χόλην,id est cholen,græci fel vocant,hinc achola dicuntur, quæ felle carent,ex inferiore enim parte assidet fel,id nihil est aliud quàm purgamentum pessimi sanguinis. Anaxagoras per errorum acutorum morborum causam inde profluere scriptum reliquit,propter eius effusionem: quia verò fel est sedimentum & exuperās inutilisque materia,inde nonnulli antiquorum vitæ longioris rationem scrutati, ex fellis vacuitate demanare id suspicati sunt argumento ex ceruorum vita deducto. Delphinus item longissimæ vitæ est quòd caret felle. SED (ait Plinius) IN FELLE NIGRO, &c. Hoc est atra bili siue melancholia, de qua in parte medica profusius agetur. QVIN & toto corpore, &c Hoc intellige de felle suffuso,fellis enim suffusione exoritur morbus,faciem corpus,oculos diuariās hosque croceos reddens,hunc morbum Celsus vocat regium,alij ictericum,alij arquatum,de quo alibi NIGRESCVNT CONTACTA EO. Felle vasa ænea & alia quoque contacta eo nigrescunt,serpentium illud nonnulli venenum ferunt,nam felle suffuso & ad dentes peruento morsus tabidos incutiūt. CARENT EO (ait Pli,) QVI vescuntur absynthio, &c. In pontho animalia quæ vescuntur absynthio carent felle,quod & est luculenter animaduersum à Theophrasto libro nono plantarum absumit,id enim,item purgat stomachum, & quæ in eo sunt biliosa,vt quàm scitissimè est memoriæ mandatum à Dioscori. libro tertio,quando ait,ἀποκαθαρτικὴν τῶν ἐνεστηκότων στομάχῳ καὶ κοιλίᾳ χολωδῶν,quę si latina reddideris,nihil aliud notabunt,quàm purgare quæ in stomacho & ventre sunt felle plena,aut stomacho inhæserunt. FIBRAE, &c. Visceris extremæ partes,id est iecoris,cordis,pulmonis. Aristo. secundo naturę anima. leporibus bina esse iecinora scriptum reliquit,hi inueniūtur in agro sycino circiter bolbā lacum. De his prodigijs quorum hic meminit author Liuius,itē Vale. Max. agūt. QVAE præcordia appellantur, &c. Aristot. peripateticorum ille argutissimus tertio partium animalium,omnia habere præcordia testatus est,quib⁹ est sanguis,vt sedem cordis à ventre dirimat,videlicet vt animæ sentientis origo inoffensa seruetur,nec facile occupetur exhalatione cibi & caloris aduētitij copia. Pręcordia græcorum peritissimi phrenas vocant,vt Plato,Hippocrates,Galenus, qua vocis acceptione mens significatur,tanquàm in prudentiæ principatum veniant, protenduntur cordi:quare præcordia dicta,græcis interdum περικάρδια,id est pericardia,latinorum aliqui vocant cinctum,& diaphragma. Subdit Plinius.

Fel.

Fibræ.

Præcordia.

Renes.

IN EADEM PRAECIPVA HILARITATIS sedei quod titillatur maximè intelligitur, &c. Parte quidem præcordiorum calefacta & titillatu agitata,ridere homines solent,quia,vt ait Aristoteles,motus ad eum locum peruenit facile,qui quanquàm calefaciat,tamen aperit & mentem mouet præter voluntatem solus homo titillatus ridet,quia solus animalium rideat. Est enim titillatio risus per eiusmodi motum partis quæ alam complet,ictu item Plinius & ante eum Aristoteles traiecta præcordia in prælijs risum attulisse ferunt, calore scilicet quem vulnus mouet. AB HOC (ait Pli.) VENTRI-

Titillatio.

CVLO LACTES, &c. Ab ventriculo incipiunt intestina, ex quibus plæra'que multis orbibus implicantur, ne semper assit cibi appetentia, ne alimenti inopia perpetuò famescamus, vt Auicennæ placitum video. Ergo ima ventriculi pars paululum in dexteriorem cōuersa partem, insummum coarctatur intestinū, quod à Celso vocitatum est pylurum. Scioli medici & politioris doctrinæ expertes portonarium appellitant. Sunt multa intestinorum nomina, nam quod Galen⁹ libro de vtilitate partium Dodecatylum dixit, recentiores duodenum nuncupant, ieinum aliud est iis vocatum, græcis verò νῆστις, id est nestis dicitur, intestinum verò tenuius ἔλιγμα quia sit implicitum. Hæc tria intestina pauco verborum sensu

Lactes. lactes Plí. videtur dixisse. Lactes membranam esse ait Aristot. continuam, ipsum omentum pertendens de intestinorum tenore ad venam vs'que maiorē & ahortā, plenam venarum. Quidam lactes vocant intestina graciliora pinguia, vt Persi⁹ innuisse videtur lactes vnctos vocans, in piscibus lactes, lactantias vocant aliqui. CANCELLATIM, Modo cācellorū. Tessellatim, id est modo lignorum modicis interuallis in transuersum instar retis annexorum. ILE INFIMA PARTE, &c. Est enim Ile simplici, l, quod in summa parte collocatū est in homine, quod græci κόλον, id est colon dicunt, quod nonnulli Niæram vocant, id est νεαίρην, Inibi fit dolor quem colicum vocant, de quo pars medica verbosius aget. LEVANT EAM, Aluum intellige, hoc est ægerrimè egerunt excrementa. OMENTA INTEGVNTVR, &c. Omnia intestina contegit omentum quod græcæ linguę periti vocant ἐπίπλοον, hoc est epiploon. Est enim membrana adiposa qua integuntur ventriculi & vniuscuiu'que membri interioris vestitus.

Lien. HVIC (ait Plí.) ANNECTITVR LIEN, &c. Lien in sinistra parte locatur. Est profectò lien instrumentum ad purgandum fæculenta, nam à iecore attrahit melancoliam, vt scitè ac lepidè Gale. quinto iuuamentorum membrorū scriptum reliquit, & comprobatum est ab Auicenna. xv. iii. capi. ii. Fex enim

Risus vnde. sanguinis dicitur lien. Ab hoc profluentissimus risus exoritur, est sedes ioci intemperatioris & risus, virtute enim lienis & iecoris prolici vim humoris melancholici produnt medicæ artis professores, exigente videlicet à se redundantia, vnde prouenit sanguis benignus, clarus, copiosus, lucidus, quę ferūt causam esse risus, quorū opinioni adiciēdus est calculus albus, ex illo em̄ sanguine multitudo spirituum cōsurgit animam exhilarantium. ANIMALIA (ait Plí.) IN renibus pinguissima, &c. Renes lumbis, vt ait Celsus, annectūtur ex imis coxis. PECTVS

Pectus. hoc est ossa, &c. Pectus profectò inter lacertos homini constitutum esse est in comperto, cæteris verò animalibus in medio crurū, Galenus primę notę inter medicos post Hippo. septenis ossibus construi pectus ait, sed iugului os Aristo. annumerat. Gale. libro isagogico nomine thoracis, partem intelligit, quę collo ad pudenda

Holmos στῆθος. protenditur, alio verbo holmos dici solet, huius superiorem partem ad iugulos στῆθος, id est stethos. Inferiorem verò sterion græci dicunt. CARINATVM, Conuexum, concauum, modo carinæ formatum. INFRA ALVVM à priore parte vesica, &c. Allusit ad assertionem Aristo. eadem secundo naturę

Vesica. anima. commemorantis, vesica enim in viris rectò assidet intestino ad sinistra vergens, in fœminis in genitale procumbit, subiectam'que vuluam habet, vrinæ iter in viris laxius & compressius ab ceruice vesicæ colen petit, in fœmina breuius, super ceruicem vuluę se ostendens, in hac calculos nasci hic prodit Plí. hanc affectionem græci dicunt lithiasin, nam lithos lapis est. Plí. item hic meminit, vteri itē & vuluæ, Aristoteles eorum etiam meminit. Pars, inquit, vuluæ interior loci, & vterus appellatur. FVNEBRIS QVOTIES (ait Plí.) VERSA SPIRITVM INCLVSIT, &c. Ex affectione quadam vuluæ, quā

græci πνῖγα ὑστερικὴν, id est pnigahystericen, id est vuluæ suffocationem, in hac eni spiritus adeò coarctatur vt non detur spirandi facultas, quare plerumque fœminas suffocatas videre licet, quare ita affectas vocant hystericas. Ad hanc affectionem allusit Pli. quando ait. FVNEBRI QVOTIES VERSA, &c. Non est hic vuluæ anatomen profusius adferre, quòd de hac acturi sumus. VVLVA ENECTO PARTV, &c. Erat enim vulua loco ganeæ & esculentioris cibi antiquitus, ea quæ ex occiso partu eijciebatur, quæ eiectitia dicebatur, porcaria dicebatur edito partu, potissimum quæ ex sue primipara erat, i. quę primò pepererat. Effœtarū verò hoc est earū suū vulua non erat alicuius lautitię. HVIVS sumen optimū, &c. Sumen fiebat ex papillis suillis vno die post partū sectis ac salitis, quare extat carmen Martialis. Esse putas funeri nondum sic vbere largo Effluit & vino lacte papilla tumet. Huius etiam Persius meminit inquiens. Et calidū ponere sumen. ANTIQVI ABDOMEN, &c. Abdomen est propriæ pinguedo spinæ dorsali adhærens, in qua renes iacent, quasi abditum. SAEVO PINGVESCVNT, &c. Sæuum & adeps, quid discerniculi habent, nam sæuum siue vt alij proferunt sebum aut sæpum, est pingue id quo candellę fiunt, fragile hoc si refrixerit. Adeps verò semper liquescit nec est solida. SVES SPIRANTES, &c. Sunt codices trunci non spirantes, sed sperantes habent. Lego ipse spirantes hoc est viuentes. Huius rei meminit Varro libro rei rusticæ. ET MEDVLLA ex eodem, &c. Eadē Aristo. tradit secundo natu. anima. NON FERRVMINANTVR. Noncō glutinantur, coniunguntur. CARTILAGO RVPTA. &c. Cartilago, vt dximus, ab osse est diuersa, pluris minoris've ratione, cum alioqui natura sit compar, siquidem præcisum os non succrescit amplius, nec cartilago conuulsa cō solidatur, hanc χόνδρον, id est condron. græcę linguæ scientissimi vocant. Conflatur enim ex nerui, & ossis natura. Cartilago nullo foramine cauatur, quare medulla caret, habet tamen humorem medullæ. AD SVFFRAG. &c. Suffragines vocantur nodi sub crure, quibus pedum versura constat, tibięque ita annectatur pes, vt verti possit, id quod in bobus, asinis, & cæteris armentis noscitur.

Vulua.

Sumen

Abdomen.

Ferruminare.

χονδρόν.

INTER ILLOS (ait Pli.) LATENT ARTERIAE, &c. Hoc est semitæ spiritus, nam arteria est spiritus conceptaculum, spiritus inquàm naturalis, mixti confusique cum sanguine in quo plus spiritus est & minus sanguinis, vena profectò sanguinis est conceptaculum, quorum abundè Aristoteles tertio naturæ animalium, Auicenna doctrina quinta, fen primæ primi, arterias esse corpora sinuosa testatissimum reliquit in longum porrectas, neruosas, ex corde propagatas, quibus insit motionis virtus per diastolen, & systolen, hoc est per disparationē & contractionem. Venæ autem arterijs persimiles sunt, sed ab hepate demanant. Aristo. tamen venas ab corde esse demanātes scriptum reliquit, sed putarim de venis pulsantibus id intelligi oportere, nam Galenus quarto de vtilitate partium, itē & de iuuamentis, venas non pulsantes tunicę vnius, ab hepate ortū habere memorię mandauit, quod & confirmatum legimus ab Auerroe, primo colliget. Subdit deinde Plinius. ARTERIARVM PVLSVS IN CACVMINE PRAECIPVE MEMBRORVM EVIDENS INDEX FERE MORBORVM, &c. Inibi Plinius ictus languidi aut tardi pulsus meminit. Sunt qui non satis accuratè à Plinio putent assertum, tum quòd nunquàm ictus aliter quàm foris illatos intelligant. In arteriarum autem pulsu naturæ & intrinsecum motus principium est, nec iure venæ dici possunt ici, sed pulsari. Nam pulsus non ictus vocis appellatione vtitur Celsus primo libro, Item & Persius quando ait. Postquàm tertia composita

Arteria

Vena.

, vidit concurrere venas. Et Naso. Prætentat'que suo salientem pollice venã. Sed parum hoc ad intrariam Plin. eruditionem reor, cum is sit qui quando'que poeticè, quando'que oratoriè, interdum historicè loquatur, sed paulò altiora tangamus. Pli. ait. IN LEGES metricas ab Herophilo descriptos earum pulsus fuisse, &c. Hic Pli. ad Rythmos alludit, tracta metaphora à legibus componendi versus quare in pulsibus dixit leges metricas. Rythmus enim in medicina nihil est aliud quã motus certam habens legem in tempore: nam & Herophilus id ita finiuit rythmum dicens esse ordinem legem'que temporũ in quibus arteriæ concidunt & insurgunt. Venarum enim Rhythmos etiam hunc quem diximus ordinem Victruuius libro primo appellauit. Plinius verò leges metricas metaphora quodam vtẽs. Differre tamen metrum & rhythmum satis compertum habeo, quod metrũ stabiles habet semper temporum quantitates, Rhythmus cõtra, quo voluerit quis modo contrahi modo produci potest, sed minutula est hæc res parum ad Pli. verba faciens. Græcorum peritissimi pulsum σφύγμον, id est sphygmon vocant, quem ferunt esse intẽtionem motus, & remissionem in corde. Alij hoc modo finiunt. Pulsus est disparatio, & contractio indiuisibilis arteriæ ac cordis vel subsultio, & palpitatio, vel ebullitio venæ & arteriæ, quorum omnium meminimus libro septimo.

Rhythmus.

CAPVT .XXXVII.

SANGVIS QVIBVS MVLTIS, &c. Inter humores profectò sanguis præstantior assertione recentissimorum authorum iudicatus est, Siquidem & spirituum materia, quibus maximè vita constat, & virtutis vegetatricis operatio & aĩalis est, alit, instauratq; proindè thesaur⁹ habetur & fomes naturæ, vt testatissimũ reliquit Plato, carniũ & vniuersi corporum pabulum, quo pereunte confestim insequatur mors, quæ omnia comprobat Aristoteles ille philosophorum argutissimus, tertio naturæ animalium, à cuius riuulis hæc quæ Plin. prompsit in literas detorta sunt. Tabificum hic Plinius taurinum sanguinem ait, quo & ille Themistocles periisse fertur. Haustus sanguis is strangulat, & difficultatem anhelitus adfert, vt prodidit Dioscorides libro sexto.

QVIBVSDAM (ait Pli.) PER INFERNA, &c. Vt iis qui hemorrhoidas patiuntur. Temporarium, id est ad tempus eueniens, & horis quodam modo statis.

CAPVT .XXXVIII.

SVNT QVI SVBTILITATEM ANIMI, &c. Allusit ad Aristo. quinto generationis animalium cõmemorantem hæc. Cum, inquit, tamen differentias sensu maximè omnium valeat, cuius rei causa est, quòd sensorium syncerum minime'que terrenum corpulentum've obtinet, cutem enim tenuissimã præ ceteris animalibus homo sua pte natura habet. Cæterò subtilitatem animi plerique constare diuerso quidẽ modo asseruerunt, & quia huius rei hic meminit non obfuerit nouisse quæ à claris authoribus super hoc excerpserimus. Aristo. secundo animæ, gustum certiorem hominibus ceteris animantibus inesse prodidit monimentis. Gustum, ait, homo certiorem habet cunctis animalibus, est enim gustus tactus quidam, hic autẽ in nobis exactissimus est sensus, in alijs exu-

Gustus

peramur excellenter, inde fit vt homo sit animalium prudentissimus, signum est inter homines quoque iuxta hunc sensum esse aliquos hebetes, alios ingeniosos, duri quidem carne, inepti mente molles autem ingeniosi, hæc ille. Bonitas profectò mentis ratione duplici tactus bonitati correspõdere videtur, prior est. Tactus sensuũ aliorum est fundamentum, manifestum enim, quòd organum tactus latè per totum corpus est fusum, & quodlibet instrumentum cuiuscunque sensus est etiam instrumẽtum tactus. Et id ex quo aliquid dicitur esse sensitiuum est tagẽdi sensus, vnde ex hoc, quòd quis habet meliorem tactum consequitur item habere eandem sensoriam facultatem simpliciter, & inde esse melioris intellectus, siquidem sensuum bonitas dispositio est ad bonitatem intellectus. Altera ratio, quia tactus bonitas, complexionis sequitur bonitatem. Etenim cum instrumentum tactus sequestrari nequeat à numero, vel genere tãgibilium qualitatum eo quòd est ex elementis compositum, oportet id esse in potentia ad extrema. Saltem propter hoc quod est medium inter ea. Bonam porrò complexionem corporis sequitur nobilitas animę. Omnis enim forma cum sua materia proportionem habet, quare quibus fuerit tactus præstantior, præstantiorẽ esse animam oportet, subtilitatem hic carnis non intelligo in mulieribus, nec pueris, quibus est tenuitas mira cutis, illa certè non ex bonitate est complexionis, non enim boni tactus adhuc sunt, quia nõ habent qualitates sensiles rectè ad medium redactas. cutis igitur tenuitas intelligenda est ea, quę cõplexionis bonitate oboritur, quibus certè est cutis crassitudo, his & hebetudo, quare peritiores homines sunt, crassipelles verò vocãt fatuos. EXCLVDAT, appareat. CRESCVNT ET IN QVIBVSDAM MORBIS, &c. Verba sunt Aristo. tertio naturæ animalium hæc commemorantis. Excludat.

CRESCVNT (ait Pli.) in quibusdam morbis, & pręcipuè in tabificis, &c. Qui & Phthisici dicuntur, id est, laborãtibus exulceratione pulmonis, hac affectione corpus totum absumitur, vt Hippocrates quinto sententiarum ait, hoc est, aphorismorum, cuius abundè meminit Gale. secũdo morbi, ca. sexto: sed de hoc in parte medica. Cur autem capilli defunctorum durent augescant'que, ratio in promptu est. Materiam capillorum putãt naturæ rerum periti, vaporẽ fumidum, crassum, humectum, glutinosum, vt scriptum reliquit Galenus secundo complexionum. Ratio autem efficiẽs pilorum: frigiditas est tum intima in cute, ac ossibus capitis, tũ extima aeris nõ ambeũtis ratione, sed hęc linquamus dicturi alibi de his. Pilos in mortuorũ corporibus succrescere putant plerique philosophorum ob humectationem in meatibus subsistentem, quæ glutini modo solet densari, ac ob durescere vt sic longissimè superesse capilli valeant, incrementi certè eorum causa in defunctorum corporibus in calore est. Nam vapor in pororum angustijs retentus incrementa facit, lanæque rarescunt, rari pili fiunt, ventres glabri, depiles. De strigibus, de his disseruimus superiore libro, de Hippotamo: cuius corio formari solent hastę etiam meminit Aristo. secũdo libro hystoriarum. Tergoris, ait, in equo fluuiatili crassitudo tanta vt eo fiant venabula: eadem refert Herodotus, libro secundo. Leonicinus item abundè de his, cuius verba nec scitu legat qui de his volet. Striges.

CAPVT XXXIX.

ASINI A FOETV DOLENT, &c. Aristoteles sexto naturæ animaliũ. Asinam à coitu semen reijcere testatissimũ reliquit, vt a dolescat. Hic opere præcium me facturum arbitratus sum si paucula rerũ seriè, nã alibi, hoc est, in parte medica acturi sumus, perstrinxero anatomen mammarum muliebrium. Auicenna. xii. tertij, ad generãdum lac mammas prodit mulieribus inditas, cõpositas quidem, venis, arterijs,

neruis,carne,glandulosa, vt ita loquar. Et sicuti chylus,vbi a diocineris aduētarit viciniam:mutatur in sanguinem rubrū:ratione ruboris ipsius hepatis,ita sanguis veniens ad mammas,in lac conuertitur, hoc interdum obdurescit ob exuberantiam calidi, & sicci,de quibus alibi.

CAPVT .XL.

MVLIERI ANTE SEPTIMVM DIEM, &c. Astipulatur Aristoteli septimo naturæ animalium,ca. v. Cuius hæc sunt. Lac quod ante septimum mensem cōtractum,inutile est,sed simul infans natalis est & lac esse vtile incipit. PRIVS autem salsum est vt pecoris, &c. Porrò hic Pli. Lactis animalium meminit,de hoc ita habet Peripateticæ sectę argutissimus ille censor Aristo. tertio naturę animalium. Quod crassius asinę, tenuissimum Cameli, Coit eorum lac quę non vtrin'que dentata sunt,qua propter caseus ex ijs fit, non lac coit rigore,sed serum potius igne nimirum spissatur crassescit,hęc ille. Diosco. libro secundo probat admodum lac candidum æqualiter crassum & quod vngue distillatum nō defluit. Caprinum probat,esse'que vtilius ouilli, qui copiosius de hoc volet, adeat Paulum Aeginitam,libro primo, & Teophrastum nono plantarum, qui inibi lactis differētem vim asserit fieri multarum herbarum ab animalibus pastarum potentia. Subdit deinde Pli. GENVS MALI Vocatur Colostratio, &c. Colostrum spongiosa lactis est densitas,vnde sic ait Palladius. Colostram vocāt pastores illud exiguum lactis in quo est spissior natura. Et Colostratio est morbus quo lactātes tentantur si biduo à partu maternum lac gustauerint. Expende hic non solum Colostrationem fieri in brutis, verùm & in Mulieribus. Crassius enim lac aliquando fit acre, nōnunquàm abundat sæpe inutiliter & intra mammas densatur in caseum:id inflammationes facit sepicule,vt ait Paulus Aeginita,tertio lib. Columel. Colostri meminit his verbis, libro octauo,ca. tertio. Sed priusquàm hoc fiat exiguum emulgendum quod pastores Colostram vocant. Varrò,etiam Rei Rust. secūdo de hoc etiam agit, gręcorum peritissimi Colostrā, τυρευμένον γάλα,id est, Tyrumenon gala vocant. Plin. hic. Lac asinæ conferre candori prodit,quia vt puto hoc lac cutem erugat,polit,& molliculam facit laxat'que in solio. Solia rasa erant quibus in balneis sedentes lauabantur, vnde Celsus interpositis duabus horis:in solium is aquæ calidæ resupinus dimittendus est. Mar, non vis in solio prius lauari. Butyrum quia crebrius è bobus fieri solet quàm ex cæteris aīalibus à boue nomen accepit. FRIGORE serescit,in Serū,id est,in aquam lactis abijt conuertitur'que,Serum aquā lactis vocant. Genus autē,ait Aristo. vnū-quod'que lactis habet tum saniem dilutam quod serum vocamus,tum corpulentū quiddam quod caseus dicitur,hęc ille,tertio naturę animalium. Pumicis modum, lapidis cauernosi. Quod ait Pli. Butyrum vim habere. Diosco,etiam testatus est, libro secundo qui ait. Butyrum esse natura oleosum.

Colostratio.

Serum.

Serescit

CAPVT .XLI.

LAVS CASEO ROMAE, &c. Non obfuerit scisse quę Varro ille togatorum argutissimus de caseis dixerit,secundo Rei Rust. Caseos præstantissimos fieri è lacte quod non emūctum longe abest à mulso:ne'que ex lacte quod à partu cōtinuo sumptum est. Ex hoc lacte,inquit,casei qui fiūt maximi cibi sunt bubuli, & qui difficillime trāseūt sumpti secundo ouis, minimi cibi, & qui facillimè deijciantur, caprini, Est etiam discrimen an casei sunt molles ac recentes,

Casei.

an aridi & veteres. Cum molles sunt magis alunt, & in corpore non resides. Veteres verò contra Caseum incipiunt facere à vergilijs vernis exortis vsque ad æstiuas vergilias. Recentes profectò etiam Diosco. libro secundo commendat. Cęterum hic Pli. Caseos Romę commendatos, ait, eos qui lesura & gabalico pago venirent, Musteo addit commẽdationem, id est, recenti, à locis sunt & ipsi denominati vt liquet hic. NEMAVSENSI, &c. Pli. tertio histo. Nemausensium populorum meminit Centronum Strabo, libro tertio. Hic miror Pli. eos omisisse quos tam maximis laudibus extulit Martialis. Nam & velabranses caseos laudat in xenijs, inquiens. Non quęcunque focum nec fumũ caseus omnem. Sed velabransem qui bibit esse sapit. Itẽ de Trebelano Caseo. Trebula nos genuit cõmẽdat gratia duplex, siue leni flãma, siue domatur aqua, de Vestino cuius hic meminit Pli. hęc agit.

, Si sine carne voles ientacula sumere frugi,
, Hęc tibi vestino de grege massa venit.

Lunensem, Pli. conspicuum magnitudine refert. Lunensis enim à Lunæ similitudine dictus, ob magnitudinem, cuius meminit Martia. quando cecinit,

, Caseus ethruscę signatus imagine Lunę,
, Pręstabit pueris prandia mille tuis.

Crustuminum Caseum ab oppido. Crustumino, de quo volue geographiam. ET CAPRARVM GREGIBVS, &c. Lege Epityrum. Est enim genus casei Siciliensis. IN RECENTI maximè, &c. Lege aggrigenti. Musteũ saporem, dulcem, sequens caput facile intellectu, quare à nobis illibatum.

CAPVT .XLIII.

NAM SIMIARVM GENERA, &c. Hæc desumpta sunt à prõptarijs Aristotelicis, ex libro secundo naturæ animalium, ca. octauo. Sunt, inquit, quę natura ancipite partim hominem, partim quadrupedem imitentur, velut simię quę sua facie cum homine plurimum conueniunt.

CAPVT .XLIIII.

VNGVES QVI CLAVSVLAE, &c. Deprompta hęc ab officina Arist. libro antelato quare qui fusius de his volet, hanc adeat. NEMESEO, &c. Nemesis nomen deæ quę putabatur facinorosos & delinquẽtes punire, quidam fortunã putãt dici. Colebatur hæc propter superbiam, vt ait Macrob. primo Satur. dicta & est hęc leda, vt scriptum reliquit Lactantius. Pausanias matrem fuisse Helenæ prodidit monimentis: coronam gestare in qua corui & fortunæ parua insignia contineantur, sicut in manu altera fraxini ramus erat, & in dextra phiala: de hoc aliubi. VARICES IN CRVRIBVS, &c.
Varices venę sunt plus nimio intumescentes, in temporibus, ventre, inguine: cruribus, exoriri solent, de quibus in parte medica, quatuor sequentia capita nihil habẽt nubili quod possit lectorẽ mediocriter eruditum demorari: quare omisimus, sumus enĩ lectionis salebrosę nõ pertritę interprętes, nõ sciolis quidẽ, sed paulò peritioribus cõferre est nostri instituti. Capite tamen. xlviii. vbi vocat equas subiuges carpento, &c. Subiuges vocat iugo iunctas equas sexus vtriusque. Varices
CARPENTO SVO, &c. Vehiculo, sunt qui non subiuges, sed seiuges.

Sunt enim seiuges seni equi, de hoc spectaculo agit Tranquillus in Nerone in eodẽ capite meminit Pli. Pumilionum, id est, paruorum animalium penitus astipulans Aristoteli primo naturę animalium inquienti. Genitalis verò ipsius differẽtia numerosa est, alijs enim cartilaginosum carnosum'que, vt homini, alijs neruorum, vt Camelo, Ceruo, alijs osseum vt lupis, vulpi, ictidi, de testibus hominis abundè Galenus, libro de Sparmate, inter præcipua membra à medicę artis professoribus censentur: de quibus aliubi agetur poscente loco.

CAPVT .L.

VOCEM NON HABERE, &c. Peripateticę scholæ multa & quidem succulẽtissima super hoc docẽt nos, vt profectò quod in mucronem est fastigiatum momento penetrat, quod verò hebetius retusius'que, contra, sed cum dilatione & mora & pigre forat, pari modo vox vibrata & acuta auditũ peruellit, grauis obtũdit, Euenit hoc ratione tardi, vel velocis motus, quod facillimè potest probari; quia à leuigatis latioribus corporibus acutior promitur sonus, quoniam ab ijs celerius agitatur aer. Videtur autem, vt affatim hęc differamus, non aliud esse sonus, quàm elisus aer. Aer autem ipse duplex, alter qui inter collisa depræhẽsus prosilit, alter, qui ab hoc incussus primo, mox successu motus ad sensorium euadit. Discrimen autem expendendum hic, dici in animantibus vocem, quòd inanima esse vocalia nequeant, nisi metaphorice vtaris proprietate, vt si organa voces vocalia, sed si dicas cuncta animalia rectè vocem habere. Falleris, nam exanguia authore Aristo. Vocis sunt expertia, vt insecta, & quę crusta cõteguntur. Tribus profectò vox sonus've constare videtur, primum est, quod plagam incutit mox cui ipsa incutitur, statuitur tertia loco, in quo hęc agũtur. Aerem sanè in vtro'que haberi, necesse est, quanquàm non eodem modo. Nam ad vocem elidendam non omnis aer accommodari solet, sed solum spiritus is, quẽ reflexo anhelitu promimus. Ad articulatam verò vocem cuius iam meminimus homini solum inter cuncta cõtributa ea est, vocem finiunt eruditiores sonum ex significandi proposito editum. Galenus
Vox. Sonus. exufflationem testatur esse vocis materiam. Cęterò, quòd Pli ait. Vocem fœminis & enuchis acutã super hoc nõ obfuerit obiter aliqua annotasse. Spadones enim
ὀξυφόνοι. ὀξυφόνοι, id est, oxyphoni dici solent, hoc est, acute vocis viri autem βαρύφονοι, idest. baryphoni, siuè grauis vocis, hoc solet ex tenuitate spiritus euenire. Causam magnę, vel acutę vocis rationem non videtur in caliditatem aut frigiditatẽ retulisse, sed amplitudini arterię asperę ascribit. Arctum enim iter acutam, amplum, grauẽ videtur efficere. Magnitudo, inquit Gale. & paruitas vocis nõ fit ex caliditate semper, ne'que pręcipue, sed per accidẽs. Eunuchi enim & mulieres sunt paruę vocis, sed acutę, ob superflui humorum abundantiam, ijs enim est arteria per quam vox meat angusta & crassa. Albertus scriptum reliquit septentrionalibus mulieribus vocem inesse acutiorem, meridionalibus, quòd meliorem habeant pulmonem. Molliorem profectò vocem organorum humectatio facit, debiliorem verò pulmonis imbecillitas, quare ægrotantium vox acuitur: quia siccitas arctat poros. Sed
Crepundia. de his hactenus. IN CREPVNDIIS, &c. In primis munusculis quæ pueris solent dari. ORCHESTRIS, &c. Orchestra, spacium in theatro
Orchestra. vbi senatorum & nobilium hominum loca designata erant. Scobe, puluisculo. De orchestris Victruuius septimo architecturę abundè meminit. De voce item Gellius atticarum noctium quinto, ca. decimo quinto.

CAPVT .LI.

MEMBRA IN ANIMALIBVS, &c. Hic Pli. de agnatis meminit, Sunt enim agnata nō solum in animalibus, sed & arboribus, quæ interdum græcis dicūtur παραφυάδες, id est, paraphyades, prodeuntia scilicet membra ex noua quadam progerminatione, citra necessitatem naturę. Cæterum vbi Pli. hic taxat Aristo. qui de hac re, id est, phisionomia affatim volet, adeat Coclitis placita qui totam phisionomię rationem complexus est, vbi primo libro debacchatur verbis in Pli. quòd Aristotelē irriserit tam minutula pertractantem. Sed non Aristo. sed Coclitem authorem sanè goticum & barbaricum admiror, qui tot lucernarum fuligines tantum olei & operę in puerilibus impenderit.

CAPVT .LII.

ANIMAE LEONIS VIRVS GRAVE, &c. Anhelitum Leonis rerum naturæ peritissimi tabificum dixerunt. GRANO ASSYRII MALI, &c. De hoc vide duodecimū Pli. ca. tertio. HOMINI CIBVS vtilissimus. Quoniā multifaria ciborum suffarcio stomacho officit, vt testatissimum Gale. reliquit sexto de affectis, capi. primo, Multus enim cibus, & diuersis quidem constans copiosiorem expostulat concoctionem, quæ si absit, aberit & calor ille naturalis, qui profectò multiplici alitur cibo diuersas patiatur qualitates est necessum, quia non omnium quę sunt esui, vna natura est, non omnia simul cōcoquuntur. Sed alia celerius, alia tardius, ita vt ordo digestionum sequentium turbetur. Cibus verò simplex non habet moram controuersam, dum simplicem simul vertitur in succum. Nec vlla digestio turbatur dum omnes cibi stata momētorum dimēsione succedunt, pulmentorum igitur varietas recipit varia cōdimēta, quibus gula vltra quàm necesse est naturę lacessitur, & fit inde accumulatio ciborum stomacho refragans. Iure igitur à Celso, libro primo nimia satietas. Item & varia ciborum congeries negligitur. VOMITIONES HOMINI, &c. Vomitiones profectò natura nobis inditæ sunt, vt pater ille familias, hoc est, stomachus: noxijs humoribus, aut cibis affluentioribus sese repurgaret. Quare scitè admodum & solerter ab Auicenna dictum autumarim, quod est. Cum, inquit, vorandi assiduitate repletio superfluxerit, aut eius, quod est in stomacho quispiam inundauerit motus, ad vomitum est festinandum, hæc ille, primo Canonis, approbauit & vomitum Hippocrates, non qui dem frequentem. Nam & Rasis, quarto ad Almansorem. Vomitus, inquit, non frequenter admitti debet, quia stomacho noceat, Gale. quarto de partium vtilitate, eum probat vomitum qui non frequēs fuerit. Celsus, primo medicinæ libro, Salubrem hyeme fert, quòd tum plus humoris & pituitæ, & capitis maior grauitas subest. Cæterum antequàm coronidem huic verborum seriei appingamus. Pergamus porrò enucleantes morem scytharum in sagittis inficiendis. Morem fuisse scythis sagittarum aciem viperina sanię inficere testātur authores in receptissimi. Saniei viperinę addebant humani corporis sanguinem, quò mors ocyus sequeretur, leni quidem ictu. Aristo. Scythas obseruare solitos prodit: Viperas, captas diebus aliquot liquescere sinebant, mox vbi viderentur satis cōputruisse, in ollam sanguinem hominis vnius totum infundebāt, Vomitus.

ac sterquilinio

ac ſterquilinio adobruebant, vaſe clauſo ritè, vbi contabuerat, eximebant, ſumenteſque quod ſupernataſſet aquoſum, viperinę ſaniei commiſcētes, ita letale venenum conficientes. Vtebantur enim plurimum ſagittis, vt ſcriptum reliquit Herodotus præter hos. Arabes Iulius Pollux ſagittas inficere etiam ſolitos teſtatiſſimum reliquit.

CAPVT .LIII.

AVGESCVNT, &c. Corpora vberius ali dulcibus quã auſteris claris mutorum magiſtrorum monimentis proditum eſt. Auſtera certè vt prompſit in literas Celſus primo medicinę libro corpora extenuant, augent autem pinguia, vt idem ait, libro ſecundo. Sunt autem nonnulla quę & ſitim, & famen, tollunt, alunt, conferunt corporibus humanis, vt Butyrum, huic iūgitur hippace & glycyrrhiza. Eſt autem hippace vt Seſtio: & Dioſco. placitum video, caſeus equinus. Hippocra. maximus artis medicæ profeſſor Hippacem Scytharũ eſſe inuentum quod in equino lacte in alueis ſubacto in fundo ſubſederit, quo gens illa quotidie veſcitur. Alere autem vberrime teſtatiſſimum Dioſco. reliquit, libro ſecundo, inquiens. Quam autem Hippacem dicunt, caſeus equinus eſt viroſo odore, egregie tamen nutrit, bubulo proportione reſpondet. Hic expendendum, accipiendum ne ſit, aut intelligendum Hippace, hic pro herba, an pro equino caſeo. Res profectò hæret in Salebris, verum quãtum tulerit noſter captus moliemur Plinianæ lectionis ſtudioſo ſatiſfacere. Eſt profectò herba eiuſdem nominis, cuius meminit Pli. libro vigeſimoquinto, ca. octauo. Idem pręſtat apud eos Hippice dicta, quòd in equis quoque eundem effectũ habeat, traduntque iis duabus herbis. Scythas etiam in duodenos dies durare in fame & ſiti. Ecce mi lector expungendum hic eſt Hippace, & reponẽdum, hippice, facilis lapſus ex vna litera. Item quòd me impenſius ita legendum laceſſit, id eſt, quia eo quo nunc diximus loco Pli. paulò ſuperius meminerat glycyrrhizę, ſed ſub diuerſa vocis acceptione & nomine diuerſo huic appoſito. Nam Scythicam vocat herbam, quę nihil eſt niſi glycyrrhiza, authoris verba ſubiiciam quo compertiora ſint. Inuenere herbas vniuerſæ gentes Scythia eam primum, quę Scythice vocatur, circa boetiam naſcens, prędulcis. Magna & ea commendatio quòd in ore eam habentes, famen nec ſitim ſentiunt, hæc ille, Scythicam hic vocat herbam, id nomen à Theophraſto extorquens. Nã is nono plantarum Scythicam radicem vocat. Item & Dioſcorides, libro tertio Scythicam herbam appellauit, dulcem radicem, id eſt, glycyrrhizam. Nam glycy, id eſt, γλύκυ dulce notat, ῥίζα, id eſt, Rhiza dicitur græcis radix, ſed age, dicamus cur Hippace pro caſeo equino hic legi non debeat, certè quia non ſitim, non famen, aufert, ſed alit ſolum corpus. Pli. autem eorũ meminit, quorum eſt & famen & ſitim tollere. Sunt enim heæ herbę, id eſt, glycyrrhiza ſiue Hippice ἄδιψα καὶ ἄλιμα, hoc eſt, Tollentia famen, & ſitim, quare glycyrrhiza quàm pharmacopolę liquiriciam nunc vocant, ἄδιψον, id eſt, adipſon dicitur, id eſt, ſitim ſedans. Adipſa enim vocamus quę ſitim, tollunt, ſicut alima, quę auferũt famen. Butyrum & ſitim & famen tollere aliqui eruditiſſimorum ferunt, quare his collatis. Hippice hic legi ſcitè poteſt cãdidè tamen monemus. Sed ſi id faciat ad ſtomachũ pro voto vtatur lector.

Butyrũ

Commentariorum in Vndecimum Plinij Secundi, Naturalis hyſtoriæ, ſcriptoris argutiſſimi.

FINIS.

ESIMI ADM:

IN DVODECIMVM PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE ARGVTISSIMI SCRIPTORIS LIBRVM, STEPHANI AQVAEI BITVRICENSIS, VIRI EQVESTRIS COMMENTARIA.

SVPER DVODECIMO.

ANIMALIVM OMNIVM, &c. Naturā ac dote animalium vbertim enodata iure abijs quæ anima non carent, hoc est vegetatiua prædita veluti plantę au spicatur, mira & quidem scitu digna, de arborum dotibus relaturus, quas claris historiarum monumentis constat homi nibus non pauxillam tulisse opem, quando illæ primum nobis alimenta tribuisse dicuntur, vt scriptum reliquit Diodorus. Homines certè, vt memoriæ mandauit Vitruuius, libro architecturæ secundo, veteri more, vt feræ in syluis ac speluncis & nemoribus nascebantur, cibo'que agresti vescendo, vitam exigebant. Interea quodam in loco ab tempestatibus & ventis, densę crebritatibus arbores agitatæ & inter se terentes ramos ignem excitauerunt. Summum equidem munus homini datum, arbores intelligebantur antiquitus. Nam ex ijs primum fuisse alimentum proditur, argumento est nobis, fagi fructus glandis'que, item cortex, qui loco vestis est: hocque tegumentum ad arcendum frigoris impetum est. Præbent, item nobis odores peramœnos, & vsui humano gratissimos. Et vt cum Homero illo Mantuano canam. Arborū vtilitas.

, Quid tibi odorato referam sudantia ligno
, Balsama'que, & baccas semper frondentis achanti
, Quid nemora Aethiopum molli canentia lana
, Vellera'que, vt folijs depectunt tenuia Seres
, Aut quos occeano propior gerit India lucos.

Et subnectit Plinius. ETIAMNVM GENTES SIC DEGVNT, &c. Constat enim gentes aliquas, arborum solo beneficio contentas degere, hoc'que solo vti, tum ad vestimenta, tum ad vitam exigendam, quò fit, vt mirari subeat, quasdam delicias aliundè quæsitare solitas, nedum ad vitæ sustentandæ opem, sed ad corporis cultum paulò quàm deceat profusiorem conquirendum, veluti hi qui serica vestimenta à Seribus populis, qui item lapillos magno quidem præcio habitos solicitè indagant, quo impensius niteant, in quorum luxum hic Plinius inuehitur, quando ait.

CAEDI MONTES, &c. Et subnectit. AD HOC AVRIVM VVLNERA, &c. Alludit ad vetustum morem quorundam quorum fuit, cum aurum, tum anulos lapillos've præciosos in auricula gestare, censebatur enim nobilitatis insigne aurum gestare in auricula, adeò etiam vt lege cautum sit, auriculam auro exornatam tetigisse, vnde iurisconsultus ille Vulpianus. ff. de furtis, ait aurem cuiuspiam qui tetigit, totum eũ tetigisse videtur, quod & Trebatius prius asseruerat. Moris fuit antiqui igitur non solum aurum sed & lapillos anulos've gestare in auricula, quem luxum ac potius insaniam taxat Plin. vbi ait.

Aurum gestare in auricula.

AD HOC EXCOGITATA sunt aurium vulnera, nimirũ quoniam parum esset, &c. Vulnerabantur enim auriculæ, quo aurum, aut quid pręciosi in auricula gestaretur. Porrò Hortensium platanum suam summè diligebat, vino irrorare solitum legimus, vt patet in quadam actione quam habuit cum Cicerone, hic enim à Tullio pręcario postulauit, vt locum dicendi permutaret secum, dicens velle in villam ire, vt vinum platano quam habebat in tusculano suffunderet. Macrobius tertio sat. De Platano etiam Theophrastus libro quarto plantarum meminit, capite septimo.

Platan⁹ Hortẽsij

CAPVT .I.

HAE FVERE NVMINVM TEMPLA. Vt copiosius probet arbores fuisse quàm maximo honore habitas, citat numinum templa arboribus compacta, itẽ & dijs sacras arbores, vt Ioui esculus, Apollini laurus, Minerue olea, Veneri myrthus, Populus Herculi. Dij certè etiam sibi asciuerunt nomen ab nemoribus, veluti Syluani à syluis faunique, perpendendum item liquores humano vsui per accommodos, quos fundunt arbores, ex quibus & liquor olei & vini defluit sæpius: quare ait Plinius arbores postea blandioribus fruge succis hominem mitigauere. Ex ijs recreans membra olei liquor, vires'que potu vini tot denique sapores annui spontè venientes, nam vt scitè cecinit poeta.

, Principio arboribus varia est natura creandis
, Nan'que aliæ nullis hominum cogentibus, ipsæ
, Sponte sua veniunt, campos'que & flumina latè
, Curua tenent.

Et subdit Plinius: LICET EARVM CAVSA, &c, Licet causa earum arborum, cum feris pisces pasti corporibus naufragorum expectẽtur, nam pisces interdum aluntur corporibus nautarum, qui passi sunt naufragium, nõ quidem eorum solum sed aliorum, qui maria ac aquas nauibus ligneis sulcant tranant'que. Hic attentius perpendendum duo vocabula hic in quibusdam exemplaribus male legi, sunt enim qui legant hic, expectantur, legerim expetantur, vt referatur verbum ad pisces, qui mensis expeti solent. Item vbi legitur depugnetur. ego, deputetur, vt referatur ad verbum liquor, vel deputentur, vt referri possit ad verbum, sapores, vt sensus sit. Tot denique sapores annui sponte venientes vt mensæ deputentur, duntaxat tamen hic lectorem moneo candidè, nihil pręcipiẽs, quũ vtrum legi possit. Et paulò post subdit.

NONDVM PRAECIO EXCOGITATO BELLVARVM M, &c. Hoc est elephantorum qui ebur nobis tradunt, quo fiunt & templa & templorum ornamenta, item numinum ora, & mẽsarũ pedes lectiq; fulcra. Cæterò quod Plinius hic ait de Gallorum in Italiam eruptione, cæteri historiarum

scriptores

scriptores produnt alias causas, quas omittendas hic censeo.

PROMISSA REMEANS, &c. Sic legendum censet Hermo. concinnè tamen legi posse puto præmissa, vt intelligamus primitias quasdam sicuti præmissa sacrorum dici solent, qua vocis acceptione vtitur Cicero in epistola quadam ad Planciũ his verbis. Et tuarum literarum præmissa meminissem, quãuis tamen nunc legatur promissa, in hanc it pedibus sententiam Cælius libro tertio antiquarum lectionũ. SED (ait Pli.) QVIS NON MIRETVR &c. Platanus vtpotè amplitudinis tantæ est, vt nobis non paruam contribuat voluptatem amœnitatem'que, præbet hæc arbor vmbram in æstuosos solis radios, ad hanc enim solent decurrere quos infestare solet imber, quo fit vt arbor hæc gradum fecerit adagio, vt dicatur platano similis, cuius opera quàmuis sæpius necessario vtamur, nihilominus insita quadam prauitate, illum eundem incommodis liberi, habemus ludibrio ac illum incessimus. Porrò platanum ex alieno orbe gratia vmbræ petitam asserunt, expetitam'que ab ijs, qui dici solent σκιατροφούμενοι, id est qui sub vmbra viuere alique cupiunt, vt scriptum reliquit Theophra. quarto plantarum, intulit enim Caio principi, non parum voluptatis platani vmbra, sub qua epulatus est amœnitatis gratia, hic'que cœnã fecisse dicitur, quam appellauit nidũ. Cæterò dignum scitũ quod Herodotus scriptum reliquit Xerxem comperisse platanum, quam ob pulchritudinẽ aureo donauerit monili, tuendam'que viro delegauerit immortali. Nicander in theriacis meminit platani, asserens eam torum tempore ęstiuo prebere. Verba enim eius sunt σφαίρης θερέλεχέος πλατάνοιο, hoc est sphęra quo'que torum præbentis æstate platani. Produnt fructum platani dici sphæria quædam trachea, sic enim vocant orbiculos asperos: ob id à Nicandro dici platanum sphæram. Steriles tamen platani à Vergi. dicuntur hoc versu. Et steriles platani malos gessere valentes. Platanum dictam à latitudine foliorum volunt, quare iure dici potest πλατύφυλλος, hoc est platiphyllos. Non dignum omissũ, quod Aelianus primo de animalium naturis memorię tradit, noctuas scilicet mira quadam ingenij solertia à ciconijs submoueri à nido longius, platani ramis ingestis, quorum contractu torporem cõtrahant noctuæ, ita vt ob læsionis quippiã inferre deinceps nequeant. Et subnectit Plinius.

NVNC EST CLARA LY. &c. Non mirari subit amplitudinem latitudinem'que platani illius, cuius hic meminit Plinius, si Strabonis verba attentius perpenderimus, de arborum quarundam latitudine agentis, his verbis. Onesicritus narrat arbores quasdam ingentes esse, quarum rami cum ad duodenos cubitos creuerint, reliquum incrementum pronum faciunt deflexi, quousque terram contingant, deinde terram ingressi radices agũt, veluti propagines, mox rursus in truncum exeunt, à quo postquàm aucti fuerint inde flectuntur, & aliam propaginem faciunt, deinde aliam & deinceps, vt ab vna arbore vmbraculum fiat, tabernaculo simile multicolunnio. Narrat præterea quarundam arborum miras magnitudines, quarum stipitem vix quinque homines complecti queant. Aristobolus vbi Acesines Hyaroti dimiscetur, de arboribus dicit, quæ ramos deflexos habent & de earũ magnitudine, vt sub vna arbore quinquaginta equites possint meridiari, ille verò quadringentos ait. Refert etiam Aristobolus arborẽ esse non magnã, quæ magnas siliquas habeat, vt faba, denorũ digitorũ longitudine, mellis plenas, quas qui ederint, non facile euadant, qui dixerunt trans Hyarotidem visam fuisse arborem quæ vmbram in meridie faceret quinque stadiorũ cunctas exuperans, hęc de arborum magnitudine. CREPIDINIS, &c. Extremæ orę, sicos putei crepidinem vocamus, aut loci alicuius editioris oram siue extremitatem, TABVLATA, &c. Rami extẽti, de quib' alibi.

Platan'

Aurata platan'.

Spheria

Crepidines.

Tabulata.

CAPVT .II.

NANQVE CHAMEPLATANI, &c. Dicuntur enĩ chameplatani terrestres ac humiles humique iacentes platani. Sic enim fiunt, tonsura frequenti & serendi ratione, sic tonsilia nemora fiunt, quæ sic fieri inuenit primus Cn. Martiꝰ ex equestri ordine, diui Augusti amicꝰ, vt ait noster Pli.

CAPVT .III.

Malus assyria.

PEREGRINAE CERASI, &c. Nunc agendũ de arboribus peregrinis, non quidem Italiæ peculiaribus, nec Europe, in quarum albo dicitur esse malus Assyria, quã alij medicam vocãt, non quidem à medicina quam habet, sed quòd nascatur ĩ Media, sicuti herba quæ dicitur medica, quòd apud Medos nascatur. Ad quæ faciũt verba Strabonis. xi. geographiæ ita inquientis. Et herbam quæ præcipuè equos nutrit, eo quòd ibi abundet (agit hic enim Strabo de Media) propriè medicam vocamus, hęc ille. Et subdit. Hæc regio Silphium fert, à quo medicus succus vocatur. Hęc enim est malus cuius Homerus ille Mantuanus. ii. georgicon, sic scitè meminit.

, Media fert tristes succos tardum'que saporem
, Fœlicis mali, quo non præsentius vllum
, Auxilium venit, ac membris agit atra venena
, Pocula si quandò sæuę infecere nouercę
, Miscuerunt'que herbas, & non innoxia verba
, Ipsa ingens arbos, faciem'que simillima lauro
, Et si non alium latè iactaret odorem.
, Laurus erat, folia haud vllis labentia ventis
, Flos apprimè tenax animas & olentia Medi
, Ora fouent illo, & senibus medicantur anhelis.

Pomũ ipsum nõ manditur vt Pli. ait ob id tardum saporem dixit Virgilius, incoquitur enim, & decocto ora fouentur gratia commendandi halitus, graueolentiam enim id tollit, venenis'que resistit.

CAPVT .IIII.

Hebenꝰ.

ITEM INDIAE, &c. Indicum arborem Hebenũ cum Solinus, tum Strabo esse scriptum reliquerunt, ille de hac differens his verbis. Sed vt piper sola India, ita & hebenum sola mittit, nec tamen vniuersa, verùm exigua sui parte syluis hoc genus gignit. Arbor est plærun'que tenuis, & frequentior vimine rara, in crassitudinem caudici sextuberata, hiulco cortice & admodum reticulato, dehiscentibꝰ venis, adeò vt per ipsos sinus pars intima vix tenui libro cõtegatur. Lignum omne eadẽ fermè facie & nitore, qui est in lapide gagate, hæc Solinus. Strabo decimoquinto hebenum nasci in India memoriæ tradidit, quod & à Vergilio etiam relatum est secundo georgicon, quando cecinit,

, Diuisæ arboribus patriæ sola India nigrum
, Fert hebenum, solis est thurea virga sabæis.

Herodotus Aethiopicam Hebenum vocat, quæ vicem tributi suppleat, hanc'que Persas magnificare prodens nigri splendoris materia & sine aliquo fuco, protinus amabilis est hebenꝰ, in Põpeij mitridatico triũpho honore summo habita. Aethiopicã hebenũ nedũ Herodo. prætulisse visus est, sed etiã Diosco. lib. i. probatissima

Hebenꝰ.

inquit.

inquit Hebenus Aethiopica est nigra, nullis pectinibus, leuore suo cornu leuigato, similis spississimæ in frangendo soliditatis. Dignum scitu quod Pausanias refert hebenum nec folia, nec fructus ferre, ne'que à sole conspici, sed sub tera tantum radices esse, quas fodiũt æthiopes, sint'que in ea gẽte eruscãdę Hebeni peritissimi aliqui. Hãc Theophrast⁹ similẽ buxo cortice quidẽ scriptũ reliquit, decorticatã dein de fieri nigro colore. PENSITASSE, cõsuescere soluere: pensitare hic, soluere sole re & pẽdere, soluere, quare ait Pli. hic Aethiopas eadẽ causa põdere solitos. Porrò hebeni Indicę ita meminit Diosco. quo dixim⁹ loco. Est & alia Hebenus Indica, cãdidis & rutilis intercurrentibus lineis, similibus'que crebris maculis, probatissima tamen prior, hæc ille. De Indicis arboribus Theophrastus libro de historia plantarum quarto, capite quinto. pẽsitare

CAPVT V.

VBI ET SPINA, &c. In India spina est similis hebeno. Mirum certè quod Strabo libro. xv. de spina quadã ait. Spina, inquit, quædam fructibus in terram fusis, quemadmodum cucumeres erat succo plena, cuius aspergines in quodcũque animal incidissent excæcabant. Crudæ palmulæ enecabant, à serpentibus etiam periculũ aderat, hæc Strabo. De ficu autem cuius hic meminit Plin. fit mentio apud Solinum, his verbis. Indorum nemora in tam proceram sublimantur excelsitudinem, vt sagittis non possint superari, pomarias ficus habent, quarum codices in orbem sexaginta passuum spacium enorme crassescunt, ramorum vmbræ ambitu bina stadia consumunt. Foliorum latitudo forma amazonicæ peltæ comparatur, pomum eximiæ suauitatis, hæc ille penitus Pli. astipulans. Peltæ scuti breuissimi in modum lunæ iam mediæ. TOPIARIO OPERE, &c. Opus topiarium ex arbore, aut frutice, aut herba factum ad decorem, vt sunt testudines, cameræ, naues, auiculæ, & huiuscemodi quæ ex buxo vel hædera, alia've herba fiunt ad amœnitatem. Spina. Pelta. Topiariũ op⁹.

CAPVT VI.

MAIOR ALIA, &c. Indi profectò & Medi magna ex parte arborum fructibus nutriuntur, vt Strabo libro xv. scriptum reliquit quando ait. Cum cætera Mediæ regio summè opulenta sit, septentrionalis montana tenuis est, quare ex arborum fructibus nutriuntur. Ex malis siccis ac tritis massas conficiunt, ex amygdalis tostis panes, è radicibus quibusdam vinum exprimunt, hic enim eorũ est cibus. Porrò de lanigeris arboribus agetur ca. x. lanigerarum arborum abundè Herodotus meminit libro tertio. De laniferis arborib⁹ Theophrastus libro quarto plantarum, capite quinto. Medorũ arbores.

CAPVT VII.

PASSIVI VERO, &c. Solinus Plinianę lectioni ita astipulatur, Tylos indicę insula & ea fert palmas, oleã creat, niueis abundat. Terras omnes hæc miraculo vincit, quòd quæcun'que arbos in ea nascitur, nunquàm caret folijs, mõs Caucasus inde incipit, qui maximam orbis partem perpetuis iugis penetrat, idem fronte qua soli est obuersus. piperis arbores ostentat, quas ad iuniperi similitudinem diuersos fructus edere asseuerant, eorum qui primus Piper.

erumpit piper longum vocatur. Dioscorides item huius rei meminit libro. ii. inquiens. Breuis in India fertur nasci piperis arbor, fructum fert à principio siliquarũ modo oblongum, quod longum est piper, hæc ille. Sunt tamen qui asserant fruticẽ non arborẽ ferre piper, albæ viti quæ in sepibus inuenitur similem, propinquas scãdentem arbores quæ racemosum ferat fructum. Hæc enim quorũdam est opinio, à Theophrasti sensu longe aliena. CARBVNCVLANTVR. Modo carbonum fiunt. Est etiam carbunculare carbunculum pati, hoc est vitium ex inflammatione exustione've proueniens. Subdit paulò post Plinius.

Carbũculari. NON EST HVIVS ARBORIS, &c. Eadem affirmat Diosco. quo diximus loco. Non est, ait, quod aliqui crediderũt zingiber piperis radix. Porrò quod Pli. vocat Brechmasin, sic enim in quibusdã legitur, in alijs verò

Musteũ piper. brasma, vnde ait Diosco. Inuenitur in nigro pipere quod tabidum, inane, leueq; sit, vocatur'que id gentis eius vocabulo brasma, quasi abortus, hæc ille. PIPERI MVSTEO, &c. Recenti. QVOD VOCATVR LYCION, &c. Ex spina enim quę alijs dicitur pyxacãtha, hoc est bruxea spina,

Lycion est enim spinosa arbor tricubitalibus virgis, & aliquãdo maioribus circa has, vt placet Dioscoridi libro primo folia sunt densa, buxo similia. Fructum, inquit Dioscorides, fert piperis figura, colore nigro, amarum, & cum leuore densum corticem verò pallidum, diluto lycio similem, radices numerosas lignosas'que: hæc spina nascitur plurima in Cappadocia, Lycia, pluribus'que locis, ex cuius succo fit lycion medicamentum, de quo agetur copiosius in parte medica, id est libro. xxiiii. cap. xiiii. Plinius hic spumosum lycion probat Diosco. id oculis conferre tradit. Probatissimum, inquit Dioscorides, quod igne accenditur, & cum extinguitur, rubentes spumas agit, nigrum foris intus cum frangitur rufum.

CAPVT. VIII.

ET MACHIR EX INDIA, &c. Ex India aduehi aroma hoc, quod alij aroma macis vocãt scriptum cõperio. Sũt enim qui nõ ligni corticem dicant, sed odoratæ nucis corticosum operimentum, & quasi villosum folliculum, sicut videtur in ponticis nucibus nondum penitus maturis. Cortex à Diosco. fertur qui à barbaris affertur. Medici neoterici vocãt macer vel aroma macis. AD DYSENTERICOS, &c. Laborantes intestinorũ exul

Disenterici. ceratione fluxu'que alui. Dysenteriam enim Gale. primo interiorum, ca. v. ait esse vulnus intestinorum, sed de his in parte medica fusius agetur, ait deinde Plinius. SACCARON ARABIA FERT, &c. Saccaron dicitur alio nomine sal indicus, vt monstrauimus libro superiore. Laudatius saccaron India quàm Arabia fert, est mel arundinis, cuius meminisse videtur Strabo. xv. his verbis. Nearchus dixit etiam arundinem mel sine apibus gignere, & cum non sit arbor fructifera ex fructu tamen ebrium facere. India multas quidem admirabiles arbores fert, è quibus vna ramos ad terram pronos habet, frondes verò non minores clypeo.

Arbores Gedrosiorum. QVOD (ait Pli.) IN GEDROSIIS, &c. Strabo scitu dignum de Gedrosiorum arboribus refert his verbis, Erat arbor lauro similis, qua gustata iumenta omnia cum spuma in morem morbi comitialis emoriebantur, & subdit. Dicũt apud Oritas latiferis venenis sagittas præustas illini, quũque Ptolemęus saucius periclitaretur, ferunt quendam Alexandro in somno astitisse, atque ei radicem cum ramo ostendisse, quam contritam saucio imponi iussit experrectum à somno, & nisi memorem

si memorem quæsitam radicem inuenisse, quæ multa aderat, atque & ipsum & alios vsos fuisse.

CAPVT .IX.

VICINA EST BACTRIANA, &c. Bactrianę peculiare Bdellium est: alijsque regionibus, hoc est, Scythicis, & Arabicis. Nam & Galenus & Paulus Aegineta lachrymam Scythicæ arboris, ac arabicę scriptum reliquerũt. Pauli enim Aeginetæ verba extant hæc, libro sexto. Molliendi vires quę durata fuerint habet Scythicum & Arabicum bdellium, præcipueque recẽs. Adferri autem ex India Dioscorides, libro primo memoriæ mandauit. Porrò, ea nomina, quibus ad bdellij vocem vtitur Pli. barbara sunt: quibus & vsus est Diosco. quãdo ait. Bdellion, sunt qui madalcon, & qui blochon, vocent. Adrobolum tamen vox est à glebarũ crassitudine dicta, notans nil aliud quàm, in offas conuolutum. Et subdit Pli. ESSE AVTEM DEBET, &c. Dioscorides probatissimum sic laudat. Probatur in eo quod gustu amarum, trãslucidum, taurino glutini simile, in profundo pingue, & cum tractatur lentescens, sine ligno, sine sordibus: cum inceditur odoratum, & humano vngui simile. Cæterò subnectit Pli. NANQVE EROSAE, &c. Arborum maris rubri. Strabo, in hanc fermè sententiam meminit. In tota rubri maris ora: arbores in profundo nascũtur, lauro & oleę persimiles, quę in refluxibus ex toto deteguntur in affluxibus ex toto obruuntur. In insulis quoque ante Euphratem arbores thus redolentes, quarum radices fractæ effundunt succum. Bdelliũ

CAPVT .X.

TYLOS INSVLA, &c. Solinus: in polyhistore eadem adfirmat vti à nobis paulò superius ostẽsum est. Hoc enim caput nihil habet nubili, quare de his hactenus.

CAPVT .XI.

ARBORES VOCANT, &c. Arbores lanigeras esse nec Pli. solũ, sed plures alij asseruerũt. Strabo, libro decimo quinto de his ita agit. Quapropter dicit ramos ex quibus rotæ fiunt flexiles esse, ob eandem causam in quibusdam lanam nasci, ex qua Nearchus ait: Sindonas texi, & Macedones eã pro tomento vsos sagula confecisse, & Serica eiusmodi esse, bysso, scilicet ex quibusdem corticibus excarminata, hæc ille. Lãguere arbores.

CAPVT .XII.

RADIX ET FOLIVM, &c. Costum arabicum sunt qui præferant alijs generibus costi, primæque bonitatis costum notã arabicum prodat. Nam costus authore Diosco. libro primo qui ex Arabia adfertur, candidus, lenis, plurimo & eximio odore. Secũdę bonitatis indicus est: speciosus, niger, & ferulę modo lenis. Tertium gradum tenet Syriacus, ponderosus colore buxi, odore sensum tentans: probatissimũ ferunt esse recentem candicantem vndique plenum: nullas teredines sentientem, feruido & erodente gustu. Subdit Plinius. Costus.

DE FOLIO NARDI, &c. Duo esse genera Nardi. Diosco. libro primo non minus scitè, quàm luculenter, scriptum reliquit. Dicitur enim nardus Indica: altera verò Syriaca, haud sanè, quia in Syria proueniat, inquit Diosco. Sed quòd montis in quo nardus nascitur altera pars Syriam, altera Indiam spectat. Nardus enim Syriaca primum bonitatis honorem habet quę recens est: non ponderosa, comosa, colore ruffo, & quæ odoratissima est, quę item vnacum angulosi odorati iunci odore, breui spica, & amaro sapore sit. Quæ itē linguam exsiccet odoris suauitate diu permanente, hæc sunt probatissimę signa nardi. Et subdit Pli.

ATERUM GENUS APUD GANGEM, &c. Videtur allusisse ad Diosco. assertionem, libro primo sic inquientis. Altera dicitur nardus Gangitis à Gange flumine inuenta appellatione, ignauior & minore efficacia, quę aquosis locis prouenit nardus hæc est: numerosas & ex vna eadem radice prodeuntes spicas ex se mittit, easdem'que comosas implicitas'que & odore viroso. Quę cōtra in hoc censu longius à flumine in monte nascitur maiore bonitate odoris torosiore'que spica est: & angulosum odoratum iuncum odore suo refert. Habet prætera bonitatis notas, quas habet Syriaca. Vocatur & Nardus alia quędā parua frutice decurtato sampharitice: à regione dicta: quę grandi est spica: colore candido, mediamque caulem aliquando ex se mittit odore supra modum hyrcino, quę in omni vsu est inutilis. Venditur diluta nardus aqua, rerum candore squalore'que spicarum & amissa lanugine sua deprehenditur. Adulteratur eadem insperso iniecto'que oris spiritu cum aqua aut palmeo vino, vt dēsetur verò stibio adulteratur, hęc Diosco. cui Pli. applausit, quid stibiū sit videbitur, libro. xxxiii. ca. sexto. Cęterò quod in plęris'que exemplaribus legitur verbū siclis. Budęus: male cum hic, tum aliubi legi, quarto assis scriptum reliquit. Siclus enim authore Hieronymo drachmas capit quatuor. Iosephus, libro quarto antiquitatū etiam siclū prodit habere drachmas quatuor. Ait deinde Pli. LAUDATUR SYRIACUM MOX GALLICUM. &c. Diosco. Nardum Gallicam in liguriæ alpibus nasci, libro primo scriptum reliquit. Nascitur & in Istria, inquit. Breuis & exiguus frutex qui vna cum radicibus carpitur, & in manuales fasciculos ligatur. folia habet oblōga, colore suflauo lutheum verò florem gerit. Adulteratur euulsa primum mox reposita simul cum simili herba quàm ob odoris virus Hirculum vocant. Probatissima est nardus gallica, quæ recens est: odorata, multi radix, non facile fragilis quę & plena est: hęc Diosco. de his autem profusius agetur in medica parte: expendendum hic aliquos esse: qui Nardum Gallicam putent esse herbam, quàm Lauendulam vocamus, non tamen facile iudicatu est: quòd illa Lutheo sit flore, vt placet Diosco. Hæc verò inter purpureū & ceruleum florem habeat: hoc tamen non pro comperto asserendum censui, arbitrarium enim abs me relinquetur. Est & nardus alia montana, quę Thylacitis dicta est, folia ac ramulos Eryngo similes habens, radices verò asphodelo, herba certè expers, cū floris, tum seminis: authore Diosco. Fertur & alia nardus agrestis cuius hic meminit Pli. quę à Diosco. dicitur Phu: in ponto nascens folio æquali olusatro caulem cubitalem habens & aliquando maiorem: tenerum, cui leuor sit & color in purpura albicans, eundem'que geniculatum & in medio concauum. Herbarij neoterici hanc Valerianam vocant, sed an iure, non facile dictu: quando lōge minor sit Valeriana: quàm quę ab Dioscoride, describitur, correspondere tamen in quibusdam videntur in villositate radicum. Itē altitudine, quo subeat suspicari idē esse Phu: & Valerianā. Nā odore nardino est, in cōparatione tamē foliorū variāt authores vt cōijcere licet. Cæterò quod de Baccari ait Pli. expendēdum dici, quibusdā agrestē Nardū, alijs perpēsam: alijs putatur Asaron dici: de baccare agendum est fusius, libro. xxi. ca. sexto.

Nardus

Phu, an Valeriana sit.

Baccar.

CAPUT

CAPVT .XIII.

NARDI VIM HABET ET ASARVM, &c. Distinguit Pli. Baccarē ab Asaro, cuius meminit Diosco. libro primo his verbis. Coronaria & odorata est herba Asaron hedere folia habet: lōge tamen minora rotundiora'que flores inter folia ad radicem purpureos odoratos vasculis herbæ apollinaris similes: in quibus semen acinorum nucleis simile in quo raræ subasperæ'que angulorum figura cuspides sunt: radicibus nititur numerosis, geniculatis, sapo ris calidi, & linguam erodētis, tenuibus, obliquis, gramini similibus, sed gracilioribus, ac odoratioribus. Nascitur in vmbrosis montibus, plurimum'que in ponto, Phrygia, illyrico: hæc Dioscorides: cuius sententiæ Pli. hic videtur astipulari. Et paulo post subdit Pli. AMOMI VNA, &c. Est enim amomum exiguus frutex ex ligno vuæ, vt ait Diosco, libro primo modo in seipsum conuolutū. Exiguum quēdam florem habens, candidæ violæ similem. Folia verò labruscæ quàm Brioniā vocant: probatissimum ex Armenia adfertur, colore ad aurum inclinato: ruffescente ligno, odoratissimum est amomum. Quod autem ait Diosco. Ex Media adfertur, locis campestribus nascitur: & id ignauius est: grāde tamen est: pallescit, tactu molle, materia venosa. Ruffecit ponticum, non longū, nec frāgēti contumax: racemosum semine plenum, odore sensum tentans: melius quod recēs, quod candidum, quod modice ruffum, semine plenum, vuarum racemis simile, pōderosum odoratissimum, sine carie, acre, gustū erodēs: hæc Diosc. Cæterò quod Pli. ait, esse frutice venoso. Hic animaduertendum Pli. cum hic tum alubi partes plātarum quasdam appellare Venosas: sicut hic ait semen Asari esse venosum, intelligit enim Pli. quādo hac vocis acceptione vtitur: id quod per longitudinē venas extendit: venas intelligens: non quales in animalibus conuisuntur, verùm quas plantarum aliquarum folijs dorsum & fibras latini dicunt: græci verò ἶνας: quibus eorum foliorum partes intercedente diuisione illa inuicem separantur, diuisiones enim has græcorum peritissimi ἶνας, id est, inas vocant. Pli. verò aliquando neruos, aliquando fibras, nonnunquàm dorsum dicit: necnon venas. Suspicari tamen possum Næuosum ne legendum sit, vna tantum translata syllaba. Næuosa enim dici possunt quę verrucarum modo quadātenus prominent perinde ac si neuos dicat, non solum corporis notas, sed acumina, ac eminentias: quo fit vt næuosum dicat semen asari veluti eminētijs, ac acuminibus productis distinctū: formatū've. Non tamen sum tam audaculus, vt ausim id pro recæpto dare: candidè enim moneo: non præcipio. Friato, Amomo, Trito, cōminuto: friabile quod teritur minutim digitis: ait, deinceps Pli. CARDAMOMVM SEMINE, &c. Dioscorides, libro primo cardamomi ita meminit. Cardamomum probatissimū ex Comagene: Armenia Bosphoro adfertur. Nascitur præterea in India, & Arabia: eligito quod frangenti contumax repugnet, quod plenum, præclusum'que est, quod item sit gustu acre, ac subamarum: odore'que sensum tentet. Cęterò quod de Cynamomo ait Pli. Strabo, libro geographiæ. XVI. Nabatęam ferre Thus, Myrrham, cinnamomum, & balsamum scriptū reliquit: de enim Sabęorum terra agēs hæc ait. Sabęorum terra, quę maxima natio, Apud hos Thus, & Myrra, & cinnamomum nascitur. In ora etiam Balsamū: & alia quędā herba valde odorata, quāquàm eius odor cito deperit: habēt præterea palmas odoratas, & calamum. Ea etiam nasci apud Indos idem scriptum reliquit, libro decimo quinto. Habere, inquit, Indiam quę australis est cinnamomum, nardum, & alia aromata quęadmodum Arabia &

Aethiopia.

Amomum.

Venosę plantæ.

Dorsū i plantis.

Cardamomū. Cynamomo.

Aethiopia. De cinnamomo agetur etiam, capi. vigesimo paulò inferius.

CAPVT .XIIII.

THVRA PRAETER ARABIAM, &c. Aromatiferam iure, Strabo, decimo sexto libro Arabiam appellat: de qua differit hoc modo. Aromatiferam regionē in quatuor, vt dictum est diducunt. Ex aromatibus Thus, & Myrrham ex arboribus esse dicunt. Casiam verò ex lacubus: sunt qui dicant magnā eius partem ex India adferri. Thus optimum apud Persiam nasci: sed alia quadā diuisione totam fœlicem regionē in quinque regna partiuntur: quorū aliud bellatores, & omniū pugnatores habet: aliud agricultores, à quibus frumētū ad alios īportat: aliud eos q̄ opificia & artes tractāt: aliud Myrrhā fert: aliud verò Thus: eadem tamen & Casiā & cinnamomū, & nardū ferunt: hæc Strabo: hic non obfuerit scisse Thus græcos vocare λιβάνον, id est, Libanon. Hoc ferre Arabiā etiā Dioscorides, libro primo memoriæ mandauit. Thus masculum bonitatis honorē

Thus. obtinere asserens, quod item est candido colore, quod habet stagoniam, vocant enim greci σαγόνιας, id est, stagonias, aquarum stillicidia, quod fractu intus pingue: quod incensum protinus ardet. Indicum Thus subruffo est colore, & liuido. Secundæ bonitatis est, quod Orobiam & Melioton vocant, Vocatur & Thus, ait Diosco. aliquod amomite: candidum quidem, sed cum fricatur modo mastices lentescens. Adulteratur omne Thus: pinea resina: & gummi artificiose conformato, facillimè tamen deprehenditur: nam incensum non agit flammam, Resina in fumum euanescit. Cæterò quod Pli. de Saba voce, ait, mysterium significante: expendendū:

Sabos. Saba. Sabazō

Sabos vocabulum dici etiam loca Baccho sacra: & Sabazion, dictum à tripudiis, quę à debacchantibus fierent: Sabazium'que dictum Dionysium volunt nonnulli: quod & Plutarchus in Symposiacis innuere videtur. Sabbata Iudæorum ex huius vocabuli ratione nuncupari, quando ab Iudæis Bacchum coli solitum inde putat, quòd ea se die inuicem ad bibendum largius soliti essent inuitare.

CAPVT .XV.

Thuris colle=ctio. Circū=pauita.

PRIOR AT'QVE NATVRALIS VINDEMIA, &c. Nunc de Vindemia siue collectione agendum. Colligi enim debet Thus, septimo calen. Augusti, spuma pinguis quę exinde profluit, stragulo palmeo excipitur siue Tegete, id est genere straguli, siue storeę. CIRCVMPAVITA, Circūpercussa: tusa've subligaria: femoralia: perizomata, brachæ, persona: larua. Subdit Pli. GRAECI STAGONIAM ET ATOMVM', &c. Eadem Diosco. libro primo scribit. Sūt tamen qui nō atomum, sed ἐντόμον, hoc est, entomon: legant, apud Diosco. ἄτομος enim, hoc est, atomos, dicitur quod est insectum ἐντόμον vocant quod in fragmenta siue diuisiones partitum sectum've: quapropter male legi autumant apud Diosco. vbi græce

Manna fertur. ἄτομος ἢ σύαγρος καλούμενος Theophrastus ἐντόμην pronūciauit. Porrò quod Pli. vocat Manna Thuris: nostrates medici pollinem thuris vocant: aduertendum enim omnem thuris substantiam diuidi trifariam: in thus, corticem thuris & eiusdem manna. Est enim nihil aliud manna thuris, quàm puluis thuris. Thuris verò cortex est, quod hæsit in arbore ferramento auulsum corticis aliquam crustam

secum

ſecum detulit:cruſta hæc coniuncta eſt lachrymæ:cruſta ergo cortex Thuris vocatur. Solinus,etiam eadem quę hic ait Pli.refert.

CAPVT .XVI.

MYRRHAM IN IISDEM SYLVIS, &c. Eſt enim Myrrha authore Dioſcoride, libro primo, arboris in Arabia ægyptiæ ſpinæ ſimilitudine naſcentis lachryma,qua inciſa in ſubſtratas palmeas tegetes liquor ille defluit: aliquando in trunco arboris concreſcit. Vocatur'que in Myrrhę genere quędam pediaſmos,id eſt,campeſtris, pinguis, & quę ſtactem dat. Quædam verò gabirea, omnium pinguiſſima: pingui & feraci ſolo prouenięns quę copioſam etiam ſtactem reddit. Troglodítica bonitatis honorem habet viret hęc modice: etiam trāslucida eſt:& mordaci in guſtu ſentitur. Colligitur etiam Myrrha colore candido,hęc Dioſco.& multa id genus. Theophraſtus etiā generum Myrrhę meminit his verbis. In myrrha autem alia ſtacte,alia plaſte,ſtacte enim dicitur ſtillaticia:plaſte verò fictitia,ſiue artificioſa. Et ſubdit idem Theophraſtus. Naſcuntur autem Thuris & Myrrhæ arbores alię in mōte, alię ad radices mōtis:in priuatis agris.ideo'que alię coluntur,alię cultura carent. Ferunt'que montis excelſam altitudinem,ſylueſtrē haberi & niuibus conſpergi,ex quo in planitiem profluunt flumina,hęc ille. Ceterò Pli.hic ſtactem genus eſſe myrrhę oſtēdit. Eſt profectò ſtacte proprie,pinguior melior'que expreſſę myrrhę pars,ſiue prima diſtillatio & quaſi pinguiſſimus flos. Theophraſtum Pli.ſecutus videtur: qui libro de hiſtoria plantarum nono:eadem quę ait Pli.prodit:meminit autem ſtactes Dioſco.his verbis. Tuſæ recentis myrrhę exigua'que aqua conſperſæ, tum prælo expreſſæ pinguiſſimā diſtillationem ſtactē vocant: odoratiſſima ſtacte eſt:precioſiſſima'que: vnguentum faciēs,quod vocatur ſtacte:hęc ille. Quod affirmat Lucretius quando ait. Aut amaracini blandum ſtacte'que liquorem. Solinus etiam Plinianæ lectioni aſtipulans,ait,de myrrha agens. In iiſdem ſaltibus myrrha prouenit, cuius radices vt vitium raſtris proficiunt ablatis'que mox omnibus gaudent. Nudata pinguiori fluit lachryma. Sponte manens præcioſior ex ea ſudor eſt: elicitus corticis vulnere vilior iudicatur:caudex in vertiginem flex⁹ & ſpinis hiſpidus,folium criſpius licet oliuę,tamen ſimile, maxima altitudo extollitur ad quinque cubita proceritatis. Arabes ſarmētis eius ignes fouent,quorum fumo ſatis noxio niſi odore cremati ſtoracis occurrant. Plærum'que inſanabiles morbos contrahunt, hæc ille.

Myrrha

Stacte.

CAPVT .XVII.

GENERA, &c. Plura etiā à Dioſco. Myrrhæ genera referūtur Troglodytica,à regione,cuius meminimus in geographię parte. Gabirea item quæ ab eo vocatur Caucalis, omnium peſſima quæ ab eodem ergaſime: ſqualore ſuo fragilis:nullo pingui, ſapore acri,gummi viribus & aſpectu referens. Improbatur ab ipſo quę dicitur minęa. Myrrha enim varium nomen ſibi aſciuit, cum à regionibus, tū à locis,vt pediaſmos ,id eſt,campeſtris. Probatam autem myrrham ſic eligendam cenſet Dioſco. libro primo. Eligito recentem,fragilem, non ponderoſam,vndique ſibi colorem,& quę confracta candidas intus habet hu-

Ergaſime.

Minęa.

Pediaſmos.

manorum

manorum vnguium per medium transeuntes cum læuore diuisiones: elige'que eā quę minutis sit glebis: & cum acrimonia, amara, & odorata.

CAPVT .XVIII.

ERGO TRANSIT, &c. Mastichem fundere Diosco. lentiscum scriptum reliquit, libro primo. Nascitur, inquit, ex lē=
Mastix tisco resina, quę ab arbore Lentiscina, à quibusdam verò ma=
stiche appellatur. Quod & innuisse videtur Serenus, quando, cecinit. Rugarum sulcos lentisci mastiche tendens.
Subdit mox Pli. ARABIA etiānum Ladano gloria=
tur, &c. Paulus Aegi. libro sexto: ex Cisthocyprio frutice
Ladanū fieri quem Ladona vocant, Ladanum testatissimum reliquit quē fruticem capræ pascentes barbis femoribus'que suis quod pingue & lentori simile in eo est: secum auferunt: id'que collectum ladanum esse: in quàm it pedibus sententiam Diosco.
Cisthi genus. libro primo. Est, inquit, alterum cisthi genus quod ladon à quibusdam dicitur. Frutex cistho similiter nascens, fit ex eo ladanum, quod odoratū est, molle'que, & pingue, virescit. Folia fruticis eius caprę pascentes pinguedinem barbis & femoribus, quoniam viscosa sit inhærentem reportant: quàm depectētes mellis modo per colum liquant, seruant'que in offas conformatam. Sunt etiam qui tractis per frutices hos funibus inhærentem illis pinguedinem deradunt: conformatā'que pariter seruant. Ceterò Pli. probatissimum Ladanum esse in Cypro tradit: quod Diosco. etiā scriptum reliquit. Lybicum enim, & Arabicum, minore esse bonitate, ac hono=
Styrax. re asseuerans. Quod ait Pli. est illis Nundinarium: hoc est, nundinis deputatum. EX SYRIA REVEHVNT Styracem, &c. Styrax lachryma est arboris cotoneo malo similis: de hoc agetˀ paulò inferius. Caput sequēs nihil habet fuscedinis, quare à nobis illibatum: porrò quod Pli. vocat Enhemon, est enim medicamētum quod cruentis vulneribus inijci solet: cuius meminit Celsus, libro. v. ca. decimo nono, his verbis. Quę cruentis protinus vulneribus inijciuntur Enhema Græci dicunt.

CAPVT .XX.

Casia. INNAMOMVM ET CASIAS, &c Retulimus, libro decimo Phænicem cinnamomo & surculis Casię nidū ędificare authore Herodoto, Cinnamomum cinamum'que coniungunt multum arbusculam congenerem significātes, meminit Sinami Solinus in polyhistore Plinianæ penitus lectioni applaudēs his verbis. Ijdem Arabes legunt cinnamum: quod frutetū situ breui nascitur ramo humili & represso, nunquàm vltra vlnas duas altitudinis. Quod gracilius prouenit, eximium magis ducitur. Quod in crassitudinē extuberatū sit inutilius habetur: verum legitur per sacerdotes hostijs prius cæsis, quę cū litauerint obseruatur vt messis ne ortum solis anticipet, ne egrediatur occasum. Quisquis principatum tenet: strues sarmentorum hasta diuidit: qua sacrata est in hoc munus, atque ita portio manipulorum soli datur: quę si iuste diuisa est, radijs inflagrata incēdium sponte recipit. Diosco. plura esse Cinnamomi genera, libro primo scriptum
Casia Mosylica. reliquit. Antecedit, inquit, bonitate alia omnia quod Mosylicum dicunt: propterea quòd Casia quę mosylica dicitur aliquam similitudinem referat. Et in hoc genere quod recens, colore nigro. Meminit idem Xilocinnamomi, id est, ligni cin=

namomi

namomi. Ferunt, inquit, quidam proprio genere xilocinnamomũ, sic enim lignũ cinnamomi vocant à cinnamomo differre, diuersum natura & aliud probatur cinnamomum quod acre est, gustum erodens, & cum feruore salso sapore aliquo sentitur: quod'que in atritu tardè friatur, & fractum puluerulentum fit, hæc ille. Et subdit Pli. FRVTEX ET CASIA, &c. Theophrastus nono plantarum de historia casiæ his verbis meminit. Casiam verò dicunt crassiora q̃ cinnamomum sarmenta habere, eadem'que magnoperè neruosa, nec auferri à ligno corticem posse, qui in hæc etiam vtilis sit: cum'que sarmenta inciderint, in frustra digytorũ duorũ lõgitudine paulò ve maiora minutatim secare, ea'que recẽtib⁹ corijs animaliũ præsuere, mox ex his ligno'que putrescentibus nasci vermiculos, qui lignum rodant, cortici verò non noceant, ob amaritudinem & odoris acrimoniam, hæc Theophrastus. Diosco. autem de hac sic agit libro primo. Casiæ plura genera sunt in odorifera Arabia nascentia, habet crassi corticis casia omnis sarmentum: eligito amabili coloris bonitate rubescentem, corallio lapidi similem. Eligito item angustissimam, longam, crassam'que, & fistulis plenam, quæ in gustu erodat, & cum feruore aliquo adstringat quæ aromatum modo odorata sit, simul'que vini odorem referat. Ab incolis quæ talis est lada, ab alexandrinis verò mercatoribus daphnitis appellatur. Antecedit bonitate hanc quæ nigra est, & quæ purpurascit secundæ bonitatis honorem æstimatione m'que obtinet ante lata. Aliter colligere cinnamomum docet Herodotus libro tertio. Huius rei etiam meminit Strabo. XVI. libro, quẽ legat qui plura volet, Theophrastus lib. IX. de his abũdè, ca. V. Xilocinnamomum.

CAPVT .XXI.

HIS ADDIDERE MANGONES, &c. Myropolæ acrerũ venditores addunt cinnamomo casię ac xilocinnamomo mosocinnammum, quod alij daphnoides vocant. Sunt tamen qui putent daphnoides dici, quod alij laureolam dicunt, de qua agetur in parte medica profusi⁹. Porrò quod Pli. hic caucamon vocat, lachryma est ligni arabici gustu delectabile. Pro thymiamate vtuntur cum styrace et myrrha ad vaporandas vestes. Diosco. libro. I.

CAPVT .XXII.

CO COMPROBATVR, &c. Cursim hic agendum de his est, quod libro vigesimotertio amplius de hoc disserẽdum sit. Myrobalanus enim vnguenti nomen etymonque sibi asciuit, veluti dicatur glans vnguentaria, Myron eñ vnguentũ dicitur. Dioscorides libro primo palmulas ægyptias, item & thebaicas laudat. Est & phœnicobalanus, id est punicea palmula, cuius idem meminit quo diximus loco, itẽ & Theophrastus libro de historia plantarum nono. Myrobalan⁹: Myron

CAPVT .XXIII.

MYROBALANO, &c. Fert vtique Aegyptus palmam, vsum in vnguentis accommodum habentem, cuius meminit Solinus, eo qui sequitur modo. Palma quo'que Aegyptia dicenda est, res propriè ad ipsam vocant vt dici oportuit, ea'que gustata arcet sitim, odor eidẽ qui & malis cydonijs. Sed demũ sitim sedat, si priusq̃ maturuit decerpatur. Dicta est eñ hæc palma adipsos, nã ἄδιψα. i. adipsa dici iure possunt, quæ sitim auferunt, sicuti superiore libro Palma.

docuimus. Phoenicobalanus dicitur palmula punicea, φοινίκου enim & φοινίσσεσθαι, id est phoenicum & phoenissesthe, est puniceo colore rubere. Subdit deinde Pli.

CALAMVS QVOQVE ODORATVS, &c. Calamus odoratus quem græcorum peritissimi καλάμον ἀρωματικόν, id est calamum aromaticum vocant. Peculiaris est Arabiæ, quare à Plutarcho eo libello cui titulus, quòd bruta ratione vtuntur, Arabicus calamus dicitur. Dioscorides in India nasci prodit. Nascitur, inquit, in India odoratus calamus, estque in eo probatissimꝰ, qui colore ruffo & crebris geniculis est, albescens est & in cōmanducando glutinosi lētoris. Theophrastus libro nono de plantarum historia eius etiam meminit.

Calamꝰ

ASSVLOSE, &c. Perelegans aduerbium assulosè, quo creberrimè Victruuius vtitur, hac enim voce cum Plinius, tum Victruuius significant quę marmorarij in cædendo marmore fragmenta dispellunt, & quæ in frangendis alijs rebus minutim in longitudinem magis quàm in latitudinem fragmenta disijciuntur: calamus enim in frangendo assulas emittit, quare assulosè dixit Plinius scitè quidem. Porrò iuncum, quem gręci σχοῖνον, id est schænū vocant, nasci in Arabia, etiam Theophrastus nono de historia plantarū tradit memoriæ Arabiæ esse peculiarem. Dioscorides libro primo de odorato iunco sic meminit. Nascitur iuncus hic in Lybia, in Arabia nascitur, & in parte quæ Nabathæa dicta est, qui omnium maximè probatur. Arabicus secundum bonitatis honorem obtinet, quē plærique babilonium vocant. Pessimus omnium libycus est, hæc ille. De calamo & iunco, styrace, costo, loto abundè Theophra. libro nono. cap. VII.

Assulose.

Iuncus.

CAPVT .XXIIII.

ERGO AETHIOPIAE, &c. Hammonicum alij guttam hammoniacam, alij agasyllum, aliqui nostratium myropolarum vulgo benioinum aut bengoinum dicunt, sed iure an ita vocent non. dictu facile, dictum id ab arenis, quas græci ἄμμους, id est ammos vocant. Est enim lachryma ferulæ cuiusdā, quæ priuatim in Lybia nascitur: ad Hāmonis tēplū Iouis, Paulus Aeginita libro sexto etiā ex ferula defluere scriptum reliquit. Dioscorides libro tertio varijs appellationum generibus nuncupat ammoniacum. Nascitur, inquit, in Libya ad ammonis Iouis templum, estque liquor ferulaceæ plantæ. Sunt qui crio-theum appellent id, probatur in eo quod bonitate coloris nitet, ne lignosum nec calculosum est: quod thuris modo in grumos concreuit, purum, densum, sine sordibꝰ, odore castorei, amaro gustu. Vocatur ille liquor à fragmentis in quæ diuiditur thrausina, quod fragmentum est: qui verò liquor habet commixtam arenam, aut terram, à comprehēsis calculis phyrama dicitur, hæc Dioscorides: cui astipulatur hic Plinius. Theophrastus etiam meminit nono plantarum. Porrò quod Plinius vocat splanchnon sic enim scribendum, alij vocant bryon. Paulò tritius, alij vocant muscum, quum tamen concinnius proferatur μόσχος non muscos, de quo agemus capite vigesimonono huiusce libri, pro odore illo pręstanti moschus dicitur, non muscus.

Hāmoniacum

CAPVT .XXV.

CYPRVS

CYPRVS, &c. Vocatur à quibusdam ligustrum, vt testatur author noster. Porrò quod de aspalatho ait, expendendum id etiam vocari erysisceptrum, à quibusdam diaxilon. Est authore Dicosco. libro primo, frutex lignosus aculeatus crebris'que spinis. Nascitur, inquit Diosco. ad istrū Cretæ ciuitatem, & in Nisyro ex cycladibus vna. Nascitur item in Rhodo & Syria spissandis vnguētis vtuntur eo vnguentarij, probatur ponderosus, & qui de tracto cortice rubescit, ad purpuram'que inclinat. Est & alterum genus candidum, lignosum, sine odore, quod inutile habetur, de quo affatim Theophra. Cæterò Plinius hic meminit mari, sed tam arctè breuique verborum ductu, vt quid sit, nō facile iudicatu videatur. Sunt enim qui id vocent sisymbrion,, alij origanida. cuius meminit Dioscorides libro tertio. Sed mirari subit horum authorum diuersam de maro opinionem Plinius enim fruticem facit. Dioscorides autem herbam omnibus notam, flore origani; surculosam, quò fit, vt suspicari subeat aliud marum esse à Diosco. & aliud à Plinio dici, non enim Diosco. bonitatis mari meminit, quod facit tamen Pli. quando ait. In ægypto nascitur marum, peius quàm lydium, maioribus folijs & varijs tum Pli. odorata folia dicit, Dioscorides verò flores his verbis. Marum nota omnibus herba, fruticosa, origani flore, multò tamen candidiora folia eius, & odoratiores flores, hæc ille.

Marū.

CAPVT .XXVI.

SED OMNIBVS ODORIBVS, &c. Ingens inter grauissimos authores hoc est Theophrastum, Dioscori. & Plin. discrimen de balsamo conijci potest eorum lectione collata. Siquidem Dioscori, arbusculam esse balsamum testatur, quæ violæ aut lycij (cuius paulò superius meminimus) crescere'que magnitudine scriptum reliquit. Plinius autem non lycio sed viti comparat. Punicæ verò violæ Theophrastus eadem foliorum comparatio ab his fertur, conferunt enim folia balsami rutæ. Porrò Theophrastus ad excipiendū liquorem ferreis vnguibus secandam esse arborem balsami asseuerat. Contra, Plinius non ferreis instrumentis sed osseis, vitro aut lapide. Verba Dioscoridis subijcienda censui, quod putem conferre huic lectioni. Arbuscula est balsamum, quæ violæ aut lycij (quod buxea spina dicitur) magnitudine crescit, rutæ folia habet, multo tamen candidiora, perpetua'que fronde magis virentia. In Iudea eius'que cōualle quadam tamen & in ægypto nascitur. Differt in suo genere, asperitate, longitudine, & gracilitate, vocatur'que quod in eo tenue comosum'que est, quia facile ob gracilitatem metitur Eutheriston, quasi facillimè messis. Et subdit paulò mox. Rependitur quo loco nascitur duplo ad pondus eius argento. Theophrastus de repensione ipsius balsami etiam meminit, libro de historia plantarum nono, his verbis. Siquidem ex vtro'que ratiocinari licet ob caritatem eius, admixtis alijs augere balsamum fuisse antiquis morem, vendi purum & sine admixtione aliqua, duplo ad pondus eius argento. Ex quo Theophrastus dixit purum duplo ad pōdus eius argento rependi. Plinius post illum quot millibus denariorum vendente fisco purum venditum fuerat trecentis denarijs postea vendi, adeò oportet illum liquorē augeri. Soli, de balsamo eadē agit. Balsama, inquit, similes vitib[9] habēt stirpes,

Balsamum.

Repensio balsami.

malleolis digeruntur,rastris nitescunt,aquis gaudent,amant amputari, tenacibus folijs sempiterno inumbrantur,lignum caudicis attractatum ferro sine mora moritur:eapropter aut vitro,aut osseis cultellis,sed in solo cortice vulneratur, hæc ille. Opobalsamum liquorem vocamus balsami,est græcis ὄπος liquor. Sicut enim illi vocant δάκρυον, id est dacryon, lachrymam. Sic ὄπον, id est opon, liquorem succum verò χύλον,id est chylon. Cæterò Pli.adulterari balsamum ait Hyperico petreo,hoc est herba ex petra palestinæ ciuitate:quod & etiam Dioscori.adfirmat inquiens. Adulteratur semen balsami semine hyperico simili,quod ex petra Palestinæ oppido adfertur. Meminit hyperici Pli.libro.xxvi.cap.octauo,& Diosco. libro tertio,scitè enim dicit adulterari semine hyperici, nam id odore est resinæ. Cæterò styrax cuius meminit hic Pli.lachryma est,authore etiam Diosco.libro.i. arboris,malo cotoneo similis bonitate,inquit,in eo excellit qui ruffus,pinguis, resinosus,albicantibus grumis,quique diu bonitatem sui odoris seruat, & cum subigitur melleum humorem aliquem ex se mittit. Talis gabalites est: improbatur niger,friabilis & furfurosus,hæc ille & multa id genus. Et subdit Pli. DAT ET GALBANVM, &c. Est enim galbanum ferulæ in Syria nascentis,quam aliqui metopium vocāt liquor, vti scriptum reliquit Diosco. libro tertio. Probatur,inquit,quod simile est thuri,grumosum,purum,pingue, minimeque lignosum,& quod ferulæ seminis aliquid admixtum habet odore graui, non adeò liquidum,nec contra adeò aridum. Theophrastus odoratum grauiter in Syria nasci scriptum reliquit. Homerus ille Mantuanus posse galbano serpentes fugari innuit hoc suo carmine. Ingrato agitare graues nidore chelidros. Quod & Nicāder in theriacis,de hoc libro.xxiiii.paulò amplius agem⁹. De balsamo affatim Theophrastus libro nono plantarum,cap.sexto.

Opobalsamum ὄπος. χύλος.

Galbanum.

CAPVT .XXVII.

Panax.

PANACEM ET VNGVENTIS, &c. Plura esse panacis genera tum Pli.tū Dioscorides ac Theophrastus nono plantarum indicant. Plinius tamen in horū historia ac descriptione non satis sibi constare videtur, vtalibi monstraturi sumus:hic enim inter frutices Plin.alibi verò inter hortenses herbas collocat. Hic panacem herculeum intelligere Pli.suspicari subit:quod genus Diosco.nasci in Boetia ac in Arcadiæ psophide testatur, nasci item in Macedonia scriptum idem reliquit libro tertio, his verbis. Folia habet per terram sparsa herbacei coloris,ad ficulneorum figuram & quantitatem accedentia quinq; per ambitum diuisuris scissa,caulem ferulæ modo altissimum,in quo lanugo alba & folia prædictis illis minora circa eum sunt. Vmbellā fert in summo,anethi modo,florem lutheum,semē odoratum & feruidi saporis. Radices habet ex vno principio numerosas colore candido,odore graui,cortice crasso, & in gustu cum amaritudine aliqua nascitur in Macedonia & in Cyrenæ. Libiæ colligitur liquor sectā radice nuper germinantibus caulibus,hec ille & multa id genus. Theophrastus item libro de historia plantarum nono de his hæc habet. Panaces autem vocant primum quidem quod in Syria nascitur, de qua non multo ante dictum est. Sūt & tria alia quod Chironium,quod herculeum,quod asclepium vocant, de quorum omniū genere agetur suo loco. Cæterò quod Plinius ait de spondylio expendendum, herbam esse quam alij verticellarē vocant. Diosco.hanc varijs nominibus appellat libro.iii.asterion,chordanū,araneū. Folia eodem authore, habet platano similia, ad panacis foliorum figuram accedentia, caules cubitales, & aliquando maiores

fœniculo similes, flores pallescentes, candidos've, radicem candidam, radici quâm raphanum vocant similem. Nascitur palustribus & aquosis locis, semẽ in summo seselis semini simile: duplex, latius, tamen candidius glutinosius'que est, & grauiter odoratum, de quo alibi. Subdit deinde Plinius. DAT ET MALOBATHRVM, &c. Diosco. libro. i. Malobathrum nasci in India etiam scriptũ reliquit, locis quidem palustribus. Opinantur aliqui falsò folium esse nardi Indicę, probatur recens, & quod est contumax frangenti, nec facile discerpitur, quod odoris sui halitu sensum tentat, eadem'que odoris bonitate diutius permanet, quod odorem nardi refert nullo sapore & gustu, authore Diosco. id em̃ alio vocabulo dicitur simpliciter folium. Sic Plutarchus in libro cui est titulus, quòd bruta ratione vtuntur appellat, odoramentis alijs coniũgens, simul numerans cinnamomum, nardũ, arabicum calamum, & folium, hoc videlicet malobathrum, vnguentum'que ex eo foliatũ dicitur. Meminit & malobathri Theo. eo quo superi⁹ paulò diximus loco. Malobathrũ. Folium

CAPVT .XXVIII.

OLEVM ET OMPHACIVM, &c. De hoc agendum alibi copiosius loco magis congruo.

CAPVT .XXIX.

EODEM ET BRYON, &c. Vocabamus bryon alio nomine muscum, nam μοσχός, id est moschos propriè dicitur id quod muscum vocant: nam muscus propriè significat villos virentes magis quàm folia aut frondes, quibus per æstatem arbores vestiri solent, quare muscari à Colu. dicuntur arbores, putant enim eruditiores scitius dicendum moschum, quod græcorum peritissimi μοσχός, μοσχίδια καὶ μοσχεύματα, id est moschos moschidia & moscheumata dicant nouos teneriores'que arborum stolones in plantis, quorum similitudine in animalibus quæ moschon ferunt noui odoramento illo pleni nascuntur folliculi. Ea animalia inter capream & vitulam esse ferunt: moschia item greci μοσχία vocant vascula potius quàm cæparum siliquas semen in summo seruantia. Porrò Diosco. meminit musci his verbis. Inuenitur muscus in arboribus cædro, populo alba, & quercu laudatur odoratior. Cæterò subdit Plinius. OENANTHE PERTINET, &c. Est Oenanthe vilis flos syluestris, vt scriptum etiam reliquit Diosco. libro. v. eadem appellatione fertur etiam herba authore Theophrasto, de quibus in parte medica agetur profusius. Et subnectit Pli. QVAM ALII elatem alij spaten vocant. Libro naturalis historiæ. xxiii. cap. vi. Pli. de hac meminit, sed à Diosco. sententia non parum aberrans, sed tota (vt dicitur) diametro de hac referens, indicare volens esse genus palmæ. Theophrastus autem secũdo plantarum de palmis agens, quum earum genera discerneret, in eo etiam masculam à fœmina differre dicebat, quòd mascula florem in spathe prior ferret, spathẽ appellans operimentum & inuolucrum fructus palmarum florentium adhuc. Galenus itidem tenerum palmæ germen elatem vocat. Iulius præterea pollux nõ lõge à fine primi libri spathen vocat, ex quo palmulę pendent. Plinius hic abietem vocat, similitudine quidem, nam græci abietem vocare solent spathen, quo fit vt Plinius hanc palmæ partem vocitarit spathen. Est profectò Elate nihil aliud quàm corticosum palmæ adhuc florentis operimentum, sed de hoc. xxiii. Bryon. Spathe: Elate.

Commentariorum in Duodecimum Plinij Secundi, Naturalis historiæ, scriptoris argutissimi.

FINIS.

IN TRIDECIMVM PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE ARGVTISSIMI SCRIPTORIS LIBRVM, STEPHANI AQVAEI BITVRICENSIS, VIRI EQVESTRIS, COMMENTARIA.

HACTENVS, &c. Syluarum cum præconia, tum præcia promulgauimus, item & odores voluptificos. Supereſſe nunc videntur vnguenta, quæ & ſi luxuriæ ac illecebroſæ voluptatis cauſa comperta videantur, nõ tamen penitus ſilentio prætereunda.

CAPVT .I.

χρίσμα. ἄλειμα.

QVIS PRIMVS INVENERIT, &c. Meminit autem vnguentorum Atheneus, diuidens vnguentum in χρίσμα, id eſt chriſma, & ἄλειμα, id eſt alima, hoc enim ſecundum fuerat luxuriæ, vnde aliptes. Fieri vnguenta ex floribus Theophr. ſcriptum reliquit, veluti roſaceum, leucoiõ, ſuſinum. De quibus idem ſcitè & concinnè agit libro de hiſtoria plantarum ſexto. Fit igitur ex roſis quod roſaceũ vocant, aut rhodium, cuius meminit Dioſcorides libro primo Sibi autem aſciuerunt vnguenta nomen, tum ab patrię, tum ſucci, loco alijsque rationibus appellationes, veluti mendeſium ab ægypti vrbe Mendeſo. Fit enim hoc authore Dioſco. vnguentaria glande expreſſo oleo, myrrha, caſia, & reſina. alij huic cinnamomi aliquid adijciunt. Fit item vnguẽtum ex flore labruſcæ, quod œnanthinum dicitur. Fit autem hoc modo, vt docet Palladius, ſylueſtres vuas cũ florẽt, ſine rore colligimus & expãdimus in ſole, ne quid humoris reſtet, & flos tũc ad excutiendum ſiccior apparetur, tunc cribello ſpiſſo ſubigimus, vt grana nõ trãſeant, ſed flos ſolus decidat. Hunc in melle ſeruamus infuſo, & cum diebus triginta fuerit conditum, temperamus genere & more quo moris eſt roſatum temperare. eſt & quod amarinũ dicitur, quod cõfici ſolebat in Cyzico vt ſcriptũ reliquit Dioſco. Eſt enim id quod alio nomine ſampſuchinum, à ſampſuco, quod amarac⁹ eſt, herba certè odoris gratiſſimi, quam noſtrates maioranam dicunt. Eſt & aliud dictum megalium ab honore qui huic vnguento ob fœlicem eius vſum à veteribus contributus eſt: ob igitur gloriam megalium vocarunt. Fiebat authore Dioſcoride amaracino & reſina. Metopium vnguentum in ægypto fiebat, dictum quòd ſit difluens à planta, quæ galbanum emittit, ſic enim plãtam hanc metopium vocãt. Fiebat amaris amygdalis expreſſo oleo, acerbo itidem oleo cardamomo rotundo, iunco, calamo, melle, vino, myrrha, ſemine balſami, galbano, & reſina. Fit & quod Crocinum dicunt, à croco, cuius meminit Dioſcorides libro antelato. Fiebat & quod vocant Melinum, ex cotoneis malis: Panathe-

naicum, ab Athenis dictum est: pardalium ab animali gratum emittente odorem. Porrò Pli. duplicem faciendi vnguenti rationem esse testatur: ex succo, id'que constare ex generibus olei & vocari Stymmata, id est, σύμματα. Item & corpore, id est, odorum generibus dicique Hedysmata ἀπὸ τοῦ ἡδυνέω quod est facere gratũ odore: suaue'que reddere. Fit item vnguentum ex lilio, & vocatur Susinon. Item ex Narcisso quod Narcissimum dicitur: quorum omnium affatim meminit Diosco. libro primo.

Hedysmata. Stymmata.

CAPVT SECVNDVM.

ERGO REGALE, &c. Vnguẽtum quod Basilicon alij vocant, hoc est, regale: constabat myrobalano, costo, amomo, cinnamomo: cariopo, Spica, Maro, Casia, Myrrha: & id genus. IRIN ILLYRICAM, &c. Iris præcipuè illyrica cum à Diosco. Theo. tum, & Paulo Aeginita, libro tertio comprobatur, vt videbimus suo loco. QVAE DIAPASMATA, &c. Sunt enim διαπάσματα, id est, diapasmata aspergines sicci: & in puluerem triti alicuius medicamenti: quę totis corporibus aut eorum partibus fouendis, siccandis, laxãdis, adstringendis, molliendis, durandis, & odorandis aliquando inspersguntur. μάγματα verò, id est, magmata feces vnguenti dici solent: possunt etiam appellari ea quę ex expressa materia aliqua supersunt, crassa: fæculenta; & lignosa: veluti si tusa plantaginis folia in vsum aliquẽ manibus, aut prælo expresseris: quod enim superexit, magma dici scitè poterit.

Vnguẽtũ regale. Dyapasmata. Magma

CAPVT TERTIVM.

HAEC EST MATERIA LVXVS, &c. Vnguenta certè detestanda esse nemo est qui nesciat: vnguẽta inquã, quę luxus causa, ac voluptatis: & non sanitatis cõficiuntur: quibus nihil esse euanescẽtius cõstat, nec quod ocyus expiret: vnguenta huiuscemodi ad luxuriam perditissimorũ hominum, & luxu fluentium, sunt quædam inuenta. Homerus tamen vnguentorum horũsce videtur meminisse quãdo ait ἀφροδίτη δ᾽ ἕκτορα ῥοδόεντι ἔχρισεν ἐλαίῳ: quibus significat Venerem Hectora vnxisse oleo, sed id actum non fuisse causa voluptatis, sed ad Hectoris potius obfirmandas vires: credẽdum: Exotica, peregrina, & nõ patria. Iulius Solinus eadem ait in polyhistore, ca. liiii.

Exotica

CAPVT QVARTVM.

IVDEA INCLITA EST, &c. Theophrastus palmã probatiorem in Aegypto nasci scriptum reliquit & autũno colligendas paulò antequàm incipiant maturescere: quod & à Dioscoride: est animaduersum: palma certè in ægypto tãta aspectus iucunditate, ac gustus suauitate proditur: vt tragemata omnia bellaria'que præcellere prodatur: in græcia tamen fructus eius incoctus fertur: nec esui gratus inter autem Phœnicobalanos eximiè præstare dicũtur tũ magnitudine, tum pulchritudine: quas vocãt Nicolaos: nomen id sibi asciuisse ex

Nicolai

[Nicolai.] mutorum magistrorum lectione comperio: ab nomine viri disciplinę peripateticæ peritissimi: cui nomē fuit Nicolao, patria Damasceno: qui fertur fuisse moribus suauissimis: prędulci quadam iucunditate, vt scribit Cælius authoritate Athenei, corpore procero, facie pleniore, interlucente grato rubore: quo cum maximè oblectaretur Augustus imperator similitudinis argumēto balanos magnitudine pręcipua pulchritudine'que Nicolaos dici instituit. Porrò Spadix ramus dicitur palmę. Nucleus lunatus, hoc est, curuatus modo arcus. Expendendum etiam caryo-
[Carioti-des.] tides dici palmularum genera, capitis dolorem inferentia, quare sic dicta. Palmularum item fructus Thebaides à Pli. etiam dicuntur: porrò in palmarum cacumine medulla est, quàm cerebrum vocat hic Pli. cuius meminit Galenus secūdo ali-
[Psen.] mentorum: palmæ item maris fructum Psen vocant. Sandalides item vocat Pli.
[Adel-phides.] palmas: à similitudine Sādalij, id est, soleę: porrò Adelphides vocat palmas, id est, sorores cariotarum, Adelphi enim fratres dicuntur, id est, qui ex eadem aluo sunt
[δελφὺς.] aut vulua. Græci enim Adelphyas vuluas vocant: & vterū Delphyn, id est, δελφὺν. Porrò Dactylos vocamus palmę fructus à figura digytorū, quos græci δακτύλους dicunt. Strabo decimo septimo geographiæ in Thebaide duplicem ait esse palmam, cariotam scilicet, & reliquam: authorem legat qui de hac volet. De palmis etiam & earum natura abundè Theo. libro quarto plantarum, ca, quarto.

CAPVT QVINTVM.

[Pistacia] SYRIA, &c. Pistacia in Syria nasci tum Theop. tum Diosco. testantur. Pistacia (ait Diosco.) scimus nasci in Syria pineis nucleis similia: contra serpentium morsus accōmodata: siue per se edantur: siue in vino concisa bibantur. Cæterò quę de Cædro ait Pli. expendendū: authore Theophrasto tertio de historia plantarū duo esse genera Cædri. Duum (inquit) generum cędrum aliqui faciunt Lyciam & Phœniciam à regione distinguētes. Alij vnam tantū esse dicunt Iunipero similem, folijs'que maximè differre: quę in cædro dura, in acutū desinentia: & spinosa sint: in Iunipero tantum molliora. Videtur'que Iuniperus cędro excelsior esse. Sunt pręterea qui appellatione alteram ab altera nō distinguāt, sed vtram'que cædrum vocent nō simpliciter tantum, sed adiecta aliqua nota cę-
[Iunipe-rus. Cædr⁹.] drum oxycędrum, hoc est, acutam cædrum nominent: hæc ille. Fecit igitur similitudo, vt Pli. cædrum pro Iunipero & posuerit, & miscuerit: tribuēs Iunipero quę debentur cædro, & cædro quę Iunipero: excelsa equidem Iuniperus cędrus quodāmodo est: non enim differt cædri folium, à folio Iuniperi: eadem folia sunt longitudine eadem & latitudine, ijsdem aculeis: differunt tamen baccis: quòd baccę cędri sunt maiores duriores'que. Dignum item scitù baccam Iuniperi dici à Nicādro ἀρκευθίς, id est, arcenthis: sunt tamen qui accipiant pro bacca cædri, porrò ex cædro emanat resina quàm alij cædriam, alij cędream, item & cędrium. Sunt tamen aliqui ponentes aliquid discriminis: quòd cædriam fœminino genere intelligant resinam crudam & ex arbore lectam. Cędrium verò neutro genere: ex cædri materia concisa & in furnis accensa picis modo fluēs & exceptum quoddam. Victruuius, libro architecturę secundo, afferēs vncta liquore cædri, id est, resina, siue oleo acarie & tineis liberari, Ephesiæ Dianæ templum cædrinis lignis fabricatum dicens.

CAPVT SEXTVM.

SYRIA ET TEREBINTHVM, &c. Terebinthus: quàm græci τερμίνθον, id est, terminthon dicunt: nota est arbor, Syriæ potissimum, ac Cypro & Aphricæ peculiaris: cuius nō minus scitè quàm concinnè meminit Theophrastus tertio de plantarum historia, his. Terebinthus autem circa tritici messem, aut paulò serius fructū profert: in Terebintho altera mascula, fœmina verò altera: caret mascula fructu: ideoque eo sexu eam distingunt in fœminis: altera fructum quàmprimum fert: magnitudine lentis: qui non maturescit: altera cum viridem protulerit, simul cū vite maturat tūc rubentem: postremo nigrum magnitudine fabæ, resinosum & aromatum modo odoratum. Nascitur Terebinthus arbor in Ida & Macedonia, breuis, fruticosa, & contorta. In Damasco autem Syriæ grandis, multa, & speciosa, hæc Theo. & multa id genus: cuius certè sententiæ astipulatur hic Pli. Cæterò quod Pli. vocat Rhus quando ait. QVOD VOCATVR Rhus medicamentis necessariū, &c. Alij erythron, Rhū, id est, rubentē rhū: est enim authore Diosco. libro primo. Plātæ semen: quę coriaria Rhus dicitur, nomēque id inuenit quòd coriarij spissandis corijs vtuntur eo. Est autem arbuscula in petrosis nascens altitudine ferè cubitali: in qua oblongiora sunt folia: leniter rubentia per ambitum serrata: fructus illi racemosus, densus, terebinthini magnitudine. Theophrastus tertio plantarum fœminam & masculam ponit. Pli. hic penitus. Theo. secutus est, vt conijcere licet: meminit etiā huius Pli. libro vigesimo quarto, ca. vndecimo. Est enim Rhus de quo hic agitur: id quod neoterici cum pharmacopolæ, tum medici Sumach nunc vocant, de quo alibi erit agendum.

Terebinthus. *Rhus.* *Sumach*

CAPVT .VII.

ET IN AEGYPTO, &c. Aegyptiæ ficus, Iulius Solinus, Plinio penitus applaudens ita meminit. De arboribus quas solas fert ægyptus præcipua est ficus ægyptia: folijs moro cōparanda: poma non ramis tantum gestitans, sed & caudice vsque adeò fœcūditatis suę angusta est. Vt vno anno septies fructum efficiat, vnde pomum deserpseris alterum sine mora protuberat, Materia eius intra aquam missa subsidit. Denique cum diu desederit in liquore leuior facta sustollitur. Et versa vice (quod natura in alio ligni genere nō recipit) fit humore sicca: nec solū nasci, vt ait Pli. in ægypto comperio. Nam & Diosc. de fico ægyptia agens quàm συκομόρον & συκάμινον appellat, id est, Sycomoron & Sycaminon: nasci in Caria, ac Rhodo scriptum reliquit. Sunt autem qui Sycomorum non à similitudine mori, sed ab inerti & langui do sapore non συκομόρον, sed συκομώρον, vna tātū mutata litera dictam ferant: perinde ac si dicas fatuam ficum. Nam. μώρος, id est, moros fatuus dicitur: constat autem fatuos dici cibos veluti insulsos & insapidos abs peritioribus: quo fit, vt Sycomoron dicant quasi fatuam Ficum. Non tamen pro recæpto hoc damus, sed candide hoc monuisse non obfuerit, Theophrastus à cuius penū hæc Pli. desumpsit, libro de historia plantarum quinto, hæc agit de ea. Fert & in ægypto Sycaminus fructum, non ramis, sed caudice fœcunda & potens, vt videtur ad fœturam arbor, indicat id quòd auulsis fœtibus sæpius ex eodē loco parit: non tamen eos egregiè maturat nisi scalpantur: & vt præmonstratum oleo vnguantur: ob alimenti copiā & eius facilē in poma concursum, &c. Cæterò Pli. hic grossam intelligit ficum antequàm maturescat, Ficos enim immaturas grossas vocāt, græci autem ὄλυνθος,

Ficus Aegyptia. *μωρος. Fatui cibi.* *Grossus. ὄλυνθος.*

id est, olynthos. Sunt tamen qui ferāt grossum singulari numero, non plurali: pro hoc significatu esse pronunciandum: de ficis alibi agemus amplius. De ficu Aegyptia & Cypria Theo. libro quarto de historia plantarum, cap. secundo abundè meminit.

CAPVT NONVM.

Persica. AEGYPTUS ET PERSICAM ARBOREM, &c. Meminit huius arboris Theo. non longe à principio quarti libri asserens peculiarem hanc esse Aegypto, quod & à Diosco. est animaduersum, quādo ait. Persea arbor est Aegypti fructum fert stomacho accommodatum. De hac nostra teque agemus, libro decimo quinto. Et subdit Pli.

Spina Aegyptia. NEC minus Spina in ea gente, &c. Spinā aegyptiā sunt qui vocent acanthida, quasi spinulam: alij Arabicam spinam dicunt. Est enim albae spinę similis, de qua agēdum in parte medica. Quae capite sequenti ait, ea videntur esse desumpta à Theo. libro quarto, ca. tertio, quem legat qui de his plura volet.

CAPVT .XI.

GVMMI OPTIMVM, &c. Fit gummi ex varijs rebus, vt videbitur, libro vigesimotertio. Fluit è vitibus lachryma quam gummi dicunt apta infantium vlceribus, vt videre est apud Pli. libro antelato, fluit ex vlmo, iunipero, hedera, pruno,

Sarcocolla. Sarcocolla: est enim ea lachryma in Perside arboris nascentis simili thuris pollini, colore ruffo: sarcocollam putarim dictam quòd carnem quàm graeci σάρκα, id est, sarca vocāt glutinet: meminit huius, Diosco. libro tertio: de hoc agam alibi fusius: porrò Pli. hic de chartę inuētione agit. Est enim papyrus palustris planta in ferulaceo genere: planta certè aegypto peculiaris, vt ait Theo. & Strabo. Schedis: hoc est, pagellis tiliaceis, quibus vti solitos antiquos Aelianus scribit. Accipitur item scheda pro folio chartae, vt paulò inferius patebit.

CAPVT DVODECIMVM.

Charta Hieratica. PRINCIPATVS MEDIO, &c. Charta Hieratica quasi sancta dicebatur eam esse quàm chartā virgineā rudè vulgus putat: qua pręstigias, superstitiones que fieri stolidę autumant nonnulli: in interpellatione innouatione. Non est hic nostri cōsilij diu immorari, quòd haec trita sint: porrò hic legitur. Plagellae iunguntur: suspicarer potius legendum, Pagellę & si omnia fermè exēplaria Plagellae: habeant. Si enim pagellae legeris sensum magis germanum elicies: nec obstat quod dicas plagellam esse linteum, nam subdit paulò inferius,

PLVRES INFESTANTE PAGINAS. &c. Quo subeat suspicari legendum, pagellas, non plagellas, hoc arbitrarium sit, nec datum pro recepto. De papyrò Theo. libro quarto plantarum, ca. nono.

CAPVT .XIII.

INGENTIA,

INGENTIA, &c. Nihil habet hoc caput fuscedinis: quare abs nobis raptim peragetur. REPASTINANTEM, Renouantem & instaurantem denuo: porrò Plutarchus de vita Numæ ait hunc fuisse peritissimum pytagoricæ eruditionis philosophię. Non desunt etiam qui referant illum magum fuisse. Cæterò de libris Sibyllinis his quorum hic meminit Pli. Etiam agit Aulus Gellius, atticarum noctiũ primo. In Antiquis, ait, annalibus memoria super libris Sibyllinis hæc prodita est. Anus hospita atque incognita Tarquinium superbum regem adijt: nouem libros ferens, quos diuina oracula esse dicebat, eos dixit velle venũdare. Tarquinius precium percunctatus est, mulier nimium atque immensum poposcit. Rex quasi anus desiperet ætate risit. Tũ illa foculũ coram eo igni apposuit tres libros ex nouem deurẽs: & ecquid reliquos sex eodem precio emere velle regem interrogauit. Sed Tarquinius multo magis id risit: dixitque anum iã proculdubio delirare: mulier ibidẽ statim tris libros alios exussit. Atque idipsum denuo placidè rogauit, tris reliquos eodem illo precio emat. Tarquinius ore iam serio atque attentiore animo fit: eam constantiam confidentiamque non insuper habendam intelligit: & tris reliquos libros mercatur nihilo minore precio. quàm quod erat pretium pro omnibus. Sed eam mulierem tunc à Tarquinio digressam, postea nusquàm loci visam constitit, libri tres in sacrarium conditi Sibyllini appellati. Ad eos quasi ad oraculum quindecim viri adeunt: quùm dij immortales publice cõsulendi sunt. De libris Numę meminit Vale. Maxi. titulo seruatæ religionis, & Liuius, libro decimo, de bello Macedonico. Repastinatus. Libri Numæ, Et Sibyllini.

CAPVT .XV.

ATLAS MONS, &c. Nunc de Citreis arboribus mensisque agendum: arbor citri Mauris peculiaris: cuius præciũ fœminæ viris cõtra margaritas regerunt. Annotauit hic Budæus noster legendum esse hoc qui sequitur modo. Extãt hodie M. Ciceronis in illa paupertate & quod magis mirum est: illo æuo emptæ sestertijs. xi. memorantur & Galli Asinij sestertijs. xi. Venũdatæ sunt & duę à Iuba rege pendẽtes quarum alteri precium fuit sestertijs. xii. alteri paulò minus interijt nuper incendio attegijs descendens sestertijs. xiiii. permutata latifundij taxatione: sic enim legit: nec Cethegus, sed attegijs, id est, maurorum casulis, legendum censet: hoc enim arbitrarium relinquo: posse tamen legi Cethegus suspicor: qui mẽsam citream permutauerat sestertijs. xiiii. Citreę mensæ.

NAM (ait Pli.) INTERIIT NVPER INCENDIO QVAM, &c. Hoc est, mensa citrina quam Cethegus sestertijs. xiiii. permutauerat incendio interijt, &c. hoc verò candidè, & non pro compertomonitum sit.

CRASSITVDINE QVADRANTALI, &c. Crassitudine quatuor digitorum. Et subdit Pli. SOLIDAE à Nomio Tiberij Cæsari liberto, &c. Horum enim sensum sic explicuit Budeus, libro primo assis. His verbis mẽsam Pli. eam quatuor pedes longitudinis habuisse significauit: & duos preterea pollices & pollicis quadrantem, crassitudine verò sesquipollicem æquauisse Pli. crassitudinem quadrantalẽ dixit que quatuor esset digytorum. Longitudini autem quaternum pedum tres pollicis partes, id est, dodrantẽm pollicis defuisse significat & tãtũdem semipedali crassitudini. Est enim sextans apud mensores sexta pars assis. Quadrãtalis Quadrans. Crassitudo. Sextãs.

Sic

Sic dextans accipi solet pro decem pollicibus. Sed de his hactenus, qui enim de vocabulis ad assem pertinentibus volet amplius: adeat Budeum virum omni reconditiore doctrina insignem: eo libro primo quē de asse posteris legendum reliquit.

CAPVT .XVI.

Agallochon lignũ aloes.

NOTA ETIAM HOMERO FVIT, &c. Hæc arbor à Diosco. dicitur Agallochon Diosco. inquit, libro primo. Lignum est quod ex India, & Arabia affertur: thyæ ligno simile: punctis distinctum, & maculosum: odoratum cum amaritudine aliqua gustum adstringens: cortex corij similitudinem habet: colore vario: porrò quænam sit arbor dicta Thia videtur Theophrastus docuisse, libro primo plātarum, qui inter arbores sylvestres, quę perpetuis frōdibus virent numerat. Crediderunt aliqui eam esse, quam Homerus quinta Odyssee rapsodia à Circe ad odorem simul & lucem incendi dixit: non desunt qui hanc xiloaloem, id est, lignum aloes appellant.

CAPVT .XVII.

Lotos.

EADEM APHRICA, &c. Celtis, siue Lotos, arbor est Aphricæ peculiaris. Est & Lotos etiam vagum per herbas arboresque aliquot nomen. Grādis enim est planta authoribus cum Theo. tum Diosco. qui ait, Grandis est planta fructum pipere maiorem ferens: dulcem odoratū. Subdit deinde Pli. TAM dulcis cibus, vt nomen etiam gēti terræque dederit nimis hospitali aduenarum obliuione patriæ, &c. Hic Pli. Intelligit Lotophagos populos: qui

Lotophagi.

sic sibi à Loto arbore nomen asciuerunt: quòd eius fructū victitarint. Nam cum Vlyssis socij delati fuissent in Aphricā: & ex loti fructu gustassent vix inde abducti sunt, sicut ait Homerus, libro Odyss. octauo quando ait ἐυ δ' ἄρα λωτοφάγοι μήδονθ' ἑτάροισιν ὄλεθρον ἡμετέροις ἀλλὰ σφι δόσαν λωτοῖο πάσασθαι· τῶν δ' ὅσις λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπόν, &c. Quorū sensus sic elici potest. Neque lotophagi perniciē voluerūt, Sed ipsis dederunt Lotum comedere, horum verò qui Loton comedissent dulcem fructum: nō amplius renunciare curabāt: neque redire: sed cum ipsis volebant viris lotophagis lotū comedentes manere & reditus esse immemores. Cæterò quidnam sit alica alio dicemus loco. Subdit Pli. EST AVTEM eodem nomine, &c. Est profectò herba quę lotos dicitur: quę & duum est generum. Nam & Satiua dicitur Lotos & Syluestris. Theophrastus ob id ait: proprietatem & quas habent inuicem differentias, plantas contemplari oportet, quędam enim sunt multiformia, quāuis equiuoco nomine indicentur, qualis est Lotus, eius enim species plures sunt folio, caule, flore & semine discretę, porrò sunt qui satiuam lotum vocent Tripodion: alij trifolium, vt author est Diosco. libro quarto, Syluestrem verò minus trifoliū, Syluestris nascitur in Libya vt plurimum, vt scriptū reliquit Diosco. De his in parte medica agendum est amplius: meminit Loti arboris Strabo, libro decimo septimo. Nam, ait, Lotos arbos multa in ea est fructu suauissimo, &c.

CAPVT .XIX.

CYRENAICA,

CYRENAICA REGIO Loton suæ postponit paliuro. Fructuosior hæc fructu'que magis rubens, &c. Est enim paliurus frutex spinosus durus'que. Semen eius pingue fuliginosum'que, inter eos frutices aculeatos à Dioscoride libro primo numeratur. Meminit huius Theophrastus, his verbis. Et paliurus in siliquis quibusdam semen habet, in quibus tria quatuor've semina sunt, quibus ad tussim medici vtuntur tundentes, habent enim lentorem & pinguedinem, lini semini similem, hæc ille. Nihil constitui agendum de punicis malis, alíubi de his dicetur. De paliuro affatim Theophrastus libro quarto de historia plantarum, capite quarto. Paliurus

CAPVT .XX.

IN ASIA ET GRAECIA nascuntur frutices Epipactis, quem alij Eleborinen vocant, paruis, folijs quæ potata contra venena prosunt, sicut Herices cōtra serpētes. Meminit Epipactidis herbę Dioscori. libro quarto, asseuerans fruticem esse breuem, folia habentem minima. Sunt qui hanc vocent elleborinen. Theophrastus nono plantarum huius meminit his verbis μίσγεται δὲ πρὸς τὸ πόσιμο-πωσὰν ἐμέσῃ τὸ τῆς ἐλλεβορίνης σπέρμα τοῦτο δ' ἐστὶ πολύσιον. quæ nihil aliud sibi volūt latinè, q̃, Miscetur autem in ellebori poculo, vt vomitiones adiuuet semen elleborines, hæc ille. Elleborinen dictam autumarim à vi ellebori quam habet. Contra venena etiam Dioscorides eius folia bibi scriptum reliquit. Epipactis.

CAPVT .XXI.

ET IN QVO NASCITVR, &c. Quod granum hic Plinius vocat gnidium est semen thymelæ herbæ, authore Dioscoride libro quarto, linum nonnulli dicunt, quod frutex sit satiuo lino similis. Hic enim Plinius tot appellationibus vocat thymelæam, quot vocauit Dioscorides quo diximus loco. Theophrastus primo de plantarum historia, cneoron vocat, sicut hic Plinius, quo fit vt suspicari subeat Pli. hæc partim à Theophrasto, partim à Dioscoride desumpsisse. Granum autem gnidium Theophrastus alio libro hoc est, nono, vocauit, describens medicas vires. Porrò pyrosachnem vocant, puto quòd vim habet vrendi, etymon enim ἀπὸ τοῦ πυρὸς, id est, à pyr, quod ignis est, & stipula tenui quę facile vtitur. Cæterò tragacantha, cuius hic meminit Plinius, à quibusdam radix dicitur lignosa, de qua agemus in parte medica. Tragion item est frutex peregrinus Italiæ, peculiaris autem Cretæ, quæ hoc sola gignit, vt ait Dioscorides libro quarto, habet enim folia similia lentisco, breuiora tamen, liquorem fert gummi similem, eodem authore Plinio. Similem facit fruticem hunc iunipero, libro vigesimoseptimo, hic autem terebintho, quare non facile est dictu, quænam verior, potior'que videatur historia de tragio, de quo alibi agam, de gala myrice'que alibi etiam agendum est. Gnidiū Pyrosachne.

CAPVT .XXII.

Tapſia

HEC AVSPICATIOR, &c. Nec fœlicior eſt arbos quæ anonymos dicitur, quàm quæ dicitur oſtrya, qua mortes miſeras produnt fieri. Adrachne cuius hic meminit Plinius herba eſt, quam alij portulacam dicunt, de qua agem⁹ libro. xx. Hic Plinius adrachnem eſſe ſylueſtrem arborem eodem nomine appellatam. Porrò quod de thapſia ait hic, expendendum eſt non facile iudicatu eſſe, quæ Plinius hic ait vera ne ſint & digna receptu ac pro comperto habenda, tum quòd authores alij thapſiam non ſolum naſci in Aphrica dicant, ſed etiam alijs locis, vt ſcriptum reliquit Nicander in theriacis. Dioſcorides libro quarto thapſiam dictam vult à thapſo inſula. Theophraſtus libro nono plantarum huius meminit, liuores enī quos greci ὑπωπια, id eſt hypopia vocāt, delet, quod innuiſſe videtur Plinius, quādo hic ait conuerberatam faciem illuens. Quod & etiam affirmat Dioſcorides libro quarto, & Theophraſtus nono plātarum quando ait. Thapſiæ autem vomitoria vis eſt, quòd ſi quis eam per inferna retinuerit, pariter & ſuperna purgat, facit & hypopia veruntamen candida. Hypopia hic maculas quæ in facie albicant ſignificant, de hac plura dicenda ſunt in parte medica.

Vnde tapſia. ὑπωπια.

Hypo-pia.

CAPVT .XXIII.

Cappa-ris.

IBI ET CAPPARIS, &c. Capparis frutex eſt varijs appellationibus à Dioſcoride nuncupatus cynoſbatos, hoc eſt, ſentis canis phylloſtaphylon'que, quòd inter folia fructum quaſi vuam ferat. Eſt ſpinoſus frutex, in girum per terram ſtratus, hamatas habet rubi modo ſpinas. Folia rotunda cotonei mali folijs ſimilia. Fructum oliuæ figura, vt ſcriptum reliquit Dioſco. libro ſecundo, de noxijs ei⁹ generibus hęc agens. Inflat vehemētiſſimè marmarica libyca capparis. Facit vomitiones appula quæ à rubro mari & Libya adfertur, omnium maximam acrimoniam habet, puſtulas in ore excitat, gingiuas'que vs'que ad oſſa erodit, eam'que ob cauſam in cibis omnium inutiliſſima eſt. De hac videbitur amplius aliubi.

CAPVT .XXIIII.

Cytiſ⁹.

NON OMITTENDVM, &c. Nihil nubili hoc caput habet, quod dignum ſit enodatione. Quod enī de cytiſo agit Columella etiam adfirmat. Cytiſus certè ad ſaginam pecoris mirè confert, pertinet ad rem pecuariam, magis quàm ad medicinam. Porrò quod Plinius ait vbertatem lactis adferre cytiſum. Hoc idem Columella vltimo ſeptimi libri capite, aſſerit inquiens mulieres quidem ſi lactis inopia premuntur, cytiſum macerari in aqua oportet, & cum tota nocte permaduerit, poſtero die expreſſi ſucci ternas metretas permiſceri modico vino at'que ita potandum dare. Sic & ipſæ valebunt, & pueri abundantia lactis confirmabuntur, hæc Columella, ad cuius ſententiam alluſiſſe videtur hic Plinius, quando ait.

QVIN ET NVTRICIBVS IN DEFECTV LACTIS, &c. Grata est herba apibus, vt etiam Columella libro agriculturæ nono docet cap. quarto. Sed de hac etiam idem libro sexto hæc agit. Cythisum in agro esse quàm plurimum maximè refert, quòd gallinis apibus, capris, bobus quoque & omni generi pecudum est vtilissimus, quod ex eo cito pinguescit, & lactis plurimum præbet. Et subdit paulò post. SATIO AVTEM CYTHISI EST, &c. Autumno circa idus octobris, vel vere fieri potest cũ terram bene subegeris, areolas facito, ibique velut ocymi. Semẽ cythisi serito autumno, plantas deinde vere disponito, ita vt inter se quoquouersus quatuor pedũ spatia distent. Si semen non habueris cacumina cythisorum vere deponito, & stercoratam terra circumaggerato si pluuia non incesserit, rigato quindecim primis diebus &c.,

CAPVT .XXV.

NASCVNTVR, &c. Arborum maris rubri, Strabo libro geographiæ. xvi. his verbis meminit. Rubri maris ora arbores in profundo nascuntur, lauro & olea similes quæ in refluxibus ex toto deteguntur, in affluxibus nõnnũquàm ex toto obruũtur, atque etiã hoc cum vlterior terra arboribus careat adeò vt admirandum sit. Meminit idem arborum indicarum libro decimoquinto, quem legat qui de his plura volet. Adeat item Herodotum libro cum secũdo tum tertio. SPATHALIA, &c. Dicuntur autem spathalia, ornamenta muliebria inter fœminarum delicias annumerata, à verbo græco deductum vocabulum σπαθαῷ vel σπαθάλαῷ, quod nihil aliud notat, quã lasciuio, siue delicias ago. Vocabulo, pathalia vtitur Plautus in Menæ. Amabo, ait, menæchme da mihi facienda pondo duum nũmum spathalia vt te libenter videam cum ad nos veneris &c. Qui de mirabilitate arborum quarundam rubri maris ac Arabiæ, deque plantis & arbusculis miræ naturæ volet, adeat Theophrastum libro quarto, capite. viii. Spathalia. σπαθαῷ

Commentariorum in Tridecimum Plinij Secundi, Naturalis historiæ, scriptoris argutissimi,

FINIS.

IN DECIMVMQVARTVM PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE ARGVTISSIMI SCRIPTORIS LIBRVM, STEPHANI AQVAEI BITVRICENSIS, VIRI EQVESTRIS, COMMENTARIA.

EXTERNAE ARBORES, &c. Contumaces implacabilesque nostro orbi, natura plantas nonnullas genuit, vt nullis blanditijs, obsequijs, officijs've nostris, retineri apud nos potuerint, coacteque in hortis & mitioribus plagis potius sterilescat, quàm vberrimè proueniant. Sunt nobis exemplo casia, cinnamomum, & id genus, ob eam rem peregrinas iure dixerimus, quas & indociles Plinius dixit, quòd non vltro citroque patiantur transferri, nec obediant voto coloni. Harum igitur peregrinarum arborum natura superiore libro enucleata est. Nunc communium dotes, hoc est vitium auspicatur, decenti quidem censura, tum quòd nobis peculiarissimæ, tum quòd mortalibus non parum conferre videantur, inter vtpotè plantarum illustrissimarum genera, locum nobiliorem asciuerunt sibi. Et quia ad eas ventum est, hucque diuertimus, quod à promptarijs grauissimorum authorum de plantarũ natura excerpserimus, nõ fuerit alienum huic rerum seriei admonuisse, quòd meminisse iuuerit, & vsui fuerit legisse. Anaxagoras Plato'que sensus cum gaudij, tum mœstitudinis & appetitus inesse arboribus memoriæ mandarunt, manifesta'que signa ex earum vegetatione ac corruptione tribuere, simul & animalium partes tradiderunt, quum caput in eis sit radix, brachia, rami, frondes, excrementa, flores, fœtus, fructus, fœtuum digestio, & maturitas, denique vterque sexus. Quorum opinioni philosophorum ille argutissimus Aristo. reffragatur, has solũ non animalia sed aĩata assertans. Plantarum autẽ in vniuersum causa triplex fertur, ex terra productio, ex aqua conglutinatio, ex'igne conglutinationis vnitas. Hæc item in conchis videre licet, lutum ex quo materia fit. Teste ex aqua testacei constitutionem, ignem denique partes eius connectentem. Virtutis igitur omnis manifestatio ab igne fuerit, siccitas enim quę ex igne est, in humidi locum proueniens ob firmitatem in omnibus & animali, & plãta, & metallis digestionẽ creat. Digestio igitur in animali ac planta non adeò, quia horum partes sicut in lapidibus in vnum concretæ non sint, quod'que ex his fluxus quidem prouenit, ex metallis verò & lapidibus minime, qualis est sudor, partes enim ipsarum raræ non sunt, ex quo inde sicut ex animali, ac planta excrementa non exeunt. In quo autem raritas non existit, ab eo omnino nihil exit, quapropter solidum est, in quo quid dilatari possit & penetrare, sicut plantæ & animalia, eoque magis plantæ, quo partes earum rariores tenuiores'que sint, quæ verò rariores eo spirabiliores. Ea demũ causa est, quòd in ijs terrę motus nõ fit, aut cõcussio,

sed in solidis, non arenosis, sed condensis, fit quoque in conchis, vitro, ferro, cæteris'que metallis, nam quũ exitus porosos aer non habeat, scindere necesse est. eadẽ quoq; de causa rariora maioris põderis et magnitudinis supernatãt, aer eñ inclusus qui aquæ naturæ superstat, ad proprium retrahit locum, sicuti & oleo quoque contingit. Hoc enim naturalis calor frigidum attingens, humida & in eo partes pro tẽpore in aerem tenuans ad aquæ superna trahit. Sunt & saxa, quæ ob raritatem non merguntur, vt pumices. Sunt item ligna, quæ ob densitatem præcipitant, vt hebenus. Plantis insuper humor causa est viriditatis, quo quæ magis abundant, frondentes semper vel frequentius manent. Theophrastus in tria cunctas plantas genera diuidit, in arborum, in herbas, & quæ græcorum peritissimi θαμνώδης, hoc est tamnodes, quæ ritè fruticosa verteris, quæ medium inter vtrum'que tenent. Communia ijs omnibus vter'que sexus exceptis paucis. Deinde modũ proueniendi, quos huiuscemodi describit, sponte, semine, radice, auulsione, ramo, surculo, trunco, ligno'que minutatim conciso. Arborum dixit primam differẽtiam, syluestres & hemeras, id est domesticas. Præterea infertiles & frugiferas, peregrinas & peculiares, inter se verò diuersas fructu videlicet folio, flore, semine, cortice, materia, caudice, fructu videlicet vt coniferæ, vt pinei generis, aut pomiferæ vt mala omnia, aut glandosæ, vt quæ sunt in genere glandiferarum, aut bacciferæ, vt laurus, olea, & his similes: folio quo'que crispante, aspero, oblongo, rotundo, angulo so, serrato, lato, angusto, discriminato, insecto, dentato, crasso. Tenui radice verò aut summo solo, aut profundo latè serpẽti, caule vel obliquo vno, vel pluribus alto, vel humili, materia dura vel molli, graui vel leui. Item vel ædificijs apta vel igni, flexili vel scissili, fragili, nodosa, pulchra vel deformi, perpetua vel parum duratura, semine vel cortice, vasculis ac quisquilijs. Differunt item plantæ vita, nam aquatilibus, sunt terrestres durabiliores. Inter syluestres verò & domesticas hoc discrimen est, nam illæ sunt altiores, campestres maiores carnosiores'que, sed deteriores & pallidiores montanis. Aquiloniæ partes & materiam robustiorem & fructus prẽstantiores faciunt: sata in vmbrosis citius adolescunt. Quæ cito proueniunt citius intereunt, vt malus, corylus, punica, pyrus, persicus, vermiculationem omnes sentiunt. Narrantur quorũdam diuturnitates, vt olea Athenis, palma in Delo sub qua Latona peperit vs'que ad tempora Tullij permansit, Oleaster in olympia, fag⁹ in Troia supra tumulum Ilij, Delphis platanus, Romæ ilex. Inter has diuturnitates minimè vitis annumeratur, quanquàm censeat Plinius hic in albo ponendam. Hæc enim sunt quæ à Theophrasto & Aristotele excerpsimus. Hic igitur Plinius arborum communium hoc est vitium commeminit, quas omnibus ferè regionum locis peculiares constat, Plinius eas vocitat arbores, sed an sint, hæsitandum est: communes liquet appellatas iure quidem, nam vt non minus festiuè quàm concinniter ait Columella, author grauissimus libro tertio rei rusticæ. Nos, inquit, cæteris stirpibus iure præcipimus, non tantum fructus dulcedine, sed etiam facilitate per quas omni fere regione mundi, nisi tamen glaciali, vel perferuida curæ mortalium respondent: tanquam faciles campis quam collibus proueniunt, & in densa non minus quàm resoluta, sæpe etiam gracili at'que pingui terra & vliginosa. Verùm an Columella putet vites in albo arborum ponẽdas videre non fuerit ab proposito abiunctum. Quæstio certè apud testatissimos authores agitata diu, Columella profectò libro rei rusticæ tertio, inter arbores minime censendas vites suadet his verbis. De eo, inquit, prius est agendum, quod nobis alimenta præbet, id'que tripartito diuiditur, nam ex surculo vel arbor procedit vt olea, vel frutex vt palma, vel tertium quiddam quod nec fruticem, nec arborem proprie dixerimus, vt est vitis, hẽc ille. His collatis liquet vites non arbores proprie ac apte dici. Vitis nõ arbor.

Subnectit

Subnectit paulò mox Plinius. NOSCENTES TANTVM. Quia hic naturam dotes'que non culturam vitium dicturus est.

Quãuis QVAMVIS ENIM, &c. Quamuis particulam, interrogatoriè legas, pro, quãtumuis, hinc Plautinum id, Quamuis ridiculus est vbi vxor non est.

Festi pax. AC SOCIETATIS FESTE PACIS, &c. Pacis sancitæ ac fœderatæ, pax quàm luculentissimè dici solet festa: nam eo quo die à Romanis sancta erat erga quospiam, à quocun'que opere abstinebant, dijs ritè sacrificantes, quare festa quasi feriata dicta, ac solennis. Et paulò mox sequitur. TANTVM PRISCORVM cura fertilior, &c. Expũgendum censuerim verbum, tantum, & reponẽdum tanto. INTERNITIONE MEMORIAE INDVCTA.

Induce re. Priuatione memoriæ obliterata. Est enim inducere, delere obliterare'que, hinc Suetonius amplissimis verbis collaudatum integrũ restituit inducto priore decreto, hoc est obliterato. SVBIERE RITVS, Successere mores, aliæ'que viuẽdi rationes. IMPERIIS INTRA IPSAS, Artes auaritiæ, subintelligas, detinebantur intra ipsas hominum mentes, nec ab his prodibant, quia non sinebãt euagari, nulla tunc habendi cupidine mortales diuexante: nam principio rerũ gentium, vt cõcinniter scriptum reliquit Iustinus, nationum'que, penes reges erat, quos ad fastigiũ maiestatis imperij non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio extulit, fines tunc magis tueri quàm proferre mos erat. Et sic mentib⁹ hominum artes auaritiæ non inhærebant, non enim tunc habendi sacra fames irrepserat. Et subsequitur. REGES INNVMERI, &c. Palam vtique est. Reges innumeros deorum nomen sibi asciuisse artium vel præstantia, vel inuentione, reges inquam, quibus fuit ingenium solers, promptum, perspicax ad inuestigandas artes. Sunt nobis exemplo Vulcanus, Saturnus, Dionysius, Gorgoris, ille fabricandi, alius vites colendi, arandi, alius mellis colligendi artem inuenerunt, qui omnes præstantia artes inquirendi locò deorum habiti sunt. His annua sacra dicata, his festi dies, his cœnæ dicatæ. Ita'que liquet hanc miscellaneam deorũ turbam defluxisse ab industria. Honore profectò artium inuentarum & colebantur & venerabantur. LAXITAS (inquit Pli.) ET rerum abundantia, &c. Vbi profectò rerum abundantia, vbi ingentia latifundia, vbi honores emerserunt, vbi senator incœptus est fieri pecunia, & donis: omnes virtutes, omnes artes dictę liberales cecidere. Vbi ergo rerum abundantia emersit, ea damno posteris fuit, post quàm censu, hoc est, pecunia senator cœptus est fieri. ORBITAS, Parentum amissio ac orphanitas. CAPTATIO, Fraus decipiendi actus liberales, quia liberales artes solis hominibus liberis congruunt, & non auaritiæ inhiantibus. Est certè liberalium artium homines curis exhaustos efficere, & libertatem elargiri, liberi enim non censentur auari. Aristonimus in historia, vitam auari pollincturę, hoc est, cœnæ mortuorum comparabat, vbi quum adsint cætera, lætitia deest. Theopompus super auari delira mente, id & scitu & memoratu dignum dictitare solebat. Qui, inquit, possidet multas fortunas, ac cum tristitia degit, is omnium mihi videtur, & præsentium, & futurorum infœlicissimus, verùm rem susceptam pertractemus. Subdit Plinius.

SOLA SERVITVTE PROFISCI COEPTVM, &c. Hic Plinius vult asserere miram esse seruitutis diuersitatem, propter varias seruitutis species, & rursus mirã conuenientiam, dum omnes huc spectant vt ditiores fiant, quod me hercules mirum est, quando seruitus præter naturam dicatur, vt ait Pomponius. ff. de statu hominum, quare mirari subit hominum genus, tantis sse generibus seruitutis addicere, ad solas scilicet aggerendas opes, quas crebris fortunę assultibus obnoxias constat. Adde hic vice auctarij male legi.

ALIVS

ALIVS HANC ALIO MODO? &c. Sic enim repurgatius legẽdum contenderim. Hanc alius alio modo & in alijs adorare eodẽ tamen habẽdi questu ad spes omnium tendente voto. Est enim mihi probatissimę fidei codex manu cõ scriptus, vbi lego. Hanc alius alio modo & in alijs adorare, eodem tamen habẽdi quę spes omnium accedente voto. PASSIM ETIAM, &c. Cœptum est, subintelligas. NON deterrebit nos rerum humilitas, &c. Abiectio rerum paruarum non deterrebit quin scrutemur obliterata, & à multis neglecta, quãuis Vergilius videatur multa silentio pręterisse, propter rerum quarundã pat uitatem exilitatem'que, qui solum quindecim genera vuarũ, tria olearum, totidẽ pyrorum monumentis suis traddidit, quùm tamen plura essent genera, assignans tamen tot dotes malo assyrio, vt superiore libro vidimus, vnde ait Pli. POTIVS incipiemus quam à vitibus, veluti dicat non incipẽdum esse nisi ab ijs. QVARVM ait, principatus, &c. Qui mihi codex vetustissimus est nõ ita habet, sed hoc modo. QVARVM principatus in tãtũ peculiaris Italiæ est, vt vel ex vno omnia gentium vicisse vsquam odorifera possit videri bona, &c. Pricipatus vtpote vitiũ Italię multis assignat. PVBESCENTIVM, &c. Exuberantium, ac lanuginem emittẽtium. Vites enim quãdo extuberant, aut lanuginem emittunt, pubescere dicuntur, quare Vergilianum id.

, Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu.

Quando item gemmas emittunt pubescere dici solent. Nulla profecto suauitas prefertur odori vitium pubescentium, quarum odore serpentes albigi memoriæ mandatum est.

CAPVT PRIMVM.

VITES IVRE APVD, &c. Insignes, ac luculentissimas vitium dotes hic pandit. Claro, ac celebratissimo honore antiquitus habitas comprobans deorum simulachro Iouis, scilicet & Ephesię Dianę. Nam & vitigineum fuisse veteribus memorijs simulachrum proditum est. ITEM MASSILIAE, &c. Pateram patens vas vitigineo ligno fabricatum. Massilia fuit ferax vini optimi, quòd liquet carmine Martia. hoc.

, Tu ne Massilię ponere vina putes.

EPHESIAE DIANAE, ab Epheso dictæ, quę vrbs est Lidiæ ab Amazonibus nuncupata, clara equidem templo Dianę, quod ducentis viginti annis à tota Asia confabricatum fuit, Situm'que loco palustri, ne motum terrę sentiret in eo centum. xxv. colũnę à singulis Regibus extructæ miro quidem artificio. Ambigitur tamen fuerit ne id templum Vitigineis, vel cędrinis trabibus afformatum. Mutianus vitigineis, alij cædrinis cõpactum ferunt, sed de hoc aliubi profusius. Metaponti, oppidi Italię, in sinu tarentino, Euocatur, Atrahitur. PALMITES. Columella author quidem naris emunctissimæ, Palmites vocitat quando vua erũpere incipit, crebrius tamen tenerrimos vitium ramusculos, ac sarmẽta vocamus. Deprimitur in propagines, deijcitur aut defigitur. AD Cœli Mores Soli'que ingenia, &c Secundum naturam & situm regionis & proprietatem terrę. Nam & refert cuius generis sit solum & aer quo habitu, vt ait Columel. tertio Rei Rust. Vitẽ, inquit, pro regionis statu colere censeas, ne'que enim omni cœlo, solo've cultus idem ne'que est stirpis idem genus, quod'que præcipuum est ex omnibus facile dictu non est, quùm suum cui'que regioni magis aut minus aptum deceat, quare cœli qualitatem, & soli plurimum vitibus conferre liquet. Ad ingenia Palmites. Ingenia

secundũ proprietates,naturasq́ue,MARITAS'QVE cõplexę,alij maritatas,lego cõcinniter Maritas,metaphora est tracta à nouis nuptis,quas vocam⁹ maritas. Maritæ enim vites nouellę dici quam appositissimè possunt. PROCACIBVS BRACHIIS, &c. Partibus plus æquo sese spargentibus,procaces virgulas dicimus nimiè luxuriantes. BRACHIA, Rami,virgulæ dicuntur. Hinc Varronis illud. Brachia,ait,arborum hyeme ceduntur. Item apud Catonem. Arborũ brachia sitũ lunę aspiciãt,CAMPANO agro. Cãpanus ager nunc Neapolitanus fertur. GENICVLATO cursu, nodo formato,ac tractu iuncturarum. Genu nodũ ac articulum notat,vnde extat id Varronis primo Rei Rust. Cum frumenta,inquit,inceperint in secundo genu exire,hoc est,nodo & articulo.

Maritę. Proca- ces. Brachia Genu.

VINDEMIATOR AVCTORATVS, &c. Mercede cõductus quique sublimitate vitis periclitatur, Auctorati mercede conducti hinc Milites auctoratos vocamus,qui seruiendi stipendio obligati sunt. Exauctoratos contra. Clausularum antelatarum sic se habet sensus. In Campania vites populis arboribus iunguntur tantaq́ue sunt sublimitate, ac luxuriantibus ramis, vt cacumina arborum æquent superentq́ue eousq́ue, vt vindemiator conductus mercede, cogatur tempore collectionis vuarũ,aut amputationis scãnũ accipere,aut quid aliud, quo possit altius attingere, vt vel vindemiet,vel eas facilius amputet. SEQVACIBVS loris,ligamẽtis diffusis. VNA VITIS, Vna stirps. PORTICVS LIVIAE, ab imperatrice liuia,cuius meminit Suetonius in August. Porticus loca esse Vitruuius, ait, proprie clausa à portu loco concluso, in quo naues hyemare solent. Varrò à portãdo deduxit id verbum,vmbrosas deambulationes porticus nũ etiã vocitamus. SVBDIALES, Sub dio siue aere manentes, loca enim sunt aeri exposita, OPACAT, obumbrat,cooperit, EADEM quoq́ue, &c. Eadem Vitis capax duodecim amphorarum musti, quantũ capiat amphora videre est apud Budęum virum elegãtiarum accuratissimum. MIRATVM altitudiuẽ,&c. Sensus est,ac historię series. Fabricius à Romano senatu ad confirmandam pacem erga Pyrrhum regem missus,ad quam stabiliendam Pyrrhus Cyneam cum militia tum spectata virtute celebrem Romam misit, Vbi autem Ariciam Italię vrbẽ appulit,inibi vitium sublimitatem arborum cacumina superantiũ admiratus est, post paululum Aricię ciues eum gratanter,humanè,ciuiliter,accipiunt,obseruãter venerantur, tractãt opipare,pollucibiliter,dapsiliterq́ue,eiq́ue vinum ex tam celsis vitibus propinant, vbi ex eo hausit,libauitq́ue,subausterum acidulumq́ue vinũ comperit,tum facetè vrbaneq́ue,ait. Miror matrem,vitem subintelligens,tam alta cruce suspensam. Hic enim vites æquabant arborum apices. Hic est Cyneas,cuius meminit Iustinus septimo historiæ. Hunc tanta floruisse fertur memoria, vt Pli. prõpsit in literas, libro septimo histo. vt Pyrrhi milites cunctos nominatim appellaret,& sine quidem interprete. Hic Romam regibus dignã sibi visam Pyrrho retulit. Nunc autem ad sequacem verborum ductum redeamus.

Aucto- ratus. Cyneas

RVMPOTINVS VOCATVR, &c. Quidam male & conniuenter legunt Rumbotinus. Est enim Rumpotinus arbusti genus, cuius ita non minus scitè quam graphicè Columel. quinto rei rust. meminit. Est, inquit, alterum genus arbusti gallici quod vocant Rumpotinum, desyderat arborem humilem nõ frondosam, cui maximè videtur idonea populus, ea est arbor corno similis, &c.

Rũpoti nus.

TABVLATA, &c. Rami extensi. Tabulata ramos in arboribus extensos vocamus, Hinc Vergilianum id carmen.

Summasq́ue sequi tabulata per vlmos.

Horum itę etiam Columella tertio rei rust. meminit. Deinde, ait, adolescere incipiant vlmi falce formandæ sunt, & tabulata instituenda.

Tabulata.

PVRO

PVRO PRODVCTOQVE DRACONE, &c Palmite ex tortuositate enato, ac pluribus annis emerito. Est enim Draco palmes plurib⁹ annis enatus, ac emeritus, tortuosusque. IN PALMAM EIVS, &c. Palma vnde vue nascuntur dici interdum solet. Hinc Varronis id primo rei rust. Et vitis eo quod inuenitur ad vuas pariendas dicta primo videtur à pariendo, ex imminutis literis parilema & dalma. P, mutata in D. Subnectit mox Pli. Draco. Palma.

FLAGELLA DISPERGVNT, &c. Flagella dici solent summę arborum partes, ac capita minutorum sarmētorum, vt Columellę placuisse video, quādo ait, quinto rei rust. At in ordinandis vitibus vtique obtinēdum est, ne pluribus flagellis ementientur, &c. Et Varronis id extat. Emucidum sarmentum propter infirmitatem fit sterile, neque ex se potest eijcere vitem quam vocant minorē, flagellū. ADMINICVLATAE sudib⁹ horrēt, defecatius cōtēderim, hęrēt legēdū propter quod sequitur, vineam'que faciūt. Horrere eṁ vites dicūtur quādo asperę fiunt, quare Vergi. ait. Horret ager. Et Columel. secūdo rei rust. Quędam, ait, loca sunt quę solsticijs minus concalescunt, sed hyeme intolerabiliter horrent, qui mihi est probatissimę fidei & syncerę lectionis vetustissimus codex, non horrent, sed hærent habet. ALIAE IMPROBO REPTATV, &c. Alię vites non decenti cursu, exuperantia'que ramorum complētmedia atria modo vinitoris peritia industria've fuerit adhibita. Reptare vites dicuntur quando earum rami longius cæteris virgulis, ac vicinioribus iūguntur arboribus, vel sudibus. PAMPINORVM, Ramusculorum virescentium, aut foliorum vitium, Pampinos iure vitium folia vocauerimus. Hinc Vergilianum id. Flagella. Horrere. Pāpin⁹.

Heu male tunc vites defendit Pampinus vuas.

Hinc pampinare folia vitium, vel ramos euellere. ATRIA MEDIA, &c. Mediam domorum aream, vel medias domus partes continentes, in quibus antiqui aperto ostio epulabantur, dicta auctore Varrone, libro lingue latinę, ab atriatibus populis hethrurię. SINE pedamento, &c. Sine adminiculo, ac fultura pedare vites, adminiculo siue ridica fulcire. VLTRA suos pollices, &c. Vltra suos ramulos crassitudinē pollicari. PASTINATIS, &c. Vitibus subaudias renouatis. Pastinare innouare fodiendo, V V A non aliubi gratior callo, Sic fermè omnes codices habet: quorū lectioni nō arrideo, lego ipse nō gratior, sed crassior, Lubricus lapsus additione vnius literæ, quod satis liquet sequētibus verbis quādo ait. Vt inde possit inuenisse nomē duracini durus acinus, de callo enim hoc est duricię agit. BVMASTI, &c. Bumasti vuarum genera modo mammæ bouis tumescentium, βουμάστος enim, id est, bumastos magna bouis mamma grecis fertur. Hę vuę cibo solum aptę sunt, quod testatissimum reliquit Columella tertio rei rust. Vitis, inquit, vel ad escam, vel ad effusionem deponitur, ad escam nō expedit instituere vineta nisi cum iam suburbanus est ager, vt ratio postulet inconditum fructum mercantibus, velut pomum vendere, quę cum talis est conditio maximè precoques & duracinę tum diu purpureę & bumasti & dactili. &c. Dactili & dactilides vuæ sunt digytali crassitudine, ac forma, quibus placet etiam dactilides palmarum fructus vocare Leptorogas, vuas. ADHAERENT pergulis, &c. Pergulę opus in vitibus topiarium, pergulas nostrates nūc treglas vocāt, hinc vuæ pergulares, quarum meminit Columel. his. Pergulæ vitium generosarum à putatoribus relictę sunt, &c. CONCAMERATAE, &c. Nam constat vuas in loculis, fictilibus, camerulis'que conditas diutius multo seruari. Pastinare. Bumasti. Dactili

IN SVA ANIMA, IN SVO SVCCO ALIIS, (ait Pli.) GRATIAM qui vuis, &c. Quia fumo nedum vuę verùm & vina lautiora commēdabiliora'que fiunt, inueterascunt enim & longius seruantur, vt prompsit in literas

Columella

Columel. xii.rei ruſt. Vaſis item fictilibus optimè cuſtodiri illius verbis dilucet, inquientis. Nihil enim tam certius quam vaſa fictilia facere quę ſingulas vuas laxè recipiant, ea debent quatuor anſas habere, quibus illigata viti dependeant, &c. STIPATAE VIVACEIS, &c. Granis vuarum circundatę, vuarum inquam, iam preſſarum. ANTE EVM RHETICIS, &c. Ante equidē Tiberium vuę rheticę menſis gratæ erāt. Suetonius, Tranq. In Augu. illum aſſeuerat vino Rhetico delectatum miro quidem modo. ACINIS datur paſſis, &c. Vuæ paſſæ ob ſolis calorem, à patiendo dictę, quòd ſolis radijs exponi ſoleant, ac ſic incoqui. Vuarū autem paſſarum Columella, libro rei ruſt. xii. cap. ſexto ita meminit. Legere oportet vuas, luna decreſcente, ſereno die, & ſicco ſolo & ſoli exponere &c. AVSTERITAS PICIS, &c. Pli. alludit ad Columellę aſſertionem de his ita differentis, vuas ollares bumaſtos, vel duracinas cum deſecueris continuo pediculos impicato. Et paulò mox ſubdit Marcus Columella patruus meus vuas legi pręcipiebat pediculos'que earum ſine mora in feruentem dimitti picem, &c. PEDICVLVS pro digytello, quem alij caudā vulgo vocant accipitur, hoc enim vuę, poma, pyra, ſuſpendi ſolent. Hinc poma pediculata, quibus eſt pediculus, quo ſuſpendi poſſint. QVID quòd inſertę, &c. Vt cumulatius fuſius'que comprobet vites clariſſimis dotibus inſignitas, ſummo'que honore fuiſſe habitas, quęrit cur nam caſtris fuerint inſertæ, quare've fuerint in re militari reueritæ. Perpendendum, frondes vitigineas fuiſſe caſtris inſertas cauſa deſidiæ fugiendę, & deſides milites puniēdi argumento. Vitis enim geſtamē erat, cuius ſigno in ordinandis muniendis'que caſtris, pigri milites puniebatur, quare cecinit Iuuenalis. Nodoſam poſthac frangebant vertice vitem. Si lentus muniret caſtra dolabra. Et ſubdit Plinius. ATQVE etiam in delictis pœnam ipſam honorat, &c. Ex enim lege de ſupplicijs militum veteri, ab claris authoribus hæc hauſimus. Scipio Aphricanus qui Numantiam obſedit, ſicubi extra ordinem milites romanos deprehendiſſet acribus pœnis afficere ſolitus eſt, vt qui ciues vitibus alios cædi virgis, alios iuberet, vti apud Liuium videre eſt abundē. De vite autem quam centuriones pręferrent, non poetę tantum, ſed Aurelius Macrob. meminerunt, hic de Adriano agens, quod is quidem nulli conceſſit niſi robuſto & egregiæ famæ viro. Hæc enim me oportuit annotaſſe, quo deliteſcens Pli. ſenſus fieret cognibilior. Sed quod ſequitur maiorē multo poſcit indaginē hoc enim eſt. NEC NON Vineę oppugnationum rationem dedere, &c. Quæret hic Plinianæ lectionis ſtudioſus quænam ſit hæc oppugnationum ratio, quam vineæ dederint perpendas oportet. Plinium alluſiſſe ad ea bellica inſtrumenta, quæ vineæ clariſſimis authoribus dicuntur, hoc eſt, Tito Liuio & Vegetio, ſunt profecto vineę, vt vegetio placitum comperio, quarto rei militaris, inſtrumenta bellica, lignis compacta, lata pedes octo, alta ſeptem, longa, cooperta duplici ligno, cratibus'que contexta, latera habent vimine ſepta, ne ſaxorum telorum ve, impetu frangantur, extrinſecus ne comburentur crudis, ac recentibus corijs integuntur, quùm plures fuerint iunguntur ordine, ſub quibus præliantes tutius ad muros oppugnādos decertant, ad quod alluſit Pli. quando ait. NECNON vineæ rationem oppugnationum dedere, &c. Adde hic vice plauſibilioris lectionis, ſub vitem iacere dici ſolitum antiquitus, quando veles, ſub manum ſurſum iacebat. Et ſub vineam, quando milites centurionibus aſtantibus iacere cogebantur. Et ſubnectit Plinius. NAM IN MEDICAMINIBVS, &c. Libro vigeſimotertio Pli. Vitium folia frōti appoſita capitis dolores tollere ſcriptum reliquit Cornelius Celſus, Romanæ pariter at'que grecæ lingue conſultiſſimus eo libro quem de medicina poſteris legendum reliquit. Vitium folia aqua frigida prius tincta ſtoma-

Vitis cē turionū

cho appoſita

cho apposita peste laborantibus, mire conferre memoriæ mandauit, verò de vitiũ vi medica, libro antelato verbosius differemus, vbi Plinius ait. AVERNO SECANO'QVE, &c. De Auerno agro, qui situs est in Auernia gallica parte intelligit, quare facile est conijcere Auerniam optimi vini feracem quondam proclamatam, de Secano vino, intellige id quod Burgũdia profert. Burgundia, inquã, qua nunc imperator potitur, nec possum mihi persuadere Pli. de eo vino quod Belna, quæ Francorum regi obsequitur producit intellexisse, quòd Sequani potissimũ dicatur hij, quos nũc comitatui subditos dicim⁹, si hoc verbo latia lingua vti nobis permittat. De Heluetico, illud vinum est quod apud Germaniæ populos nascitur. Refert Strabo, libro secũdo Geo. Mira de fertilitate vitis, in Margiana, ait, sæpius vitem inueniri asserũt, cuius stipitem duorũ vix hominũ vlnæ complectatur, racemum duorum cubitorum longitudinem implere. Parem & Arianam esse dicũt vini autem etiam vbertate superare. Iñ ea vinum ad tres ætates, id est, nonagesimum annum perdurare, idque in vasis minimè picatis, &c.

CAPVT SECVNDVM.

GENERA. &c. Vitium inclytis dotibus promulgatis, haud fuerit alienum earũ genera enucleare. Hic Pli. asserit. Democritum vno numero vitium genera comprehẽdisse. Plura autem earum esse genera cum Macrobij, tum aliorum auctorum assertione liquet, ille tertio Saturnaliorum hęc affert in medium genera. Vuarũ, inquit, ista sunt genera. Aminea, à regione. Nã & aminei fuerunt vbi nũc est falernum. Asinusca, Albana, Atrusca, Apiana, Apicia, Bumammia, Duracina, Labrusca, Melampsithia, Maroniana, Mareotis, Lagea, Numentana, Pręcia, Prammia, Psithia, Pileotica, Rhodia, Stephanitis venuncula, variola, hęc ille. PRINCIPATVS, (inquit Pli.) DATVR AMINEIS, &c. Constat lectione Macrob. amineas vites vuasque non dici ab, à & minio vt scioli oscitanter putant, sed à populis. PROPTER Firmitatem, &c. Quia vnũ ex eis firmissimum est, quare Vergilius cecinit. Amineę.

, Sunt & amineę vites firmissima vina.

Columella vberioris disciplinę scie͂tissimus amineas vites cæteris esse multo pręstantiores ostendit his. Solę, inquit, traduntur amineæ excepto cœli statu minus frigido vbicunque sint, etiam si degenerent sibi cõparatæ, aut minus probi gustus viam præbere & cæteras omnes sapore præstare. EX HIS, (inquit Pli.) GERMANA minor acino, &c. De his agit sic, Columella, libro antelato. Ęc cum sint vnius nominis non vnam speciem gerunt, duas germanas cognouimus, quarum minor & ocyus & melius deflorescit, habilis arbori necnon iugo, illic pinguem hic mediocrem terram desyderat, longeque pręcedit maiorem, quia & ventos & imbres patitur. Nam maior in flore celeriter corrumpitur, & magis in iugis quam arboribus, hęc ille. Iugum in vitibus dicitur quum duabus perticis fixis aliæ super alias alligantur, in quibus vites cõiunguntur & quasi iugum & summitatem faciunt. Hinc iugatæ vites & iugari dicuntur quando constituuntur. Iugum.

GEMELLARVM, &c. Harũ Columel. libro tertio rei rust. ita meminit. Verùm & alię duę gemmę, quę ab eo duplices vuas exigunt, gemellę dicuntur austerioris vini, sed ęque perennis. Subdit paulò mox. EX HIS minor austro læditur, &c. Astipulatur Columellæ, cuius hęc sente͂tia est. Earum minor vulgo notissima quippe Cãpaniæ celeberrimos vesuuij montes surre͂tinosque vestit. Vites iugatę.

Hilaris

Hilaris inter æstiuos fauonij flatus,austris affligitur vesuuio monte. Mons Vesuuius bonitate vini cœlebratus. Hinc Homerus Mantuanus.

, Hic est Pampineis viridis vesuuius vmbris.

SVRRENTINIS, à Surrento Cãpaniæ oppido. QVINTVM genus lanatæ, &c. Vitis à lanugine qua vestitur lanata dicta est,cuius ita Columel.meminit tertio rei rust. Lanatam quoque amineam quidam maximè probant, quæ ideo nõ hoc vocabulum vsurpat,quòd sola ex amineis, verum quod præcipuè canescit lanuginè, sed leuioris quàm superioris crebram quoque materiam fundit, atque ideo propter Pampini densitatem parum rectè sæpe deflorescit,eademque maturo fructu celeriter putrescit. NE SERES, &c. Populos apud quos arbores lanatę visuntur,vt prodit Herodotus. Sunt tamen qui Seres interpretentur Vermes Sericum texentes, de quibus libro vndecimo egimus.

VEIANTANIS, &c. Ab vrbe veios feraci optimi vini,quare Horatius ait. Qui Veiantanis festis potare diebus.

RVBELLAS, &c. Alludit ad Columellam ita festiuiter prodentem,sed earum quoque feracior est minor,cuius folium parcius scinditur, & materia ita nõ rubet,vt amineis à quo colore Rubellianę nuncupantur. ET FAECE, &c. Expunge Fæce nimiæ,& repone,Fęceniæ. Eadem,inquit,Columella,libro tertio rei rust. Fęcenię quòd plus cęteris Fęcis habẽt. APIANIS apes dedere, &c. Allusio est ad Columel. qui ait. Pluuijs & vẽtis adferunt apibus prædam,quarum vocabulo ob depopulationẽ cognominãtur, atque hę gustu preciosissimæ. Subdit. Ex His duo gen. Columella tria genera vitium apianarũ ponit de his ita agẽs. Magnis etiam dotibus tres apianę commendantur,omnes feraces, iugoque & arboribus idoneę,generosior tamen vua quę nudis folijs est. Nam duę lanatę quãuis frõdibus & pari palmitum facie fluxurę qualitatum sint dispari des quum tardius altera cariẽ recipiat vetustatis,pingui solo feracissimę, mediocri quoque fœcundę præcocesque fructus. Subdit Pli. SITVS FRIGIDOS, &c. Columella de hoc ita habet: ideoque frigidis locis aptissimę vini dulcis, sed capitis neruis venisque non aptę, si immaturę lectę. VERNACVLIS, &c. Communibus & domesticis. CAETERAE aduenere chio, &c. Chios insula maris Aegei optimi vini feracis,quare Tibullus ait.

Fecenię

Chios.

, Nec mihi fumosos veteris proferre falernos

, Consulis & chio soluite vincla cado.

Thasus

THASO, Thasus ex insulis cyctadibus vna, vbi vina bonitate commendantur, hinc Thasię vites,& vina Thasia,quorum meminit Vergi. quando ait.

, Sũt Thasiæ Vites, sunt & Mareotides albę. GRECVLA, Vitis,CO ALERE non possit,alij male,prosit, legunt. EVGENIAM VITEM. Huius meminit Columella,libro tertio his. Frigidum solum & rosidum & cœlũ commodissimè sustinent,sicut Eugenię dum sunt in albano colle,nam mutato loco vix suo nomini respondent. Tauronimitani,à Tauronimio monte, vbi est vrbs eiusdem nominis. ALBANO AGRO, &c. Ab alba dicto. Est enim duarum vrbium nomen,quarum vna est in latio,cui Ascanius nomen dedit,atque ab eo condita,vt ait Liuius. NEQVE vsquã totæ transeunt, &c. Quia si abundè fuerint annexę transiatę ve, multum bonitatis amittunt. Nam vt verissime prodit Colu. Plærumque degenerat surculus, si aut situs agri, aut aeris qualitas repugnet,aut etiam si ex arbore in iugum defertur, ita de frigidis in calidum, & calidis in calida, de vineis in vineas trãsferemus, ex frigido in calidum, potiusquã è calido in frigidum, quoniam omne genus vitis tũ maximè prędictum magis naturaliter lætatur tepore potius quam frigore, hæc ille.

ALLOBROGICA,

ALLOBROGICA, &c. Sabaudiensi. RHETICA, A Rhetis populis, q̃ à Rheto Gallorũ duce dicti sunt, hic vinũ rheticũ, qđ authore Stra. lib. ii. ĩ mõtanis rhetorũ radicib⁹ nascitur, qđ & cõprobat Ptholę. lib. ii. PICATAM, pice illitã. CVM ea flores Biturica, Vitis à Biturigib⁹ dicta, facile est cõiectu cũ Pli. ꝟbis, tũ Col. Bituricas vites, & honore, et bonitate, et copia antiquit⁹ differtas. Harũ Col. li. iii. c. ii. ita meminit. Possunt tñ sc̃dæ notę vites ꝓuẽtu ac vbertate cõmendari, qualis est biturica. Subdit Pli. OB hoc Sabinis collib⁹, A Sabinis Italiæ populis. HELVOLAE sæpi⁹, &c. Heluolæ partim rubẽt, parti rufæ sunt albæque. Cato Heluolũ inter rufum & albũ colorẽ vocat Colu. quo dixim⁹ loco, de hoc ita habet. Sũt nõnullę heluolę quas nõnulli varias appellãt, neq; purpurę neq; nigrę, ab hel buo (nisi fallor) colore vocitatę, melior est q̃ nigrior, abũdãtia vini sed sapore ꝑcio sior, color acinorũ ĩ neutra aspicitur ęquali vtraq; cãdidi musti, alterna vice anno= rũ pl⁹ aut min⁹ deferunt, hæc ille. MATERIES plurima. Plurimũ lignũ Colu. materiã vocat ĩ vitib⁹ lignũ qđ intra corticẽ est. DYRRACHINI, Populi à dyr rachio ciuitate ꝓxima Tarẽto. BASILICAM, &c. Sũt qui legãt ꝓpera balisca. Est em̃ basilica gen⁹ vitis, cuius Col. meminit inquiẽs. Vuã etiã ꝑcoque vitem no= bis ante hoc tp̃s incognitã greca cõsuetudine dracõtiõ vocari comperimus, quæ iu cũditate, fœcundita 've arselatæ basilicæ bituriceq; comparari possit. COCOLV BEM, &c. Cocolubis genus est vitis, de qua ita Col. lib. iii. inerticula nigra, quam quidã greci a metistõ appellant, põt in secũda tribu esse, q̃ a boni vini est, & ĩnoxia, vnde nomẽ traxit, q̃ iners habetur ĩ tentãdis neruis, q̃uis gustu nõ sit hebes. AL= BVELLIS summis, &c. Albuellę vites summis arboribus aptæ sunt. Albuelis ĩquit Colu. vtilior vt ait Cel. ĩ colle q̃ in cãpo, in arbore q̃ in iugo, in summa arbore q̃ ima, ferax & frequẽtis materię. VISVLA ĩmis, arborib⁹ subaudias. Pricipẽq; Heluenacã. Hui⁹ meminit Co. his. Tertiũ gradũ facit earũ Cel. q̃ fœcũditate sola cõmendãtur, vt tres heluenacę, quarũ duæ maiores nequaq̃ minori bonitate et a= bundãtia musti pares habentur. MINOR (ait Pli.) QVAM arcã vocãt, Expũge arcã & repone Emarcũ, vñ Co. iii. rei ru. Earũ, inq̃t, altera quã Galliarũ ĩcolę emar cũ vocãt, vini mediocris, & alterã quã lõgã appellãt. CIRCINATO folio, Rotun do. CARBVNCVLARI, &c. Carbunculũ, hoc est vredinẽ. Est carbunculus vi tiũ in vitibus, q̃ñ amburuntur affliguntur'que vredine quadã & sterilitate. Spionia, Colu. spioniã dapsilẽ vocat. At, ait, spionia dapsilis musto, & amplitudine magis vuarũ q̃ numero fertilis. Sunt paulò mox q̃ legant veniculã, ego venuculam lego, quare Colum. ait vt oleagine, & murgentina, Pompeiana numisiana, venucula, ea= dẽq; scirpula fregellana &c. EFFICACISSIMA testis, Vasis fictilibus reponi, idonea. Testa ꝓ vase fictili poni assolet nõ illepidè, quare Tibul. hoc extat. Pars, aluit vites, & succos cõdidit vuę, Funderet vt nato testa paterna merum. CIBA RIAE vtilitatis, &c. Quia solum cibo aptæ.

Circina to. Carbun culari. Testa.

CAP. III.

ET HACTENVS, &c. Publicis ac cõibus gñibus vitiũ effusissimè dis= cussis, regionũ locorũq; gñã nouisse hic nõ obfuerit. Multa ꝑfectò vitium gñã eẽ palã est, quarũ ĩterpretamẽta & originẽ cũ certa nomẽclatura et ve ro etymo nõ facile fuerit dicere, qđ nec potuisse Colu. asserit, neq; em̃, vt ait, poeta, numero cõprehẽdere refert. Quẽ q̃ scire velit libyci equoris idẽ. Discere q̃ mul tę zephiro ꝟsentur arenę. Quippe vniuersę regiões regionũq; penè singulę partes habent ꝓpria vitiũ gñã, q̃dã etiã stirpes cũ locis vocabula mutauerunt, quare pru= dentis ꝑceptoris vt cũ nostro Colu. loquar, est, eiusmodi nomẽclatiõis aucupio quo potiri nequeat studiosos nõ demorari: quare plæraque sequentium vitium gñã vo tis legentium relinquenda sunt. Insito mista, ꝓposito ac ordinatiõi inserta. Tuder nis, populis ab Tuder in Italiæ regione oppido. Thuscis, A Thuscia regione Italiæ, Aretio, oppido Thusciæ, Etesiaca, vitis subintellige, vmbriæ regioni Italiæ.

MENENATI, agro. Menenates nō pcul ab Vmbria. PICENO, ab regione Italię, in qua esculū cōditū à Pico Martio, vt ait Stra. libro. V. Amiternino, &c. Ab Amiterno Cāpanię oppido. Laureti, ab oppido Laurēto. NAM Gauranas, &c. Vites à Gauro mōte cāpanię, hinc vinū gauranū. Tarētinū, à Tarēto oppido. Capnias, Tarrupia pharia vitiū gňa. THVRINIS, Populis in tertia regione Italię. Pisæ, vrbs, de qua li. iii. hi. Prusinię, alij pusina legūt. Tapsia, A tapso isula. Mareotides, A lacu mareotide in ægypto. Lageas, Quidā deluxati codices habēt absonè, largias, qñ legēdū sit lageas, vnde Vergi. ait. Et passo psthia vtilior, tenuisq; lageos. ORTHAMPELOS, Vitis hastas longas habēs, folia aspere stigno similia. Nescio tñ an iure ampelos vitis gen⁹ dici debeat, nā Pli. lib. xxvii. inter herbas, libro verò. xxiii. inter vites annumerat, nōnulli vitē syluestrē, nō eā quam labtuscā vocamus, sed aliud quoddā gen⁹. Theop. ix. plāta. radicis huiusce vitis ita meminit τερμαντικὸν δὲ καὶ δριμὺ τῆς ἀμπέλου τῆς ἀγρίας ἡ ῥίζα διὸ καὶ εἰς ψίλωθρον χρήσιμον καὶ ἐφηλίδας ἀπάγειν κάρπος &c. Que nihil aliud sibi volunt q̃, Calefacit acrisque est & syluestris vitis radix, eā ob causam depilādo est, & cutis aspredines exterit &c. Sed de his lib. xxiii. agem⁹, quare ad sequacē sermonis ductum accedamus. BIMAMMIAE, &c. Binas habētes mām̄as. Tripedanea à mēsura triū pedū. Stephanitis, Vitis coronaria, nā ex ea coronæ fiunt, quare ita sibi nomē asciuit. Hui⁹ affati Col. meminit lib. iii. Vncialis Col. vnciariā vocat. ALOPECIS, Dicta alio & ptrito vocabulo cauda vulpina, alopex eñ grecis, vulpes fertur, sed de his hacten⁹.

Stephaniti. Vnciais vua.

CAPVT .IIII.

CATONVM ILLE, &c. Vitium generib⁹ vbertim discussis, nunc earum insignia auspicatur, dictur⁹ etiānum celebres vinitores, qui summo studio in excolēdis vitib⁹ tot sudores hauserunt, quique circa eas tātum laborarunt, Cato nē pculdubio primo Romano generi præcepta excolēdarū vitiū dedisse Pli. asseuerat, iure quidē, palā vtique est Catonē eo lib. quē de re ru. posteris legendū reliquit genera vitiū, culturāq; earū graphicè ac cōciniter disseruisse, et multum lucis his intulisse. Subdit paulò mox Pli. QVI locus optimus, &c. Verba sunt Cato. quo diximus lib. Cat. Varro vtriusque linguæ pitissim⁹ astipulari videtur lib. i. rei ru. Vinea in quo agro serēda sit obseruādum est, qui locus optim⁹ vino sit, & ostēt⁹ soli amineū minusculū & geminū eugeneū & helueolum seri oportere, q locus crassior sit aut nebulosus, ibi amineū mai⁹, aut apiciū, aut murgentinū, aut lucanū seri. Cęteras vites & de his miscellas maximè in oē gen⁹ agri cōuenire, &c. Est pfectò in cōperto, & terræ & cœli qualitatē in his vitiū generibus cōserēdis iuuare. quare post hoc nō ignorabit prudēs vinitor, pl⁹ posse qualitatē cœli frigidā, vel calidā, siccā vel rosidā, grādinosā vētosamq; vel placidā vel serenā, vel nebulosam frigidę vel nebulosę, duorū generū vites seu pcoques aptabit, quarum iter caligines vuę deflorescāt. At si voto est vineis eligēd⁹ loc⁹, & stat⁹ cœli sicut verissimè cēset Cels. optimū est solum, nec dēsum nec resolutū nimis. Soluto tamē propius nec exile, nec lętissimum, proximum tamen vberi, nec cāpestre nec præceps, simile tamen edito cāpo, nec siccū nec vliginōsum, modicè tamen rosidum, quod in fontibus non in summo, nō in profundo terræ scaturiat. Sed vt vicinum radicibus humorē subministret, eum'que neq; amarum nec salsum, nec saporē vini corrūpat, & incremēta virentium veluti quadā scabra rubigine coerceat, si modo credimus Verg. pdēti. Salsa autē tellus & quę phibetur amara Frugib⁹ infœlix ea, nec māsuescitarādo, Nec baccho gen⁹ aut pomis sua nomina seruat. Verū nūc veluti postliminio reuersi ad cōstitutū aduolet nostra oratio. HVMANO generi, &c. Vet⁹ lectio, nō humano sed Romano habet, sic eñ sensus est germanus,

manus, nã si humano legas falsum erit quod Pli. ait quando ante Catonẽ fuere qui docuerint vitium culturas, vbi etiã legitur. ILLIVS æui cõfessione, &c. Qui mihi est codex vetustissimus hoc modo habet, ille verò qui cõfessione. Vet⁹ itẽ lectio nõ habet participiũ hoc testatus, frustra eñ positum cõtẽderim, nec vita profecerit, sed vita proficere. Veterũ itẽ codicum lectione nõ spectatur verbũ legitur sed expectatur. OSTENTVS solibus. Radijs solaribus expositus, gen⁹ eñ vitis aut roscidũ, aut soli ostẽtum locum exposcit, quare prouideat oportet agricola quarũlibet vitium naturã, quæ inter has diuersas qualitates magno eget tẽperamẽto, vt prodit Iuli⁹ grecinus, quod in corporibus nostris desyderatur, quorum bona valetudo & frigidi, & humidi, & aridi, & densi, & rari quasi examinato modo cõtinetur. Vlterius solet etiã status cœli suffragari, cuius regionẽ quã spectare debeat vineæ vetus est dissensio. Saserna in re rust. exercitatissim⁹, solis ortũ vitibus peraccõmodũ scriptũ reliquit, mox deinde meridiẽ, tũ occasum. Tremelli⁹ meridianã partẽ vinetis idoneã memoriæ mãdauit. Verg. occasum repudiat hoc vsu. Ne ve tibi ad solẽ vergant vineta cadentẽ. Democri. plagã cœli septẽtrionalem maximè ꝓbat. Mago carthaginensis quia existimat ei subiectas feracissimas fieri vineas, Colu. tamẽ locis frigidis in meridiano vineta subijci oportere tradit, tepidis oriẽti aduerti, sed de his alibi copiosi⁹ agetur. CAETERAE vites, &c. Nonnulli codices incõcinnè habent misellæ, quãdo legẽdum sit miscellę, Vocam⁹ eñ miscellũ quod se alijs rebus miscet, à mistura dictũ. Sunt eñ vites miscellæ, q̃ omnibus ferè cãpis regionibusque proueniunt. Varro miscellũ quoddã genus columbarum, quod nec agreste, nec domesticũ sed vtroque tẽperatum vocat. IN LORA, Quia harũ miscellarum vitium vuę fundunt vina operaria, Lora, vinum est secundarium operariumquè, gręci vina huiuscemodi vocãt δευτερία .i. deuteria, de quib⁹ paulò inferius agem⁹. AD fabrum ferrarium, &c. Quia fumo fornacis fabri ferrarij vuę expositæ vicẽ vuarum passarum supplẽt, Varro scantiana etiam poma vocat, quæ cõmodissime dolijs cõdi solẽt. Subdit Pli. SVMMAM ergo adeptus est, &c. Et quod sequitur. SED maxime steneli, &c. Haud satis accurate hoc totum legitur. Et si Hermola⁹ limã huic loco apposuerit, Budeus huic lucẽ intulit nõ mediocrẽ. Hic eñ Pli. Palemonẽ nõ virtute animi certo've consilio, sed vanitate quadã: multa ante documẽta prębuisse innuit, itẽ & primo cœpisse hę prędia excolere. Cęterum vbi legitur mercatũ, mercato, Rus lege, vbi nobilitas, lege notabilitas, vel vt vult Rhena. nota vilitas. Itẽ vbi legis, Sed vanitate q̃ primo notata in illo fuit, lege, Vanitate primo q̃ nota mire in illo fuit. Et paulò mox sequitur. ET nouissime Anneo Seneca, &c. Vult autẽ Pli. asserere illud Palemonis prędiũ in momẽtano agro ꝓpter vberrimũ prouẽtũ tantã acquisiuisse laudẽ, vt Anneũ Senecã nõ puduerit id prædium emere quadruplicato præcio, quod Senecæ factum è vulgo fortassis & inanium numero nemo admirari debet, ideo ꝙ hortorum ac villarum possessione, & potẽtia, nimirum negocijs innumeris & oĩm fauore non solũ principis Neronis, sed reliquorũ ciuium tum imprimis populi, quæ resilli inuidiam conciliauit. Hic enim Pli. taxat Senecã velut reprehẽsione dignũ & cupidissimũ bonorũ ciuiũ prędia desiderãtẽ, diuitiasq; auiditate illa cœmẽdi, quam & ipse Senẽ. taxat, vt liquet oratione illius apud Tacitum. Vbi est, inquit, an nusille modicis contentus &c. Illud quod habet. ET nouissime Anneo seneca, &c. Paulò tersius concinniusque hoc modo legi potest. Et nouissimè Anneo Seneca principatu ditionis ac potentia, quę postremo superfuit ipsi nemine vtique miraturo inanium tanto prædij amore capto, sic Rhenanus legendum censet, cuius opinioni album calculum adijcio. Hic Palemon est, qui tantò supercilio tumens fuit, vt eum non puduerit Varronem illum Marcum porcum nominare, dictitareque

Miscellæ.
Lora.

ctitare'que hunc ferunt, & secum natas & morituras literas. SED maxima steneli, &c. Fama suppleas. E PLAEBE libertina. Libertinos em ex iusta serui tute manumissos vocam⁹, quẽadmodũ ingenuos, cõtra, hoc est nõ ex libera matre natos, Libertini itẽ dici solẽt qui ex liberis creati sunt, quare Trãquil. in Claud. Ignarus, inquit, temporibus Apij, & deinceps aliquando libertinos ipsos dictos nõ ipsos qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos. Decimi lapidis. Apud veteres milliaria lapide signabantur, quare lapis pro milliario poni assueuit, hinc ad tertium lapidem, vel quartum vel quintum, pro tertio, quarto, quinto milliario. Gracchus enim dimenso viarum spacio singulis milliarijs lapideas colũnas cõstituit, quare ad quartum lapidem diximus, pro quarto milliario. RVRE LINTERINNO. A Linterno Campaniæ oppido, vsquequaque, passim vno quo'que loco, pastinatas, innouatas, refossos. ADDICTA pendente vindemia, &c.

Addicere. Vindemia vẽditioni exposita, nam addicere est vẽditioni exponere, aut auctione aliquid vendere. NOVISSIME Anneo Seneca, &c. Colu. tertio rei rust. vinearum Senecæ ita meminit. Sed nunc Nomentana regio cœleberrima fama est, illustris precipue quam possidet Seneca vir excellentis ingenij at'que doctrinæ, cuius in prædijs vinearũ singula iugera culeos octonos reddidisse plærun'que cõpertum est. Cæcubis, à Cecubo agro Campaniæ, vbi vina generosa nascuntur, hinc cecinit

Cecuba , Martia. Cecuba fundanis generosa coquuntur amicis. Setinis, à Setia vrbe, quæ ferax optimi vini est, quod liquet carmine eiusdẽ inquientis. Pẽdula pontinos quę , spectat Setia campos Exigua vetulos misit ab vrbe cados. Inter vtpotè genero-

Setina. sas vites, Cecubę solent annumerari, vt conijcere licet lectione Colu. ita agẽtis, lib. tertio. Ne'que enim dubium est Massici surrentinique & albani at'que cecubi agri vites omnium quas terra sustinet in nobilitate vini principes esse. SEPTENOS

Culeus. culeos. Culeus genus mensuræ. xx. amphorarum capacis, nã duo culei, vt ait Iuli⁹

Amphora. Bassus. lx. modij sunt, quare Colu. vocat vasa sesquicularia. xxx. amphorarum Centenæ enim amphoræ duodeni sunt modij, & semodius, sedulum ruris larem, fundum diligentem & sedulo cultum, veluti afferat, non maria, non denique cæteræ merces impensius conferunt, quã vitium vinique cultura & nobilitas. NASCITVR Smyrnæ, &c. Smyrna oppidum minorum Asiæ. MATRIS deũ, Sybeles. LVCIO Opimio consule, &c. A quo vinum opimianum dictum, vt paulò fusius videbimus. CARIE indomita, &c. Vetustate. VSVRA multiplicata semissibus, &c. In vsuris semissibus, millearius quilibet sexegenarium parit, & quinquagenarius tricenarium. Summa ergo semissis vsuræ erit annua mille septingenti quadraginta nummi, quæ in biennio duplicata tria millia quadragintos octoginta nummos efficiet. Semissium vsurarum, de vinearum reditu meminit Colu. iii. rei ru. ca. tertio. Vini apothecæ, Repositoria vini. Singulis testis, singulis vasis. Horum enim sensus est. Quare si eius temporis Opimiani æstimatio ne in singulas amphoras centenos nummos statuas, ex bis tamen vsura multiplicata semissibus in C. Cęsaris principatu anno. clx. semisses vsurę centũ &. lx. annorũ, hoc est, centies sexagies seni nũmi nongẽtes sexaginta nũmos efficiũt. Quib⁹ si sors addatur, fiunt mille & sexaginta, vt ait Hermolaus Barbarus, cuius opinionẽ plerique respuũt, quando sortis & vsurarũ ratio sit habenda alias. In amphora em octo et quadragita sextariose ẽ cõstat, &. xii. cyathos, vt abũdẽ liquet, quos numeros si iter se ducas fiũt cyathi, quos Pl. vncias vocat. Adde hic loco auctarij testã hic

Culeus nõ capere min⁹ liquoris q̃ capiat amphora. Itẽ culeũ, aduerte duos nostros modios & semis capere, hoc est. lx. modios Romanos. Magnum autem vas fuisse apparet, quod in culeo scorteo damnati lege Pompeia cum cane & gallo, & vipera insuebãtur. Sed de his nec verbosius.

CAPVT

CAPVT .V.

VINO NATVRA EXHAVSTO, &c. Post vbi insignia vitium non minus appositè quàm graphicè palàm nobis fecit Pli. Nunc vini naturam iure enodandam censuit, ad quæ multa nobis dicenda ingerunt. Galenus inter medicæ artis professores, author primæ notæ, tertio complexionum & octauo simplicium, vinum calidum in secundo ordine, vetustius in tertio, mustum in primo memorię mādauit. Diosco. libro. v. veteri neruos lædi sensus scriptū reliquit, musto egre concoqui ac inflare, insomnia generare, vrinā ciere. Sed quodnā melius dicatur medicis quæstio est, Paulus Aeginita primo medicinæ suæ cōmentario, cap. quo de viribus vini agit breui sententia, vt solent medici aphorismo quodam omnium aliorum optimum hoc decreuit ἄριστος δὲ τῶν οἴνων ὁ κιῤῥὸς τὴν χρόαν, quòd si latinè verteris est: Vinorum autem omnium optimum quod colore cirron, hoc est inter albū & nigrum, quòd lingua vernacula vocat claretum, sed de vi vinorum fusius libro vigesimotertio agemus. Nunc quæ sint instituto congruentia dicamus. ANDROCIDES (ait Pli.) SAPIENTIA CLARVS, &c. Taxat concinniter Alexandri ebrietatem, qui se tanto vino mancipabat, vt duos dies, noctes totidem post plus æquo dormitabat. Vinum profectò multorum ægregias virtutes legimus obscurasse apud Atheneum, inter quos Lysander est dux Lacedæmoniorum, alioqui cæteris in rebus frugi, Antiochus magnus dies totos dormitare solebat ob vinolentiam, vesperi excitabatur ebrius, multa dicebatur vaticinari, ideo duos habuit regni rectores, Aristonem & Themisonem. Cyprios fratres quos maximè amabat, cum bellum cum Romanis sumpsisset captus amore puellę Chalcidensis quādo iam pugnaturus esset nuptias cœlebrauit, hyemeque tota cum ea vino indulsit, ex quo superatus aufugit Ephesum, verùm vt ad Alexandrum reuertamur, quem Quintus Cursius, item & Menander, œnopipam siue vini amantissimum testātur Menādri hoc dictum, de eo est Ἀλεξάνδρου πλέον πέποκας τοῦ βασιλέως quod est, plusquàm Alexander rex bibisti. Si huic lectioni liceat nunnullos vino distentos annectere, iure annumerauero Dionysium minorem, tyrannum, ex quo corruptos habuit oculos, coronam ille auream bibentibus proposuisse dicitur, Alexander item primo Indos qui maximi potores erant, ad ebrietatem inuitauit, quidam choas dicitur bibisse talentumque tulisse, ac biduo tantum vixisse. Mitridatē etiam ferunt polyphagiæ ac polyposiæ, hoc est multæ commessationis & vinolentiæ studiosum, talentumque aureum bibentibus proposuisse. Subdit Plinius.

SICVTI venenum est homini cicuta, &c. Quemadmodum certè cicuta est venenum homini, ita est vinum, aut sicut vinum est venenum cicutæ, ita & homini, Vinum profectò cumulatius ac impensius quā liceat sumptum, homini venenum est. Gale, ille inter medicos extra omnem ingenij aleā positus. i i. interio. refert quendā cum vinum vetus sumpsisset largius ex siti, factum inde semper vigilem. Cæterum illud sanè memoratu dignum, quod nobis in aliena castra transeuntibus pro more ex Gale. cōpertum est libro de iuuamine anhelitus, vinū ex terra sibi admixtas sapores adaptare, sed in regionē quadā ait Gal. vinū ad ignē vtribus appensum obdurescit, in salis modū aqua euaporante. Aristot. eam regionem quam Archadiam vocat dixisse videtur, quarto interiorum. Adde hic modo auctioris lectionis, vinum olygophorum dici, quod tritius pauciferum & non multum aquæ patiens dixeris. Contra polygophorum, quod multæ est aquæ patiens, vt est sole coctū & defecatiꝰ. Plutar. vocat vinū vehemēs caroticū, qm̄ soleat capiti grauedinē igenerare. Nō ergo plꝰ nocet cicuta hoī q̄ faciat vinū, cicuta em̄ herba

Olygophorū.
Polygophorū,

est summæ frigiditatis, vique frigorifica hominem necat. Venenosam facile conijcere possumus verbis eiusdem authoris, qui libro. xxv. capi. xi. de hac ita agit: Cicuta venenum est publica Atheniensium pœna, semen habet noxium, folia coriandri, teniuora tamen, graui odoratu, semini & folijs refrigeratoria vis, quę si necat aliquos, incipiũt algere ab corporũ extremitatibus. Remedio est priusq̃ ad vitalia perueniat, vini natura excalfactoria, hæc ille. Auxerunt profectò cicutæ famam Athenienses succo eius ad mortem publicis in iudicijs ac capitalibus quidem eo vtentes. Herba certè letifera & malefica, vnde quidam græcorum Amaurosin vocitarunt, ab effectu quidem maleficij, quoniam ea vox minuendo extenuandoque perimat, frigiditate enim sua sensum extinguit, eoque extincto, minuitur sensus. Hæc etiam timoros dicta est, quod est punitor ac vltor, quia pro pœna & flagitijs publica vltione succus eius esset, adfert enim succus eius caliginem oculis, & capiti vertiginem, singultus itidem, mentis alienationem, perfrictionem extremarum partium corporum, postremò conuulsione strangulantur, qui cicutã hauserint cessante à motu omni in arterijs spiritu, sed de his suo loco vberius.

Cicuta.

Amaurosis.

Timoros.

VT IVRE DICI, &c. Palàm quidem est vinum summo habitum honore, & summis cœlebratum dotibus, cum ab Asclepiade tum Homero, ille, ægris interdum propinabat vinum, cuius proximam dijs naturam dixit. Ad laudem vini, Homerus librum composuisse fertur, cuius carmen hoc extat. , Vt pellant homini curas dijs vina dedere. Tantas hic dotes vino assignasse fertur vt vinosus diceretur, quod conijcere licet carmine Flacci ita canentis. Prisco si, credis Mœcenas docte cratino. Nulla placere diu nec viuere carmina possunt. Quæ scribuntur aquæ potoribus vt male sanos, abscribit liber satyris faunisque, poetas. Vina ferè dulces oluerunt mane camœnæ, Laudibus arguitur vini vino-, sus Homerus, Ennius ipse pater &c. Sed de vino modice sumpto, intellige dictũ Mnesithei vinum modicè sumptum animæ corporique robur addit, secus verò, præter modum. Plato laudat vinum in conuiuio modicè sumptum, quia non aliter quàm Iouis imber plantas leniter irrorans vegetiores facit, quã impetu descendens, ita vinum moderatum virtutem excitare, alacriorem que animum ad officia reddere, immodicum autem sanos homines insanire facit, vt ait Atheneus, stultè scilicet loquendo, aut nihil reticendo, ex quo prouerbium apud veteres, vinum non habere calciamenta. Plato mores cuiuscunque manifestari in vino maximè dicebat. Censura igitur examinatissima Androcides dicebat Alexando, vinũ potaturus rex memento te sanguinem terræ bibere, nam cicuta homini venenũ est, vinum cicutæ, hoc est, vide quanta vis vini, vt veneni venenum sit. Temulẽtiam adeò exercuit Alexander, vt hac differtus Clytum sibi percharum occiderit, vt ait Valerius Maximus, titulo iræ.

CAPVT .VI.

GENERA AVTEM, &c. Quanquàm vini plura genera esse constet, gustu tamen alia & colore differre palàm est, alia alijs gratiora ac haustu amœniora. Et quãuis ex eodem lacu, id est prælo fluitent, alia tamen alijs præstãtiora. EX EODEM LACV, Est lacus hic, locus qui continet mustum prælo ex vinaceis expressum, & trãsmittit vt in dolia vina condantur, vnde ait Colu. Antequã vinacea prælo subijciãtur de lacu quã recẽtissimũ addito, mustum. Et Ouidius quinto fastorum. Præmia de lacubus proxima musta tuis.

ALIVD

❧ ALIVD ALTERVM GERMANITATE, &c. Quia quãuis ex eadẽ stirpe eodem'que germine defluere videantur, differunt tamen, vel gustu, vel colore. ❧ CRVDITATIBVS, &c. Cruditates in morbis contrariam coctu͏rę cibi in stomacho fortunam significant, quod vitium quotidianum ferè & populare est, tam intemperanter vbique agimus. Amyclano, ab vrbe amycle. Quod iam intercidit perijt. ❧ SETINVM prætulit cunctis, &c. Vinum etiam prætulit & extulit carmen id Martialis.

, Pendula pampineos quę spectat setia campos.

❧ MAGIS tamen fossa Neronis, &c. Huius fossę, Sueto. meminit in Nerone, preterea, inquit, inchoabat piscinam à Misseno ad Auernum lacum contectã porticibus quo quicquid totis baijs calidarum aquarum esset committeretur fossam ab auerno hostiam vs'que, vt nauibus, nec tamen mari iretur longitudinis. C. l x. millia latitudinis, qua contrariæ quin'que remes commearent, hæc ille. Non Temere, non sine causa. ❧ NOBILEM Vappam, &c. Vappa vini genus, quod sponte deferbuit, odorem saporem'que amisit, illud quod in vase exhausto fuit relictum, Ex quo ita cecinit Flaccus.

, Campana solitus trulla Vappam'que profestis, &c.

❧ CERTANT MASSICA, &c. A Massico monte campanię, qui optimi vini ferax dicitur, vnde ait Syl.

, Massicus viniferis addebat nomina glebis.

, Et Horatianum id, primo car. Et nec veteris pocula massici, &c. Puteolos puteoli Campanię ciuitas, ab aquę putore dicta. ❧ STANATA, &c. A statonensibus agris, vt quibusdam placet. ❧ SVA quibus'que terris, &c. Palam est omnibus regionibus esse tempora congrua secundum rerum prouẽtum, & sterilitates. Occasus, hic pro infertilitate & interitu ponitur. Priuenatia, à priuernatibus. Veliterna, à Veliterno agro. Quod segnia. Segnia mons Vitiferax. Mamertina, à Mamertinis populis Campanię, quorum ager est vini optimi fertilissimus, quare cecinit Martialis.

, Amphora Nestorea tibi mamertina senecta

, Si detur quod vis nomen habere potest.

Messanam ciuitatem Sicilię. Prętutianã, à prętutiano agro de hoc Pli. libro tertio histo. ca. x v. Ancone promontorio, cuius meminit Pli. libro tertio. Latinentia à latino agro. Grauica, à grauisco oppido, alij ab grauijs insulis. Luna habet, mõs lunę & oppidũ eiusdẽ nominis, vt videre est, lib. tertio. ❧ CERETANO, &c. A Ceretanis, de quibus libro tertio. Fundana, vina generosa, quare Martial. ait.

, Fundana fœlix autumnus opimi. De Trifolino etiam idem ait Martial.

, Non sum de primo fateor trifolina lyeo, &c.

❧ TINGENTES FVMO, &c. Antiquitus fumarium habebatur, quo vina condita erant. Fumo certè saporem commendabant, quod frequentius fieri solebat apud Massiliam, quare ait Martial. Improba Massilię quicquid fumaria cogũt. Accipit ætatem quisquis ab igne cadus. De segnino vino etiam Martialis meminit quando ait. Potabis liquidum segnina morantia ventrem.

❧ ALOEM MERCANTVR, &c. Quia vina aloe dicuntur cõmendari. ❧ AVSONIO MARI, &c. Siculo mari, Hispaniarum Lusitania, alij Laletana legunt. ❧ INDIGENA VINO, &c. Non abundè genito, sed patrio, Palati peritissimum, optimum conceptorem, ac pręgustã, pręgustæ sunt pręgustatores. Chij vini, Itẽ & choi, Lesbij, Clazõmenij, Asiatici, & quod ex Tmo lovenit Dioscorides affatim meminit, libro quinto, de his omnibus abundè agemus, libro vigesimotertio.

CAPVT OCTAVVM.

HACTENVS, &c. Dotibus vini tranſmarini ad amuſſim reſeratis. Hic gręci vini,& dotes,& bonitatem ordit. Primo à vino græco, quod dictum eſt bigon, quod à cura, & vi dictum autumarim, quòd videlicet multum laboris in eo condendo adhibeatur, ſiue quòd à feſtinatione dictū ſit, cuius medicas vires, libro vigeſimotertio diſſeremus. Cato rei ruſticæ clariſſimus author hoc ita concinnare docet. Vinum, inquit, græcum ſic facito, Muſti quadrantalia in ahenum, aut plumbeum infundito, ignem ſubdito vbi ebuliuit, vinum ſubducito, vbi vinum iam refrixerit in dolium quadragenarium infundito, ſeorſum in vas aquę dulcis quadrantal infundito ſalis modium, hoc eſt, ſinito muriā fieri, vbi erit facta muria eodē in dolium infundito ſchœnum & calamū in pila cōtundito, &c. A SERVI FVRTO ORIGINE, &c. Expendendum hic, vinum coū, Plinio, pluribus dici locis pro eo quod nullū aliud intelligitur, quam marina aqua conditum. Nam in Italia coi vini appellatione ſemper marina aqua conditum intelligi debet, quoniam ſcilicet in Co primo conditurę eius ratio inuenta fuerit, à ſerui furto origine orta, ſic menſuram vini, quam ille quotidie explebat & deplebat, quare Pli. ait. A SERVI furto origine orta ſic mēſuram explētis, &c. Subdit Pli. CVI aquā marinā miſcent, &c. Hic ſuppingamus rationem dignam ſcitū, quare antiquis mos fuerit aquā marimam vino miſcere, haud quanquàm obfuerit annotaſſe ſtudioſis noſtrarum racemationum veteres Dionyſium dixiſſe mari eſſe demergendum, vnde corriuatū puto hoc, ad alluſionem vini marini. Plutarchus author non vulgaris auctoritatis, multa refert huic propoſito congruentia, quę carptim hic annectemus, perpēdas igitur morem fuiſſe multis aquā marinam Dionyſio miſcere, ratione quidem & lance æqua cogitandum id. Nam aqua maris vinum defæcatius reddit. quare qui abſunt mari, id cōſequi putant, gypſo Atheneus Dionyſij fugam ad mare fuiſſe recenſet, quoniam eo fiat vinū ſuauius. Marinæ autem aquę ratio videri poteſt, quia frigiditatem illius exigat caliditas innata, quæ maximè vini reſtringit vim, corrūpit'que, niſi dicamus potius terreſtrem marinę aquę vim ſtipticam ſubſtringere, quod in vino aquoſum eſt, ac flatuoſum,& ad maturitatē procliue. Sed & ſalis natura attenuans liquefaciēs'que peregrinum, ac redundans graueolētiam at'que putrefactionem prohibet fieri, inſuper craſſum & terreſtre id quod in vino eſt ponderoſum præcipitat in ima, facit'que hypoſtachmen, hoc eſt, ſedimentum,& fæces: quibus de cauſis relinquitur vinum purius, quędam tamen vina ſunt aquę marinę expertia & impatiētia, quare cecinit Horatius. Procedit fuſcus hydaſpes Cęcuba vina ferens alconchiū maris expers. Adde itē vina marina fieri modo quidē diuerſo, aliqui ſtatim quùm decerptę ſunt vuę, aquam maris miſcent. Alij in area vuas ſole ſiccant: quibus calcatis marinam adijciunt. Alij paſſas vuas in dolijs marina aqua macerant. mox calcatas exprimunt. Et ſubnectit Pli.

TRANSLATVM in albū muſtū leuchorū, &c. Sunt qui inconcinniter legant, leuconium. Eſt Leucho, muſtum album. Nam lence candor gręce eſt, & leu con albū. TETHALASSOMENON, &c. Hoc eſt, vinum in aqua marina iniectum miſtum factum'que. Thalaſſites enim vinum marinum fertur. Et Thalaſſomel mel aqua marina miſtum æquis portionibus: cuius meminit Dioſco. libro quinto. Coum vinum ex italico, Catonis pręceptum de coo vino concinnando, hoc eſt, Vinum, ait, coum, ſi facere voles, aquam ex alto marinā ſumito, mari

Coū vinum.

tranquillo cum ventus non erit, die septima ante vindemiam quo aqua dulcis non perueniat vbi hauseris de mari, quam plenũ operculum imponito, & relinquito, vt interspiret, vbi dies. xxx. pertrãsierint transfundito in alterum dolium, ita relinquito vsque ad vindemiam, vnde vinum coum facere voles vuas relinquito in vinea & finito, vt bene coquantur, & vbi pluerit, & siccauerit: tũc deligito & ponito in sole per biduum, aut triduum sub dio, hęc Cato.

CAPVT NONVM.

VINVM OMNE, &c Vini græci confectione vbertim promulgata dulcium vinorum confectiones nobis palã facit. Vini certè, quod priuatim dulce quondam vocabatur plura sunt genera, hoc est, Creticum, pranniũ, & quod gręci sua voce protopõ, latini verò Lixiuium mustũ vocant. ea inter passi genera & in eorũ sensu alij. Alij inter dulcia numerauerunt vina simpliciter. Nos passum totum id genus Vini dulcis vocamus: quorum abundè meminit Columella rei rust. xii. ca. vigesimoseptimo, Pli. hic minus dulce vinum esse odorati⁹ prodit, quia vt puto, habeat aliquid terrei ac fęculenti, vbi autẽ eferbuit multo syncerius fit. quare odoratius, quoniam quod erat flatuosum aqueum'que abscessit, & repurgatius remansit. Dioscor. libro quinto meminit Vini passi amplè, passum, inquit, quod vuis sole siccatis & in area, aut sarmento adustis exprimitur creticũ cognomine, aut protopon, & sapa quę fit musto igne decocto Græci Syrion, aut Hepsema appellant, quod'que melas dicitur, aut melampsithiũ crassa sunt, & multũ corpora alunt, &c. Deluxati codices nonnulli sireum habent, legendum tamen est Syrion. Est igitur passum liquorum genus, quod ex vua passa fit: cuius naturã vigesimotertio histo. vberius agemus. Palladius, libro vndecimo copiose de hoc agit. Adde hic, Vina quędam dici aparachyta, quibus sapa admixta est. *Creticũ vinum.* *Passum*

QVOD (ait Pli.) ALII HEPSEMA, &c. Est enim Hepsema vinum decoctum, nam ἕψειν gręce decoquere. Sapa ergo & Hepsema vina sunt decocta ad tertiam partem quę solent ex musto fieri, vnde ait Palladius. Nunc defrutũ carœnum Sapam conficies, id est, menseoctobri, quando omnia vno genere cõficiũtur, ex musto modus is & virtutem & nomina mutabit. Nam defrutum, à deferuendo dictum, vbi ad spissitudinem fortiter despumauerit effectum est. Carcenũ quum tertia pars perdita duę partes remãserint, sapa vbi ad tertias partes redacta descenderit, hęc ille. PASSVM (inquit Pli.) A CRETICO cilicium probatur, &c. Hoc est, post cilicium creticum probatur. Creticum certè in hoc vini dulcis genere laudauerũt omnes, neque immerito, ob fœlicem cunctis sæculis eius insulæ vindemiam & ob communem, & antiquam eius laudẽ, quia iactatur quicquid alicubi proueniat in creta omniũ fœlicissimè prouenire. Laudauit priuatim Homerus etiam prãnium, vel à prannia vite lectum, vel quasi περίμενοντα, hoc est, permanentem, vel perennantem. Columella compositissima doctrina clarus vinum dulce sic cõcinnare docet, vuas legito in sole per triduum exprimito, quarto die tẽpore meridiano calidas vuas proculcato mustũ lixiuium, hoc est, antequàm prælo pressum sit, quod in lacũ mustum defluxerit tollito, cum deferbuerit in sextarios quinquaginta irim bene pinsitam, nec plus vnciæ pondere addito, vinum à fęcibus eliquatum diffundito, hoc vinum erit suaue, firmum corpori salubre, &c. Cato item huius meminit, libro rei rust. Mustum, inquit, si voles tantum annum habere in amphorã mustũ infundito & in corticem oppicato, dimittito in piscinã *Hepsema.* *Mustũ.*

post

post. xxx. diem eximito, toto anno mustum erit, &c. Aigluces vinum semper dulce. Mellitites Hęc vini cōfectio à penu Dioscoridis esse videtur corriuata, qui libro quinto ait. Mellitites differt à mulso, quòd mulsum ex austero & veteri vino exiguo'que melle conficitur. Mellitites verò in quinque austeri musti congios
Cōgius mellis congio & salis cyatho vno additis, &c. Congius mensuræ genus capacis sex sextariorum. CANIS ORTV, &c. Hoc est, circa Calen: Angię.

CAPVT .X.

NON POSSVNT, &c. Plurifario vini genere accuratè explanato, vini nunc secundarij, siue operarij, hoc est,
Deuteria. non puri, sed diluti rationē pādit. Deuteria certè vina grę-
Lora. corum peritissimi vocant Vina operaria, siue secundaria. Hoc itē genus vini dici solet Lora, cuius ita meminit Dio-
Potimō scorides, libro quinto. Lora, inquit, quā deuteriam, alij Potimum vocāt, fieri solet adiectis metretis tribus aquæ in vinacea: quibus viginti vini metretæ extractæ fuerint calcatis vinaceis expresso'que decocto ad tertias partes, & additis in singulos cōgios vini salis sextarijs post hyemē transfunditur in vasa, &c. Meminit & eius confectionis Columel. rei rust. xii. ca. xl. MACERATIS imbibitis QVOD
Defæcare. DEFAECATVM, &c. Hinc defęcare à fęcibus purgare, defrutare, mustum decoquere. Sequens caput nihil habet nubili, quare à nobis illibatum.

CAPVT .XII.

AVCTORITATEM, &c. Claris historiarum monumentis proditum est: antiquitus cœlebratissima dote, laude'que vina habita. Apud Romanos, eo temporis curriculo, quo primum vini vsus emersit. Nam & multis in sacris crebrius lacte quam vino libatum est. Testantur hoc Cæreris sacra, in quib9 lacte solū libabatur, vt scribit Macrob. tertio Saturnaliorum. POSTVMIA LEX, &c. A Postumio consule lata. IMPVTATA VITE, Non putata. CIRCA ARBVSTI PERICVLA, Circa arborū experimenta. RVTVLIS, Populis Italię. Cōstat verbis Pli. Frugalitatem vini summè commendatam apud antiquos. Laudatur certè omnino moderatus vini vsus, qui in tanta apud veteres fuit obseruantia, vt Hesiodus, poetarum antiquissimus dixerit. Tris lymphę partes quartę fas addere vini. Atheneus græcos dicit duos vini cyathos ad quinque aquę dilutos bibere solitos, vel vnum ad tres. Apud Anacreontem inuenitur vna vini pars ad duas aquæ, qui & meracam potionem vocat Scythicam, ex quo Lacedæmonij quando volunt meracius bibere, Scythizare dicunt, quoniam Scythę aqua minimè vtantur in vino. Eubulus introduxit Dionysium dicentem. Tris tantum crateras his qui sana sunt mente propino. Primum voluptatis. Secundum sanitatis. Tertium somno. Vlterius probri est & luxuriæ. Panyasis, qui de obsonijs scripsit. Primam potionem distribuit gratijs, & Dionysio. Secundam Veneri, & Dionysio. Tertiam probro & damno.

CAPVT .XIII.

NON

NON LICEBAT, &c. Haud quanquàm Romanis matronis vinum bibere datum fuisse testantur historiæ celebres, quod & Vale.Maxi. Titulo institutorum antiquorũ comprobat. Vitam certè abstemiam Romanas matronas agere solitas etiam Aulus Gel.decimo atticarum noctium memoriæ tradit. Qui,inquit,de victu,ac cultu Romani populi scripserunt mulieres Romanas vitam in latio abstemiam peregisse tradunt institutum'que, vt cognatis osculũ ferrent deprẽhẽdẽdi causa,vt odor inditium daret si vinum bibissent. Bibere autẽ solitas Lauream,passum,murrinam & quę id genus epotant,potu dulcia. Sed Marcus Cato non solum existimatas quoque mulieres à iudice refert,nõ minus si vinũ in se, quam si probrum adulterium've admisissent. Verba Marci Catonis ascripsi ex oratione quæ de dote inscribitur, in qua id scriptum est. In adulterio vxores depræhensas ius fuisse maritis necare. Vir,inquit, quùm diuortium facit mulieri iudex pro censore est, imperium quod habet,si quid peruerse, ac tetre actum est à muliere mulctatur si vinum bibit,si quid cum alieno viro probri fecerit condamnatur:hæc ille. Est equidem cædro dignum quod Plato, ille philosophorum antistes scriptum reliquit, qui in legibus iubet pueros vsque ad ætatem. xviii. annorũ à vino abstinere,quia non sit necesse ignem igni addere,in de verò vsque ad. xl. modice vti,post eam ætatem se plusculum inuitare ad vitæ tedium leuandum,propterea mancipia omnia,fœminas,magistratus,oratores, qui cõsulunt rei publi. item coniuges primo nuptiarum die,reliquo etiam tempore dum proli vacant modicè vti. Mulieribus certè rerum naturæ consultissimi contendunt officere,quoniam eo ignaui reddẽtur partus, quod comprobare videtur Aristoteles, vbi,ait,ebriorum genituram esse infœcundam. Item Plato vacantes sapientiæ & doctrinæ à vino excludit, concedit nihilominus post annos. xviii. in festis tantum,& sacrificijs cum senioribus vti vberius,vt mente exhilarati reliquo tempore se contineant. Seruis item & Romanis mulieribus vino vti non datum fuit antiquitus,nec ægrotis,vt ait Cicero,libro tertio naturæ deorum. Vinum ægrotis inquam,quia prodest raro,sępissimè nocet,melius est non adhibere,quam spe dubię salutis in apertum periculum incurrere. Locrenses,vt ait Atheneus,ex lege zaleuci vino vti capitale ducebant. Alexãder in problematis,ait,aquę potores visu esse, & sensibus cæteris acutiores. Vinum nam'que copiosum,ait,spiritalibus vijs sensus magnopere obstruere, Verùm nunc ad rem reuertamur. EVM'QVE cædis à Romulo absolutum, &c. Mortis absolutum, absoluere,genitiuo iunctũ scitè dicitur,quãdo agitur de pœna peccati, vnde ait Cicero secundo ad Herẽniũ. Cæcilius iudex absoluit iniuriarum illum, &c. LOCVLOS RESIGNAVISSET, &c. Aperuisset capsulas aut marsupiũ,vbi erãt claues vinariæ. Dote mulctauit priuauit dote. Eius rei,Vini scilicet. Aduersus samnites populos de quibus diximus. Pocillum vini, vasculum. QVAM REMIGES, &c. Quam naucleri,hoc est, eo sum vsus Vino quo vsi sunt nautæ. Antiquitus tanta fuit vini frugalitas, vt etiam conuiuijs solum propinaretur, conuiuarum numero proposito,vnde Varro apud Romanos numerum constituit conuiuarum,non minorem tribus, nec maiorem nouem, vt scribit Aulus Gellius, decimo tertio atti. Subnectit paulò mox Pli. MYRO ODORE, &c. Mutili truncique codices nõnulli,miro ordine, perperam habent, myro enim contenderim legẽdum, hoc est,odoramento. Nam aromate quondam vinum concinnabatur,quod & aromatite dicebatur,quia odoramẽtis fiebat. MVRRINAM, &c. Alij murynam & cõcinnius. Vina enim muryna odorata dicuntur & aromaticis cõstãtia,

Abstemię matronæ.

Absoluere. Loculi Resignauisset.

hoc est,

hoc est, iunco, Calamo, myrrha, &c. Cōstat igitur veteres vsos vino aromatico, quare Plautus ait. Cōmisce mulsum struthea, colluthea'que appare bene, vt in strutheis concaleat, & calamum iniice. Murynum vnguento præparatum conijcere licet, quia id etymum mōstrat ἀπὸ τῶ μύρου, quod apud Plautum pro dulci ponitur & inter vini delicias. Polentam, polenta fit perfusa aqua siccato ordeo nocte vna deinde molis fracto de hoc alibi fusius. Quod hic ait Pli. à Catone, eadem Vale. Maximus, libro quarto, Titulo abstinentiæ.

CAPVT .XIIII.

APOTHECAS FVISSE, &c. Consulatu vtpote. Opimij vina fuisse diffusa multorū constat argumentis, à quo certè Vinum Opimianum dictum est, cuius meminit Martialis quando ait. Testa sed antiqui fœlix siccatur opimi, & alibi, Vel cocta fumis musta massianis Opimianum morionibus nectar. Diffundi in amphoras vina quondā solebant. Dictum quare est. Diffuso consule potat. Et apud Horatium. Vina bibes iterum Tauro diffusa. Ad quod allusit hic Pli. Et huius moris meminit etiamnum Martialis, inquiens. De nomentana vinum, sine fæce lagæna. Quæ bibis frontino consule plena fuit. Iure igitur Pli. dixit. APOTHECAS FVISSE, &c. ANAXIPOLIS THASII, &c. Hic est Anaxipolis Thasius, cuius meminit Columel. libro primo de re rustica, vt etiā conijcere licet lectione Marci Varronis, libro primo rei rust. OCTONIS æris quadrantalia venderet, &c. Alij octonis assibus, legunt. Asses enim ęreos Pli. intelligit æris grauis nummos libra valentes. Mille enim æris, pro centum drachmis, hoc est, argēti libra accipiunt eruditiores.

Opimiani. — *Vina diffusa.* — *Licinia lex.*

P. L. CRASSVS, &c. Ab Licinio Crasso lex condita est, quam & Liciniam vocitant Lex licinia dicta duplici animaduersione legum'que complurium obseruationibus est custodita, cuius legis ferendę studium ab optimatibus impensum est, vt senatusconsulto iuberetur, vt ea tantummodo promulgata priusquàm trinundino cōfirmaretur ab omnibus quasi iam populi sententia cōprobata esset. Huius legis summa erat vt calen. nouis nundinis'que liceret cuique in dies singulos duntaxat triginta asses insumere, cæteris verò diebus ne amplius apponeretur quam carnis aridę pondo & salsamentorum libra, & quod è terra, vite, arbore, natum esset. In commentarijs Attei Capitonis, authore Gelio, Vetus senatusconsultum, C. Fennio & Marco Valerio Messala, consulibus factum est, in quo iubentur principes non amplius singulas cœnas effecturos. quam centenos vicenos ęris prę ter olus, Far & vinum, ne'que vino alienigeno, sed patrio vsuros, ne'que argenti in conuiuio plus pondo quam libras cētum illaturos. Deinde lex Fennia lata est, quæ ludis Romanis & Saturnalibus, & quibusdam alijs diebus insumi concessit in singulos dies centenos æris. Lege etiam Aemilia nō solum cœnarum sumptus, sed etiā ciborum, & genus, & modus præfinitus est. Antiquitus certè de cœnis, & earum sumptibus leges latę sunt, vt tretum luxurię modus obseruaretur. Prima autem lex de cœnis ad populum lex Orchia peruenit, vt scriptum reliquit Macrobius pluri mæ lectionis author. Sed nunc redeamus ad contextum.

Fennia lex. — *Lex Aemilia.* — *Orchia lex.*

QVADRANTALIA, &c. Quadrantal genus vasis quadratum pedem habens, id'que continet sextarios. xlviii. in vno conuictu: conuiuio.

Cardiacus morbus.

SIBI CARDIACO, &c. Patiēti morbum cardiacum, est cardiacus morbus, authore Celso, libro tertio, quādo mens ægris labat. Est enim nimia stomachi

languentis

languentis imbecillitas, quia stomacho languẽte, immodico sudore digeritur, grę
corum enim peritissimi non solum καρδιὰν, id est cardian, cor vocant, sed ventricu
lum & ostium stomachi dicunt. Testis significationis huius est Hippocrates, gra=
uis quidem author. Testis item Thucidides, qui secundo belli peloponesiaci libro,
qui cum pestilentem morbum, quo tota Attica penè est exhausta describeret, inter
alias eius morbi notas, vomitiones etiam fieri dicebat quotquot à medicis suis no=
minibus dictæ sunt. Huius verba hæc sunt, nec multo post descendebat dolor in
pectus, excitabaturque tussis. Et cum ἐστὶ καρδίας non in corde, sed in stomacho
hæsisset eam subuertebat sequebanturque bilis & vomitiones. Constat ergo car=
dian, non solum cor vt volunt scioli, sed ventris ôs, siue stomacho ostiũ esse. Gale= Cardia.
nus suis in diffinitionibus, cardiacum morbum fieri ait in ostio ventriculi cum im=
modicis sudoribus, & in sua isagoge ita describit. Cardiaca vero dispositio, nõ quia
in corde id malum fit, sic appellata est. Sed quoniam antiqui καρδιὰν, id est cardian
stomachum appellabant. Huius affectionis idem Galenus, quarto interiorum abũ
dè meminit. Fieri etiam apostemate in cordis capsula existente, memoriæ man
dauit, quinto interiorum, capite primo: quæ omnia comprobat Auicenna se=
cunda fen, tertii, tractatu primo, capite secundo. Vinum autem conferre cardiacis
modo febris absit, constat, exhilarat enim cor, languentesque vires excitat, vnde
artis medicæ professores iubent spongiam mero tinctam mammæ sinistræ, aut
præcordijs apponi, Et subdit Plinius.

MILLIA CADORVM, &c. Decem millia cadorum con=
giariorum rectius, legetur aut decem millia cadum. Cadum enim congiarium ac= Cõgia=
cipit, pro eo qui tantum congium capiat, hoc est senos sextarios italicos. Congia= rium.
rium etiam pro liberali & regali dono accipimus, sed de hoc alibi fusius. Ca
put sequens nihil habet fuscedinis, quare prætermissum. Non est enim (vt diximꝰ
pluries) nostri consilij lectorem in protritis remorari diutius.

CAPVT .XVI.

ITAQVE NON MINORA INNVME
RABILIA pæne genera factitij reperta multis ante
sæculis, quæ nunc dicemus omnia ad medicinæ vsum perti
nentia, &c. Vini factitij confectiones narraturus ab om=
phacino auspicatur. Omphacium certè fit, vua acerba de=
cerpitur hęc quando est magnitudine ciceris ante canis or=
tum, eiusque melligo & totum corpus sole coquitur, noctur
ni rores cauentur, additur aliquid salis in fictili, condita
melligo colligitur optimè, & vase cyprio seruatur. Huius confectionis abundè Om=
meminit Dioscorides libro quinto. Adijciam hic quod non obfuerit lectori, voca= phax.
bulum omphax, quod græcè est ὄμφαξ, immaturam vuam notat. Item neque hęc
vox simpliciter acidum significat, sed acerbum in quo poterit acidus, poterunt &
alij sapores esse, vtique priuatim acidum dicimus, quod sapore suo acescit, sic a=
cerbis omnibus communis omphacis vox est, neque vuam magis quàm oliuas
lauri baccas & alia innumera nodum matura græci ea voce indicant, non ex sapore
omphacite oleum, sed immaturitate oliuarum appellantes.

OENANTHINVM. Applaudere hic videtur Plinius Dioscoridi
de Oenanthino vino ita agenti libro quinto. Oenanthinum conficitur ex labru=
scæ floribus, vinum hoc modo sumito, pubescentis labruscæ floris pondo duo, sic=
catumque in musti cadum demittito, trigesima die, per collum traiectum

reponito, hæc ille. Oenanthe enim dicitur quasi οἰνάνθη, id est vini flos.

Solstitialis. QVI SOLSTITIALES DICVNTVR, &c. Expende hic solstitiale verbum diuerso hic significatu accipi posse. Nã & solstitialem herbã prouenientem dicimus solstitio, vel florentem, aut vno die perseuerantem, quare Pli. solstitiales flores vocat, quasi parum perseuerantes, aut si magis arrideat, solstitio prouenientes. Et quia solstitium vno die fit dictam vitam solstitialem comperio, pro breui & parum perseuerante. Hic item modo lectionis vberioris non obfuerit annotasse morbum solstitialem à Plauto cum, ait, ante Syrorum genus, quod patientissimum hominum nemo extat, qui ibi sex menses vixerit, ita cuncti morbo solstitiali decidunt. Est enim solstitialis ægritudo, ea quam quidam græcorum syriasim vocant, quæ fit quando syrium astrum regnat, id est canis sydus, fit enim nimia solari exustione. Subiungit Pli. QVOD VOCANT ADYNAMON, &c. Adynamon certè græcis vinum dictum, quoniã admista aqua mox igne excocta frangerentur vires eius, fractisque viribus parum potens est, quare adynamon dictum est, quasi sine viribus. Confectionem cu9 docet Diosco. libro quinto his verbis. In confectione adynami oportet parem musti & aquæ mensuram miscere, tum lento igne leuiter decoquere, donec tota aquæ excoquatur mensura, idque cum refrixit, in picatum dolium diffunditur, quidã salso ex mari aquæ cœlestisque itidem mellis etiam & musti pares portiones miscentes & in alia vasa diffundẽtes quadraginta diebus insolant, hæc ille, ad quæ allusit hic Pli. vt conijcere licet. FIT ET E POMIS, &c. E pomis fieri vinum notum est, etiam ex pyris, quod februario mense Palladius confici iubet, alij autumnali tempore id conficiunt. PROXIMVM (ait Pli.) E PALMIS, Vinum enim phœnicite, hoc est, palmeum antiquitus fiebat hoc modo authore Diosco, libro quinto. Chydeas, id est vulgares, & ex copia viles, sumito maturas palmulas, in dolium perforato fundo eas conijcito, picata tamen harundine harundinisque lino obdurato ore dolij foramen illud obstruito, infundito deinde palmularũ illarum decẽ modijs aquę cõgios tres, & si non adeò dulce vinũ id euadere volueris, aquæ congios quinque infundito, demittito deinde decem dieb9 sic esse, vndecima educto ex harundine lino, quo os eius obstructũ erat, excipito crassum dulceque vinum & reponito, hæc ille. Constat Pli. diuersam à Diosco, confectionem ex palmis docuisse, nam Pli. palmularum modio iubet aquæ infundi tres congios. Dioscori. autem decem modijs eam mensuram pariter infundi præcipit, magna certè inter hos scriptores diuersitate mensuræ, quod certè peritioribus relinquimus suspicandum. SIC FIT & sycites ex fico, &c. Fit certè vinum ex fico, quod alij sycitem vocant, alij ficatum, græci syciten & cathorchiten vt prodit Dioscorides libro quinto, dictum hoc ficis, quas græcorum peritissimi sycas vocant. EPVNICIS RHOITE, &c. Vinum ex malis granatis Rhoite fertur, quod sic conficitur. Sumito apyrena, hoc est, sine nucleis punica matura, expressumque ex acinis succum simpliciter, aut ad tertias decoctũ reponito. MYRTITEM, &c. Dioscorides ita confici vult. Myrtheum vinum sumito nigræ myrti quàm maturissimas bacchas, cõtundito eas, deinde succum torculari expressum in vasa diffundito, quidã ad tertias decoquũt. Cato item Palladius confectionem profusissimè docent, Palladius mense ianuario agendam censet. Columella rei rusticę decimotertio confectionis huius etiam vbertim meminit, alijs aliter tradentibus. Omnes excepto Catone & Columella, simpliciter tusis myrti baccis fieri vinum id tradiderunt, quorum assertiones, diligens lector discutere poterit longius.

Vita solstitialis.

Morb9 solstitialis.

Adynamon.

Rhoite

Myrtheum.

EX HIS QVAE HORTIS, &c. Ex hortensibus herbis vinũ

fieri est

fieri eſt in comperto, vt videre eſt apud Dioſco. libro. v. à cuius riuulis hęc omnia defluxiſſe videntur, verſuram enim Pli. à Dioſco. feciſſe hic videtur, quum tamẽ non facile fuerit iudicatu legerit ne Dioſco. quando, eius nequaquàm videtur meminiſſe. Fiũt certè vina ex herbis hoc eſt fœniculo, anetho, petroſilino, dulci radice, ſaluia, apio, panace, & ſimilibus vt conijcere licet lectione Dioſco. Fit item è napis, vinum quod prodeſſe fatigatis labore armorum aſſerit Dioſco. fit è marrubio cuius meminit Columel. xiii. rei ruſt. Fit & vinum quod aromatite dicitur, hoc eſt odoramentis conſtans, confectioni huius adijcitur aſpalathum, quod eſt frutex ſurculoſus ſpinis multis horrens, naſcitur in Syria, & Rhodiorum inſula. NECTARITES, Vinum ex nectare, id eſt helenio herba, quam nonnulli Inulã campanam vocant, cuius mentio & earum herbarum hic appoſitarum fiet in parte medica. ABSYNTITES, Vinũ ex abſynthio fieri cõſtat, ne à medicis, verùm & ab agricolis, vt videre eſt apud Colu. libro rei ruſti. xiii. cõfectionem hanc ita docens agendum vinum abſynthite ita oportet condire. Pontici abſynthij pondo libram cum muſti ſextarij quatuor decoque vſque ad quartã, reliquum erit frigidum adde muſti aminei vrnam &c. Dioſcori. libro. v. vberrimè hæc omnia docet, quem poterunt legere volentes, turgeſcentis enim eſſet lectionis omnia authorum ſenſa noſtris opuſculis annectere, ſufficiat nubila abſterſiſſe. HELLEBORITEM, Vinum ex helleboro, quod alij veratrum vocant. Pthorium, id eſt abortiuum. Fit, inquit Dioſco. vinum abortiuum, cuius hęc eſt cõfectio prope vites ſeritur veratrum, agreſtis've cucumis, aut ſcamonia, cõtrahũt vites eorum medicamẽtorum vires, fitque ex eis abortiuum vinum, quod tenuius præcedente vomitu cyathorum octo pondere bibitur, hæc ille. Fiunt & factitij vini genera, quæ voto legentium cenſenda relinquimus.

CAPVT. XVII.

FIT VINVM EX AQVA, &c. Vinum ex aqua & melle fieri ſolet, quod hydromel medicorum ſchola vocitat, alij aquam dulcem, alij μελίκρατον, id eſt mellicraton appellitare ſolent. Sunt tamen qui aliquid diſcerniculi ponant inter has voces, & ſi quod maxime inter eas differt ſola ætas hoc facit, vt ait Pli. congeneres certè & eiuſdem ſubſtantiæ dulcis aqua & mulſa ſunt, & ſola vetuſtatis ratione differunt. Quotidianus vtique & communis vtrius'que huius aquæ quõdam fuit vſus, id'que monſtrant rei ruſticæ ſcriptores, Palladius, Columel. Cur autem Pli. vinum hydromel appellarit, ille certe paulò inferius notauit, quòd videlicet vetuſtate ſaporem vini aſſequatur. Eſt ergo vinum ſapore tantum. Palladius ita hydromel temperari docet. Inchoantibus, ait, canicularibus diebus aquam puram pridie ſumis ex fonte, in tribus aquæ ſextarijs vnum ſextarium non deſpumati mellis admiſces, ac diligenter per carenarias diuiſum quinque horarum ſpatio cõtinuo per inueſtes pueros curabis agitare, vaſa ipſa concutiens, tunc. xl. diebus patieris eſſe ſub cœlo, hæc ille.

Meli-craton.

OXYMEL HOC VOCARVNT, &c. Oxymel alijs dicitur acetum mulſum, dictum oxymel ab ὀξυ, id eſt oxy, quod acetum notat. Item & acutum, vt pars medica nos copioſius docebit. Oxymellis, Dioſcorides meminit libro quinto his verbis. Conficitur hoc modo acetum mulſum, ſumito aceti ſextarios quinque, marini ſalis pondo vnum, mellis pondo decem, aquæ heminas totidem, mixtaque omnia ſimul coquito, vſque dum decies deferbuerint, tum refrigerata omnia in dolia diffundito &c. Animaduerte hic diuerſam fuiſſe an-

oxymel ὀξυ.

tiquis oxymellis confectionem, quod liquet lectione Pli. hoc loco, tum & lib. xxiiii. quibus locis non eandem confectionem docet, sed aliquibus dissimilem, vt patebit in parte medica, id est lib. xxiiii. cap. iii. Et vt hoc paulò compertius legẽtibus fiat, aduertant non absurdè Pli. confectionis genus illud diuerso quidẽ modo docuisse. Nam quam docet. xxiiii. institutionẽ authoritate medici antiquissimi agendam asserit: medici inquam, hoc est, quem Diucem vocat. Sic certè nõ vnũ idem'que genus placuit diuersis authorib⁹, verùm cœlesti, alij, marina, alij aqua vsi sunt, pluresque simpliciter potabili. Ne'que omnes antea melli aceto mixtam inueterabant, sed in ipso vsu aquam statim oxymelli non aliter quàm in vino fit, miscebant. Testis huius rei est Galenus, quarto de his quæ faciũt sanitatem, ille despumato melle præcedente coctura melli aceti tantum misceri iubet, quod gustãti nõ acidum nec dulce nimis sentiatur. Cun'que hæc duo miscuerit, iterum coqui ambo simul præcipit, vs'que dum diuersi liquores inuicem se miscuerint, ne crudũ bibentibus acetum sentiatur, ex quo tempore cum exiget vsus misceri aquam præcipit eodem temperamento, quo ad potum vina temperantur, nullo aquæ discreto genere, sed de his nec copiosius. MOX ELVTRIATIS, Elutriare est de vase in vas transferre, miscendo ac agitando, hinc vina elutriata aut aquã, de vase in vas agitata, quod & quibusdam trãsuasare dicitur.

Elutriare.

CAPVT. XVIII.

SVNT ET IN VINO, &c. Atheneus author compositioris doctrinæ & exactioris lectionis, Vinũ troezenium sterilitatem bibentibus ingenerare memoriæ mãdauit, in regione verò Peloponensi ac Achaiæ parte fœcũditatem fœminis, viris verò rabiem importare proditur. Vitis Theriacæ, Meminit Palladius vitis theriacæ faciendæ hoc modo. Theriacem, inquit, vitem sic facies, cuius iste profectus est, vt vinum eius vel acetũ, vel vua, vel sarmentorum cinis, contra morsum omnium bestiarum proficiet. Fit autem sic, sarmentum quod pagendũ est, trium digytorum spatio in ima parte findatur, & sublata medulla ad eius vitem theriacæ medicamen addatur, tunc terræ vinculo mandetur diligenter astrictum. Aliqui eadem sarmenta iam medicamine satiata, intra squillæ bulbum recondunt, & terris prædicta ratione committunt, aliqui antidoti eius affusione, radices vitis infundunt. Sanè si sarmentum ab hac vite sumatur ad transferendum potentiam materni medicaminis non tenebit, oportebit ante theriacem affusione assidua vini senescentis iterare, hæc ille. LIBANODES, Alij Libanotis, hanc alij herbam rosmarinum vocant, vt lectione Dios. liquet, libro tertio. Paulus Aeginita, libro sexto, quatuor libanotidum genera facit, Theophrastus autem libro nono plantarum duo, de quibus in medica parte. Dictã volunt hanc, quia thus oleat, quod græci libanon dicunt. Antiqui sæpius hac herba dijs prolibabant, vt ait hic Pli. quod & Apuleius in commẽtario suo de herbis, ideo sic dictam ait, quia ante cognitum thus nostro orbi suffitu, & vapore eius herbę pro thure gentes vtebantur. Canis ortu constat vina vt plurimum vitiari diebus canicularibus ob astri violentiam, vt paulò inferius videbimus. Quæ hic ait Pli. de vino sterilitatem adferente ait, ea sunt desumpta à Theophrasto, libro nono plantarũ capite vigesimo. Apud, ait, Heracliam Arcadis, vinum, vt ferunt, fit, quod potum viros insanos agit, mulieres steriles reddit. Achaiæ apud Cabiniam maximè, vitis quoddam genus habetur, cuius vinum abortum facit, & vbi canes comederint, eas

Theriace.

Libanotis.

quoque abortu periclitari necesse est. In gustu nec vua sensum alium quàm cæteræ vuæ facit, nec vinum à cæteris vinis distare percipitur. In Troezenensi agro vinum steriles, qui biberint facit. Apud thasium vinum somnificum arte quadam conficitur, & aliud quod potum vigilantissimos facit, hæc ille.

CAPVT .XIX.

ET QVONIAM, &c. In aperto est vitam humanam religione constare. Plutarchus vberioris lectionis author, religionem diuinarum rerum sciētiam à philosophis vocitatam testatissimum reliquit, Cicero, cerimoniam vitæ religionem vocitat, qua humanum genus constat. Aurelius ille Augustinus christicæ religionis optimus cēsor. Religionem esse, ait, eam quæ vniuersalem continet viam animæ liberandæ, quoniam nulla nisi hac liberari potest, hoc est iter, quod ducit ad regnum, non temporali vestigio nutabundum, sed æternæ firmitatis securum. Prolibare, Sacrificare. Nephastum, impium. Item ait grecè &c. subaudias, vitis harū cerimoniarum abūdè Fabius pictor, & Varro secūdo rerum diuinarum, & Massurius Sabinus meminerunt. Fabius enim pictor in suis annalibus ait prohibitum diali, ne propagines vitis altæ succideret.

MVRIA, Muria genus liquaminis, quod ex thymo & pisce conficiebatur. Apud tamen Columellam, pro sale indurato & siccato poni solet, quod neoterici, pro sale & aqua accipiunt, ac pro liquamento quo carnes porcinæ sale asperguntur ac imbibuntur, græcorum aliqui halmen vocant, veteribus enim duplex muria fuit, altera qua in conditura vini vterentur, cuius confectionem & vsum Columella docuit libro decimotertio, capite. XVI. altera quæ dura ab iis dicebatur, cuius vsum idem author eodem volumine docet, sed capite sexto & septimo, qua in conditurís olerum, radicum, pomorum, salgamorum que omnium vsa est antiquitas, de hac dura intelligit hic Plinius.

GYPSO, &c. Creta qua vina pluribus in locis concinnari solent, vini enim asperedo mitigare solet hoc: Gypsum enim cognata est res calci, plura tamē genera, vt ait Plinius. XXXVI. capite. XXIII. Vina enim gypso fieri sapidiora testatissimum reliquit Columella libro duodecimo, capite. XXI. Præterea, inquit, maceratur fœnugræcum in vino vetere per triduum, deinde eximitur, & in fumo siccatur vel in sole, idque quum est aridum molitur, & ex eo molito post salituram musti, cochlear cumulatū, vel simile genus poculi, quod est quarta pars cyathi adiicitur in singulas vrnas binas, deinde cūm iam perfectè mustum deferbuit & constitit, tantundem gypsi floris miscemus, quantum salis adieceramus atque ita postero die purgamus dolium, conduntur etiam optimè aqua marina, hæc ille.

RABVLANA PICE, &c. Alii rabudana, à radendis vasis, ex quibus radi solet vt quibusdam placet, sed etymum non satis amplum tamen, nec id pro comperto damus. Columella, pice Nemeturica vina optimè cōdiri scriptū reliquit libro. XII. cap. XXIIII. Laudat & picem quam corticatam vocant, qua allobroges in vinis condiendis vtuntur. Item et Brutiam Palladius author rei rusticæ nō indiligens, libro. XI. è vino condiendo ita non minus scitè quàm festiuè habet. In condiendo, inquit, vino omne mustum decoqui iubent, donec pars eius possit ab sumi vigesima, melius quoque fieri si centesimam partem gypsi adiiciat, hec ille.

CAPVT .XX.

ARBORVM SVCCO, &c. Est in confesso plerasque arbores esse succo laudabili scatentes, hoc est, picem resinam'que fundentes, aliæ enim sunt in Oriente, aliæ Europa vt dilucet. Succo Manantium manare, est quum aliquid ex integro, sed non satis solido per minutissimas partes stillat ac fluit. Quæ interest, quæ est vtrin'que quasdam habet pices & resinas quas terebinthi fundunt. Terebinthus arbor est breuis & fruticosa contorta'que, vt ait Theophrastus tertio plantarum, & libro quinto, quæ habet glutinosi lentoris materiam, radices validas, altiores, & in vniuersum nusquam pereuntes, flores similes oleaginis. Sciēdum & illud esse terebinthum, quam posteriores grani viridis arborem dixerunt, facto illi nomine ab eo eius genere, quod fructus suos in viridi pallidos fert.

Terebinthus

Ex ea arbore terebinthina resina distillat omnibus notissima in quotidiano vsu medicinæ. AD PICES FACIENDAS CAEDRVS &c. Pix est quæ fit ex arborum resinis ad ignem decoctis. Resina verò liquor crassus ex arboribus fluens. Callosior, crassior, carnosior. COLOPHONIA, Pix quæ alio nomine ericia à quibusdam dicitur. E picea, &c. Arbore picem distillante. Psegas, dicta hæc à roratu ἀπὸ τοῦ ψεκάζειν, hoc est, rorare, quare pro stilla gutta've poni solet psega. FRANGI VIRVS, &c.

Colophonia.

Psega.

Amarorem & acoris saporem. Vappæ, vini aquosi. Vappas etiam apposita trāslatione homines ignauos, nugatores, probrosos vocam⁹, quare cecinit Horatius. Non ego auarum cum veto te fieri vappam aut nebulonem &c. Cæterò vinorū, &c. Palladius. xi. rei rusti. Baccas myrti agrestis siccas tusas in cadum mitti iubet, tū odoris optimi fieri, si id decem diebus requiescat. Item aloem, myrrham, crocomagma, singulis modis æqualibus tusa in puluerem redacta, cum melle misceri iubet & in dolium mitti. Si verò vina alba fusca sint, hoc præcipit fieri medicamētum.

Ademēdēda vina.

Accipe lomentum, id est, farinam fabarum & albumina trium ouorum, lagenę infunde, diu'que commoueas, & sequenti die erit candidum. Item cinis sarmentorū vitis mittendus est in dolium, alij addunt grana piperis. Item si vinum sit fæculentum si limpidum facere velis, pini nucleos septem in vinum sextarium vini mittas, diu'que commoueas, & paululum quiescere patiaris. Columella ad emendanda vina ita præcipit, irin (est enim iris species lilij) quam candidissimam pinsito, fœnugræcum vetere vino non macerato, deinde in sole exponito, aut in furno, vt siccescat, tum emolito & in vas mittito. Non est hic silentio prætereundum quod ait Cato ad vina corrupta instauranda. Vinum, inquit, asperum quod erit, lene ac suaue si voles facere, sic facito. De eruo farinam facito libras quatuor, in vini cyathos quatuor conspergito sapam, postea facito laterculos, sinito combibant noctē & diem, postea commisceto cum vino eo in dolio & oblinito, diebus sexaginta, id vinum erit lene, & bono colore, & odoratum, hæc Cato. Paulò mox subdit. Si voles deteriorem odorem demere, testam de tegula crassam & puram calefacito in igne bene, vbi calebit eam picato, id est pice illinito resticula alligato, testam demittito in dolium infimum, sinito biduo dolium oblitum &c. Sunt qui malunt ramusculos fœniculi et rosmarini, necnon pineas nuces contusas dolijs immittere, alij glycirrizam, id est dulcem radicem fundunt.

AEQVINOCTIO VERNO, &c. Quod fit quarto idus Martij vel circa viii. calendas apriles, & in octaua parte arietis. LENTESCAT, Mollis fiat, & dētibus hereat. Piericam, à pieria monte. SOLSTITIO, Hoc est, octauo calen. Iulij. Acor, vitium vini quando fit acidum hinc acesco, Iris Radices, Iris herba non absimilis saltem parum lilio, vt ait

Dioſco.libro primo. Mulſum, vinum melle mixtum. Concinnari, cõponi, condiri. Pulegij, herbæ, de qua alibi, ſeſquilibra, libra vna cum dimidio alterius. Acor.
DEFRVTO, Vino decocto. Tortiuum vinum ita explanat Columella, libro. xii. Muſtum, inquit, tortiuum eſt, quod poſt primam preſſuram vinaceorũ circunciſo pede exprimitur, pigmentum, confecturam. IN VITIVM inclinantis experimentum eſt, &c. Senſus eſt, vini in vitium inclinantis experimẽtum eſt color mutatus laminę plumbeę in eo vino. Vinum enim inclinans in vitium vocat dubium fugiens accelerans'que ad acorem. Muceſcere, mucidum fieri. Hic antequam capiti huic ſuppingamus coronidem non fuerit abiunctum ab propoſito annotaſſe id quod Pli. paulò ſuperius dixit, quando ait. Defruto Muceſcere.
QVIN ET MARINAM aquã eiuſdem rei gratia ex alto peti iubẽt, &c. Quod enim ex alto peti Pli. dicit, non ad imbrem in eo pertinet, ſed alterius membri eſt principium. Nam quando, ait, ex alto peti, ad hunc vſum aquã marinam auehi dixit oportere. NAM EX ALTO, Hoc eſt, longinquiore mari aquam marinam petendã eſſe intelligit. Altum enim apud poetas mare graphice dici aſſolet. Facile vtique eſt meminiſſe Columel. libro. xii. ca. vigeſimoſexto. Marinam aquam ad muriæ confectionem de alto iubere peti, Eius enim hæc ſunt verba. Quod ſi ager maritimus eſt ſilentibus ventis de alto quam quietiſſimo mari ſumenda eſt aqua, &c ET FAEX VINI, &c. Eſt enim fæci vini vis vt adurat, exterat, perducat ad cicatricem adſtringat, ſiccet, vt ait Dioſcori. libro quinto, de hac libro vigeſimotertio agetur copioſius. Fex vini.

CAPVT .XXI.

MAGNA ET COLLECTO, &c. Solere vina diuerſo quidem modo reponi conſtat. Nam circa alpes, dolijs ligneis condunt, arcent hyeme rigorẽ ignibus. Sunt etenim qui dicãt muſtum vi frigoris diutius ſeruari dulce. Plutarchus exactiſſima doctrina clarus, quærit quid nam ſit cauſę, quòd circũuallata frigore dolia muſtum ſeruant diutius dulce. An eſt, inquit, quia muſti digeſtio eſt in vinoſum de mutatio, ac tranſitus. At concoctionem inhibet interpellat'que frigiditas, eam nam'que perficit caliditas, an contra potius dicendum, eſſe vuæ propriam dulcedinem, propterea dici eam matureſcere, vbi dulcis incoqui ſapor cœperit. Frigiditas verò euaporare non ſinens dulcedinem cõtinet muſti, hęc ille. Subdit paulò mox Pli. QVONIAM NATVRA VINI NON GELASCIT, &c. Quęri ſolet cur nã vina, & acetum nunquàm congelaſcant, cauſa autem horum à Macrob. ſeptimo fatur, quam appoſitiſſimè redditur. Nominatũ gelu, inquit, veteris quę me ſolebat agitare quęſtionis admonuit. Cur vina aut nunquàm, aut rarenter cõgelaſcant, cęteris ex magna parte humoris nimietate frigoris cogi ſolitis. Nõ quia Vinum ſemina quędam in ſe caloris habet, & ob eã rem Homerus dixit ἄιθοπα ὄινον non vt quidam putãt, propter calorem, alia quippe cauſa eſt. Eſto Vina naturali calore muniãtur, nõ oleum minus ignitum eſt, aut minorem vim in corporibus calefaciendis habet, & tamen gelu ſtringitur, certè ſi putas ea quę calidiora ſunt, difficilius congelaſcere, congruens erit oleum nõ cõcreſcere, & ea quę frigidiora ſunt facilius cogi gelu. Acetum autem omnium maximè eſt frigorificum, atque id tamen nunquàm gelu conſtringitur. Num igitur oleo magis coaguli celerioris, quòd ei leuigatius & ſpiſſius eſt. Faciliora enim ad coeundum videntur, quæ leuatiora denſiora'que ſunt, vino autem non contingit Vinum nõ gelaſcit.

tanta mollities, & est quàm oleum multo liquidius. Acetum verò liquidissimum inter cæteros humores, & tanto acerbius, vt sit acore tristificum & exemplo aquę marinæ, quę ipsa quoque amaritudine sui aspera est, nunquàm gelu contrahitur, horum etiam affatim meminit Plutarchus, septimo Symphosiacorū. Subdit Pli. ALIAS ad frigus stupens, &c. Stupēs dixit vinū quasi sensum perdēs, & à natura degenerans. Cælum præbent, Exponunt aeri. Ad portionem situs, secundū loci naturam. LACVS CELLAE VINARIAE, &c. Varro ille togatorum facile princeps, Iubet Cellam Vinariam locari in agro vbi vineta sint. Columella, libro primo. Cellas vinarias salubribus locis constituendas censet. Cellę, inquit, Vinariæ meridiem æquinoctialem spectantes fiant, &c. Obuerti, contra verti. IN EXORTVM AEQVINOCTIALEM, &c. Oriens enim

Oriens. æquinoctialis est vbi sol oritur quando intrat arietem. Aestiualis ortus, vbi oritur quando intrat cancrum. Hyemalis ortus quando Sol ingreditur Capricornum. CAPRIFICOS, Syluestres ficus, PICARI, Pice illini, suffiri, suffumigari. NON ęreis, &c. Quia vina quę æreis vasis conduntur, virus attrahunt. Nucibus iuglandibus. Columella, fauces doliorum esse cōfricandas nucibus pineis censet. Si verò vina tempestate corrupta sunt boni vini fæcem accipi iubet, deinde panes fieri sole coctos aut igne, deinde terendos donec puluis fiat, qui ad pondus quadrantis poni debet amphoris, & hoc puluere dolia infricanda. Remedium autem vini acescētis hoc edocet, libro. XII. ca. XXX. In quo agro vinum acescere solet curandum est, vt cum vuam legeris, & calcaueris priusquam vinacea torculis exprimantur mustum in corbem defundas, & aquę dulcis puteanę ex eodem agro partem decimā adijcias, & coquas donec ea aqua quam adieceris decocta sit, postea cum refrixerit in vasa defundas, & operias, & oblinas, ita diutius durabit & nihil fiet detrimēti. Melius est si seruatam aquam addideris, & decimā decoxeris, frigidam que in vas transtuleris, & si in sextarios septem musti heminā gypsi miscueris, posteaquam decoctum refrixerit reliquùm mustum quod in vinaceis fuerit expressum, primo quoque tempore absumito aut commutato aere.

CAPVT .XXII.

AC SI QVIS DILIGENTIVS, &c. Vario vini habito genere vitium que quāplurimis dotibus adamussim ptomulgatis: iure profecto fœdissimum, ac tetrum ab ijs corriuans scelus, hoc est, ebrietatis dispendia nobis palam hic facit, quæ vtpotè inclytas rationis arces adeò pessundāt, vt nō sui ipsius compos homo fiat. Nec ab re à Plutarcho viro lectionis succulentiori, ac plausibilioris dictum est. Vinum & caro vires quidem maiores faciunt, verum mentis impediunt actiones. Idē, si, inquit, ad bellum eligere velimus virum à quo maximè seruemur, eum minimè vino indulgētem cibo, ac somno eligamus, sed veniamus ad rem. Subdit Pli. AQVAE liquorem natura dederit, &c. Quia ad naturę vires sustinendas sufficeret Cęreris & aquę munus. Nam decenti cēsura sunt, qui Demostenis exemplo dicant quē abstemium fuisse ferunt. Sunt profectò qui non vtantur vino acrioris naturæ quod noceat, ob id carmen hoc extat.

, Balnea vina Venus corrumpunt corpora nostra.

Vino certè decor omnis abscedit. Nam vt scitissimè cecinit Propertius.

, Vino forma perit, vino corrumpitur ætas,

, Vino sæpe suum nescit amare virum,

Subnectit

Subnectit Pli. ❧ AT NOS VINVM BIBERE & iumēta cogimus, &c.
Vinum certè iumentis dari solitum. Homerus ille ingeniorum vertex testatissi=
mum posteris reliquit octauo Iliados. Hector enim equos suos sic alloquitur. Re=
pēdite, inquit, si Andromache ὑμῖν πὰρ προτέροισι μελίφρονα πυρὸν ἔθηκεν οἶνόν τ' ἐγκέρα=
σασ' ἐπιεῖν, ὅτε θυμὸς ἀνώγοι. Haud certè mirari subdit vina iumētis data, irrepsit pro=
fectò corruptis moribus, vt arbores vina potare aliqui docuerint, quoniā id sit cō=
pertum maximè id radicibus prodesse. ❧ QVOD (ait Pli.) MENTEM
mutet, &c. Temetum enim sibi nomen asciuit, quia caput eo vibretur, ac iacte=
tur, detrimēta enim capiti vinum multa concinnat, vt scientissimè memorię mā
dauit Ambrosius, abundatio vini vsu homines velut immutata naturæ vi equos
fieri adhinnientes prodit. Expēde venereorum impetum etiam in nepharia pro=
rumpētem, imaginum per quietem visa imprimis meticulosa, instabiles gressus,
lapsitantem visus incertitudinem, externatam mentem, quā ruere opinantur cœ=
lum, nutare solum, & in antiquum chaos omnia redire, quid hic referam membra
tremore subsultantia? Sensuum retusiorem omnium vsum? & id genus multa, sed
nunc redeamus ad institutum. Quinimo vt plus capiamus sacco frangūtur vires,
vt liberius, amplius, profusiusque vinum hauriamus, eius vires sacco frangimus.
Vis enim vini fumida sacco, quo vinum solet percolari frangi solet, Vina profectò
antiquitus sacco percolabantur, quo vibrans illa vis fumida & flatuosa abscederet,
quo & id inocentius potaretur. Defæcatio certè illa & percolatio, neruos excidit,
ac genuinum restringit calorem, vt gulę curiositas pręteareatur, ad dilicias reuocā=
tis, quod vtilitati fuerit cōparatū. Vti enim gallos & porcos excidimus, quo mol=
lior caro fiat, sic vinum percolātes eunuchum, ac quodāmodo effœminatum, hoc
est, sine ferè viribus, sacco quo percolatur, faciunt, sic enim fusius ingurgitant bibo
nes. Quod ipsum taxās Pli. Seuerissimè quidē, ac cēsoriè admodū ait. Quinimo
vt plus capiamus sacco franguntur vires. Sacco enim vina castrari, idem libro de=
cimo nono scriptum reliquit. Castratum enim vocari Vinum comperio, quod vi=
res amisit, ac elumbe quodammodo est. Nam ad corrigenda vina, vt alibi, ait, sac=
cis ante pertusis illa propinabant. Sacco enim prius perfundebatur, quo minus cra
pulæ ingenerare bibentibus, quod græcè dicebatur σακκίζειν, hoc est, Saccellare, si=
ue sacco vires vini mitigare, domareque, quo enim vinū dilutius est, eo plus hau=
riri potest. Nā qui plus vini dilutiusculi hauriunt crapulā citius sentiunt, quam
qui meracius potarint. Temperatum enim vinum ob tenuitatem expeditius lo=
ca angustiora subit. Item quo minus hauriatur potionis meracæ priorem senten=
tiam Auicenna dixit, secunda, primi. Et paulò mox Pli. ait. ❧ AC BIBEN=
DI CAVSA VENENA CONFICIVNTVR, ALIIS CICVTAM
PRAESVMENTIBVS, &c. Quia epota cicuta, haurire vinum necesse est.
Vita certè calore constat, refrigeratione verò inoritur mors, vt verò cicuta sic
& merum concinnat exitium, intimo, videlicet calore flaccescente, ratione tamen
impari. Calorem enim insita frigoris potentia, conuellit cicuta, labefactatque, &
humorem occalescere facit. Vinum autem caliditatis suæ vi, ex qua græci αἴθοπα
οἶνον dixerūt quanquàm, alij ad calorem, alij id referant, naturalem macerat calo=
rem, ac velut igne multo, aut sole validius crassante, adobruitur modicus ignis, &
exteritur, sic à vini facultate calente insitus corpori calor, si modo ea exuperans re
putatur ebrietas. Qui certè cicutam hauserunt, Vinum bibant est necessum, vt ait
Celsus, & quod Diosco. comprobatum est lectione, vt ait Plinius. ❧ BIBERE
MORS COGAT, &c. Quia nisi cito merum haurient confestim expirabūt.
❧ FARINA PVMI, &c. Farina pumicis, hoc est, lapidis cauernosi sitim fe=
rè inextinguibilem parientis, de hac re lege Pli. libro. XXXVI. ca. XXI. Quam qui

hauserint bibāt est opus, ne ea, aut exulceret, aut plus æquo calefaciat. Est enim pumex, vt ait Theophrastus nono plātarum lapis cauernosus, fissilis, & leuissimus. Retulit Theo: quòd si in feruentis musti dolium pumicē quis demiserit cessare vini quā primum omnem feruorem. CAVTISSIMOS (ait Pli.) EX HIS balineis quoque coqui videmus exanimes que efferri, &c. Ex his potoribus qui vbi primum ex balineis exierint, si plus æquo meracioris vini hauserint exanimes ab balineis efferūtur. Dignum notatu, quod intulerit multum lucis Plinianis verbis. Vinū post balnea, presentaneum esse venenum vt tradit Dioscō. libro sexto. Meracum vinum, inquit, liberalius epotum aut passum, presertim à balneo, strāgulat, & dolores infert, quare autem hoc ita eueniat ratio est, quia vinū multo post balnea, quorum est dilatare laxare que meatus corporis meracius haustum, laxos tunc subit meatus, tunc que incalescunt plus nimio sanguinis conceptacula spiritum que adeò coarctant, vt non detur spirandi facultas, quo fit vt suffocetur temulentus. Et subsequitur. IAM VERO ALIOS LECTVM, &c. Ebrijs certè visus est admodum obtusus, ac omnia vertiginiosa sese ebrijs ingerere videtur, forte quoniam haustu meri vberiore exhalatio progignitur multa euaporantis, scandentis que ad cerebrum spiritus, à quo vniuersum concutiatur cerebrū, ac circunuertatur, vnde vertiginibus ipsi caligant, sed & succorum plærique cerebro oppleto, affectionem inducunt, quam Scotoniaticam vocant, hoc est, tenebricam. Sed cur omnia ebrijs videantur circumuerti quęsisse non obfuerit obiter. An quia cum vapores fumidi, à vino resoluti ad cerebrum inscenderint, ab eodem ad neruos reflectuntur opticos, & oculorum pupillas, ex qua reflectione cōtingit sub basi cerebri, & ante oculorum pupillas circuitionis motum quendam fieri, vt cōuisitur in aquis fluentibus. Cum enim obicem offenderint, reiectę in ambitum mouentur, Lōginqua porrò vidēt minus ebrij, quia spiritus opticos prę alijs lucidiores esse oportet, ac subtiliores, nūc autem intemperatiore vini haustu retusi, tenebrici efficiuntur. Hinc Auerrois, in actione de sensu & sensili, de videndi potestate agēs id organum nullo modo extēdi in actum affirmat, implicari autem videndi facultatem, diuersam que fieri ex opticorum varietate spirituum. Quando que enim animalis spiritus, vt scriptum reliquit Galenus de accidenti & morbo, clarus est, ac perspicuus, vt æther, interdum turbidus, ac perinde fumus & nebula. Et subdit Pli. AD hæc pertinent peregrinę exercitationes, &c. Vbi vtpotè mentis arces vino madent vinosa caligine obruitur homo, se que vltro citro que exorbitans peregrina & aliena, à ratione exercitatione exercet, se nūc cœnoso loco, ac fœdiore nunc illuc, nūc istuc volutat, quę istę omnes exercitationes sunt peregrinę & alienę, & citra rationis metam. Hic mirari subit Ludouicum Cælium virum sanè de vtra que lingua bene meritum & literatura reconditiore insignem, qui istas ebrietatis exercitationes: quarum hic meminit Pli. retulit ad palestræ exercitationes, quando constet Pli. de ebrietatis exercitationibus non palestricis loqui, vt vult Cęlius, qui ait. Volutatio in cœno, &c. Hic, ait Cælius, meditationes luctatorū intelligit, in quē sensum accepisse videtur Mar. Vale. libro septimo in philenem & seneca, &c. Quę libro quarto lectionum antiquarum retulit, qui & peregrinas vocat exercitationes illas, palestrę ascribens, exortas que à Lacedęmonijs, quod fatendum est, verum contenderim non ad palestricas exercitationes illas quas ait hic Pli. Peregrinas referri, verum ad ebrietatis meditationes, vt sensus Plinianus mōstrat, Peregrinas enim Pli. vocat ebrietatis has exercitationes, quia aliunde venerint, hoc est, à græcis ad Romanos, quod & gradum fecit adagio græce potare, vel more græco, quod est effusissimè vino se proluere, & latices vino plenos siccare. Huius Cicero meminit in Verrem, actione tertia. Fit sermo, ait, inter eos & inui-

tatio, vt

tatio,vt græco more biberetur,hospes hortatur poscũt maioribus poculis celebratur omnium sermone,lętitia'que, &c. Sunt certè qui à Marco Tullio veterẽ græciæ morem innui cõiectent, quo toties bibere receptum erat,quoties deos,& charos nominatim vocassent, vtcum'que Ausonius meminit ad Symmachum,super mensam meam facta est inuitatio non illa de ludibrij conuiuio,vt potaretur more græco. Sed illa de flacci ægloga, in qua propter mediam noctem,& nouam lunã, & murenæ auguratum, ternos ter cyathos attonitus perijt vates, &c. Fuit & in græcorum conuiuijs lex illa vetus,sicut Thusculanarum quinto à Cicerone traditur,aut bibat,aut abeat,igitur antelatis cõstat, non ad palestram, vt vult Cælius, sed ad ebrietatis exercitationes hæc verba peregrinæ exercitationis referenda, quas Pli. peregrinas vocat, quia à græcis defluxerunt. Item. VOLVTATIO IN COENO, &c. Non ad palestram referuntur, sed ad ebriorum deformem exercitationem,qui vino graues & distenti,& vt Plautino lepore vtat sa burrati,pedibus consistere nequeunt,volutant enim se in cœno, quod genus exercitationis nephandum admodum est. Et paulò post vbi legitur. Pectorosa ceruicis repandę ostentatio, &c. Quę omnia Cælius ad palestricam meditationem referri putat, quod satis fœliciter non possum mihi persuadere, quando Pli. ceruicẽ repandam dicat, non luctatorum, sed ebriorum. Repandam enim, id est, curuam deflexam'que vocat ceruicem ebriorum. Nam crebriore vini vsu intemperanter sumpti constat ceruicem fieri repandam, hoc est, curuam, & deflexam, languentem'que. Ebrietas certè morbus est calidus,vt annotatum est Galeni monumentis quinto Aphorismorum, qui & ebrietatem frigidorum morborum suscitabulum esse posteris legendum reliquit,sexto morbi,ca.tertio. Item vt Repandam,hoc est,curuam & deflexam possit ebrietas,aut vinum reddere ceruicem nõ obsuerit annotare. Vinum certè plus nimio haustum,humectat,ac calefacit cõfestim,caput'que vaporibus replet, vt scriptum reliquit Galenus,primo Regiminis sanitatis. Omnium item velociter nutrimẽtum est, vt ait Hippocrates medicorũ ille antistes secundo aphorismorum, id'que nimia indiget resolutione, ob id penetrat velocius,vt ait Galenus tertio complexionũ. Videre enim licet ebrios & philœnos,hoc est,amatores vini habere ceruicem decliuem,curuam'que,quod euenit plus nimio vsu vini sumpto. Vino enim membra nerui que curuantur, coartantur item, venę inturgescunt, hument arterię, musculi que lapsitant, sensus & vino rigẽt,vnde fiũt cõuulsiones,id est,paralyseis. Nerui profectò plus ęquo humecti, fiunt laxiores, vnde fit ceruix decliuis, Illi verò plus nimio calefacti coarctantur adustione caloris vini,adurit enim vinum neruos,cor, epar & intraria huiuscemodi,reddit homines sensuum expertes,decrepitos, siliceruos, capulares, & humore naturali vegeto & genuino exhaustos.quo fit, vt ceruix, quę est neruosa sit repanda,id est curua, constat igitur. Repandę ceruicis ostentationem non ad palestram, nec luctatorum meditationem referri,sed ad ebriorum exercitationem deformẽ. Adde hic vinũ pueris propinatum nil aliud esse,quam ignem ijs admotum,vt testatissimum reliquit Auicenna,ca. octauo doctrinę secundę Fen.ter.primo. Alea bibere.

PRAECIVM (ait Pli.) VINOLENTIAE lege accipit, Alius quãtũ alea quęsierit, &c. Allusit hic Pli. ad veterem ritum conuiuarum vino pleniorum, perinde ac si dicat Pli. Alij tot exsiccant pocula,quod dominus conuiuij iniunxerit, qui talorum iactu fortuito, eum sortiebatur locũ, inoleuerat certè græcis mos, Vt alea sortirentur,qui conuiuio presiderent,qui que leges bibendi decumbẽtibus dicerent,quę leges νόμοι,id est,nomi dicebantur. Præses verò conuiuij modiperator vocitabatur,veluti modum bibẽdi præscriberet. Huius Rei meminit Horatius quando ait. Nec regna vini sortiere talis. Leges autẽ bibendi Cicero tradit fuisse

apud

apud græcos,inquit,lex in conuiuijs continetur,aut abeat,aut bibat.Scitè ergo Pli. dixit. Pręciũ vinolentię lege accipit alius quantum alea quęsierit tantũ bibit, &c. Item paulò inferius ait. DILIGENTI SCITO LEGVM, &c. Pręciũ vinolẽtię Pli. dixit iure quidem, quòd plærique maximatum, principum've prę= mio homines inuitent, vt est nobis exemplo Alexãder magnus, qui Indos, vt iam diximus, præmio ad bibendum inuitabat, necnon & Mitridates: qui talẽtum argẽ= teum bibentibus egregie proposuit. Scito legum, præcepto legum bibendi: qua= rum paulò superius meminimus. Subdit Pli. VVLGO VERITAS IAM ATTRIBVTA VINO, &c. Scitè ad hoc facit, Senecę scitum, tertio de beneficijs. Vinũ, inquit, cum pueritia & sine pueritia veredicũ est. ILLA verò, &c. Particula perelegans, prò immo etiam, sicut, iam verò, pro eodem. Gloriam hac virtute parthi quęrunt,. &c. Ego rarenter comperi apud mutos magistros Parthos fuisse maximos potores. Plato ille philosophorum diuinissi= mus. xi. legum, Lydos, Persas, Iberos, Thraces, Scythas, gallos, maximos vini po= tores fuisse memoriæ mandauit. APVD græcos (inquit Plini?.) ALBI= CIADES, &c. Homerus ille poetarum argutissimus. Nestorem maximũ po torem ponit, apud Homerum etiam Agamennon οἰνοβαρὲς, id est, vino grauis ab Achille incessitur. Et subdit Pli. Ipsa inuẽta ad merum pronior. Rectius hic leges, ipsi, non ipsa, hoc est, ipsi Tyberio, fuit inuenta pronior ad merum.

Illa verò.

LVCIVM PISONEM, &c. Lucius certè Piso, bibonum excellentissi= mus fuit apud Roma. ob id Tyberius Cęsar, qui heluones & patrimoniorum deco ctores, est amore prosecutus, delegit eum in vrbis Romę curatorem, vnde ait Trã quillus. Cæterum secreti licẽtiam nactus, & quasi ciuitatis oculis remotus, cuncta simul vitia diu dissimulata tandem profudit, de quibus sigillatim ab exordio refe= ram. In castris tyro etiam quùm propter vini nimiam auiditatem pro Tyberio, biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone, Mero, vocabatur, postea princeps in ipsa publicorum correctione cum Pomponio flacco & Lucio, Pisone, noctem cõ tinuam biduum'que bibendo epulandoque consumpsit: quorum alteri præfecturã vrbis confestim dedit, hæc ille. HAEC ARS (ait Pli.) LEGIBVS suis constat, &c. Harum legum Cicero in calce Tusculanarum abundè meminit. Apud enim Romanos bibẽdi ars, ijs cõstabat legibus, quod Pli. hic obseruauit, ac docuit, non labasse sermone, non leuatum esse vomitione, non altera corporum parte quãplurimum hausisse vno impetu, plurimum præterea addidisse alijs mi= noribus optima fide non respirasse in hauriendo, ne'que expuisse, nihil'que ad elidẽ dum in pauimẽtis summũ, &c. Hic summum potum intelligit Hermolaus, vt sensus sit. Et hanc legem in bibendo fuisse, vt quẽadmodum primo potu plurimũ haurire oportebat, ita nouissimo potu, ex vino nihil relinquere, quod elidi spui've posset in pauimentis, quia hic ferè mos est, vt quod reliquum in cyatho vini subsi= stit, excutiatur & pauimentis elidatur, ad quod facit carmen Horatij secundo car= minum, quod est. Absumet hęres Cæcuba dignior. Seruata centũ clauibus, & me= ro Tinget pauimentũ superbo Põtificum potiore cœnis. Hermolaus, vt diximus. Summum legit. Ego cõtenderim rite nõ summum, sed, Sonum, legi posse. Nã cõ uiualis ludus fuerat prioribus pręsertĩ gręcis, quẽ cottabisin dicebãt, & κοτταβίζειν, id est, cottabisin, pro eo quod superfuit sonum elidere. In æneas profecto phialas, quas Latagia vocant, potus residuum iactabãt, qui dicebatur cottabus, quia si elisu maior ederetur sonus, ab amasijs diligi se augurabantur, cuius rei exemplum Ro= mani seruarũt, ad quod allusit hic Pli. quãdo ait optima fide nõ respirasse. Nihil ad elidendum in pauimentis sonum ex vino reliquisse. Quod Pli. ait. Optima fide nõ respirasse, græce admodum eleganter & venuste exprimitur vno verbo, quod est

ἄμυσι

ἀμυστὶ, quo significatur, inter bibendum non fuisse quidem conclusum os, aut cōtracta labra, sed capaciter hausisse aut magis, quasi ἀπνευστὶ, latinè notans, quod est sine respiratione. VT BIBENDI CONSVETVDO (ait Plinius,) AVGEAT AVIDITATEM, &c. Quia, vt ait Ouidius, Quo plus sunt potæ plus sitiūtur aquæ, sed super hoc nō fuerit obiter quęrere, cur quo plus bibant ebrij sitiant plus, fit certè hoc, quoniam quod sumitur vinum concoqui non potest & stomacho id innatat, crudum'que remanet, vrens stomachi fores cerebrique meatus obtundens, accēdens quam'que sanguinis viam. Et quia in hoc ebriorum proposito collibuit suppingere calamum, pergamus vlterius dicamus'quē, quæ lectori fuerint amœnitati & commodo. Quærunt quidam admittenda ne sit aliquando ebrietas, nam & medicæ artis professores non penitus respuunt hanc. Rasis enim quarto Almansoris, duplicem in mense comprobat, cui in Canticis adijcere calculum videtur Auicenna, quanquam tamen simplex ei arridet, quam & Auerrois improbat, etiam si Galeni astipulatu, innato calori insigniter congruat vinum. Plato item primo legum liberaliorem vini vsum approbat, Sic enim hominum mores retegi facilius putat. Quin Seneca quo'que ille stoico supercilio mire grauis. Nonnunquàm, inquit, ad ebrietatem veniendum, non vt mergat nos, sed vt deprimat curas. Nunc veniamus ad ebriorum incommoda. quærunt naturæ peritissimi & curiosi, cur nam vinolentis dupla sese ostentent obiecta ratio ex hoc pro posse videtur, quia humectationis exuperantia molliculi plus minus effecti oculorum musculi, ac contracti, oculos diuertunt, ac distrahūt, altero in superna contruso, in imum altero deiecto, proinde consequi liquido, non in eundem velut locum radios oculorum collimare, quę res duplam fieri visionem cogit, vtro'que oculorum sua apprehendente, quod certè vsu venire solet, si alterum digyto oculum suppellas reliquum detrudas, res enim eo habitu congeminari perspiciuntur. Illud item non erit alienum ab proposito annotasse, vinolentos non dormire, saltem ægerrimè, ac difficillimè, id in libro encyclicarum quæstionum proposuit Aristoteles, & Haly, practices primo. Vbi in ebrietate, ait, non esse somno locum, ibi nan'que fieri, quod in lucernis contingit, in quas si pręter modum infuderis oleum, mox lumen restringuitur. Ratio verò euidens, nam ad somnum creandum, calidum adesse humorem oportet, hic enim expeditè excoqui potest, inde'que ad caput vapores surriguntur, à quibus subinde somnus inducitur, quòd si deest exiguus humor, concoctu difficilis inest, somnus non oritur, qua de causa, post cibum somnolentissimi ob calorem fieri solemus. Et subiungit Plinius.

EST OCCIDENTIS POPVLIS SVA EBRIETAS, &c. Antiquum est frugibus pocula fieri, quorum ad ebrietatē non minor quàm vini etiam vis est, nec nostra ætas eadem sibi parare his locis desueuit, quibus negata vina, ex quo non satis homini aqua est, quod eorū vicē expleret, quęrere sibi homines coegerunt inter ea quondam, fuit potus, qui ex hordeacea fruge madida fieret. Ad quam allusit hic Plinius quando ait. Est occidentis populis sua ebrietas, &c. Et quando subnectit.

AEGYPTVS QVO'QVE FRVGE sibi potus similes excogitauit, nulla'que in parte mundi cessat ebrietas, &c. Nam Aegyptij inuenerunt ex fruge madida, hoc est ordeo, concinnare vinum, cuius meminit Columella in suo carmine.

, Iam siser assyrio'que venit quæ semine radix,
, Secta'que probetur madido satiata lupino,
, Vt pelusiaci proritet pocula zithi.

Zithum enim vocant, quod ex hordeo madido fit vinum.

DVO SVNT (ait Plinius,) LIQVORES CORPORIBVS humanis grauissimi, intus vini, foris olei, arborum è genere ambo praecipui. Sed olei necessarius. Nec segniter vita in eo elaborauit. Quanto tamen in potu ingeniosior apparebit ad bibendum generibus centumnonagintaquinque. Si species vero æstimetur, pene duplici numero excogitatis, tanto'que paucioribus olei. De quo in sequenti volumine dicemus. Et si liquor vini adprime sit hominibus peraccommodus, pernecessarius tamen videtur olei liquor; ille intus confert, hic foris. Liquor enim olei antiquitus maximo habitus est honore. Hoc prisci vngebantur, non solum voluptatis, sed valetudinis causa, oleo enim Hectorem ab Venere vnctum tradit Homerus, Venus Hectorem (ait) rosaceo oleo, hunc vbi lauerunt oleo'que vnxerũt ministræ. Sæpe enim apud eum olei fit mentio. Apud etiam Romanos in vsu frequenti oleum erat, donabatur ab Aedilibus populo, vt libro sequenti videbimus. Ex eo item corpora illita firmiora sunt, ex quo athletæ, & natantes vngebantur. Legimus & Annibalem pugnaturum ad Trebeiam oleo corpora militum vnxisse. Item Pollio ille Romanus dixit Augusto sibi longam senectutem foris oleo & intus mulso conseruasse. Verùm quia in hac arena versamur, olei confectionem naturam'que sequentibus persequamur, &c.

Commentariorum in Decimumquartum Plinij Secundi, Naturalis hystoriæ, scriptoris argutissimi.

FINIS.

IN DECIMVMQVINTVM PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE ARGVTISSIMI SCRIPTORIS LIBRVM, STEPHANI AQVAEI BITVRICENSIS, VIRI EQVESTRIS, COMMENTARIA. CAP. I.

OLEAM THEOPHRASTVS, &c. Vitium vinique generibus euulgatis, nunc olearum habenda est ratio: omnis certè arboris cultus simplicior, quã vinearũ est longe'que (authore Colu. rei ru. V.) ex omnibus stirpib⁹ minorē impensam desyderat olea, quæ prima omnium arborũ est, nam quãuis non continuis annis, sed ferè altero quoq́ue fructum afferat, eximia tamen eius ratio est, quod leui cultu sustinetur, & cũ se non induit, vix vllã impēsam poscit, sed & si quam recipit, subinde fructus multiplicat, neglecta cõplurib⁹ annis, non vt vitis deficit, eoq́ue ipso tēpore aliquid etiã interim patrifamilias præstat. Porrò quod Pli. Theophra. dixisse oleã, ait nõ nisi intra. xl. m. pas. à mari nasci. Colu. ea dē cõprobasse videtur, quo diximus loco, quã do ait, Hãc arborē plærique existimant vltra miliariũ sexagesimum à mari, aut non viuere, aut nõ esse feracē, sed in quibusdã locis rectè valet. FABIANVS (ait Pli.) NEGAT PROVENIRE, &c. Cœlum calidũ potius q̃ frigidum exposcit olea, olearum tamē sunt genera, quæ cõmodius frigidũ solum quã alia ferũt, quare Cato liciniã oleam posse feri in frigidiore & macriore solo scriptum reliquit. Genera autē plura esse conijcere licet lectione Macrob. iii. satur. Itē Colu. inquientis, Olearum sicut vitium plura sunt genera, sed in meam notitiam decem modo peruenerũt, pausia, algiana, liciniana, sergia, neuia, culminia, orchis, regia circites, murtea. Porrò Pli. Vergilium tria posuisse genera tradit, Vergilij carmen id asseuerans est. Olea. Olearũ genera.

Nec pingues vnam in faciem nascuntur oliuæ
Orcha des & radij & amara pausia bacca.

Et subdit Pli. NEC desyderare rastros, &c. Homeri carmen est. ii. geor. hoc.

Contra non vlla est oleis cultura, ne'que illæ
Procuruam expectant falcem rastros'que tenaces
Cum semel hæserint aruis, auras'que tulerunt
Ipsa satis tellus cum dente recluditur vnco
Sufficit humorem & grauidas cum vomere fruges, &c.

CONSEQVENS (ait Pli.) EARVM, &c. In legendis oliuis ars' acanimaduersio ita requiritur, sicut in tēperandis mustis. Maturitatis signũ est quãdo incipiunt nigrescere, vt etiã Col. tradit. Et subdit Pli. NOSTRI vocãt drupas græci verò drypetas, &c. Quã do em̃ incipit nigrescere olea, drupa vocatur. Perpendendũ tamen drupas nõ solũ in olea, sed in lauro baccas, alijs'que in arborib⁹ dici posse incipientes colorari aut nigrescere, quę vox à gręcis facta est, qui primum Lectio oliuarũ Drupæ

δρυπετε͂ς. nigrescentes oliuas δρυπετε͂ς, id est drypetes appellauerũt. Porrò dignũ scitu, à grę
Stēphyla. cis dici stemphyla, quæ remanent expressis oliuis, sicut vuis expressis peripysma-
ta, de vilitate olei, cuius hic meminit Pli. quod assibus venundabatur. Budæus abũ
dè libro .ii. assis. Oleæ præterea scitè meminit Theophra. vi. de plantarum cau-
sis, cap. xi. his verbis. Peculiare quod de olea notatur si verum est, nihil enim pl⁹
olei post arcturum fieri posse autumant, simul'que nucleum tum obdurescere, quo
facto non amplius humorem posse in oleum verti, sed causam imputemus quali-
tati aeris. Cum enim albæ adhuc oliuæ torquentur minus olei emittunt, omnium-
q́ue pręcipuè ille profundũt quas nouissimè collegerint, hęc ille & multa id gen⁹.

CAPVT .II.

VETVSTAS OLEO, &c. Tedium adferre oleo ve
tustatem in aperto, nam quod ferè recentius, eo melius iudi-
Bonitas olei. catur à plerisque. Bonitas tamen olei distingui solet genere o-
liuarum, nam vt scitè refert Columel. Ex quibus bacca iucun-
dissima est pausiæ, speciosissima est regiæ, quæ potius escæ q̃
oleo est idonea. Pausiæ tamen oleum saporis egregij dum vi
ride est, vetustate corrumpitur. Oleum optimum licinia dat
plurimũ sergia. Orchis quo'que & radius, melius ad escã q̃ in liquorẽ cõstringitur.

CAPVT .III.

OLIVAE CONSTANT NVCLEO, &c.
Nunc agendum est de oliuæ natura, quæ vtpote diuersa cõ
Differētiæ oliuarum. stant oliuę nucleo, carne, oleo, & amurca, sic enim sordes ac
fex oliuæ vocatur. Porrò succo differunt oliuę, nam ex im
maturis acerbũ est oleum omphacinũ vocãt, de quo actũ
Olearia. est, ad maturitatem maximè calor requiritur. Nam & Co
lumel. ob id etiam olearia non procul ab igne, aut loco cali-
do constituenda censet. Item Palladius. Et subnectit Pli.
PERTICIS DECVTIVNT, &c. Varro non perticis quatiendam sed
manu legendam oliuam censet. Oleum, inquit, quam manu tangere possis è terra
aut scalis legere oportet, potius quàm quatere, quòd ea quę vapulauit inarescit, nec
tantum dat olei, quæ manu stricta melior ea quæ digitis nudis legitur, quã illa quæ
cum digitalibus: duricies enim eorum non solum stringit baccam, sed etiã ramos
glubit, ac relinquit ad gelicidium retectos, quæ manu tangi non poterunt, ita quati
debent, vt arundine potius quã pertica feriantur, hæc Varro. QVIPPE (ait
Oliuantes. Pli.) OLIVENTIBVS, &c. Oliuas colligẽtibus: oliuare, oliuas legere. Et sub
dit Pli. SIMILIS ERROR collectam in tabulatis, &c. Cato libro rei rust.
Oliuare oleum non crescere in tabulato tradit. Olea, inquit, vbi matura erit, quamprimũ co
gi oportet, quã minimum in terra & in tabulato esse oportet, in terra & in tabulato,
putrescit. Leguli volunt vti olea caduca quã plurima sit, quo plus legatur, nolite cre
Cōditura oliuarum. dere oleum in tabulato crescere posse, hęc Cato. SALAE ILLAE PRIVA
TIM, &c. Conditurae oliuarum affatim Columel. libro. xii. Baccæ, ait, pau-
seæ, vel orchitæ, nonnullis regionibus etiam neuiæ conuiuiorum epulis præparan
tur. Has igitur cum iam nigruerint, nec adhuc tamẽ permaturæ fuerint, sereno cœ
lo destringuere manu cõuenit, lectas'que cribrare et secernere, deĩde in singulos mo
dios oliuę salis integri ternas heminas adijcere. & in vimineos qualos confundere,
supposito sale copioso, ita, vt oliuas cõtegat, sic'que triginta dies pati consudascere,
atque omnem amurcam distillare, postea in alueum diffundere, mundaq; spongia
salem, ne permaneat detergere, tum in vas adijcere, & sapa vel defruto amphoram
replere: superposito spissamento aridi fœniculi, quod oliuam deprimat, hæc ille.

COLYMBADES

COLYMBADES, &c. Dicebantur etiam antiquitus ob conditu ram halmades, à sale quo earum conditura fiebat, halas enim græci salem dicunt, colymbades quia in sua conditura innatarent sic dictæ sunt, nam κολύμβαν vrinare dicitur, hoc est, in natando sub aqua esse, quare græcorum multi, aues aquaticas , sese in aquam mergentes vrinantes'que: vt anates, anseres, & id genus colymba- , das dicūt. Sic ergo colymbades fiunt authore Palladio. Colymbades, ait, oliuę sic , fiunt alternis cratibus oliuarum pulegium spargis, & mel & acetum, & salem stra tura intercedente suffundes. Item sternes oliuas supra surculos fœniculi vel anethi, siue lentisci, & ramulis oliuæ subditis aceti heminam & muriā superfundis, & has constructiones vs'que ad vasculi plenitudinem patieris insurgere &c. Porrò sunt quidā codices hic superbæ, vocabulum habentes vbi legitur. SVNT ET SVPERBAE præteriam dicta, &c. Legerim acerbæ, non superbæ. Nam sequitur. SVNT & prædulces, &c. Quamuis Hermo. legat superbæ. Cæterò vbi Pli. dixit. AVGETVR OLEVM ab arcturi exortu ad. xvi. calen. octobris, &c. Huius rei meminit Theophrastus sexto de plantarum causis, qui de hoc volet locum habet quem adeat, nam hæc omnia desumpta sunt à Theophrasto, quō diximus loco.

Colymbades. Halmades. κολύμβαν.

CAPVT IIII.

OLEO NATVRA, &c. Omne profectò oleum communiter calefacit, authore Diosco. libro. i. aduersariq́ue tradit, gelicidiorum noxis, promptius & expeditius ad agendum corpus reddere. Expendendum tamen vbi le geris oleum, nihil addendo de oliuarum oleo intelligendū. Subdit Pli. VSVM EIVS AD LVXVRIAM, &c. Oleum profectò ad gymnasia erat antiquitus accommodum, quare Varro ait. i. rei rusti. Olea inquit, alia eligitur ad cibum, alia vt liquescat, ac non solum intus corpus vngat, sed etiam extrinsecus. Ita que dominum & ad balneas & ad gymnasium sequitur, hæc ille. Athletæ præterea oleo vngi solebant cum essent certaturi adhibebatur ad agilitatem præstandam vt corpora lubrica fierent, tum'que natura olei est tepefacere, ac contra algores munire. Addi item solebat terra membris athletarum, ad indurādos artus & aduersus æstum firmandos, quare Statius cecinit de palestritis.

Olei natura.

, Postquam oleo gauisa cutis æquor vter'que
, Procursu medium at'que hasta vestitur arena
, Tum madidos artus alterno puluere siccant
, Colla'que demersere humeris & brachia late
, Vasta tenent, &c.

STRIGMENTA OLEI, &c. Sordes olei, quæ ex vnctorum corporibꝰ athletarum radi solebant, quare sordes quę ex corporibus raduntur, dicuntur strigmenta. OLEAE HONOREM (ait Pli.) ROMANA MAIESTAS. In Olympia etiam coronari olea victores varijs authorum monumentis liquet, huiuscemodi oleas appellantes Callistephanos. Hæc arbor in Atheniensium arce frōdebat ijsdem ramis semper, quæ æternum pacis tranquillitatis'que symbolum inter homines habuit. Omnis tamen Græcia oleastrum magis, quā oleum amasse dicitur, plus'que ex agresti olea quā ex satiua commodi & honoris sibi sperauit, non in sanitate nec in curandis tot vitæ nostræ morbis, sed vt esset incorruptibilis corona illa longioris & melioris post mortem vitæ fine sensu speciosum in olympia victoribus monumentum, dicitur autem græcis oleaster, cotinos, κοτίνος.

Strigmenta.

Cotinos

CAPVT V.

Agero-liuis idoneus.

DICEMVS NVNC, &c. Catonis (quem hîc citat Pli.) verba hæc sunt. Agrum quibus locis conferas sic obseruari oportet, vbi ager craſſus, & lætus eſt ſine arboribus, eum agrum frumentarium eſſe oportet. In agro craſſo & calido oleam conditiuam radium maiorem, ſalentinam orchitē, pauſeam, ſergianā, coliminianam albicerem, quā earum in his locis optimam dicent eſſe eam maximè ſerito. Hoc genus oleæ viginti quinque, aut triginta pedes conſerito. Ager oleto conſerūdo, qui in ventum fauonium ſpectabit, & ſoli oſtentus erit, alius bonus nullus erit, qui ager frigidior & macrior erit, ibi oleam liciniam ſeri oportet, ſi in loco craſſo aut caldo ſeueris, hoſtus nequam erit, & ſerundo arbor peribit, & muſcus ruber moleſtus erit, hæc Cato. Colu. item de his ſic agit. Optime ſuſtinet vapores pauſea, frigus ſergia. Aptiſſimum genus terræ eſt oleis, cui glarea ſubeſt, ſi ſuperpoſita creta ſabulo admiſta eſt. Non minus probabile eſt, ſolum vbi pinguis ſabulo eſt, ſed & denſior terra, ſi vnda et læta eſt, commodè recipit hanc arborem. Creta ex toto repudiāda eſt, magis etiam ſcaturiginoſa & in qua ſemper vligo conſiſtit. Inimicus etiam eſt ager ſabulo macer, & nuda glarea, nam ſi nō moritur in eiuſmodi ſolo tamen nunquàm conualeſcit, poteſt in agro frumentario ſeri, vbi arbutus aut ilex ſteterunt, hæc ille & multa id genus.

CAPVT VI.

De cōficiendo oleo.

NEC ALIO VLLO MODO, &c. Olea, inquit Cato, quæ diu fuerit in tabulato, aut in terra, inde minus fiet olei & deterius: oleum ſi poteris bis in die depleto, nam oleū quàm diutiſſimè in amurca & in fracibus fuerit tam deterrimū erit. Et Colu. his verbis de his ſic agit. Media eſt oliuitas plerun'que initium menſis decembris, nam & ante hoc tempus acerbum oleum conficitur, quod vocatur æſtiuum, & circa hunc menſem viride premitur, deinde poſtea maturum. Locus autem in quo oleum confici debet calidus erit, Tabulatum quo feratur olea, neceſſarium eſt, quā uis præceptum habeamus, vt vniuſcuiuſcun'que diei fructus molis & prælo ſtatim ſubijciatur. Oleo autem conficiendo molæ vtiliores ſunt quàm trapetum, trapetū quàm canalis & ſolea, hæc ille. DECAPVLANDVM, &c. Deplendum. Decapulare deplere eſt, hinc decapulator, qui deplet. Cato, Cuſtodis & decapulatoris officia ſeruet diligenter cællam & torcularium.

OLEVM FREQVENTER capulet factoribus det in ſingulos factus, &c. Factum enim dicebant, quod vno tempore conficerent, quem alij centum quadraginta modiorum, alij centum & viginti putāt. Oſtum vocabant antiqui quod facto olei purum purgatum'que relinqueretur.

CAPVT VII.

Olei laurini confectio.

CVM NON ERAT FACTITIVM OLEVM, &c. Antiquitus & tempore maximè Catonis factitium vt nunc fit, oleum non erat. Fit enim oleū ex oleaſtro medicamētis aptiſſimum, vt conijcere licet lectione Dioſcori. libro. i. fit ex ſeſamo, quod ſeſaminum vocat. Fit ex chamelea, fit ex amygdalis, quod amygdalinū dicūt cuius cōfectionē Dioſco. quo diximus loco docet. Ex lauro, cui⁹ cōfectio ſic à Palla. traditur. Lauri baccasq́ plurimas

in maturitate turgẽtes in aqua calida bullire facies:& vbi diu ferbuerint oleũ quod ex se demiserint super natantis vndam pennis leniter cogentibus in vasa transfundes: de his affatim Diosco. libro primo. GLEVCINO (ait Pli.) MVSTVM, &c. Gleucinum oleum sic conficit Columel. libro rei rust. xii. Vas olearium quam maximum, & aut nouum, aut certè bene solidum pręparari oportet: deinde per vindemiam musti quam optimi generis & quam recentissimi sextarios sexaginta cum olei põdo octoginta in id cõfundi, tum aromata nõ cribrata, sed ne minutè quidem cõtusa, verùm leniter confracta in reticulum iunceum, aut lineum, adijci, & ita cum saxi põdusculo in olei: at'que musti partem demittis. Sũt autem iis portionibus pensata: quas infra subijcimus: calami schœni cardamomi xilobalsami corticis de palma fœnugræci vetere vino macerati, & postea siccati, at'que etiam torrefacti: iunci radicis, tum etiam indis gręcę: anisi pari pondere, id est, vniuscuiuscum'que libram, & quadrantem. Post septimum diem, aut nonum, per se metretæ si quid fecis, aut spurcitiæ faucibus herebit: manu eximito, detergito, deinde oleum eliquato: nouis'que vasis recondito: hæc ille. Cęterò de oleo Ricinino cuius fit hic mentio. Diosco. libro primo etiam meminit. Fiebat ex frutice cici, quem plures Crotona dicunt: sæculo Plinij Ricinus vocabatur, à fœdissimi insecti similitudine: quod græci κροτῶνα, id est, crotona dicunt: animal est canibus maximè offensum hærens'que cui cibi non est exitus, vt diximus: qui de oleo factitio fusius volet, adeat Diosco. libro primo. — Gleucinum.

CAPVT OCTAVVM.

SVPER OMNIA AVTEM, &c. Amurca pluribus rebus admodum est accommoda. Nam ad cados olearios linendos prodest, authore Catone, cuius verba adijciam, quia Pli. hic eum citat. Dolia, ait, olearia noua sic imbuito. Amurca impleto dies septem. Facito vt amurcam quotidie suppleas. Postea amurcã eximito & arefacito: vbi arebit cuminum pridie in aqua infundito. Varro de amurca sic agit. Ita'que amurca perfundere solent: ea enim herbarum est inimica, & formicarũ, & talparum venenum. Et Palladius, libro primo. Contra culices, ait, & limaces, vel amurcam recentem, vel ex cameris fuliginem spargimus, &c. Præcipit Varro. areas amurca imbuendas. Colu. etiam granaria, ac horreorum pauimenta, vt suo loco videbimus. Et subdit Pli. HVMANI QVOQVE ORIS VLCERA, &c. Amurca authore Diosco. libro primo. Nõ solum quadripedibus prodest, sed etiam hominibus. Ille enim quadrupedum scabiem, cum decocto lupinorum & herbæ chamæleonis sanari tradit: locis exulceratis prodesse: medicamentis oculorum admisceri: conferre doloribus dentium, vt in parte medica docebimus. — Amurca. — Amurcē vtilitates.

CAPVT .X.

GRAVIDISSIMIS PINEIS NVCIBVS, &c. Pinei generis arbores plures omnes'que odoratæ ipsa imprimis pinus, Sacra olim matri deum: reperitur enim syluestris & vrbana. Syluestris item idea: aut maritima, Idea crassior & excelsior: authore Theo. græcè pinus πίτος, id est, pitos, & nuclei pinei πιτυίδες, id est, pityides. Lacunatis: modo fossulis formatis. FERRVGINIS TVNICA, &c. Hoc est, purpurei coloris. Ferrugo color compressæ pur- — Pinus. — πίτος Pinus. — Lacunatis.

, puræ rufus nigrioris rubidinis quasi violacei: quare Vergi. ait. Pictus acu clamydem, & ferruginis clarus hybera. Lacunæ enim in quibus sunt nuclei pinei purpurei sunt coloris, vt intuentibus patet: porrò vbi legitur in quibusdam exēplaribus. Vestitos alia Ferruginis tunica, &c. Vetus exemplar habet. Vestit'que eos alia Ferruginis tunica, &c. Sic enim syncerius legitur: porrò quod tarentinum genus hic vocat: molle intelligitur genus. Nam & nux tarentina dicitur mollis, authore Macrob. tertio Satur. Meminit nucum pinearum abundè Theo. libro tertio plantarum, ca. decimo.

Ferruginenus color.

Nux Tarētina.

CAPVT .XI.

Nuces pineę.

HIS PROXIMA, &c. Nucibus pineis proxima sunt cotonea mala quę greci cydonia dicunt. Plura esse genera docet etiam Diosco. libro primo. Nam, ait, probantur quæ vera sunt cotonea: talia autē quæ parua rotūda odoratissima'que. Quę Struthia vocant, grandia'que minus sunt vtilia: de his affatim Theo. libro secundo plantarū. Item quarto: & Atheneus, libro tertio dipnosophistę. Et Colu. libro. xii. Subdit Pli. OMNIA IAM VIRORVM SALVTATORIIS CVBILIBVS, &c. Solent enim cotonea suspendi in cubilibus: quod etiam annotauit Palladius hoc carmine.

, Cum prestet cunctis se fulua cydonia pomis
, Alterius nullo creditur hospitio,
, Sed proprijs pecudes cognata cubilia ramis
, Stat contenta suum nobilitate bonum.

Salutatoria cubilia intelligit Pli. ædiculas deorum penatium, quas Aelius Lampridius in Alexādro Lararia appellat, à laribus, quòd matutinis omnibus salutare esset religio.

CAPVT .XII.

Persica.

SED PERSICORVM, &c. Persica, quę ex Perside anecta fuerunt in orbem alienum, plura dicuntur: dignum præterea scitū arborem, ac fructus antequam translata essent venenosa fuisse, quod innuisse scitè videtur Colu. hoc carmine.

, Stipari calathos pomis quę barbara Persis
, Miserat, vt fama est patrijs armata venenis
, Atnunc expositi paruo discrimine læti
, Ambrosios prębent succos oblita nocendi.

Erat enim venenosa in perside arbor: mox vbi translata fuit, amissa vi nocendi, fructus amabiles protulit. CAETERO (ait Pli.) PRAECIVMQVE SINGVLIS, &c. His verbis Pli. significat singula persica sestertijs primum quaternis venundata, postea augescēte gratia aliquando præcium ad tricenos nūmos euasisse, quod est & annotatum à Budęo secundo assis. POMVM INNOCVVM (ait Pli.) EXPETITVR AEGRIS, &c. Scitè vocat innocuum, ac expetitum ægris. Nam authore Diosco. libro primo persica stomacho accommodata sunt: vt etiam libro. xxiii. Pli. docet. Sunt tamen qui suspicentur legendum agris non egris. Theophra. affatim de Persia, libro tertio de plantarum historia, ca. quinto, meminit.

CAPVT .XIII.

INGENS POSTEA TVRBA, &c. Pruna quæ Græci κοκκύμηλα, id est, coccimela eorum sunt plura genera: hordearia à maturitate hordei dicta asinina à vilitate, Damascena, à damasci valle, vbi nata primum, authore Atheneo: hæc preferunt medici cæteris. Nam & Diosco. libro primo, stomacho siccata grata tradit. De pruno etiam meminit Theo. libro quarto plantarum, capi. tertio. Coccimela. Pruna damascena.

CAPVT .XIIII.

MALORVM PLVRA GENERA, &c. Medica mala à Media regione, vt diximus, quare nihil de hoc agetur. Plura malorum etiã Atheneus cõmemorat genera sidũtia ex Corintho, Vactiana ex alpibus. Porrò Pli. Ortomastica vocat: quę mammarum modo tumeant, aut formata sint, Mastos enim mamma dicitur: sed nihil hoc ca. habet fuscedinis, quare de his hactenus. Sũt & quę Castomela à Aetio dicuntur mala. Austera è dulci vocant Aphratomela. Sunt & quę Columella vocat Amerina ab mammarum effigie ortomastica, à conditione castrati seminis spadonia, à corrugationes celeritate pannucea, à stolido tumore pulmonea. Mala.

CAPVT .XV.

EADEM CAVSA, &c. Pyrorum etiam constat plura esse genera: decumana Pyra Pli. hic vocat quędam: quę maxima sunt quæ enim maxima sunt mala iure decumana appellare possumus. Porrò Crustumina laudat maximè à Crustumino oppido dicta parte rubetia: horum etiã Vergilius meminit hoc carmine. Pyra. Crustumina Pyra.

, Crustumijs syrijsque pyris, grauibusque volemis.

Porrò quod Pli. ait de varietate insitorum. Huius etiã rei meminit Vergil. quem hic citat Pli. Vergilij carmen, hoc est, secundo Georgicon.

, Quin & caudicibus sectis mirabile dictu.)
, Truditur è sicco radix oleagina lino.
, Et sæpe alterius ramos impune videmus
, Vertere in alterius mutatam que insita mala
, Ferre pyrum & prunis lapidosa rubescere corua.

Et subdit Pli. VERGILIVS INSITAM NVCIBVS ARBVTVM MALIS platanum, &c. Vergilij carmen ad hoc faciens est.

, Inseritur verò ex fœtu nucis arbutus horrida
, Et steriles Platani malos gessere valentes
, Castaneæ fagos, ornus que incanuit albo, &c.

De his alibi etiam agemus. CONDVNTVR VERO (ait Pli.) VT VVAE, &c. Columella in arculis figineis, aut tiliaceis condi iubet addito mello: quod id seruet ne putrescant: Sed de his ca. sequenti. FACILE QVOQVE, &c. Verbum facile ingẽdum cum superiore clausula, &c. Huic loco fert opem, locus apud Varro. libro rei rust. primo. Hæc, ait, sequuntur multi qui aruspices audiunt multum à quibus pditũ est, i singulis arborib⁹: quot genera insita sint vno ictu tot fieri fulmina, &c.

CAPVT .XVI.

IN VNIVERSVM VERO, &c. Colu. Cydonea mala item poma cuiuſcun'que generis ſic ſeruãda iubet. Nõnulli, ait, ſeruant cydonea folijs ficulneis deinde cretam figularem cum amurca ſubigunt, & ea linunt mala, quę cum ſiccata ſunt in tabulato frigido loco & ſicco reponũt. Nõnulli hęc eadem in patinas nouas ſicco gypſo ita obruũt, vt altera alterã non contingat, nihil tamen certius aut melius experti ſumus, vt cydonea maturiſſima integra, ſine macula & ſereno cœlo decreſcente luna legantur: & in lagena noua quę ſit patentiſſimi oris deterſa lanugine quę malis ineſt cõponantur leniter: & laxe, ne collidi poſſint. Palladius etiam ſic præcipit mala ſeruanda. Diligenter, ait, legenda ſunt mala quę volumus ſeruare. Ea in locis obſcuris, vbi ventus nõ erir ſtramẽtis prius in crate ſubiectis, in cumulos ſecreta diſponimus: qui cumuli frequenti diuiſione ſeparantur: aliqui diuerſá dixerunt, vel ſingula in vaſculis fictilibus picatis at'que oblitis claudi, vel argilla inuolui, vel ſolos pediculos creta adlini: vel in tabulatis ſtrata palea diſponi, & ſtramentis de ſuperiore parte cooperiri. Alij in puteo, aut ciſterna mergunt vaſa fictilia: quibus diligenter picatis & clauſis mala committuntur, hęc ille, & multa id genus. STOREIS, &c. Storea id dicimus quod extendimus ſuper terram Teges alio nomine, aut matta dicitur.

Modus ſeruãdi cydonea.

CAPVT .XVII.

COTONEIS INTERCLVSIS, &c. Diximus pauld ſuperius vti debeant ſeruari cydonea: nunc agendum de punicis, hoc eſt, granatis malis. Pli. aqua marina feruẽti debere indurari tradit, aſtipulans certè Columellę, inquienti, libro rei ruſt. XII. Pœnus quidam Mago præcipit aquã marinam vehementer calefieri: & in ea mala granata lino aut ſparto illigata paulùm demitti, dum decolorentur, & exẽpta per triduum in ſole ſiccari poſtea loco frigido ſuſpẽdi: & cum res exegerit, vna nocte, & poſtero die vs'que in eam horam, qua fuerit vtẽdum aqua dulci frigida macerari. Sed & idẽ author creta figulari bene ſubacta recentia mala craſſe illinire, & cum argilla exaruit; frigido loco ſuſpẽdere mox cum exegerit vſus, in aquam demittere, & cretam reſoluere, hæc ratio tanquam recentiſſimum pomum cuſtodit: idem iubet in vrceo nouo fictili ſuſternere ſcobem populneam, vel iligneam, & ita diſponere, vt ſcobs inter ſe calcari poſſit. Omne autem pomum, quod in vetuſtatem reponitur cum pediculis ſuis legendum eſt. Sed ſi ſine arboris noxa fieri poſſit, etiam cũ ramulis, nã ea res plurimum ad perennitatem confert. Palladius, libro quarto, de his ſic agit. Punica mala ſeruantur ſi pediculis picatis ordinata ſuſpendas: aliter. Lecta integra in aqua marina, vel muria feruente mergantur, vt combibant poſt triduum ſole ſiccẽtur, vt ſub dio nocte non maneant, poſt in loco frigido ſuſpendãtur. Cum volueris vti aqua dulci pridiè macerabis. Item ſeruantur ſi tactu inuicem ſeparata paleis obruantur. Item ſi induãtur argilla, & ea ſiccata loco frigido pendeant. Subdit Pli. CISTISQVE VITILIBVS CONDI, &c. Quidam perperam habẽt codices: ciſtis' que. Eſt enim ciſta genus vaſis: hinc ciſtula. Porrò de ſeruandis vuis etiam Colu. eo quo diximus, libro affatim meminit. Omnis, ait, vua, ſine noxa ſeruari poteſt, ſi luna decreſcẽte, & cœlo ſereno poſt horam quartam, cum iam inſolata eſt, nec roris quicquã habet, viti detrahatur, ſed ignis in proximo decumano fiat, vt pix ferueat: in

Punica q̃ granata vocãt

Ciſta. vitilia.

Modus ſeruãdi vuas.

qua pediculi vuarum statim demittantur. Alij cum legerunt vuam, si qua sunt in ea vitiosa grana, forcipibus amputant: atque ita in horreo suspendunt in quo triticum suppositũ est, sed hæc ratio facit rugosa acina, & penè tã dulcia quam est vua passa, &c. Qui plura de his volet locum habet quem adeat. Porrò qui de generibus Pyrorum volet, adeat Columel. libro quinto.

CAPVT .XVIII.

RELIQVO GENERE POMORVM, &c. Ficorum plura esse genera est in confesso, vt scitè ab Macrob. tertio Saturnaliorũ dicitur. Fici varia tum ab patrijs, tum ab vrbibus locisque diuersis nomina sibi asciuerũt earum meminimus quę Aegyptiæ dicerentur. Non obfuerit hic annotasse, Ficos rubentes in paro insula dici hæmonias. Albã Ficum Leucerineon: hyemales ficos cydoneas: præcoces, protericas, vel Theo. authore prodromos: ischadas ficus aridas nonnulli. Ficos antequam maturescant dicunt, authore Macrob. olynthos, id est, ὀλυνθους, Latini verò grossos: nouellę autẽ ficus Sycades nominari solẽt: meminit abundè ficorum Theo. secundo de causis plantarum, & libro quarto: porrò dignum scitu, philosycos dici ficorum amatores, ac quibus ficus plurimũ arrident. Cæterò folia ficorum greci thria dicunt: & cradas, summos ramorum cauliculos. Et subdit Pli. CATO DE FICIS SERENDIS, &c. De ficis serendis etiam sic meminit Colu. libro quinto. Ficum ne frigoribus serito, loca aprica, calculosa, glareosa interdum & saxosa amat. Eiusmodi arbor cito conualescit, si scrobes amplos patentesque feceris. Ficorum genera, & si sapore, atque habitu distant vno modo, sed pro differentia agri feruntur, locis frigidis autumni temporibus, & aquosis præcoques ponito, vt ante pluuiam fructum deligas, locis calidis hybernas ponito: at si voles ficum, quãuis non natura, sed feracem facere, tum grossulos priorem ve fructum decutito: iterum alterũ edet, quę in hyemẽ differet: nõnunquã etiam, cum frondere cœperint cacumina fici, ferro summa prodest amputare, sic firmiores arbores, & feraciores fiunt, ac semper cõueniet, simulatque folia agere cœperint ficus: rubricam amurca diluere, & cum stercore humano ad radicem infundere. Ea res efficit vberiorem fructum, & farctum fici pleniorem, ac meliorem: serẽdæ sunt precipuè linianę, africanę, chalcidicę, sulcę, lydię, callistrutiæ, topię, rhodię, libycę, hybernæ, omnes etiam biferæ, hæc Colu. LVPA (ait Pli.) INFANTIBVS, &c. Hęc ficus dicta Ruminalis à ruma. Item ab Ouidio Rumula dicta est, quòd sub ea Romulus fuerit lacte nutritus à lupa: nota est hęc historia. Sunt genera quędam quę à frigore summo dicãtur Psyctalia, alij intelligunt non penitus recentes, ne siccatas omnino. Hybernas ficos animaduerto dici Cydoneas. De his vt diximus abundè Theo. libro quarto plantarum.

Ficus.

Thria.

Cradęs.

CAPVT .XIX.

CAPRIFICVS, &c. Syluestres ficus caprificos dicũt in quibus animalia nascuntur, quę Aristophanes appellat Psenes, & Cnipes: porrò, perpẽdendum caprificationem à Plinio dici, cum macie corticis adstringente se ex ægritudine iustoque plus vitalia arboris comprimente perpetuis incisuris di ducentibus laxantibusque: id quod esse salutare cõmonstrãt cicatrices internato corpore explet ę: alij malunt caprificationem dici à similitudine culicũ, qui in caprifico

Caprificus.

Cnipes.

Caprificatio.

enati

enati ad ficos euolãtes earum ora aperiunt. Sunt præterea qui putent legi scitè scarificationem: nõ caprificationem. Vetus tamen exẽplar caprificationem habet.

Aure cę reales. CEREALES, &c. Satiuas: & ad ferendum: à Cerere dea frugum deductũ verbum, auras enim cereales, intelligit Fauonium vẽtum: qui genitalis viuendi spiritus in plantis dicitur.

Orca. IMPLENT VR ORCAE, &c. Vasa quædam: orca genus vasis: quare Persius cecinit. Redderet, angustæ collo non fallier orcæ. Probus: modo amphoræ orcam adformatam tradit.

CAPVT .XX.

MALORVM PYRORVMQVE, &c. Videtur hic Plí. allusisse ad Theophrasti sententiam, qui de mespilis abundè, libro tertio plantarum meminit, qui de his volet amplius, locum habet quem adeat.

CAPVT .XXI.

Torminale. SORBIS MVLTIPLEX, &c. Theo. de his affatim quo diximus loco. Torminale genus vnum hic Plí, vocat quòd tormina, vt puto cohibeat, cohibent enim in cibo sorba aluum, vt scriptum reliquit Diosco. libro primo, & Plinius vigesimotertio: de quorum vi in medica aliubi agemus parte.

CAPVT .XXII.

Iuglãde nuces. NVCES IVGLANDES, &c. Iuglãs authore Macrob. dicta quasi Iouis glãs, quę nunc interlisis literis non Iouis glãs sed iuglans dicitur, perinde, ac diuglans, hoc est, gręcè διὸς βαλάνος. Græci etiam nuces iuglandes vocant

Carya. καρύα βασίλικα, id est, Carya basilica, hoc est, regias nuces. Nuces etiam à Theo. heracleoticę dicũtur, ab heraclea ponti ciuitate. Porrò quando Pli. ait. ET HAS è Perside à REGIBVS, &c. Hic intelligit nomina græca nucibus indita à regibus, hoc est, καρύα βασίλικα, id est, regias nuces dicunt: ad quam vocis acceptionẽ allusit hic Pli. A perside enim, persicas vocant, sic enim Diosco. libro primo vocat, qui eas asserit etiam capitis dolores facere: quod & confirmat hic Pli. Item & vigesimotertio libro, à grauedine enim capitis, quam faciunt, carya dictę sunt. Nuptialium fescenninorum: à fescennino oppido, vbi inuenta sunt nuptialia carmina, hinc fescẽnini versus, qui canebantur in nuptijs, &c.

CAPVT .XXIII.

Castaneæ. NVCES VOCAMVS CASTANEAS, &c. Castaneas dici nuces ostendit Vergilius. Item Macrob. tertio Saturnaliorum. His inest tegmen echinatum, hoc est, spinosum hirtum'que: de quibus aliubi. Diosco. castaneam vocat Sardiniã glandẽ: à sardibus vt puto dictam: sicut Castaneam à Castano Magnesię oppido, vel vt placet Stephano: in Apuleia non procùl à Tarento. Alij vocant Lopimam castaneam, à cortice, qui græcè dicitur λεπος, hoc est, lepos.

CAPVT XXIIII.

HAVD

HAVD PROCVL ABESSE, &c. Siliqua non omnibus peculiaris regionibus. Porrò quod Plí. hic ait de moro. Ferunt vnam esse arborum, quæ non nisi exacto frigore progerminet, ideo sapientissimam arborum dicũt. Succo pomi pastores infici ac inficere Pana numen suum, opem inuocantes suo gregi. Porrò arbutus, cuius hic meminit Plí. cotoneæ malo similis est, græci vocant comaron, fructum eius mæmecylon. Cæterò siliquæ, quarũ hic meminit, alio nomine dicuntur ceratia, arborem verò Paulus Aeginita ceratoniã græci aliquot etiam xylocerata, fructus verò ceratia dicunt. De moro affatim meminit Theophrastus libro quarto, cap. secundo. Siliqua

CAPVT XXV.

CERASI, &c. Arbores fuere peregrinæ, quas primò aduexit Lucullus, vt hic ait Plí. Plura cerasiorum genera esse palàm est, quædam enim subnigra, alia minora, alia maiora, vt palàm est. Theophrastus de planta. histo. iii. cap. xiii. de cerasis sic agit. Arbor natura peculiaris cerasus est magnitudine excellēs: quippe quæ ad. xxiiii. cubita crescat, recta admodum, crassa, vt & bicubitalem ambitum è radice cõpleat, folium mespili, sed admodum durũ, latiusq́ue vt è lõginquo arbor sit colore manifesta, corticis leuitate, colore crassitudinisq́ue tiliç similis, quapropter cunas ex eo cõficiũt, sicut etiã è corticib9 tiliç, hęc ille.

CAPVT XXVII.

INTERIM QVAE SVNT, &c. Theophra. septē propriè & per se saporum discrimina scriptũ reliquit, libro de causis planta. vi. hæc numerãs, dulce, pingue, amarũ, austerum, acidũ, & acerbum. Mox, ait, addere aliquos octauum, salsum scilicet, & præter hos sapores vinosum. Siquidē dulcia vina austera & acida iueniũtur, hic eñ discrepat à Theophra. vt conijcere licet, suauē enim & acutum nõ numerat Theophra. sed tantũ oxyn. i. acutum: videtur eñ Plí. equiuocã ad acutum & acidũ saporē vocē illam non ad alterum, sed ad vtrũque explicuisse, in dulci tamen suauē intellexisse putarim Theophra. Nõ probauit preterea salsum saporē dici, cuius manifesta causa est, quia alterius qualitatis cõmunicatione nõ propria vi tale dicitur, & q̃m in nullo fructu inuenit, Plutar. tamē in naturalib9 causis salsum inter sapores annumerasse videtur. Qui de saporibus profusi9 volet, adeat Theophra. vi. de causis planta. Et libro. i. planta. cap. xix. Succorum, ait, alij vinosi ceu vitis, alij pingues, vt oleæ lauri, nucis, amygdalæ, pini, laricis, alij dulces vt fici, palmæ, roboris, glandis: alij acres, vt origani, satureiæ, nasturtij: alij amari, vt absynthij. &c. Sapores Oxyn.

CAPVT XXIX.

SVCCORVM, &c. Myrti genera plura esse eruditiores testantur. Est & genus syluestre, quod græcorũ peritissimi oxymyrsinen vocant, perinde dixeris acutã myrtũ, hanc latini ruscũ appellitare solēt. Est hæc acuminata, vñ myrtacanthã, hoc ē aculeatã spinosã ve greci nũcupãt Nascit̃ iter sepes, fert baccas rubētes, cui9 itē & domesticæ abũdè Theop. iii. de plã. hi. meminit, Ceterò q̃d Plí. hic vocat myrtidanũ, hui9 meminit Dioscolib. ii. his verbis. Myrt9.

Quod verò myrtidanum dicunt, inæquale tumens'que adnatum myrto & eodem illi colore est, truncū eius quasi manu amplectens maiore in adstringendo vi myrtidanum quam myrtus est &c. De his copiosius agendum erit in parte medica, id est libro. xxiii. ELPENORIS TVMVLO, &c. Hic est Elpenor qui comes fuit Vlyssis, qui à Circe cum alijs socijs in porcum conuersus fertur à poetis: quare Iuuenalis ait. Et cum remigibus grunisse Elpenora porcis. Homerus etiam. xi. odyss. per huius necromantiam Vlyssem inferos petere facit. Porrò de vino myrti meminimus libro superiore. Meminit etiam Columella, duo myrti genera faciens. Duo, inquit, sunt genera myrti, quorum alterum est nigrum, alterum album. Nigri generis baccæ cum sunt maturæ leguntur, & semina earū eximuntur, atque ipsę sine seminibus in sole siccantur, & in fictili fidelia sicco loco ponuntur &c. Græcum'que ei nomen remanet, quia myrtum græci vocant myrsinen, id est μυρσίνην. MYRTEA VERBENA, &c. Verbenas iure dicim' omnes herbas & frondes sacratas, in quarū albo sunt laurus, oliua, myrtus, & id genus. CLVACINAE, CLVERE, &c. Cluere perhiberi putarique apud Plautum ponitur. Cluet, ait, is etiam sese sapere memorat malleum, qua vocis acceptione vtitur sæpius Lucret. hic tamen pro significatione certandi ponitur, cluere percutere, pugnare. SVFFIMENTI, Suffumigationis. Suffimenta etiam veteribus dicebantur, quæ ex faba, milio, mulso'que sparso fieri solebant, eaque dijs dabantur eo tempore, quo vuæ calcatæ pręlo præmebantur, authore Festo. EXOTICAM, Peregrinam, extrariam. VERSIBVS, Ordinibus. FOLIA per se siccantur, &c. Eadem etiam Dioscorides libro secundo, sed de vi medica myrti, agam libro. xxiii. Lesbij authore Atheneo, myrti ramulos hypothymidas vocant, ijs se coronant implexis floribus. Dignum scitū, coronas ex omni florum genere dici eleganter pancarpias.

Elpenor

Cluere.

Suffimētum

CAPVT .XXX.

LAVRVS TRIVMPHIS PROPRIE DICATVR, &c. Lauri genera duo quidam astruunt delphicum, quòd eo genere lauri delphis coronarētur. Arbor certè, CYPRIAM, addit Cato, Mustacem videtur addidisse Pompius Leneus: quæ mustaceis subijceretur. Erat enim mustaceū, vt Probo, placitum video, genus libi, quod dabatur ad conciliandum stomachum. Cuius meminisse videtur Iuuenalis, quando ait, Causa nec est quare coenam & mustacea perdas. Cato etiam meminit huius libi. Mustaceum, inquit, sic facito, farinę siliginis, modium vnum, musto cōspergito anisum, ciminum, adipis pondo duo, casei libram, & de virga lauri deradito, eodem addito, hęc Cato. Addidere & alia genera, nam & Dioscorides alexandrinam vocat eam, quæ sit folio rusci similis, paulò tamen molliora folia habens & candidiora, fructum in medijs folijs ferēs: quod & testari videtur Plinius quando ait. EXCRESCENTE IN MEDIO FOLIO, &c. Quod & Theophrastus libro primo de historia plantarum scriptum reliquit, quādo ait. Sūt & folia quędam fructum ferentia, & inter se fructum amplexa, qualis est laurus alexandrina, quare idem author vocauit verbo græco scito admodum hanc laurum ἐπιφυλλόκαρπον, id est ferēs fructū in folijs: de ea & generibus alijs lauri, affatim idem libro. iii. plantarum meminit. Cæterò Plinius idæam hanc vocari tradit, quia in ida multa ac quidem speciosa nascatur monte, στεφάνον, hoc est stephanion appellat hanc Dioscorides, quia apta sit coronis. Porrò Chamædaphne, laurus terrestris dicitur ac humilis, vt Etymon monstrat:

Laurus

Mustaceum.

Chamędaphne

non desunt

non desunt qui hanc vocent laureolam, malim tamen daphnoidem laureolam vocitare. Camædaphne certè est herba topiaria, quam tritè vincam peruincam dicimus. Sunt tamē qui non putent hanc esse, quòd Theophrastus ad extremum tertij voluminis, de historia plantarum afferat fructum folijs adnatum ferre, quod nō videtur vincæperuincæ conuenire. Porrò Paulus Aeginita, aptum chamædaphnes cauliculum esui tradit. Vincamperuincam non cibo aptam censeo, quare nō dictu facile est, discordi eorum sententia: tamen Pli. alibi hoc est. xxi. cap. x. vincam peruincam sic describit, vt videri possit chamædaphnes vera. Cæterò laurus quā Plinius baccaliam vocat, putarim dictam, quòd ea Bacchus coronatus fuerit. Vocat item alexandrinam hyppoglotton aut hyppoglossidion, à lingua vocabulum deflexū, quanquàm tamen non videatur similis linguæ humanæ, sed forsan quòd ei medeatur sic dicta est. Ceterò vt quid auctarij addamus, laurum tacitam poetarum multi vocant, quòd ex ea vaticinia auguriaque euenire solerent: futurorū enī præsensionem quandam habere putabant fabulares poetæ, quare Apollini sacram asserunt, ob id Etymon eius Eusthatius vult dici ἀπὸ τοῦ δᾶ, quæ particula intendit, & φωνεῖν loqui et canere, vrendo enī hęc crepitat, quòd si hoc abundè fecisset, putabant euentus rerum prosperiores, portendique fœlicitatem putabant, quod significasse videtur Tibullus hoc versiculo.

Baccha lia laur⁹

Laurus tacita.

Laurus vbi signa bona dedit gaudete coloni.

E diuerso si vrendo tacita, hoc est non crepitans fuisset, infœlicissimum augurium portendi autumabant. Ad quod allusit Propertius, quando cecinit.

Et tacet extincto laurus adusta foco.

Et subdit Plinius. DODRANTALES, &c. Cubitales. TIBERIVM PRINCIPEM, &c. Eadem confirmat Tranquillus inquiēs, Tonitrua tamen præter modum expauescebat, & turbatiore cœlo nunquàm non coronam lauream ceruice gestabat, quòd fulmine negetur afflari id genus frondis. De Augusto, idem abundè. VNIVS (ait Plinius,) ARBORVM latina lingua nomen imponitur viris, &c. Alludit ad libertum Ciceronis qui dictus est laurea Tullius. NANQVE LIVIAE DRVSILLAE, &c. Huius rei fit mentio apud Tranquillum, his verbis. Liuiæ olim post Augusti statim nuptias Veientanum suum reuisenti præteruolans aquila gallinam albam ramulum lauri rostro tenentem ita vt rapuerat dimisit in gremium cunque nutriri alitem, et pangi ramulū placuisset. Tanta pullorum soboles prouenit, vt hodie quoque ea villa ad gallinas vocetur. Tale verò lauretum vt triumphaturi Cæsares inde laureas decerpserunt. Fuitque mos triumphantibus alias confestim eodem loco pangere, & obseruatum est, sub cuiusque obitū arborē ab ipso institutam languisse &c.

Dodrā tales.

Commentariorum in Decimumquintum Plinij Secundi, Naturalis hystoriæ, scriptoris argutissimi.

FINIS.

IN DECIMVMSEXTVM PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE ARGVTISSIMI SCRIPTORIS LIBRVM, STEPHANI AQVAEI BITVRICENSIS, VIRI EQVESTRIS, COMMENTARIA.

CAP. .I.

POMIFERAE ARBORES, &c. Multarum meminimus arborum, superesse videbantur syluestres, quarum vsus mortalium plurimis peraccommodus iure censetur, attulerunt enim cibis voluptatem, fuere loco ciborum antiquis, qui glande vescebantur, vt scriptum reliquit Diodorus. Harumsce igitur natura doceatur.

CAPVT .II.

DIXIMVS ET IN ORIENTE, &c. Plæraque arborum gentium'que miracula in parte geographiæ à nobis dicta sunt, quę repetere non est concilij, ne plus iusto turgescat lectio, quare qui de his volet, legat quæ Pli. in geographiæ distinctione scripsit. EA NECESSITATE GENTES, Hoc est gentes oppressas necessitate arborũ. NON PECVDES HOS, &c. Diximus subaudias. Vt finitimos, Nomades, intellige aut galactopotas. Porrò sequentia capita nihil habent fuscedinis, quare à nobis illibata.

CAPVT .V.

HINC CIVICAE CORONAE, &c. Non est consilij nostri aliquid agere de coronarum honore, vsu'que: quia libro septimo disseruimus de his, earum etiam affatim meminit Aulus Gel. atticarũ noctiũ. v, capi. vi.

CAPVT .VI.

Glãdis GLANDES OPES ESSE NVNC, &c. Plurimis hominum glandes alimentum prębere peculiare est in confesso, ex quarum farina panis cõficitur fame sacra congẽte. Porrò Pli. cautum esse lege. xii. tabularum ait, vt in alienum agrum decidentem ne quis colligat. Expendẽdũ enim appellatione glandis omnes fructus contineri, vt sentit Vulpianus. Nã glans pro fructu arborũ glandiferarũ dicitur, qua vocis acceptione vtitur Home. ille Mant. Nec, de concussa tantũ pluit ilice glandis. Plura esse genera tum Theophra. tũ Pli. scitè docent, quæ non omnia eodẽ modo saginant pecus, nã iligna strigosam, hoc est, macilentã, angustique corporis & male habitam: querna verò diffusam, fagea hilarẽ, stomacho carnem accommodatam, quæ omnia cap. sequenti docẽtur affatim. Porrò δρυὸς apud græcos oẽs arborũ species appellãtur. Est enĩ δρῦς ꝓpriè robur.

CAPVT .VIII.

NASCITVR AVTEM GALLA, &c. Ferre etiam gallam quercum, Diosco. libro. i. refert, vocatur in gallæ genere eodem authore omphacitis, hoc est immatura. Solida, non perforata: altera differt leuore ac leuitate foraminibusque. Multa gallæ genera Theophrastus, tertio de historia plantarum commemorat, cuius lectioni Plinius hic astipulatur, iisdem ferè verbis, quę si quis de his volet, locum habet quem adeat. Dicuntur autem græcis gallę κηκίδες, id est cecides. Galenus onocicidas quasdã vocat, quasi asininas, eæ enim sunt quæ fungosæ ac flauæ & magnæ. Galla.

CAPVT .IX.

FERVNT ROBORA ET CACHRYN, Fert & cachryn quercus, id est pilulã, vim vrẽdi habens in medicina. Fert viscũ, fungos, gallam, pluraque alia vsui humano necessaria. Quorum omnium affatim Theophrast[9], tertio de historia plantarum meminit. Porro ilex arbor fert coccon, hoc est granum, quod tingendo est. Cuius meminit Theophras. eo quo diximus loco, fiet etiam mentio eius, libro. xxiiii. cap. iiii. Vocat enim puniceũ coccon Theophra. quòd puniceï sit coloris, illiusque coloris infectũram reddat. De hoc etiam libro nono egimus. GIGNITVR (inquit Pli.) IN GALATIA AFRICA. &c. Diosco. libro quarto etiam in Galatia nasci scriptum reliquit. Probatissimus, inquit, coccus in Galatia, & Armenia nascitur, post hunc Asia & Cilicia: postremæ notæ hispanus est. Et subdit Plinius. EST FVNGVS CANDIDVS, &c. Agarici genera duo Diosco. ponit, masculinum & fœmininum, fœmininum antecellere. Porrò Pli. fungum vocat agaricum, sunt qui etiam radicem putent plantæ, alii fungum. Quidam, ait Diosco., in truncis arborum ex corruptione fungorum modo fieri, de hoc verbosius in parte medica. TRAGVLIS, Tragula rete significat, est etiam tragula genus teli, à trahendo, quo piscatores pisces ferire solent ac attrahere. Robora. cachrys Coccus Agarici genera. Tragula

CAPVT .XI.

SCANDVLAE, &c. Scandulæ paruæ tabulę, hoc est in paruas laminas, scissæ è ligno. Cæterò Plin. hic agit de piciferis arboribus, in quarum albo est picea, quam græcorum aliqui pityn appellant. Peuces verò ab iis dicitur teda, quanquàm non desint qui vocent πεύκην, id est peucẽ. Piceam, de quibus abunde Theophrast[9] tertio de plantarũ historia. Porrò quod Pli. ait abietem esse materiei aptã arborem nauigiis. Victruuius libro architecturæ. ii. ędificiis idoneam tradit de ea sic scitè agens. Et primum abies aeris habens plurimum & ignis, minimumque humoris & terreni, leuioribus rerum natura compatata potestatibus non est ponderosa, itaque rigore naturali contenta non cito flectitur ab onere, sed directa permanet in contignatione, hæc ille. Porrò quod de larice ait Plinius, Victruuius quo diximus loco, de hac arbore sic agit. Larix vero nõ est notus nisi his municipibus, qui sunt circa ripã fluminis padi, & littora maris adriatici, nõ ab succi vehemẽti amaritate ab carie aut a tinea, sed etiã flãmã ex igni non recipit, non ipse per se potest ardere, nisi (vti saxum fornace ad calcem concoquendam) aliis lignis vratur, nec tamen flammam recipit, nec carbonem remittit, sed longo Scãdulę Abies apta nauigiis.

ſpatio tarde vritur. Et ſubdit paulò poſt. Sunt autem eæ arbores folijs ſimilib⁹ pini prolixa materies eorum tractabilis ad inteſtinum opus &c. NVCAMENTA, &c. Nucamēta panniculas dicunt, hoc eſt, quę ſub longa vel ſubrotunda forma tument, ſicut in milio comam illam dependentem, in panico, arundine & id genus. Porrò quod de taxo ait, perpendendum taxum dici ſmylaca græcis. Eſt enim ſmylax, ſiue taxus, magnitudine folijs abieti ſimilis, & æqualis, Venenoſa quidem, quare Homerus ille Mantuanus monuit paſtores ne huic apes admouerent, quando cecinit, Et tua cyrneas fugiant examina taxos. Arboris vmbra hominis lætalis dicitur, vt prodit Plinius. Quod & Plutarch⁹ tertio ſui ſympoſij confirmat. Et Dioſcorides libro quarto, quando ait. Tantas itidem vires habet, quæ in Carbonia naſcitur, vt ſe dentibus ac dormientibus ſub ea noxam & ſæpe mortem adferat.

Nucamenta. Taxus. Smilax

CAPVT .XII.

PIX LIQVIDA, &c. De generibus picis diſſeruimus, quare curſim de his agendum. Pix liquida fit ex materia tædæ picæque, authore Dioſcoride libro primo, probatur ſplendore, læuore puritateque. Porrò quod Plin. vocat cædrium in hac vocis acceptione variant authores: nam ſunt qui putant Cædriam liquorem eſſe cædrinū, alij cędriam, oleum cædræam aliquando vocantes, nunc cædriam, nunc genere neutro cędrium alij ſic diſcernunt, cædriam fœminino genere, reſinam crudam ex arbore lectam aſſerentes eſſe. Cædrium verò neutro genere, materiam cædri conciſam & in furnis accenſam, picis modo fluentem. Cæterò de brutia pice Plinius ait illam idoneam vaſis picandis. Columella rei ruſticæ. xii. cap. xxiii. nemeturicam probat ad id. Ad condituras item picem corticatam conferre teſtatur, docetque conficiendi genus: de quibus in parte medica agemus fuſius. De reſina & pice affatim Theophraſtus lib. nono de plantarum hiſtoria, capite ſecundo.

CAPVT .XIIII.

Fraxin⁹

MATERIAE ENIM CAVSA, &c. Fraxinus quam græci meliam dicunt, ad plura eſt vtilis, de cui⁹ materie ſic agit Victruuius libro. ii. cap. ix. Fraxini maximos habent humores, minimumque aeris & ignis, terreni temperata mixtione comparatæ. Sunt in operibus cum fabricantur lentæ, & ſub pondere propter humoris abūdantiam non habent rigorem, ſed celeriter pandant: ſimul autem vetuſtate ſunt aridæ facta, vt in agro præſectę, qui ineſt eis liquor ſtantibus emoritur, fiuntque duriores, & in commiſſuris & in coagmentationibus ab lentitudine firmas recipiunt catenationes, hæc ille. Porrò fraxinum excelſam eſſe in confeſſo eſt, quare Vergilius ait. ii. georgicon.

Plantis & duræ coryli naſcuntur, & ingens
Flaxinus, Herculeęque arbos vmbroſa coronæ
Chaonijque patris glandes etiam ardua palma
Naſcitur & caſus abies viſura marinos &c.

Haſta Achillis Pelias.

Fraxino haſtam Achillis fuiſſe a dformatam ferunt, alij orno, dicebatur enim haſta Achillis, Pelia, cuius meminit Homerus, quinto iliados, his verbis, Sed ſolus iacere haſtam callebat Achilles. Peliada ex orno hanc patri donarat amico Chiron

excíſam

, excisam summa de vertice peli: qua multos foret heroas missurus in orcũ. Porrò valere contra serpentes foliorum succum etiam tradit Diosco. libro primo, vt videre erit in parte medica, porrò quod ca. sequenti zigiã arborem vocat, est, quã alij caprinum dicunt. zigia dicta authore Victru. quia ζύγα, id est, zyga, hoc est, iuga: fieri solẽt zigia dicta e st: vtilissimã tractabilitatẽ habere carpinũ. Vitruui⁹ docet, libro secundo, ca. ix. De his, & Tilia, abundè Theo. Lemnicis, &c. fasciolis.

CAPVT XVII.

PVLCHERRIMVM VERO, &c. Bruscũ intortura, siue quoddam tuber arborum differt à molusco: quod illud intortius crispum sit: hoc verò simplici sparsum staphylodendron: arbor quasi vitea: de qua alibi. Buxus arbor rasilis & torno apta, quare Vergil. ait. Bruscus Buxus.

, Cornus, Ithyreos taxi torquetur in arcus

, Nec tiliæ leues, aut torno rasile buxum.

De hoc Theo. abundè. Inter has, &c. Vlmus, quam græcorum aliqui Ptelean dicũt: nõ solũ vitibus amica, sed & pecudibus grata, duo eius genera cum Theo. tũ Pli. ac Columella faciũt: hic de re rust. libro quinto sic de hac agit. Vlmorum duo genera esse conuenit: gallicum & vernaculum: illud atinia: hoc nostras dicitur. Atiniam vlmum Tremellius Scrofa nõ ferre sameram (quod est semen eius arboris) falso est opinatus. Nam rariorem sine dubio creat: & iccirco plærisque & sterilis videtur seminibus inter frondem: quã prima germinatione ędit latẽtibus & multa id genus ille: quæ sequuntur, ca. facilia sunt intellectu: quare omissa. De generibus vlmorum abundè Theophrastus tertio plantarum, ca. xiiii. Vlmorũ gña.

CAPVT XXVI.

ORDO AVTEM, &c. Hic naturæ ordo in plantis narratur: obseruant enim nõ solum plantę, sed & animalia suæ naturæ ordinem. Et veluti animalia venereo desiderio rapi videmus, sic cõijcere licet tellurem procreationis stimulo agitari, duce solis radio, ac emersu. Catulire tunc dicitur: à canibus tracta metaphora: veluti coitum desyderet, nam tempore illo terra aperitur, seque exhibet seminibus, plãtis, radicibus, satisque omnibus, ad eorum productionem, & vitam ijs promittit: quod fieri solet. VI. idus Febru. ETESIARVM procursu, &c. Etesiæ venti, qui tempore certo perflare solent. Subsolanos hos aliqui, siue euros dicunt. Solent perflare. xl. diebus post caniculæ exortum. Mensis enim Augustus ijs est peculiaris: porrò quod Pli. ait ca. sequenti. Salicẽ dici frugiperdam. Homerus vocat ob id ὠλεσίκαρπον, id est olesicarpõ, de ea agemus alibi. porrò quando ait. SECVTA AETAS, &c. Vult enim innnere fuisse aliquos qui putauerint semen salicis sterilitatem facere & esse atocion, hoc est, sterilitatem inducens: quando Homerus: voluerit salicem dicere suum fructum: non alienum perdere, quare frugiperdam vocauit, de his hactenus. Cæterò quod capite sequenti agitur de vite bifera Varronem citans: apud Varronem non trifera se bifera legitur, libro rei rust. primo, ca. septimo his verbis. Propter eandem causam multa sunt bifera, vt vites apud mare Smyrnæ: malus bifera, vt in agro consentino, &c. De ratione biferarũ arborum meminit Theo. libro secundo de plantarum causis, capi. xvi. Catulire Etesiæ.

CAPVT XXXIIII.

VPRESSVS ADVENA, ET DIFFICILLIME NASCENTIVM FVIT, VT DE QVA VERBOSIVS SAEPIVSQVE QVAM DE OMNIBVS ALIIS &c. Cupressi alibi agenda mentio est, obiter tamen non obfuerit hic annotasse quępiā de ea: gradum fecisse adagio hanc, mutorum magistrorum monumentis comperio: hoc enim est, cupresso similia, hoc dicitur de his quę speciosa videntur, inania tamen sunt: nullū prorsus emolumentum præferentia. Est & aliud: Cupressum simulat: de pictore imperito: ac homine male rē fingente: ad quod allusisse videt̄ Hora. Sed nō erat his locus & fortasse: cupressum scis simulare, quid hoc? si fractis enatat expes Naub⁹ ære dato, qui pingitur, &c. Porrò in Arcadia tantę proceritatis cernebant̄, vt propinquus adumbraretur mons. Eas non excidebant putantes sacras Alcmeoni. Thucydides, secūda historia, narrat arcas fuisse ex cupresso: quibus eorum efferrentur ossa, qui in bello cæsi fuissent, quòd putredinē arbor nescire iudicetur, quare æternam arborē Theo. appellat. Qua ex causa (puto) Plato Leges publicas, atque instituta, in cupressinis tabulis insculciendas censebat: quia fortè æterniores quàm æreas putabat tabellas. Creticam imprimis cupressum laudat Plutarchus. Porrò quod Plinius ait. CVPRESSVM POSITAM AD DOMOS FVNEBRI, &c. Perpēdendū: cupressum nobilium maximatumque funeribus adhibitam: ad quod facere videtur Lucani carmen hoc, Et non plebeios luctus testata cupressus: de hac Victruuius, libro secundo, ca. nono. Item Theo. abundè.

Cupressus. *Cupresso similia ada.* *Cupressum simulat.* *Tabule cupressinæ.*

CAPVT. .XXXV.

EDERA IAM DICITVR, &c. Plura hęderę genera tum Theophrastus tertio de plātarū historia, tum Diosco. libro secundo esse scitè tradunt: hæc non honoris expers iure dicetur, quòd poetæ ea item & deorū aliqui (si poetis adhibēda fides sit) hoc est, bacchus coronabātur. Item Alexandri milites: hanc græcorum peritissimi hæderā κισσὸν id est, cisson vocant: non desunt qui eandem dicant κιττάρον id est, cittaron: solo literarum discrimine. Nam κισσάρον, id est, cissaron pro cittarū aiunt, duo genera hæderę hic facit precipua, marem & fœminam. Diosco. tamen quo diximus loco: tres precipuas genere asseuerat cādidā. Nigram. Tertiam quam Helicem vocat: ad has species Pli. allusit quando ait. SPECIES HORVM GENERVM TRES, &c. Corymbiā dixit Pli. à corymborum figura, alij hanc Dionysiam à Baccho, vel bacchicā: in quibusdā tamen exemplaribus Plinij Nysiam legitur, vbi legendum est hic, dionysiam: nō Nysiam, vel more græco, Dionysion: aliud genus quod Pli. Erythranum à rubore acinorum. Porrò quæ de Helice hic Pli. ait, non conueniunt cum Dioscoridis sententia, sed cum Theophra. qui tertio de plātarum historia sic de ea agit. Plurimas differētias habet Helix, quoniam folio maximè distat: parua folia sunt & angulosa cō cinniora que: hæc enim sic Pli. vertit ex eo quo, authoris diximus loco: quę si cōferre velit quis locum habet quem adire possit, de his alibi à nobis etiam est agendum, hoc est, in parte medica.

Hedera *Hedera Dionysia.* *Erythranum.* *Helix.*

CAPVT .XXXVI.

SIMILIS EST HEDERAE, &c. Smilacis huius meminit etiam Theophrastus ad finem tertij libri de plantarum histo ria: porrò Smilax fuit virgo in smilacem plantam versa, cu- ius historiam immo, vt verius dicam fabellam, si voles adeas Ouid. quarto meta. cuius carmen ad hoc faciens est. — Smilax

Et crocon in paruos versum cum smilace flores, &c.

Porrò quę ca. sequenti referuntur non indigent luce: de enim arundinis miraculis & amplitudine, libro septimo à nobis dictum est. Strabo etiã libro Geo. decimo quinto abundè. Item Theo. pluribus locis, genus enim harun- dinis quod Pli. vocat Syringiam à concauitate fistulę sit, quare fistularem hanc ha rundinem iure dixeris: nam σύριγγα, id est, Syringa fistulam dicũt: ἀυλὸν verò tibia hinc auletes, qui tibia canit: de quibus alibi agendum erit. — Syrugiã ἀυλὸν σύριγγα.

CAPVT. XXXVIII.

SALICIS, &c. Quia de generibus Salicis agendum etiã alibi est, obiter de his agemus: genera hæc quę Pli. hic an- numerat, à Theo. profuse etiã tractãtur. Columella tamẽ genera tria solũ annumerat: his verbis. lib. quarto, ca. trige simo. Nec refert cuius generis semen feras: dum sit lentis- simum: putãt tamen tria genera præcipuè esse Salicis: grę- cę, Sabinę, quam plurimi vocant Amerinam. Item gallicę: græca flaui coloris est: gallica obsoleti purpurei: & tenuis- simi viminis. Amerina salix gracilem virgam & rutilam gerit: hæc ille, salix len- tã dicitur, hoc est, flexilis: tenera que: quare Vergil. ait. — Salicis genera. Lẽta sa- lix.

Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ.

Sunt ad ligaturam etiam rubi, ac genistę idonea, vt scriptum reliquit Colu. eo quo diximus loco. Vocãt autem rubos idæos, ab loco, hoc est, ab Ida mõte, vbi eorum est copia: porrò quod Pli. cynosbaton, ait, canis sentẽ alij dicunt: baton, enim grę- ci rubum spinam ve dicunt: de his alibi. Cæterò capite sequenti Pli. vocat pecti- nes in arboribus & in earum materia per longitudinem rectas pectinum modo li- neas & interualla. Has enim lineas rectas per longitudinem pectinum modo græ- corum aliqui dicũt κτηδόνας, id est, ctedonas, siue ctedones: sic accipit verbum hoc Pli. pectines quã do capite sequenti ait. FAGIS PECTINES trãsuersis, &c. Pectinis enim ratio in nomine est illo. Nam pectinem κτένα dicunt, id est, ctenã. — Idæi Ru bi. Cynos- baton. Pecti- nes. κτηδόνες

CAPVT. XL.

LARIX, &c. Huius iam meminimus hic solum subsul- tim notanda quæpiam sunt: ob quod ait Pli. hic. — Larix.

REFERT LVNARIS RATIO, &c. Materies profecto cædenda est tempore electos, quare Victruuius, libro secundo, ca. nono, ait. Materies cædẽda est, à primo autumno ad id tempus quod erit ante quam incipiat fla- re Fauonius. Verè enim omnes arbores fiunt prægnan- tes: & omnes suæ proprietatis virtutem efferunt in fron- des. Cũ ergo inanes & humidę temporum necessitate fuerint, ignaue fiunt & ra- ritatibus imbecillæ, &c. Vegetius etiam quarto rei militaris de cędenda mate- rie sic agit. Obseruandum præcipuè, vt quintadecima luna vsque ad vigesimã — Mate- ries quã do.

tertiam arbores præscindantur. His enim tantum diebus cæsa materies seruatur ab omni carie, hæc Vegetius, non de his plura suppingere collibuit ne lōgiores videremur. NAVMACHIARIO, Naumachiariū, vbi nauale prœliū cōmittitur: quare qui naualebellum committunt: naumachiarios iure dixeris: Sueto. in Claud. dixit proclamantibus naumachiarijs, &c. Subdit Pli. CIRCVNCISAS quoque ad medullam, &c. Sic præcipit Victru. cædendas arbores. Cædi (inquit) ita oportet, vt incidatur arboris crassitudo ad mediā medullam: & relinquatur, vti per eam exsiccescat stillando succus. Tūc autem quādo sicca & sine stillis erit deijciatur: & ita erit optima in vsu, &c. Et subdit Pli. IDEO ROMAE infernas abies supernati præfertur, &c. Pli. Infernates & supernates arbores vocat infra & supra Apenninum nascentes: quare abies infernas dicitur quę infra apēnium nascitur, supernas: supra. Victruuius, libro secūdo, ca. nono, de his etiā meminit his verbis. Montis apennini primę radices ab Tyrrheno mari in alpes & in extremas Hetruriæ regiones oriuntur. Eius verò montis iugum se circumagens, & media curuatura propè tangens oras maris Adriatici pertingit circuitionibus contra fretum. Itaque citerior eius curuatura, quę vergit ad Hetrurię campanięque regiones, apricis est potestatibus. Namque impetus habet perpetuos à solis cursu. Vlterior autem quæ est procliuata ad superum mare septentrionali subiecta continetur vmbrosis, & opacis perpetuitatibus. Itaque quæ in ea parte enascuntur arbores: humida potestate nutritæ: non solum ipsæ augentur amplissimis magnitudinibus, sed earum quoque venę humoris copia replete turgentes liquoris abundantia saturantur. Cum autem excisæ, & dolatę vitalem potestatē amiserint, venarum rigorem permutātes siccescēdo propter raritatem fiūt inanes & euanidæ: ideoque non possunt in ædificijs habere diuturnitatem. Et paulò post subdit, Ideò infernates quę ex apricis locis apportantur meliores sunt, quam quę ab opacis desu pernatibus aduehuntur: hæc ille. Et subdit Pli. AT CAEDRVS, &c.

Cedrus — Cædrus (inquit Victruuius eo loco quo diximus) & Iuniperus easdem habent virtutes (quas cupressus & pinus habent subaudi.) Sed queādmodum ex cupressu & pinu resina, sic ex cædro oleū quod cædriū dicitur, nascitur, quo reliquę res vnctæ (vt etiam libri) à tineis & carie non læduntur.

CAPVT .XLI.

AMPLISSIMA ARBORVM, &c. De materijs nūc agēdum, ac de arborum magnitudine, sed quoniam locos aliquot citauimus ad architectum spectantes obiter de his agemus: abstrusa solum vocabula enodantes. Vocat enim hic Pli. Diribitorium locum, in quo recensebantur exercitus, ac stipendia militię numerabantur: à diribēdo, id est, distribuēdo: hinc diribitores vocamus distributores: dicitur etiam diribitoriū pro loco in quo diuersantur serui: quod & pedagium dici potest, à pueris. Obeliscū: Res proprię magnę excelsęque obelisci dicuntur. Est proprie lapis asperrimus in figuram metæ cuiusdam à procero tate in excelsum cōsurgens, paulum gracilescēs: porrò quod ait de vlmo in marterijs apta. Victruuius, ait, vlmum maximos habere humores minimum verò aëris, ac ignis: quare lentam in ædificijs & celeriter pandare, hoc est, curuari. Cæterò de quercu (ait Pli.) Et in aquis quercus obruta. Victru. secundo libro sic de ea. Contra verò quercus terrenis principiorum societatibus abundans: parumque habens humoris & aeris, & ignis cum in terrenis operibus obruitur infinitam habet æternitatem, ex eo, quod cum tangitur humore nō

(Margin: Diribitorium. Diribere. Diribitores. Obelisc⁹)

habēs foraminum raritates: propter spissitatem non potest in corpore recipere liquorem: sed fugiens ab humore resistit. Et paulò superius Pli. ait.

ASCIAS RETVNDAT, &c. Ascia ab ascindendo videtur dici, estque carpentariorum instrumentum quo fabrice materiæ dolari solent leuigarique, hinc asciare & exasciare pro polire, & exasciatū pro polito: ignaria, vnde elicitur ignis ignaria dicuntur. Assamentis, Tabulamentis, assare, contabulare: coassare idem: verba Victruuio peculiaria. EPHESIAE DIANAE, &c. Simulachrum Ephesiæ Dianæ, ac templum cædrinis lignis ædificatum tradit Victruuius, libro secundo, ca. decimo. De his etiam quę cariem, ac ruinam non sentiunt affatim Theo. libro quinto de plantarum historia, ca. quinto meminit, quem adeat qui plura de his volet. Ascia.

CAPVT XLIII.

APVD NOS, &c. Nonnullas arbores ad materiam, alias ad ignē, alias ad naues, alias ad opus intestinum, hoc est, ad lignum fabrorum lignariorum: sic diuersæ diuersis aptantur operibus arbores: quare iure cecinit Vergil. secundo georgicon.

, Dant alios aliæ fœtus: dant vtile lignum
, Nauigijs pinus, domibus cædrosque cupressosque.
, Hinc radios triuere rotis hinc tympana plaustris
, Agricolæ, & pandas ratibus posuere carinas
, Viminibus salices fœcundę: & frondibus vlmi.

Quarum diuersam esse naturam palàm est: nā fornicantur, siue in arcum formantur, ac concameratum opus prę se ferunt: sicuti palmę. Solent etiam esse pandę, siue curuę cupressus & pinus, authore Victru. libro secundo. Fornicari. Concameratū opus.

VALVARVM REPAGVLIS, &c. Repagulum obicem interdum notat. Dicuntur proprie Repagula quę causa patefaciendi ita figuntur, vt econtrario pangantur. RVNCINAE, &c. Maiores serræ: quibus Fabri materiarij secant arborum moles: porrò in quibusdam exemplaribus hic legitur. Repagulum.

ALNI, AD AQVARVM DVCTVS IN STROBOS CAVANTVR, &c. Vetus exemplar non strobos, sed tubos habet. Sunt enim tubi, Siphones, siue cannæ, ac fistulæ fictiles, quibus aqua deducitur: hinc Tubuli eiusdem notæ. Strobi autem dicuntur: nuclei, vt in pinu: hic meminit ductus aquę, quare constat: tubulos, vel tubos, hoc est, in modum tuborum: legendum esse. Cæterò ca. sequenti. Vectes instrumenta quibus ostia clauduntur. Vectis etiam hic palus est grandior rusticis & fabris cementarijs ad multa necessarius. Vectes etiam iure dixeris instrumenta ad aliquid subuertendum. Rūcinę. Vectes.

CAPVT XLV.

VITA ARBORVM, &c. Hęc nihil habent fuscedinis, quare raptim attingenda, vbi enim ait Plinius.

SED INCERTA EIVS AETAS QVAE CAPILLATA DICITVR, &c. Moris fuit antiqui, vt qui exephebi essent: capillum & barbam tonderent appollini que comam recisam sacrarent, idque genus tonsurę vocabant Curotrophon: sicut apud Homerum Achilles fecisse dicit: & Theseus pfect⁹ delphos comę primitias, anteriore Curotrophō.

capitis

capitis parte abrasa. Nam alij temporum comam offerebant, alij posteriorem, vt videre est apud Pollucem. Capillus enim deorum honori resectus, & sacer dicebatur, Threpterius porrò mos inoleuerat, vt vestaliũ tonderetur pilus, Vestæque consecraretur: aut (vt quidam putant) Veneri.

Threpterius.

Ducamani.

DE DECVMIS, &c. Alij Decumanis legunt, Decumani vocabantur publicanorum principes, à quibus decumæ: siue decimæ exigebantur.

IN AVGVRATVS, In augurium cõstitutus, ac dignitatem augurum: est etiam sacerdotio aliquem honorare inaugurari.

Stratius Iupi.

IOVIS STRATII MILITIS, &c. Stratius Iupiter militaris, qui à veteribus colebatur. Cæterò quæ de polypodio & hyphæsto herbis, ait, in parte medica de his agemus.

Visci genera.

VISCI TRIA GENERA, &c. Verba sunt ex Theo. penu desumpta, libro secundo de plantarum causis: qui viscum, hyphear, stelida, & ixon, siue ixiam vocat. Non desunt tamen qui ponant discerniculi aliquid, quia hyphear, & stelida in abiete & picea nascantur. Viscum verò in quercu terebintho, & similibus nasci enim non solum viscum in quercubus, sed & pyris, alijsque arboribus cõstat: de eo in parte medica, porrò qui de superstitione druidarum volet amplius, adeat sextum Cæsaris librum: in commentarijs. Item Sueto. de his etiam scitè Strabo, libro quarto. De visco & hyphear dicto. Theo. tertio de causis plantarum, capi. vigesimotertio, Et de arborum ætate idem, sed libro secun do, capi. decimosexto de causis plantarum.

Commentariorum in Decimumsextum Plinij Secundi, Naturalis hystoriæ, scriptoris argutissimi.

FINIS.

IN DECIMVM

SEPTIMVM PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE ARGVTISSIMI SCRIPTORIS LIBRVM, STEPHANI AQVAEI BITVRICENSIS, VIRI EQVESTRIS, COMMENTARIA.

CAPVT. I.

NATVRA ARBORVM, &c. Frugiferarum ratiocinatione, natura, dote vsuque habitis, earum cultura tractanda est. Primum tamen hic Pli. controuersiæ habitę inter Crassum & Domitium meminit. cuius etiam rei fit mētio apud Vale. Max. libro. ix. titulo luxuriæ ac libidinis: cuius verba quia huic competunt proposito annexui. C. Domitius, ait, Lucio Crasso collegæ suo altercatione orta obiecit, quod columnas hymetias in porticu domus haberet, quem cum continuo Crassus quanti domum suam ęstimaret, interrogaret, atq; vt respondit sexagies sestertio. Quo ergo eam, inquit, minoris fore æstimas si decem arbusculas inde succidero ipse? tricies sestertio inquit Domitius, tunc Crassus, vter igitur luxuriosior est. Ego ne, qui decem columnas centū milibus nummum emi, an tu qui decem arbuscularum vmbram tricies sestertij summa compensas? hęc ille. Discrepant enim Vale. & Plin. in numero arbuscularum, nam ille decem ait, hic sex. Hunc locum Budæus correxit, vbi legitur MILIA NVMMORVM &c. Sestertium legit. Sexagies sestertium igitur domus Crassi æstimabatur, centum & quinquaginta milibus aureorum nostrorum, vt placet Budæo. Et subdit Pli. STOLONVM LICINIAE GENTI, &c. Eadem M. Varro. i. rei rust. Lex, inquit, illa Stolonis, que vetat plus quinquaginta iugera habere ciuem Romanum, & qui propter diligentiam culturæ stolonum confirmauit cognomen, quod nullus in eius fundo reperiri poterat stolo, quod effodiebat circum arbores è radicibus, quę nascerentur è solo, quos stolones appellabant. Stolones.

CAPVT. II.

AQVILONE MAXIME GAVDENT, &c. In arborum cultura ac potissimum plantatione aut auulsione perpendendus est. Non enim omnes arbores vno gaudent vēto: quod admonuisse scitè videtur Homerus ille Mantuanus secundo georgicon, quando cecinit.

, Nec tibi tam prudens, quisquàm persuadeat author
, Tellurem Borea rigidam spirante mouere
, Rura gelu tunc claudit hyems, nec semine iacto

, Concretam patitur radicem affigere terræ.
Itaque animaduertere oportet, & venti rationem, & terræ, & cœli habitum, in conserendis arboribus, quod idem præcipit inquiens.
, Ventos & varium cœli prædiscere morem
, Cura sit ac patrios cultusque habitusque locorum
, Et quid quæque ferat regio, & quid quæque recuset.

Pedamenta.

Igitur si rerum naturam velut acrioribus mentis oculis intueri velimus, omnia hæc considerabimus, si prudētes agricolæ velimus uadere: quare si pedamenta siue adminicula ac fulturas vineis velimus admouere, non ea sunt à vento opponenda, vt paulò mox videbimus. Colu. libro rei ru. v. ob id arborum maximè olearum in fauonium ordines dirigendos præcipit his, sed in fauonium dirigi ordines cōuenit vt æstiuo proflatu refrigerentur. Quod etiam Palladius censet agendum. Sicuti certè (vt scriptū reliquit Victruuius libro. i.) venti si exclusi fuerint, non solū efficiunt corporibus valētibus locum salubrem, sed etiam si qui morbi ex alijs vitijs fortè nascantur, qui cæteris salubribus locis habent curationes medicinę contrarię, in his propter temperaturam exclusionis ventorum, expeditius curabuntur. Sic res se habet in ratiocinatione arborum, quæ morbis aliquando veluti homines affliguntur, vt paulò mox videbimus. Ergo mire ventorum animaduertenda est ratio in arborarijs conserendis, ad quæ percipienda, paulò tritius nō obfuerit quę Victruuius ait, & si libro. ii. de his disseruisse videamur. Fert is ab oriente æquinoctiali solanum flare, ab meridie austrum, ab occidente æquinoctiali fauonium, à septentrionali septentrionem. Inter autem solanum & austrum ab oriente hyberno collocantur eurus, inter austrum & fauonium ab occidente hyberno aphric⁹, inter fauonium & septentrionem caurus, quem plures dicunt corum. Inter septentrionem & solanum aquilo, de quibus hactenus. Porrò subdit Pli. ERGO Q V I D I X I T. hyemes serenas optandas, non pro arboribus nota fecit, &c. Subintelligit enim Vergi. qui. i. georgicon agricolis cœlum ita optandum dicit, carmen hoc enim est.

Vētorū ratio habenda.

, Humida solstitia atque hyemes optare serenas
, Aricolæ, hyberno lætissima puluere farra.
Non enim hic poeta arborum consulit commodo, sed seminum, tritici ac farris, quia constat pluuias per solstitia non conferre vitibus, sed maximè obesse. Ecce quā cautim loquatur subintelligendo Vergilij carmen. PVLVERE (ait Plin.) HYBERNO, Verba sunt poetæ citati inquientis,
, Hyberno lætissima puluere farra. Deinde subdit.
, Deinde satis fluuium inducit, riuosque sequentes
, Et quum exustus ager morientibus æstuat herbis
, Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam
, Elicit, illa cadens raucum per leuia murmur
, Saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arua.
Ad quæ allusit Pli. quando ait. HVMOR EX HIS NON VNIVERSVS ingurgitans diluensque, sed quomodo sititur distillans, &c. Et idem subnectit. PRAETERQVAM VBI CALIDVS EST AER, VT IN AEGYPTO, &c. Nam authore Columella libro secūdo, regionum propria munera sunt. sicut ægypti, africæque, quibus agricola post sementem, ante messem segetem non attingit, quoniam cœli conditio, & terræ bonitas ea est, vt vix vlla herba exeat, nisi ex semine iacto, siue quia rari sunt imbres, seu quia qualitas humi sic se cultoribus præbet. Et sequitur apud Plinium.

VERGILIVS AD occasus seri damnauit. Vergilij carmen ad hoc est.
, Neue tibi ad solem vergant vineta cadentem.
Cuius enim regionem cœli status vineæ spectare debeant, vetus est dissensio. Saserna authore Colu. libro. iii. probat solis ortum, mox deinde meridiem tum occasum, Tremelius autem Scropha præcipuã positionem meridianam censet. Democritus cœli plagam septentrionalem, qui existimat ei subiectas fieri feracissimas vineas. In locis profectò (suadente Colum.) frigidis meridiano vineta subijci debent, tepidis orienti aduerti. Si tamẽ non infestentur austris, euris'que, velut orę maritimæ in Betica: si autem regiones prædictis ventis fuerint obnoxiæ, melius aquiloni vel fauonio committentur vineta, quæ fermè omnia à nobis sunt dicta.

CAPVT TERTIVM.

QVIDAM COELVM, &c. Iure Iulium Græcinũ dicere solitum accepimus, esse aliquam terram calidã, vel frigidam, humidam vel siccam, raram vel densam, leuem vel grauem, pinguem aut macram. Sed ne'que nimium calidum solum posse tolerare vites vel arbores, quia inurat, prægelidum quoniam velut stupentes & congelatas radices nimio frigore moueri non sinat, ne'que humidum, quia cũ se promũt vites, modico tẽpore euocãt humorem terrę iusto maiorẽ, qui putrefacit deposita semina. Rursum nimiã siccitatem destituere plãtas naturali alimẽto, aut scabras aut retorridas facere perdẽsam humũ cœlestes aquas nõ sorbere, nec facile perflari, facillimè perrũpi. Rara supra modũ velut per infundibulũ trãsmittit imbres, & siccari sole ac vento atque arescere, grauem terram vix vlla cultura vincibilem, leuem vix illa sustineri. Pinguissimam ac lętissimam luxuria, macram ac tenuem ieiunio laborare. His animaduersis, opus est magno temperamento in arborum constitutione. Calidior tamen terra vitibus destinata debet esse quàm frigidior, siccior quàm humectior, rarior quã densior. Ferunt præterea terram vitibus aptam eandem & esse arboribus, vt scriptum reliquit Columella libro. v. rei rust. Temperamentum tamen illud obseruandum est, quod Palladius libro. ii. ait. Maximè, inquit, vtile solum est quod temperamentum inter omnes nimietates tenebit, & rarò proximum quam denso fuerit. Et subdit Pli. VEL ETIAM AD SEPTENTRIONES, &c. A septentrionali regione etiam Palladius, constituenda arboraria censet. Calidior terra vitibus aptior.

CAPVT QVARTVM.

AQVILONIS SITVM, &c. Nunc de regionũ qualitate agendum est, quo facilius cognosci quæ regio quod ingenium hoc est natura loci, qui situs arboribus conueniat. Non enim omnes terræ, omnes plantas ferunt, quare iure cecinit poetarum ille eminentissimus, libro georgicon secundo,
, Nec verò terræ omnes ferre omnia possunt.
, Fluminibus salices crassis paludibus alni
, Bacchus amat colles aquilonem & frigora taxi.
Et Varro. i. rei rusti. Refert, inquit, quæ res in eo nasci possit, ferique. Non enim eadem omnia eodem agro rectè possunt, nam vt alius est ad vitem appositus, alius ad frumentum: sic de cæteris alius ad aliam rem. Ita'que Cretæ ad Cortyniam dici-

tur esse platanus,quæ folia hyeme non amittat,item'que in Cypro,vt Theophrastꝰ ait. Ea de causa sunt quæ non possunt viuere nisi in loco aquoso,aut etiam in aqua: & id discriminatim,vt alia in lacubus,vt harundines in aretino,alia in fluminibus, vt in Epyro arbores alni,alia in mare vt scribit Theophra. vt de palmis & squillis. Et vt verissimè inquit Colu. i .rei rust. Contemplatio cunctarum partium in hac disciplina quando cui'que contingit,vt segetum arationum'que perciperet vsum. & varias dissimillimas'que terrarum species pernosceret,quarum nonnullæ colore nonnullæ qualitate fallunt,at'que in alijs regionibus nigra terra , quam pullam vocant,vt in Campania,est laudabilis,in alijs pinguis rubrica melius respondet,quibusdam (sicut in Africa,) putres arenæ fœcunditate vel robustissimum solum vincunt,in Asia Mysia'que,dēsa ac glutinosa terra maximè exuberat,at'que habere in his ipsis cognitum quid recuset collis,quid cāpestris positio , quid cultus syluester ager: quid humidus & graminosus, quid siccus & spurcus,ratione quo'que dispicere,& in arboribus,vinetis'que quorum infinita sunt genera. Quæ verò genera terrarum sint arboribus apta,sequenti capite dicemus. Et subnectit. VIRGILIUS & quæ silicem ferat, &c. Silicem profectò Columel. iii .rei rust. vitibus

Silices vitibus idonei. amicum tradit. Est,inquit,vt mea fert opinio,vineis amicus etiam silex,cui superpositum est modicum terrenum,quia frigidus & tenax humoris per ortum caniculæ non patitur sitire radices. Cæterò Vergilius pinguem humum vitibus destinendam censet his.

, At'que pinguis humus,dulcique vligine læta
, Quique frequens herbis,& fertilis vbere campus
, Hic tibi prævalidas olim multos'que fluentes
, Sufficiet Baccho vites,hic fertilis vuæ.

Non profectò quæ frugibus competit terra,interdum congruit arboribus , quare omnia hęc attentè animaduertenda sunt,sint ne præterea salsæ terrę, quæ non idoneæ frugibus,quare Vergilius dixit.

Salsæ terre nō vitibus congruunt.

, Salsa autem tellus,& quæ perhibetur amara
, Frugibus infœlix,ea nec mansuescit arando.

Porrò Pli.solum glareosum siue harenosum oleis conuenire dixit, de quibus agam suo loco. CAESAR (ait Pli.) VOPISCVS, &c. Varronis verba ad hæc facientia sunt. Cæsar (ait libro. i .rei rusticę, cap. vii. Vopiscus ædilicius causam cum ageret apud censores, campos Rosiæ Italię dixit esse sumen, in quo relicta pertica postridie non appareret propter herbam, hæc Varro. De qualitate soli & differentijs, abundè Theophrastus, secundo de causis plantarum, capite quinto.

CAPVT QVINTVM.

Crimia terrarū.

TERRARVM, &c. Quoniam diximus non omnes terras arboribus idoneas serendis crimina earum perpendenda sunt,itē discrimina:nā vt scitè meminit Home. ille Mant.

Cognitio terrę

: Nunc locus aruorum ingenijs quæ robora cuique
, Quis color: aut quæ sit rebus natura ferendis
, Difficiles primum terræ,colles'que maligni
, Tenuis vbi argilla & dumosus calculus aruis
, Palladia gaudent sylua viuacis oliuæ.

Ad autem ea discrimina dignoscenda , sint ne aut macra,aut pinguia extant præcepta, tum à Vergilio,tum ab alijs rei rusticę peritissimis tradita, macræ enim telluris specimen ad cognoscendum docuit Vergilius,his versiculis.

Tale

, Tale dabit specimen tu spisso vimine qualos
, Colla'que prælorum fumosis deripe tectis
, Hucager ille malus dulces'que à fontibus vndæ
, Ad plenum calcentur, aqua eluctabitur omnis
, Scilicet & grandes ibunt per vimina guttæ
, At sapor indicium faciet manifestus, & ora
, Tristia tentatum sensu torquebit amaror

Quamobrem Palladius libro. i. de cognoscendis terræ qualitatibus ait. Color nan'que non magnopere quærendus est, sed pinguedo at'que dulcedo, pinguem sic agnoscis. Glebã paruulam dulci aqua conspergis & subigis, si glutinosa est, & adhæret constar illi inesse pinguedinem. Quod certè Vergilianum est præceptum ex secundo georgicon desumptum, vbi canitur. Pinguis terræ signum.

, Pinguis item quæ sit tellus, hoc denique pacto
, Discimus, haud vnquam manibus iactata fatiscit
, Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo
, Humida maiores herbas alit, ipsa'que iusto
, Lætior, ah nimium ne sit mihi fertilis illa.

Cæterò colores terræ satis probant oculi, quare subiunxit Vergilius, Promptũ est oculis prædiscere nigram. Colores terræ.

, Et quisquis color, at sceleratum exquirere frigus
, Difficile est, piceæ tantum taxique nocentes
, Interdum aut hęderæ pandunt vestigia nigræ.

Cæterò quod Pli. ait de terra tenera quam pullam vocat. Est enim humus pulla modice resoluta, vinetis maximè competens, authore Colu. rei rusticæ. iii. Porrò de ea terra quam margam vocat Plinius, nostrates in stercorandis agris sępicule vtuntur. Genus autem quod vocat capnumargon, quasi fumum dixeris margæ. Humus pulla. Capnumargõ.

CAPVT .VIII.

QVAE PINGVES, &c. Plura esse genera terrarum constat, quædam tamen sunt quæ alijs mirè conferunt, sicuti quæ hic narrat Pli. Non tamen omnibus conueniunt agris, nam pinguib⁹ suapte natura luxuriam officientem ingenerant, macris & humidis conferunt, mod⁹ tamen ita obseruandus est in lætificando, hoc est, stercorãdo, vt ne plus inijciatur cãpo, quàm deceat.

CAPVT .IX.

TRANSPADANIS, &c. Nunc de fimi generibus differendum, quæ videlicet sint quæ noceant agris, aut conferre videantur. Tria fimi genera, rei rusticæ consultissimus ille Columella, secundo libro memoriæ mandauit esse, quod ex auibus, quod ex hominibus quod ex pecudibus fit. Auium primum hebetur quod ex colũbarijs egeritur, deinde quod gallinæ cæteræ'que volucres ædunt, exceptis tamen palustribus aut nantibus, vt anatis & anseris: nam id quo'que noxium est, maximè tamen columbinum probat Columella, quod modicè sparsum terram fermentare comperitur, secundum quod homines faciunt, si purgamentis villæ, vrbis'que immiscetur, quoniam per se naturæ est feruentioris, & iccirco terram perurit. Aptior indicatur hominis vrina, eodem authore, Genera fimi.

ea potissimum quã sex mensibus passus est veterascere. Hæc enim arborum radicibus, ac surculis idonea est irrorandis. Nec enim solum ea res maiorem facit prouentum, sed etiam saporem & odorem vini, si vitis radicibus infundatur. Tertium locum, inquit Columel. libro. II. obtinet pecudum stercus, atque in eo quoque discrimen est. Nam optimum æstimatur, quod asinus facit, quoniam id animal lentissimè mandit, ideo facilius concoquit & bene confectum atque idoneum protinus aruo fimum reddit. Post hæc quæ diximus, ouillum, & caprinum: mox cęterorum iumentorum armentorum'que. Suillum deterrimum omnium est, frutex lupini succisus optimi stercoris vim præbet. Et subdit Pli. VIRGILIVS ET LINO, &c. Linum profectò agrum vrit, quod testatissimum reliquit Vergilius hoc versu.

Quæ vrũt agrum.

, Vrit enim lini campum seges vrit auenæ
, Vrunt læthæo perfusa papauera somno.

Campus certè his item & panico milio'que deterior fit.

CAPVT .X.

ABVNDE PRAEDICTA, &c. Cœli terrarũ'que multarum habita natura, ac explanata, de arborũ satione agendum nunc est, quæ non eodem quidem modo proueniunt, nã aliæ radice, aliæ semine, alię propagine nascuntur. Quod scitè docuisse visus est Vergilius. II. georgicon, quando cecinit.

, Principio arboribus varia est natura creandis
, Nan'que aliæ nullis hominum cogentibus, ipsæ
, Sponte sua veniunt, campos'que & flumina late.
, Curua tenent, vt molle siler lentæ'que genistæ.

Quæ item differunt prouentu, nam quæ semine proueniunt, serius fructum ferũt, tardius'que crescunt, quod ab eodem poeta, carmine fuit comprehensum.

, Nam quæ seminibus iactis se sustulit arbor
, Tarda venit, seris factura nepotibus vmbram.

Quæ autem sua sponte veniunt, ab eodem infœcundæ dicuntur: nobiles tamen si his surculus syluestris inseratur, quare cecinit.

, Sponte sua quæ se tollunt in luminis auras
, Infœcunda quidem, sed læta & fortia surgunt.
, Quippe solo natura subest, tamen hæc quoque si quis
, Inserat, aut scrobibus madet mutata subactis &c.

Talea. Propagine certè quędam & diuerso item modo seruntur arbores, et laurus, quę itẽ talea solet seri potissimum ea quæ triumphalis dicitur. Est enim talea frustrũ ligni præcisum ex vtra'que parte, vt in terra inseratur, de ea varietate agem⁹ paulò post. Seri autem myrtum baccis ferunt rei rusticę studiosissimi. Et subdit Pli.

MAGO IN NVCIBVS, &c. Columella libro. V. nuces iuglandes inter nonas & idus martias serendas præcipit, eos'que tempore castaneam, pineam'que serere oportere scriptum reliquit. Malum verò punicum ab eodem tempore, vs'que in calendas aprilis rectè seri. De amygdala autem sic ait, Amygdala si ferax parũ est, forata arbore lapidem adijcito, & ita librum arboris inolescere finito, omnium autem ramos generum circa calen. martias in hortis subacta & stercorata terra supra paluinos arearũ disponere conuenit, hæc ille & multa id genus. Et paulò superius dixerat. Nucẽ græcã serito circa calen. Feb. quę prima gẽmascit agrũ durum calidũ siccũ desyderat, nã in locis diuersis nucẽ si deposueris, plerũq; putrescit. Ante q̃ nucẽ deponas, ĩ aqua mulsa nec min⁹ dulci macerato, ita iucũdio

Punicũ malum quando serẽdũ.

ris saporis fructum cum adoleuerit prębebit. Ternas nuces in trigonũ statuito, vt nux à nuce minimè palmo absit: & anceps ad fauoniũ spectet, hęc Colu. ad quē al-, lusit Pli. hic. Cato eo libro quē de re rust. posteris legendũ reliquit, de inserēdis arboribus hæc præcipit: oleas, vlmos, ficos, poma, vites, pinos, cupressos, cũ seres, bene cũ radicibus eximito cum terra sua quam plurima, circum ligato'que vti ferre possis, in alueo: aut in corbula ferri iubeto. Caueto autē, ne cum ventus fiet, aut imber haud seras. Nam id maximè cauēdum est, In scrobe cum pones, summam terram subdito, postea subdito: deinde calcato bene pedibus, deinde festucis vectibus'que calcato quam optimè: hæc Cato, & multa id genus, quę si quis quęrat locũ habet quem adeat. Colu. libro quinto de pyris serēdis sic inquit. Pyrum autumno ante brumam serito: ita vt minimè dies. xxv. ad brumã supersint, quæ vt sit ferax: cum adoleuerit altè eam ablaqueato, & iuxta radicem ipsam truncum findito: & fissuram cuneo tædæ pineę adigito: & ibi relinquito: deinde absumpta ablaqueatione: cinerem supra terram iniicito. Et mala sorba pruna post mediam messem vs'que in idus Feb. serito Mororum ab idibus Feb. vs'que ad æquinoctium vernum satio est. Siliquam græcam quam quidam κεράτιον vocant: & persicum ante brumam per autumnum serito.

CAPVT .XI.

PLANTAS EX SEMINARIO, &c. Hunc de seminarijs transferendis agēdum est, ac de vlmarij constituendis: quæ maximè serēda præcipiunt rei rusticę scriptores: quod vlmi amicissimæ arbores dicantur vitibus: ad igitur constituendum arbustum hæc docet Colu. Qui volet frequēs arbustũ paribus spatijs fructuosum'que habere dispositum, operam dabit, ne emortuis arboribus rarescant: ac primam quo'que senio, aut tempestate afflictam summoueat, & inuicem nouellam sobolem substituat: id autem facile cõsequi poterit, si vlmorum seminarium paratum habuerit: quod & quomodo, & qualis generis faciēdum sit: non pigebit deinceps pręcipere. In aream componemus sameram: deinde quę rubicundi coloris & compluribus insolata diebus iacuerit, vt aliquem tamen succum & lentorem habeat: iniiciemus aeris & eas totas seminibus spisse cõtegemus: at'que ita crebro putrē terram duos altè digitos incernemus & modicè rigabimus: stramētis'que areas cooperiemus ne prodeuntia cacumina seminum ab auibus pręradantur: vbi deinde prorepserint plantæ stramēta colligemus: & manibus herbas carpemus: æstate prius quam sol oriatur seminari rigari debent. Et subdit: sed deinde in solo rosido & nebuloso conserendę sunt vlmi, vt earum rami ad oriētem & occidentem dirigantur: quo plus solis mediæ arbores: quibus vitis applicata & religata innititur accipiant. Et subdit Pli. AC VINEIS QVINCVNCIALIS ORDINVM RATIO, &c. Est enim Quincũcialis ordinũ, ratio in arbustis & vineis: ea dispositio ordinatio'que, quæ in quãcunque partem, spectaueris recta est, ac interordinijs æqualibus disposita ratio: cuius rei meminisse visus est Fabius libro octauo his verbis. Nullus ne etiam frugiferis arboribus adhibendus decor? Quis negat? Nam & in ordinem certa'que interualla redigam eas arbores. Quid illo quincunce speciosius? qui in quãcũque partem spectaueris rectus est. Veteres igitur quincuncē appellauerunt exactam plantarum metationem, ac dispositionem. Colu. etiam libro quarto huiuscemodi ordinis plantarum meminit. Item Varrò, vt ca. sequenti videbimus. Cęterò Opulum Columel.

Quicũcialis ordo.

etiam ferendam ſuadet, quia ea ſit viti grata. Item fraxinum: quia capris authore eodem, & ouibus grata, nec inutilis bobus: porrò quod Pli. ait de punico malo Columella, libro quinto de hoc ſic agit. Malum punicum ab eodem tempore vſque in Calen. Aprilis rectè ſeritur: quod ſi acidum, aut minus dulcem fructum feret: hoc modo emẽdabitur, ſtercore ſuillo & humano vrina'que vetere radices rigato: ea res & fertilem arborem reddet, & primis annis fructum vinoſum & poſt quinquennium dulcem: & apyrinum facit: nos exiguum admodum laſeris vino diluimus, & ita cacumina arboris ſumma obleuimus: ea res emẽdabit acorem malorũ. Mala punica ne in arbore rumpantur remedio ſunt lapides tres, ſi cum feres arborem, ad radicem ipſam collocaueris: at ſi iam arborem ſitã habueris, ſcillam, ſecundum radicem arboris ſerito: hæc ille, & multa id genus, libro quinto.

CAPVT .XII.

Interualla plantarum,

HVIVS LOCI PARS, &c. Nunc de ordinibus, ac interuallis plantarũ agamus: quę profectò ſi ordine apto cõcinnatę fuerint, maiorẽ oculis voluptatem adferre ſolent. Nam vt ſcitè refert Varro primo rei ruſt. De formæ, ait, cultura hoc dico: quę ſpecie fiant venuſtiora, ſequi, vt maiore quo'que fructu ſint, vt qui habent arbuſta ſi ſata ſunt, in quincuncẽ propè ſint ordines, at'que interualla modica: ita'que maiores noſtri ex aruo ęque magno: ſed male cõſito, & minus multum, & minus bonum faciebant vinum: hæc Varro. Et colu. Generatim, ait, diſponere arbores vtile eſt, maximè etiam ne imbecilla à valentiore prematur, quia nec viribus, nec magnitudine par eſt, impari'que ſpacio temporis adoleſcit: ante annum quam ſeminare voles arbores, ſcrobem fodito: ita ſole, pluuiis've macerabitur, & quod poſitum eſt cito comprehendet. At ſi eodem anno & ſcrobem facere, & arbores ſerere voles, minimum ante duos menſes ſcrobes fodito: poſtea ſtramentis incenſis calefacito: quos ſi latiores patentiores'que feceris: lętiores vberiores'que fructus percipies, &c. Theophraſtus, libro tertio de plãtarũ cauſis de his ſic agit. Interualla autem plantarum, quas ſeris, non tam ratione loci, quam eorum quę ſerenda acceperis, ſtatui debent. Quippe animaduertẽdum, quę vmbras ament, quę non ament, quę radicem longam deducant, quę breui nitãtur. Altera enim amplo interuallo ſerenda ſunt, altera breui. Locis montoſis breuiora, quam planis interualla danda ſunt.

CAPVT .XIII.

QVAEDAM AVTEM NATVRA, &c. Diuerſa eſſe ſationum in plantarum ratione genera liquet: quando quędam ſint, quæ auulſione, quædam ſemine proueniant: multiplicem profectò huiuſcemodi ſationis rationem ſatis docuiſſe videtur poeta noſter his verſiculis, ſecundo georgicon.

, Sunt alij, quos ipſe via ſibi repperit vſus.
, Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum
, Depoſuit ſulcis hic ſtirpes obruit aruo:
, Quadrifidas'que ſudes & acuto robore vallos
, Syluarum'que alię preſſos propaginis arcus
, Expectant, & vina ſua plantaria terra

, Nil radicis egent aliæ summum'que putator
, Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.

Cæterò plantarum aliæ serius, aliæ ocyus proueniunt, Ocyssima omnium iudicatur cypirus: in cuius voce perpendendum: discrimen nõnullos facere inter cypirũ & cyperum. Nam cyperum in iuncorum genere ponũt. Cypirum verũm ferunt plantam esse palustrem, de quibus alibi agetur. QVALLOS, &c. Vasa viminea: porrò constat arbores quasdam præter vites propagine prouenire, quod, docuit Vergil. quando ait. Sed truncis oleæ melius propagine vites. Respon, dent solido paphiæ de robore myrtus. Plantis & duræ coryli nascuntur & in, gens. Fraxinus, &c.

Seri⁹ & tardius venientis plãtę. Cyper⁹. Cypir⁹. Qualli.

CAPVT. .XIIII.

SEMINE QVOQVE, &c. Rei Rusticæ clarissimi scriptores, multiplices insitionis modos docuere, quod satis aperte innuisse videtur Maro his versibus.

Inserẽdi mod⁹

, Inseritur verò ex fœtu nucis arbutus horrida
, Et steriles platani malos gessere valentes
, Castaneę fagos: ornus'que incanuit albo
, Flore pyri: glandem'que sues fregere sub vlmis
, Nec modus inserere, at'que oculos imponere simplex.

Columella, libro quinto tria genera insitionis: ponit vnum, quo resecta, & fissa arbore resectos surculos accipit, alterũ quo resecta inter librum & materiem semina admittit quę vtra'que genera nerui tẽporis sunt. Tertium quo ipsas gemmas cum exiguo cortice in partem sui deliberatã recipit: quam vocant agricolæ emplastrationem: vel, vt quidam, inoculationem. Hoc genus insitionis tẽpore æstiuo optimè vsurpatur. Omnes arbores simulat'que gemmas agere cœperint, luna crescẽte inserito. Oliuam autem circa æquinoctium vernum vs'que in idus Aprilis. Ex qua arbore inserere voles, & surculos ad insitionem sumpturus es, videto, vt sit tenera, & ferax, nodis'que crebris, & cum primum germina tumebunt de ramulis annicularis: qui solis ortum spectabunt, & integri erunt eos legito crassitudine digyti minimi: hæc Colu. & multa id genus. Et subdit Pli. VIRGI, &c. De insitione sic meminit Vergil.

Insitionis gña. Inoculatio.

, Nam qua se medio trudunt de cortice gemmæ
, Et tenues rumpunt tunicas angustus in ipso
, Fit modo sinus: huc aliena ex arbore germen
, Includunt: vdo'que docent inolescere libro
, Aut rursum enodes trunci resecantur, & altè
, Finditur in solidum cuneis via deinde feraces
, Plantæ immittuntur, &c.

CALAMVM IMPRIMEBANT SVRCVLVM, LINGVA BVBVLA, &c. Herba, quam buglosson dicunt: de qua alibi. IMBRICES, &c. Tegulas, obtortas curuas'que. De insitione arborum, ac inoculatione Theophrastus libro primo de causis plantarum, ca. sexto.

Calam⁹ pro surculo. Lingula bubula. Imbrices.

CAPVT .XV.

Inseruntur vites.

VITIVM VERO, &c. Haud quaquàm arbores quarum mentio superioribus acta est inseruntur solū, verùm etiam vites: quāuis moris nō sit nostri. Antiquitus tamen insitioni datas grauissimorum authorum monumenta docent. Cato enim eo libro quem de re rustica posteris legēdum reliquit, de vitis insitione sic meminit. Vitis insitio vna est per ver, altera est cum vua floret, ea optima est. Pyrorum & malorū insitio per ver, & per solstitiū dies quinquaginta & per vindemiam. Oleę & ficorum insitio est per ver. Vitem sic inserito precidito, quam inseres, eāq; mediam diffindito per medullam, eos surculos præacutos arcito, quos inseres, medullam cum medulla cōponito. Altera insitio est, si vitis vitem contingat, vitis vtriusque latus alterum præradito oblique, & inter sese medullam, libro colligato. Tertia insitio est terebra vitem quam inseres, pertundito, eos duos surculos vitigineos quod genus esse voles: inserito obliquos arcito ad medullam, facito'que, medullę medullā coniungas, arcito'que ea, qua terebraueris alterum ex altera parte. Eos surculos facito, sint longi pedes binos, eos in terram demittito replicato'que ad vitis caput: viti que vinculis alligato, medios in terrā defigito: terra'que operito: hæc omnia luto oblinito, alligato integito'que quemadmodum oleas, &c. Columel. rei rust. quarto, ca. vigesimonono de his sic etiam meminit. Tempus inserendi vitem Iulius Atticus tradit ex Calen. Nouembribus in Calen. Iunias, quo ad posse custodiri surculum, siue gemmam affirmat: eo'que debemus intelligere nullam partem annum excipi si sit sarmētis alendis facultas. Inseritur autem vitis, vel rescissa, vel integra perforata terebra: hæc ille. & multa id genus. Theophra. etiā de plantarū causis de his affatim, libro tertio, ca. xvii.

CAPVT .XVI.

Emplastri ratio.

EMPLASTRI RATIO, &c. Hoc caput nihil habet fuscedinis: quod de arboribus varia genera fructuū ferentibus multiplici, scilicet insitione, ait. Scribit enim Palladius, libro de agricultura cerasum posse lauro inseri, carmen eius est hoc.

, Inseritur lauro cerasus, partu'que coacto
, Tingit adoptiuus virginis ora pudor
, Vmbrātes platanos, & iniquam robore prunum
, Compellit gemmis pingere membra suis
, Populeas'que nouo distinguit munere frōdes
, Sic blandus spargit brachia cana rubor.

Scaprū

CORTICES SCAPRO, &c. Ferramento putatorio: quamuis pro diuerso genere ferramenti ad diuersa vtilis ponatur. De his etiā affatim Theophrastus, libro tertio de plantarum causis.

CAPVT .XVIII.

QVAE CVSTODIENDA, &c. In talearum cultura multa obseruanda sunt, quę nisi obseruentur oleæ. Item & arbores lętę nō prouenire possunt: quare Colu. lib. rei rusti. quinto de oliueto constituendo sic agit. Seminarium oliueto preparetur cœlo libero, terreno modice valido: sed succoso, ne'que denso ne've soluto solo, potius tamen resoluto id genus terræ ferè nigrę est: quam cum in tres pedes pastinaueris & alta fossa circundederis, ne aditus pecori

detur

detur fermentari finito. Tum ramos nouellos proceros, & nitidos quos compræhensos manus possit circumuenire, hoc est, manubrij crassitudine: feracissimos arboribus adimito, & ex his quam recentissimas taleas recidito: ita vt ne corticem, aut vllam aliam partem quam quę serra præciderit, lædas. Taleæ deinde sexquipedales serra præcidantur, atque earum plagæ vtraque parte falce leuentur: & rubrica notętur: vt sic quemadmodum in arbore steterat ramus ita parte ima terrã, & cacumine cœlum spectãs deponatur. Nam si inuersa mergatur difficulter cõpræhendet: & cum validius conualuerit sterilis in perpetuum erit. Sed oportebit taleaṛũ capita & imas partes misto fimo cũ cinere oblinire, & ita totas eas obruere, vt putris terra quatuor digitis alte superueniat. Et ait Pli. BENE GLVTVS, &c. Bene districtus. (Gluttus) MATEDA, &c. Hoc genere malei: quo vtuntur ad adigendas plantas, opprimendas, & quo profundius radices immergantur. Et subdit Pli. VETVS OLIVETVM, &c. Columella biennio amputatione abstineri: tertio anno singulis seminibus binos ramulos relinqui & frequenter sarriri seminarium conueniet: quarto anno ex duobus ramis infirmior amputandus est: sic excultæ quinquennio arbusculæ habiles translationibus sunt. Plantæ autem in oliueto disponuntur optimè siccis, minimeque vliginosis agris per autumnum: lętis & humidis verno tempore, paulò ante quam germinet, post æquinoctium autumnale idem censet arbores ablaqueandas: porrò quod de quercu, ait Pli. In oleam idem confirmat Colu. his verbis. Nam quercus etiam excisa radices noxias olivueto relinquit: quarum virus oleam necat. De ablaqueatione arborum abundè Theo. libro tertio de plantarum causis, ca. xi.

CAPVT . XX .

HINC RESTANT, &c. Haud quanquàm negligenda sunt documenta quędam: quibus discere possumus, vt arbusculę, & quędam cedua, niueis per accõmoda prouenire possint, sicuti salices, genistæ, arundines, quibus apte ligari possunt vineę. Salicem authore Colu. & genistam crescẽte luna verè circa calen. Martias serito. Salix humida loca desiderat: genista etiam sicca: vtraque tamen circa vineã opportunè seruntur: quoniam palmitibus idonea præbent vincula. (Salicis satio. Arũdinis satio) Arundo optimè seritur, quos alij bulbos, alij oculos vocant simulatque terram repastinaueris: radicem arundinis acuta falce presectam impendenti pluuia disponito. Sunt qui arundines integras sternant: quoniam ex omnibus nodis fatę arundines emittũt: sed ferè hoc genus euanidam exilem'que & humilem arũdinem affert: hæc Columella. Et subdit Plinius. CASTANEA OMNIBVS PEDAMENTIS, &c. Castanea, inquit, Colu. libro quarto, roboribus est proxima, & ideo stabiliendis vineis habilis: eius in repastinato nux posita celeriter emicat: & post quinquennium cæsa more salicti recreatur, atque in palum formata ferè vsque in alteram cęsionem perennat, Ea pullam terram, & resolutã desiderat, sabulonem humidum, vel refractum totum non respuit, opaco et septẽtrionali cliuo lætatur, spissum solum, & rubricosum reformidat, seritur ab nouembri mense, per totam hyemẽ sicca terra, & repastinata in altitudinem dupondij & semissis: nuces in ordinem semipedalibus: ordines autem quinum pedũ spatijs dimuntur: hæc ille, & multa id genus. (Castaneæ satio.) Dupondij & semissis dixit eleganter, pro duobus pedibus, & dimidio, vt ita dicam. (Duponditũ semissis.)

CAPVT . XXI .

RESTAT IPSARVM NATVRA, &c. Nũc differendum est, de vinearum cultura, quę tot modos ferè quærit, quot regionum situs sunt. Nam non omnes vno modo solet excoli: vt conijcere licet lectione Columellæ: cui Plinius sæpius hic astipulatur: cuius verba nõ collibuit supingere ne turgesceret institutum hoc. Cæterò sagittas hic vocat Pli. partes superiores malleoli, & Columella, libro tertio de hoc ita. Nam sagittam (ait) hoc est, superiorem partem malleoli. Canterium verò genus iugi, vnde Columella ait. Si regionis conditio permittit deponemus hastilia quibus adnectuntur singulæ transuersæ perticæ in vnam partem ordinis quod genus iugi canterium rustici vocant: sic vites ordinatas canteriatas dicunt. Compluuiatæ verò quę quadruplici ordine perticarum instructæ à cauis ædium compluuijs dictæ: de quibus qui plura volet adeat Colu. eo quo diximus loco. Sationem sic item Vergilius precipit.

Sagitta

Canterium.

Canteriate vites.

Cõpluuiatæ.

, Optima vinetis satio est quùm vere rubenti
, Candida venit auis longis inuisa colubris
, Prima vel autumni sub frigora, quùm rapidus sol
, Nondum hyemẽ contingit equis, iam præterit æstas
, Ver adeò frondi nemorum, ver vtile syluis
, Verè tument terrę, & genitalia semina poscunt, &c. Et paulò superius.
, Tellurem borea rigidam spirante mouere
, Rura gelu tunc claudit hyems, nec semine iacto
, Concretam patitur radicem affigere terrę, &c.

Theophrastus tertio de plantarum causis, ca. decimo sexto, de vitium cultura sic agit. Vitium genera, & loca diuersa sunt, oportet dixisse quod genus cui'que conueniat. Quippe si secundum naturam conseris, proba euadunt, si præter naturam, infœcũda. Serunt enim solo sitienti, & solido vites solidas, tam generis nigri, quã generis albi, sed ex toto solidius est nigrũ. Solo autem pluuio solutas committũt. Dignosci densæ, at'que solutæ suis possunt medullis, quas in abscissis nouellis palmitibus scrutari oportet. Habet enim quę soluta est, plus medullę, quã ligni, quod vtra'que solo illi conueniat, his rationibus cõstat, quibus enim inest plus medullæ, his meatus ampli, multique sunt, quibus autẽ minus, hi angusti, & pauci. Quo fit vt minus alimenti desyderent, hęc ille.

CAPVT .XXII.

SVLCO LATITVDO, &c. Sulcus vinearũ diuerso quidem modo ad differentias regionũ fieri solet, vt scriptũ reliquit Colu. quare qui vitem ponit præcepta obseruet Columel. & Pli. oportet, quare in positione surculi fuit apud veteres dissentio, quidam totum flagellũ, sicut erat matri detractum, crediderũt sationi conuenire, id'que per gẽmas quinas, vel etiam senas partiti complures taleolas terrę mandauerunt. Consideranda enim est viui radicis natura. Viuiradicem vocant vitem, quę cum radice seritur: de quibus abundè Colu. lib. rei rust. iiii. qui de his volet locũ habet quẽ adeat. PORCVLETA, &c. A porcis, id est, areolis, quarum meminimus aliubi. Columella de viuiradice pampinatione'que faciẽda sic agit. Ea porrò siue malleolo, siue viuiradice deposuimus optimũ est sic ab initio formare, vt frequenti pãpinatione superuacua detrahãtur,

Viuiradix.

Porculator.

nec patiamur

nec patiamur plusquàm in vnam materiam vires & omne alimentum conferre. Primo tamen summittuntur, vt sit alter subsidio, & alter fortè deciderit. cum deinde paulum induruere virgæ, tùm deteriores singulæ detrahuntur. Ac nec quę relictæ sunt procellis ventorum decutiantur molli & laxo vinculo adsurgentes subsequi conueniet, dum clauiculis suis quibusdam manibus adminicula comprehendant &c. Iubet idem ablaqueandas vites per autumnum. Pampinādas quando teneri palmites sunt. Est pampinare, pampinos decerpere, & à sarmento cauliculos detruncare. Ablaqueare vero dicitur, quando radices arborum, eas'que à superfluis excrescētijs repurgamus, terram'que ab ijs diuertimus, siue circa viris codicem dolabra terram aut instrumento alio diligenter aperimus. Et subdit Plinius. Ablaqātio vitiū Pampinare. Ablaqāre.

NANQVE ET PVTATIONVM TRADENDA RATIO, &c. Putandi duo tempora Columella docet libro quarto, melius autem, vt ait Mago, vernum antequàm surculus progerminet, quoniam humoris plenus, facilem plagam & leuem & æqualem accipit, nec falci repugnat. Hunc autem secuti sunt Celsus & Atticus. Nobis ne'que angusta putatione coercenda semina videntur, nisi si admodum inualida sunt, ne'que vtique verno recidenda, sed primo quidem anno quo sunt posita. Vbi verò aprica loca sunt, molles'que hyemes, optima, & maximè naturalis est autumnalis, quo tempore diuina quadam lege, & æterna fructum cum fronde stirpes deponūt. Vergi. autem de putatione vitiū sic cecinit.

, Et iam olim seras posuit cum vinea frondes,
, Frigidus & syluis aquilo decussit honorem
, Iam tum acer curas venientem extendit in annum
, Rusticus, & curuo Saturni dente relictam.
, Persequitur vitem attondens finxit'que putando &c.

De sulco vinearum & resecandi tempore, Theophra. tertio de causis, ca. xviii.

CAPVT .XXIIII.

VITIVM GENEROSARVM, &c. De seruandis vuis alibi disseruimus. Hic item Plinius morborum arborum meminit, eas'que affligi syderatione tradit. Est enim morbus arboribus interdum peculiaris. Est enim in arboribus syderatio, quando per æstatem ardentissimo canis æstu deficiente humore arbores languescunt, summos cauliculos amittūt. De arborum morbis, abundè Theophrastus quinto de plantarum causis. Id ergo malum in arboribus græci dicunt ἀστροβολισμὸν hoc est, astrobolismon, vel σφακελισμὸν, idest, sphacelismon. Interlucationem Plinius vocat, quando arbor cæditur luce arborem ingrediente. Vocatur etiam collucatio, & collucare: quo verbo Cato vtitur libro rei rusticæ, cap. cxxxix. Lucum, ait collucare Romano more sic oportet. Porrò piaculo facito sic verba concipito, si deus, si dea cuius id sacrum est, vti tibi vis &c. Cæterò quia hic agitur de arborum morbis, non obfuerit adiecisse Theophrasti placita, qui de plantarum causis, libro quinto sic de his agit. Scabies, radicatio, syderatio, vermiculatio morbi sunt arborum. Syderantur præcipuè plantæ nouellæ, ac surculi suæ causa imbecillitatis quod accidit, cum siccata tellure humorem nequeunt trahere. Vermiculantur magis, quæ ætate prouectiores sunt, quod & ipsum prouenire videtur culpa fodientis, aut cum siti propter calorem laborauerint, quippe ex ictu putrescunt, vulnerata'que vermes procreant per saniem. Vermiculantur maximè mali, quamobrem in locis feruidis obnoxiæ sunt: radices enim breui siccescunt. Minimè vermiculantur quæ Interlucatio. Collucare. Vermiculatio.

acerba sunt & vehementia: argumento est laurus, quæ cum breui putrescit, nõ breui vermiculatur, nec caprificus. Quæ dulcia sunt celerius putrescunt, succus enim eorum mutationem facilius accipit; quoniam imbecillior est: omniaque lentisco inserta mandantur terræ, minus vermiculationem sentiunt. Sunt & suæ arboribus affectiones, nam ficus morbum quendam in radicibus, & paulò superius sentit, quem glabrationem appellant, qui ex nimietate humoris accidit. Sunt & alia ab eodem scitè enarrata, quæ qui de his volet, locum habet quem adeat. Et subnectit Plinius. SCABIES GIGNITVR RORIBVS LENTIS, &c. De scabie autem arborum, ait Theophrastus libro quinto de causis plantarum, cap. xiii. Sunt qui scabiem alia quoque ratione fieri posse arbitrantur, hoc est cum pluuia lenta vergilijs exorientibus fuerit, tum enim humor vitiatus ille referment a tur, & referuescens erumpit vt pustulæ. At si copiose aqua incesserit, causa quæ scabiem creat eluetur &c. Ad quæ Plinius hic allusit, nã quę hic refert à Theophrasto sunt detorta, vt conijcere licet.

Scabies arborũ.

VITIBVS (ait Plin.) PRAETER VERMICVLATIONEM PECVLIARIS ARTICVLATIO, &c. De articulatione morbo vitium, idem eodem cap. sic agit. Articulatio quoque vitis nimietati prorsus attribuitur, & quæcunque fructicare nequeunt, propter luxuriam germinis, nec enim ista pabulum excoquere possunt, sed ad germinandum vis tota cõuertitur, quasi detracta fluxu rapido nimij alimenti. Accidit magna ex parte fico scabies, oleæ impetigo, viti roratio, hæc Theophrastus. Et subnectit plinius.

PESSIMVM EST INTER omnia cum deflorescentem vitem & oleam, &c. Verba sunt Theophrasti, libro antelato. Pessimum, ait, & oleis & vitibus, & alijs omnibus, si dum florent impluerit. Defluunt etenim flores, & fructus causa imbecillitatis. Et sequitur apud Plinium.

QVAEDAM TEMPORVM CAVSAE LOCORVM VE, &c. Theophrastus etiam de his verbis. Adsunt & tempora & propria vitia locorum, vt apud Miletum, atque Tarentum oleis euenit. Quippe apud Miletum cum florent si aer austrinus serenusque sit, erucæ varium genus creatur, quarum aliæ frondem erodunt, aliæ florem &c.

QVARVNDAM NATVRA NON NECAT SED LAEDIT ODORE, &c. Alludit ad Theophrasti verba, libro quarto de plantarum historia, ita inquientis. Communis omnibus mors, & si radices amputentur, vel omnes, vel plurimæ, & quæ maximè sint vitales. Igitur hos interitus ex demptione dicendum, qui autem oleo consequitur, adiectione verius quadam, quam demptione incurrit, quippe oleum omnia necat. Qua de causa radicũ extirpandarum reliquijs oleum infundunt. Molesta est adnascens arboribus hedæra, molestus & cytisus, nam omnia fermè necat. Quædam non necant, sed succi, odorisque viribus reddunt deteriora, vt brassica, & laurus vitem offendunt, olfacere quippe eam, & attrahere dicunt, hæc ille. Aduerte hic Pli. accipere raphanũ pro brassica, quando ait.

VT RAPHANVS ET LAVRVS, &c. Nam quę hic refert, desumpta sunt à Theophrasto, libro quarto plantarum, capi. vigesimo, qui de Androcide ait. Androcides exemplo hoc vsus est, de medela contra vinum confecta, ex brassica videlicet, temulentiam posse propulsare &c.

CAPVT .XXV.

EST ET PRODIGIIS LOCVS, &c. Ostenta in arboribus fieri, nedum Plinius, sed etiam Theophrastus scriptum reliquit, libro de plantarum historia secundo, cap. quarto. Ad hæc fortuitam, inquit, quoque mutationem fieri aiunt interdum fructuum, nonnunquàm arborum summatim ipsarum, quæ quidam aruspices ostenta esse existimant, exempli gratia. punicum acidum edere dulce, & dulce acidum. Rursus arbores ipsas, v.t ex acida dulcis, & ex dulci acida veniat. Item ex caprifico ficum, & ex fico caprificum: rursus ex fico candida, nigram. Et subdit Plinius.

ET IN BOETIA DEROSAE A LOCVSTIS, &c. Verba sunt Theophrasti, libro superiore ita inquientis. Boetiæ verò germinibus omnibus à locustis derosis, iterum germinauit, hæc ille. Capiti sequenti nihil addo, quòd facile sit.

CAPVT .XXVII.

ARBVNCVLI AC RVBIGINVM, &c. Meminit Theophrastus caprificationis, libro secundo de plantarum historia, cap. nono, his verbis. Fructum autem antequam coquant, amittere possunt amygdala, malus, punica, pirus, omnium maximè ficus, & palma: quibus vel auxilium magnopere quæritur, vnde & caprificatio comperta habetur, nam ex pomis annexis culices egredientes corrodunt, & peruia reddunt ficuũ cacumina, hæc ille. & multa id genus. Et de ficarijs culicib⁹ paulò mox subdit. Culices vero ficarij, pomis caprifici egrediuntur, sed ex putrescentibus eorundem granis gignuntur, cum indicium afferunt, quod postquàm euolauerunt grana ficubus nulla penitus insunt. Euolant magna ex parte pedem, aut pennam relinquentes in pomo. Est verò alterum culicum genus, centinæ vocatum, quod ociosè viuit, quemadmodum fuci inter apes &c.

Commentariorum in Decimum septimum Plinij Secundi, Naturalis hystoriæ, scriptoris argutissimi.

FINIS.

IN DECIMVM OCTAVVM PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE ARGVTISSIMI SCRIPTORIS LIBRVM, STEPHANI AQVAEI BITVRICENSIS, VIRI EQVESTRIS, COMMENTARIA.

CAPVT .I.

Agriculturæ laus.

SEQVITVR NATVRA FRVGVM, &c. Arborum cum frugiferarum, tum aliarum ratione habita, natura'que explicita. Nũc iure de agricultura, qua nihil fructuosius, dulcius libe alius'que, aut fingi, aut pensiculari potest agendum est, ac de re rustica differendum, quæ vt concinniter, ac scitè Columel. primo rei rusticæ, scriptum reliquit. Sine dubitatione proxima & quasi consanguinea sapientiæ est. Et vt Theophrastus memoriæ mandauit ἡ γέωργια ἀνδρὸς τοῦ ἐλευθέρου ἐστὶν ἀξία, quę nihil sibi volũt aliud quàm, Agricultura digna est homine libero. Re vtpotè rustica nihil fœlicius fortunatius'que, quod luculẽter ab Homero illo Mantuano promulgatum est hoc carmine.

, O fortunatos nimium sua si bona norint
, Agricolas, quibus ipsa procul discordibus armis
, Fundit humo victum facilem iustissima tellus

Et Horatius ait.

, Beatus ille qui procul negocijs
, Vt prisca gens mortalium
, Paterna rura bobus exercet suis
, Solutus omni fœnore.

Sine profectò agriculturæ ope, nec consistere (vt ait Columella) mortales, nec ali posse manifestum est. Sine enim ludicris artibus at'que etiam sine causidicis, olim satis fœlices fuere, futuræ'que sunt vrbes. At sine agriculturę auxilio, nutriri nemo potest. Genus enim liberale & ingenuum rei familiaris augendę est, quod ex agricolatione contingit, abs cuius matre hoc est tellure: tot flores, tot colores, tot succi, tot denique vsus humanæ naturæ peraccommodi profluunt, vt non satis illi accœptum referre queamus. Mirari profectò subit plæros'que tellurem, veluti nouercã increpãtes, quòd venena genuerit, quòd noxia nobis suggesserit, quòd denique tribuerit, alia id genus nobis officientia, quando non ea gignat, sed nos ipsi hæc componimus, maleficia cogitamus, astruimus, ijs vtimur. Hæc alijs præparamus, ijs alios decipimus. Flumina inficimus, quo noceamus alijs, aerem in perniciem vertimus: & vt summatim attingam, non tellus, sed nos ipsi maleficia excogitamus, & inuentis vtimur, quo fit vt nobis, non telluri, vitio verti possit. Et subdit Plinius.

QVANQVAM

QVANQVAM initia operis defensæ, &c. Hoc est terræ defensæ inter initia operis, id est libro. ii. cap. lxv. vbi dotes terræ descripsit. ET VTROQVE apri dentum siccas, &c. Hoc est cum apri liment ac exacuant sicas, hoc est dentes acutissimos ac exertos modo gladiorum formatos arbore ac saxo duro, Legi etiam potest scitè sicca, hoc sensu, Cum apri limēt sicca dentium, vt sicca sit substantiuum. Alij legunt, vtro'que apri dentes siccas, vt sensus sit. Apri dētes exacuant in siccas arbores, habes quod eligas, vtere congruentiore sententia. VENENIS TINGVNT, &c. Scytharum mos fuit sagittas veneno tingere, vt docuimus libro. xi. AC dirarum alitum, &c. Diræ aues dicebantur inauspicatæ, vt bubo, cornix, & id genus. Hinc carmen Vergilij.

Fœda'que sic volucris venturi nuncia luctus
Ignauus bubo, dirum mortalibus omen.

VICE OBVII, &c. Lego fide mei exemplaris, ominis, non obuij, quod quadrare planè constat ob verbum inauspicatorum, nisi sensum velis ita elicere. Qui homines obuij, loco auium inauspicatarum vetant agere, aut prodesse vitæ. Si mauis legere ominis, sensus erit eliciendus ex augurio auium inauspicatarū.

CAPVT .II.

ARVORVM SACERDOTES ROMVLVS, &c. Hi sacerdotes dicti aruales, collegium enim fratrum arualium numero. xii. mansit, cuius sacerdotij insigne spicea fuit corona. Huius rei scitè admodum meminit Aulus Gel. vi. atticâ noctium, cap. vii. his verbis. Sed Acca larētia corpus in vulgus dabat, pecuniam'que emeruerat ex eo quęstu vberem, ea testamēto, vt in Antiatis historia scriptū est Romulum regē, vt quidam, aut vt alij tradiderūt populum Romanum fecit hæredem, ob id meritum à flamine quirinali sacrificium ei publicè fit, & dies è nomine eius in fastos additus. Sed Sabinus Massurius, in. i. memorabiliū secutus quosdam historiæ scriptores Accam Larentiam Romuli nutricem fuisse dicit. Ea, inquit, mulier, ex. xii. filijs maribus, vnum morte amisit. In illius locū Romulus Accæ Larentiæ sese filium dedit, se'que & cæteros eius filios, fratres aruales appellauit, hæc ille. In honorem enim Accæ Larentię, & Iouis larentinalia instituta prodit, Macrob. i. saturna. Accam larentiam fuisse nobilissimum scortum afferens, eam'que populum Romanū hæredem vocasse, Cato ait, vt inquit Macrob. Larentiam meretricio quęstu locupletatam. Post excessum populo romano agros turacem, semurium, lincerium, & solinium reliquisse, & ideo sepulcri magnificētia, & animæ parentationis honore dignatam. Macer libro. i. histo. Faustuli coniugē Accam larentiam Romuli & Remi nutricem esse cōfirmat, hæc Macrob. Et subdit paulò post Pli. IS ET FORNACALIA, &c. Erant enim fornacalia ferię farris terendi, aut torrendi gratia institutę, quod ad fornacem existentē in pistrinis, sacrificium fieri solebat. Vnde Ouidius. ii. fasto. ait. Facta dea est fornax læti for, nace coloni. Curio legitimis tunc fornacalia verbis maximus indicit, nec stata sacra facit. Expendendum hic plures fuisse ferias à Romanis institutas, aliæ dicebantur statiuæ, quę semper erāt eodem tempore, cōceptiuæ ex auguribus, imperatiuę ex ædicto. Feriæ item seruorum & stultorum, Quirinalia, à quirino instituta. ET AEQVE RELIGIOSAS terminis agrorum, &c. Velut terminalia erant, quanquàm tamen terminalia à termino deo, in cuius tutela fines agrorum erant, dicta referant. Porrò colebant Romani Seiam & Segetiam vt lætiores segetes haberent. Mola salsa, mola far tostū & sale aspersum, quod eo molito hostiæ aspergerent.

Fratres aruales.

Acca larentia.

Fornacalia.

Terminalia.

QVO SERVOS paulò ante Neronis, &c. Quo modo contempto, id est qua mensura duum iugerum spreta ante seruos Neronis iuuat nunc habere piscinas ac culinas ampliores viridarijs (sic legendum non viridaria,) huius spacij. i. duum iugerum. GRATVMQVE si non aliquē, &c. Perinde ac dicat neminem haberi gratum prçter eum, qui possideat ampliores culinas ac piscinas mēsura duum iugerum.

CAPVT .III.

Iugerū.

IVGERVM VOCABATVR, QVOD, &c. Varro iugerum duodetriginta pedum quadratorum milia, & octingentos pedes capere testatur. Colu. rei rusti. v. de iugero sic ait. Iugerum habet quadratorum pedum viginti octo milia & octingentos passus, pedes habet quinque. Actus minimus (vt ait Varro) latitudinis pedes quatuor, longitudinis habet pedes. CXX. Actus quadratus vndique finitur pedibus. CXX. PILVMNI, &c. Api

Pilum.

lo, hoc est instrumento quo quippiam pinsitur in mortario. Subdit deinde Pli.

Confarreare. Zea. Farreatio.

QVIN ET IN sacris nihil religiosius confarreationis, &c. Est enim confarreare contrahere, sancireque aliquid, sacrificio intermedio. Matrimonia enim farracea vocabat antiquitas à farris communione, quod græcorum aliqui zeā appellant. Festus enim scribit farreo libo adhibito, genus id matrimonij contrahi solitum, vnde dicta est farreatio, veluti dicas coniunctio, sicuti cum dissoluerentur nuptiæ diffarreatio. Erat enim vetus diuque consuetum antiquis Romanis farris alimentum, velut græcis hordeum, vetustissimam putantes frugem: eius in sacris primitias dabant ὀυλὰς vocãtes, id est vlas. Et Romani pretiosissimū far arbitrati, sacrificia ignea inde oriebantur omnia. Nuptæ enim nouæ, farreū, hoc est genus libi præferre solebant. Et subdit Pli. AGRVM MALE COLERE, Reprehendebantur enim coloni qui malè agrum colerent, qui verò colonus erat bonus laudabatur. Cato libro rei rusticæ. Et virum bonum cum laudabant, ita laudabant. Bonum agricolam, bonumque colonum amplissimè laudari existimabatur qui ita laudabatur. IN TABVLIS CENSORIIS, &c. In duodecim legum tabulis iudicialium. Antiquitus certè summo honore rem rusticam habitam fuisse grauissimorum authorum monumentis constat. At me hercule, inquit Columella, vera illa Romuli proles assiduis venatibus, nec minus agrestibus operibus exercitata, firmissimis prçualuit corporibus, ac militiā belli cū res postulauit, facile sustinuit, durata pacis laboribus, semperque rusticam plæbem prçposuit vrbanæ. Vt enim qui in villis intra consepta morarentur, quàm qui foris terram molirentur ignauiores habitos, sic eos qui sub vmbra ciuitatis intra mœnia desides cunctarentur, quàm qui rura colerent, administrent've opera colonorum segniores. &c. Et subsequitur.

NVNDINIS VRBEM, &c. Faciunt ad hæc Columellç verba, quæ sic se habent. Nundinarum etiam conuentus manifestum est propterea vsurpatos, vt nonis tantummodo diebus, vrbanæ res agerentur, reliquis administrarentur rusticæ. Et subnectit Plinius.

Canariū auguriū

AVGVRIO CANARIO, &c. Augurium canarium dictum est, cui agendo constituerentur dies prius quàm frumenta è vaginis exirent, & antequàm in vaginas peruenirent. Sacrificabantur enim canes rutilæ antiquitus, causa sæuitiæ deprecandæ syderis caniculæ, quod ne officeret frugibus, ei canes immolare solebant. Vnde cecinit Columella.

Hinc

, Hinc mala rubigo viridis ne torreat herbas
, Sanguine lactantis catuli placatur,& extis. Et Ouidius quarto fastorum.
, Pro cane sydero canis hic imponitur arę
, Et quare fiat,nil nisi nomen habet.

Columella item catulo facere dixit, pro caniculę sacrificare: porrò Canē legimus fuisse victimam expiationibus per accōmodam. quo nomine à lupercis quoque sacrificiorum ritibus adhibebatur: ex his enim diuina fiebant,ac sacrificium quod appellabant Periscylacismum. Festum verò à canum cede, cynophōtis dicebatur. Et subdit paulò inferi⁹ Pli. QVIPPE ETIAM LEGE STOLONIS,&c. Non obfuerit hic subnexuisse verba Varronis, à cuius promptario hæc desumpta videntur. Nam ait, libro primo Rei Rusticę. Stolonis illa lex, quę vetat plus quingenta iugera habere ciuem romanum,& qui propter diligētiam culturæ stolonum confirmauit cognomen, quod in eius fundo nullus reperiri poterat stolo, quod effodiebat circum arbores: è radicibus, quę nascerētur è solo: quos stolones appellabāt. Eiusdem gentis. C. Licinius tribunus plębis cum esset post reges exactos annis tre centis sexagintaquinque, primus populum ad leges accipiendas in septem iugera forensia è comitijs eduxit. Liuius eum Licinium etiam, ait, lege sanxisse ne quis amplius quàm quinquaginta agri iugera possideret, & sua lege dānatus est Liuius hęc, libro septimo. Columella item, libro rei rusticæ primo: huius rei ita meminit scitæ. Mox etiam cum agrorum vastitatem victoriæ nostrę, & internitiones hostium fecissent. Criminosum tamen senatori fuit, supra quinquaginta iugera possedisse, sua que lege. C. Licinius dānatus est, quod agri modum, quem in magistratu rogatione tribunitia promulgauerat immodica possidendi libidine transcēdisset: nec magis quia superbum videbatur tantum loci detinere, quam quia flagitiosum, quos hostis profugiēdo desolasset agros nouo more ciuē romanum supra vires patrimonij possidendo deserere. Et subnectit Pli. MANII QVIDEM CVRII, &c. Allusisse videtur ad Colu. assertionem ita, libro antelato inquiens. Ideoque post reges exactos Liciniana illa iugera septena, quę trib. plębis viriti diuiserat, maiores quęstus antiqui retulere, quam nūc nobis amplissima veruacta. tanta quidem Curius dentatus prospero ductu, parta victoria, ob eximiam virtutem deferente populo premij nomine quinquaginta soli iugera supra consularem, triumphalem que fortunam putauit esse. Repudiato publico munere populari, ac plębeia mensura contentus fuit. TRIVMPHALI (ait Pli.) ARATORE, id est, Curio dentato & Attalo rege, ac Diocletiano, quos historiæ tradunt fuisse studiosissimos rei rusticę & optimos aratores. Non puduit enim clarissimos duces, hoc est, Hieronem, Archelaum, Attalum, Magonem: & id genus, arasse. Et subdit Pli. CICINNATO ATTVLIT dictaturam, &c. Columella huius rei ita luculēter meminit. Cicinnatus obsessi consulis, & exercitus liberator, ab aratro vocatus ad dictaturam venerit: ac rursus fascibus depositis, quos festinātius victor reddiderat quam sumpserat imperator ad eosdem iuuēcos, & quatuor iugera auitum herediolum redierit, de eodem Vale. Maxi. libro quarto. Item que C. Fabritius, & Curius dētatus, alter Pyrrho finibus Italiæ pulso, domitis alter sabinis, accepta que viritim diuidebātur captiui agri septem iugera, non minus industriæ coluerit quam fortiter armis quæsierat: hæc ille. AT NVNC (ait Pli.) EADEM ILLA vincti pedes, &c. Perinde ac si dicat, arua coluere viri insignes tum armis, tum virtute. Nunc verò soli serui, ac viles homines, artem rusticam exercent: qui nulla insigniuntur virtute. Expendendum hic Pli. per verba hæc: INSCRIPTI VVLTVS, &c. Intelligit enim Pli. stigmaticos, id est, stigmate inustos: appellantur literati vultus, siue stigmatici, quorum ob fla-

Stolonis lex.

Viri agricultorę. Studiosi.

Inscripti vultus. Stigmaticiliterati.

gitium, ac ſcelus nefandum, frons inurebatur, nota'que imprimebatur ferro candēte: ob id ſerui dicebātur literati: quòd literis inuſti eſſent. Scitiſſimè igitur, ac quā appoſitiſſimè Pli. appellat vultus inſcriptos: ſeruos, ac ſceleratos: quos & manus etiam damnatas vocat. Surda Tellure, Non ignobili. ERGASTVLORVM, Damnatorum, ac ſeruorum vinctorum. POENVS MAGO, &c. Huius meminit Colu. libro tertio his verbis. Vt Carthaginenſem Magonem ruſticationis parētem maximè veneremur. Nam huius octo & viginti memorabilia illa volumina ex ſenatuſconſulto in latinum ſermonem conuerſa ſunt: hæc Columel. cui hic aſtipulatus eſt Pli.

CAPVT .IIII.

APVD ROMANOS, &c. Tardior vitium cultura apud romanos cœpit eſſe. Nam romani arma priuſquàm vites coluerunt: Hic quęnam ſit relaturus Pli. pollicetur ſigna, ſcilicet terreſtria, ac ſyderū regulas agricolis accōmodas: quæ certè maximè conducere dicuntur agriculturæ ſtudioſis. Nam vt veriſſimè ait Columella rei ruſticæ conſultiſſimus: qui ſe in hac ſcientia perfectum volet profiteri, ſit oportet rerum naturæ ſagaciſſimus, declinationum mundi non ignarus, vt exploratum habeat, quid cuique plagæ conueniat: quid repugnet: ſyderum ortus, & occaſus memoria repetat: ne imbribus, ventis'que imminentibus opera inchoet, laborem'que fruſtretur. Cœli, & anni pręſentis mores intueatur: ne'que enim ſemper eundē velut ex pręſcripto habitum gerunt: nec omnibus annis eodem vultu venit æſtas, aut hyems: nec pluuium ſemper eſt ver, aut humidus autumnus. Et ſubdit Plinius.

Authores q. de agricultura ſcripſerunt. QVANDOQVIDEM QVI adhuc ea diligentius tractauere, &c. Multos certè conſtat de agrorum cultura diſſeruiſſe cum græcos, tum latinos, inter gręcos Heſiodus ſibi palmā aſciuit. Democritus deinde, Socraticus Xenophō, Tarētinus Architas, Areſto, Theophraſtus. Ex ſiculis numerātur Epicharmus, Philometor: & Attalus. Ex Athenienſibus, Amphilochus, Euphron, Chreſtus. Euphronis. Ex inſulis nati, Epigenes, qui Rhodius fuit. Itē Chius, Agatocles: ex Thaſo inſula, Euagon, & Anaxipolis & id genus. Inter latinos numeratur primus Cato Cenſorius: qui rem ruſticam primo docuit: deinde Saſernę: duo, pater & filius, Scrofa Tremellius, &. M. Varro: qui rem expoliuit. Mox Vergilius qui carmine potentem rem fecit, Cornelius Celſus, & Iulius Atticus. Gręcinus Columella Pli.

CAPVT .V.

Ruſtica gens bello aptiſſima. FORTISSIMI VIRI, &c. Alluſit ad Catonis aſſertionem ita inquientis. At fortiſſimi viri ex agricolis, & milites ſtrenuiſſimi gignuntur: maxime'que pius quęſtus: ſtabiliſſimus'que, ac minimè inuidioſus: minime'que male cogitantes ſunt: qui in eo ſtudio occupati ſunt: hęc ille. Vnde iurę ab Vegetio: rei militaris primo: ſcitè dictum cōijcere licet hoc. Nunquàm potuiſſe credo dubitari, aptiorem armis plębem ruſticam: quę ſub diuo, & in labore nutritur: Solis patiēs, vmbrę negligens: balnearum neſcia, deliciarum ignara: ſimplicis animi, paruo contenta: duratis ad omnem laborum tollerantiam membris: cui geſtare ferrum foſſam adducere, onus ferre leue, perinde, ac ſi dicat. Fortiores, aptiores'que tyrones gigni ex agris, ac familia ruſtica: quàm ex vrbana: porrò luxuriantis lectio-

nis fore

nis fore arbitror oracula Catonis, quæ hic Pli. citat huic verborũ seriei annectere. Cæterò vt opem feramus huic lectioni, expendendum præcepta nõnulla cum à Columel. tum à Varrone esse hic animaduertẽda: quo Catonis oracula paulò fieri possint protritiora. Censebat enim in emẽdo agro, inspiciẽdo'que precipuè duo perpendẽda. Salubritatem loci, & vbertatem soli: quorum si alterum deesset, ac nihilominus vellet incolere, mente esse captum: atque eũ ad agnatos & gentiles esse adducendum. Neminem enim prudentem debere facere sumptus in cultura sterilis soli: nec rursus pestilẽti, quãuis feracissimo pinguique agro domin⁹ ad fructus perueniret: post hæc præcepta adhuc subiungit Cato non minus intuẽda quam prima. Viã, & aquam, & vicinum. Iter enim commodum agris non parum confert: ad vehenda scilicet & exportanda vtẽsilia, que res frugis conditis, auget pretium, & minuit impensas rerum inuectarum, porrò aquę probitas ijs additur, sine cuius vsu nemo ali potest: de vicini commodo non certum præceptum putant aliqui, quod aliquando mors aliæ'que causæ eum mutare soleant, quo fit vt preceptum, id Catonis, non pro oraculo habeatur ab omnibus, quos errare iure dixerimus. Nam, vt ait Colu. queãdmodum est sapientis casus fortuitos magno animo sustinere, ita demẽtis est ipsum sibi malã facere fortunã: quod facit qui vicinũ malũ sibi cõparauit. Et subnectit Pli. ATTILIVS REGVLVS. &c. Verba sunt Colu. libro primo rei rusticæ: ita inquientis. Sæpius prædicandum habeo, quod primo iam punico bello dux inclytissimus. M. Attilius Regulus dixisse memoratur, fundum, sicuti ne fœcundissimi quidem soli, cum sit insalubris, ita nec effœti, si vel saluberrimus sit, parandum: hæc ille. Vtilissimus certè, vt ait Varro, primo rei rusti. is ager, qui salubrior est. Etenim vbi ratio cum orco habetur, ibi non modò fructus est incertus, sed etiam colentium vita. Quare si salubritas nõ est: cultura non aliud est quàm alea domini vitę, ac rei familiaris. Quare iure à Columella relatum esse accepimus, sapiẽtis esse nõ vbique emere, nec aut vbertatis illecebris, aut deliciarũ cõcinnitate decipi, sic industrij patrisfamilias est, quicquid aut emerit, aut acceperit facere fructuosum, atque vtile, vbi igitur pestifera lues irrepserit, hęc emendari poterit domini scientia, vt ait Varro, quod permagni interest, vbi sint positę villę: quantę sint, quo spectent: porticibus, ostijs, ac fenestris: cognoscat itẽ oportet agricola loci situm ac cœli habitum. Hoc enim monuit sciendum Maro, quando ait.

Ventos & varium cœli prædiscere morem,
Cura sit, ac patrios cultus habitus'que locorum,
Et quid quęque ferat regio: & quid quęque recuset.

Imprudẽs igitur decenti censura dicetur agricola, qui villam ædificarit in loco insalubri: si que aerem pestilentiæ subditum ei prębuerit. Nam aer circũfusus atque corruptus plurimas adfert corporibus nostris causas offensarum: porrò Cato, censet ædificandum non nisi consito agro: quòd maior inde fructus domino eueniat. Agricolæ profectò optimi, rem rusticam ad duas metas, vt ait Varro, dirigere debẽt: ad vtilitatem, & voluptatem. Vtilitas quærit fructum: voluptas delectationẽ: priores partes agit, quod vtile est quàm quod delectat: nec nõ ea, quę faciunt honestiorem agrum cultura: plerą'que non solum fructuosiorem eundem faciunt, vt quum in ordinem sunt consita arbusta; sed etiam vendibiliorem reddunt agrum: porrò qui emerit agrum eum sæpius visitet, circũeat'que. Nam, vt ait Cato, quoties ibis, toties magis placebit: oculus enim domini in agro fertilissimus est, vt inquit Columella. Ad id enim allusit Pli. quando ait. FRONTEM'QVE DOMINI PLVS PRODESSE QVAM OCCIPITIVM, &c. Oraculum id est Catonis inquientis. Frons occipitio prior est.

CAPVT. VI.

Inspiciẽda in agro emendo.

MODVS HIC PROBATVR, VT NEQVE, &c. Verba sunt Porcij Catonis; Tum, ait, ita ædifices, ne villa fundũ quęrat, ne've fundus villã. Multos enim delirasse in villæ positione palàm est: potissimũ. L. Lucullũ, cui vitio vertitur, quòd villa ipsius agro careret, & Sceuolæ, fundo. Columella: à cuius riuulis hæc desumpta fuisse constat, huius rei ita festiuiter meminit. Refert enim qualis fundus, & quomodo ædificetur. Multos enim in hoc præstantissimos viros deerrasse constat. L. Lucullum. &. Q. Scæuolam: quorum alter maiores alter minus amplas, quam postulauit modus agri, villas extruxit: quùm vtrũ'que sit contra rem familiarem. Diffusiora enim consepta nõ solum pluris ędificamus, sed etiam maioribus impensis tuemur, at minora cum sint, quam postulat fundus, dilabitur fructus: nam & humidę res, & siccę quas terra progenerat, facile vitiãtur, si aut non sunt, aut propter angustias incommoda sunt tecta: quibus inferãtur. pro portione ergo facultatum quam optimè debet habitare, & libentius rus veniat, & degat in eo. Et quia de positione villæ agitur hic, non obfuerit referre, quam cœli partem villæ ædificia'que alia debeant spectare. Varro de hac agens ratione, libro primo rei rust. partem septentrionalem salubriorem meridiana refert. Columella de his sic disserit. Salientes riui ad calores temperandos plurimũ conferunt, dũmodo dulces, vtique in villam perducendos cẽseo: sin summotus longius à collibus erit amnis & loci salubritas, æditior'que situs ripę permittet superponere villã profluenti. cauendum tamen erit: vt à tergo potius, quam prę se flumen habeat, & vt ędificij frõs auersa sit ab infestis eius regionis ventis: & amicissimis aduersa, cũ plęrique amnes æstate vaporatis, hyeme frigidis nebulis caligent, quę nisi maiore inspirantium vẽtorum submouentur, pecudibus hominibus'que conferunt pestẽ: optimè autem salubribus locis ad oriẽtem, vel ad meridiẽ grauibus villa ad septẽtrionem conuertitur, non oportet paludem vicinam esse villæ, nec iunctam viam militarem. Villam'que nec in via, nec pestilenti loco ædificare decet, sed procul, & editiore situ condere, vt frons eius ad oriẽtem æquinoctialem directa sit. Nam eiusmodi positio medium temperatum'que libramentum ventorum hyemalium & æstiuorum tenet: quanto'que fuerit ædificij solum pronius orienti, tanto & estate liberius capere proflatus, & hyemis procellis minus infestari, & matutino regelari ortu poterit, vt concreti rores liquescant: quoniam ferè pestilẽs habetur, quod est remotum, ac sinistrum soli, & apricis flatibus. Sed quisquis volet villam in decliuibus areis extruere, semper ab inferiore parte auspicetur: porrò Cato sub radice montis villam ædificandam censet. Si poteris, inquit, sub radice mõtis fiet, in meridiem spectet, loco salubri, operariorum copia fiet, bonum'que ibi aquarium & oppidũ propè fiet: aut mare, aut amnis. Victruuius, libro architecturę sexto, ca. octauo de ędificijs rusticorum agens, hęc ait. Villæ ita collocentur, magnitudines earũ ad modum agri copias'que fructuum cõparentur. In chorte culina quàm calidissimo loco designetur, coniuncta autem habeat bubilia, quorum pręsepia ad focum, & orientis cœli regionem spectent, ideo'que boues lumen & ignem aspiciendo, horridi non fiunt. Cella vinaria lumina ad septentrionem fenestrarum habeat. Cum enim alia parte habuerit qua sol calefacere possit: vinum quod erit in ea confusum ab calore, efficietur imbecillum. Granaria sublimata sint, & ad septentrionem, aut aquilonẽ spectantia disponãtur. Ita enim frumenta, non poterũt cito cõcalescere, sed afflatu diu refrigerata seruantur, Equilia quã maximè in villa vbi loca calidissima fuerint constituantur: dum ne ad focum spectent: cum enim iumenta proximè ignem stabulantur, horrida fiunt. Horrea, Fœnilia, Farraria, Pistrina: extra villam

Rusticæ dom' dispositio

sunt faciēda: vt ab ignis periculo sint villæ tutiores: hæc Vitruuius. Varro autem de his quàm appositissimè ita differit. Danda opera, vt potissimum sub radicibus montis syluestris villam ponas, vbi pastiones sint latę: ita vt contra ventos, qui saluberrimi in agro flabunt positę sint. Ad exortus æquinoctiales aptissimę: quod ęstate habeāt vmbram: hyeme solem: sin cogare secūdum flumen ædificare, curādum ne aduersum eurum ponas: hyeme enim fiēt vehementer frigidę, & æstate non salubres: hæc Varro. Nunc redeamus ad textum. AGRI ipsius bonitas, &c. Agri bonitatē Columella libro secundo rei rusticæ sic describit. Neque aliud est colere agrum, quam resoluere, & fermentare terram, ideo'que maximos fructus, ager prębet, idem pinguis, ac putris, quia cum plurimum reddat, minimum pascit, & quod postulat, exiguo labore, & parua impēsa conficitur, hoc igitur pręstātissimum solum dicatur, proximū huic deinde pinguiter densum, quod impensam coloni laborem'que magno fœtu remuneratur. Tertia ratio est loci rigui, qui sine impensa fructum reddere potest. Nullum deterius soli genus habetur quàm quod est siccum, pariter & dēsum, & macrum. Et paulò inferius subdit. Plurimos antiquorum memoria repeto, qui de rusticis rebus scripserūt quasi cōfessa, nec dubia, signa pinguis, ac frumentorum fertilis agri prodidisse: dulcedinem soli propriam, herbarum, & arborū prouētum: nigrum colorem, vel cinereum. Terrā frumētis habilem significāt, Iūcus, Calamus, gramen, trifolium, Ebulum, rubi, pruni syluestres: hæc ille. MODVM (ait Pli.) AGRI, &c. Modus certè in re rustica obseruandus attente est: illud quæ oraculum quod à sapiente dictum μέτρον ἄριστον, hoc est, mensuram esse in rebus adhibendam, id'que, vt ait Colu. nō solum aliud acturis: sed agrum paraturis dictum intelligitur: ne maiorem quam ratio calculorum patiatur, emere velit. Nam huc pertinet pręclara nostri poetę sententia. Laudato ingentia rura, Exiguū colito: vetus enim hoc præceptum numeris signauit: quippe gentem acutissimam pœnos dixisse conuenit. Imbecilliorem agrum, quam agricolam esse debere, quoniā cum sit colluctandum cum eo, si fundus præualeat allidi dominum. Nec dubium quin minus reddat laxus ager non rectè cultus, quam angustus eximiè. Et subdit Pli. COLI RVRA ergastulis pessimum, &c. Damnosum coli rura operarijs seruis. NIHIL MINVS EXPEDIRE quam agrum optimè colere, &c. Quia si quàm optimè colas agrum hoc fiet impēsa multa: quę penitus in re rustica euitāda est: mediocri enim impensa res rustica tractanda est: sic enim medium Cato pręcepit obseruandum, pręcipit idem, vt vicini te agricolam diligant. Si, ait, te vicinitas videbit libenter, facilius tua vendes, operas facilius locabis: operarios facilius conduces, & id genus multa: quæ legat qui plura volet: porrò Cauet is, vt hic ait Pli. ne familiæ malæ sint. Familiam, inquit, ne siueris peccare: litibus familia supersedeat: si quis quid deliquerit, pro noxa bono modo iudicet, familia mala ne sit: hęc Cato. Et subiungit Pli. FILIX BIENNIO MORITVR, &c. Ad hæc faciunt Columellæ verba: ita, libro secundo inquientis. Iunci & graminis pernicies repastinatio est: filicis frequens extirpatio: quæ vel aratro fieri potest: cum intra bieniū sępius cōuulsæ moriuntur: celerius si eodem tempore stercores & lupino, vel faba conseras, vt cum aliquo reditu medearis agri vitio. Nam'que cōstat filicem sationibus & stercoratione facilius interimi. Verùm & si subinde nascentem falce decidas: quod puerile est opus, intra prædictum tempus viuacitas eius absumitur: porrò mirum videri potest, quod Pli. hic ait, radices filicis sectas arūdine nō renasci: aut exaratas vomeri arūdine addita. Est certè inter arundinem, & filicem, antipathia, hoc est, discordia quędam naturalis: adeò, vt vbi altera sit nō inueniatur altera, & quod paulò maius est, Diosco, libro quarto refert: radicē filicis medeti plagis

Filicis satio.

Filicis et arundinis antipathia.

ictibus'que

ictibus'que factis arūdine: Iuuat dictum Pli. Celsus, libro quinto, inquiēs, pessima ex surculis harūdo est: quia aspera est, eadem'que offensa etiam in filice est: sed vsu cognitum est vtram'que aduersus alteram medicamentum esse: si contrita superimponatur: de his agemus fusius, libro vigesimo, & vigesimoquarto.

Statuminari. STATVMINARI, Firmari, Stabiliri, Fulciri. Subnectit Pli. AT IN SAXOSO, &c. De agris syluosis saxosis'que, ac vliginosis, colendis, preparandis'que, sic agit. Colu. Nemorosi frutetosi'que tractus, duplex cura est, vel extirpādis radicitus arboribus, & remouendis, vel (si rarę sint) tantum succidendis, incendendis'que, ac inarādis. At saxosum facile est expedire lectione lapidum, quorum si magna est abundantia: velut quibusdam substructionibus partes agri sunt occupandę: vt reliquę emundentur, vel in altitudinem sulco depresso lapides obruēdi: quod tamen ita faciendum erit si suadebit operarum vilitas. Si ager humidus erit, abundantia vliginis, ante siccetur fossis: earum duo genera cognouimus: cæcarum & patentiū: spissis at'que cretosis regionibus, apertę fossę relinquuntur. At vbi est humus soluta, aliquę fiunt patentes: quædam etiam occæcantur: ita vt in patentes ora hiantia competant cæcarum: sed & patentes latius, & apertas summa parte, decliues'que, & ad solum coarctatas: imbricibus similes facere conueniet: hęc ille.

CAPVT .VII.

ET QVONIAM, &c. Vt quid lucis Plinianæ huic lectioni intulisse videri possimus: haudquaquàm obfuerit admouisse huic proposito quę Columel. prompserit in literas: persequenda enim sunt seminum genera, prima, inquit Colu. & vtilissima sunt hominibus frumenta, triticū & semen adoreum. Tritici genera plura cognouimus, verum ex his maximè serēdum est: quod robus dicitur, quoniam & pondere, & nitore prestat. Secunda cōditio est habenda siliginis, cuius species in pane pręcipua pondere deficitur. Tertium erit trimeste: cuius vsus agricolis gratissimus: id genus est siliginis. Reliquę tritici species, nisi si quos multiplex frugū, & inanis delectat gloria, superuacuę sunt: hæc ille. porrò quod Pli. ait de satione tritici: perpendenda est Homeri Mantuani sententia quę ita se habet.

Triticū quando serēdū.

, At si triticeam in messem robusta'que farra
, Exercebis humum, solis'que instabit aristis.
, Ante tibi eoæ Atlantides abscondātur. Ad cuius verba Pliniū allusisse constat: absconduntur autem atlantides, hoc est, Vergiliæ altero, & trigesimo die post autumnale æquinoctium: quod ferè cōficitur nono calendas octobris: satio igitur tritici debet intelligi dierum sex, numero & quadraginta ab occasu vergiliarum, qui fit ante diem. IX. Calen. Nouembris ad brumæ tempora. Sic enim seruant prudētes agricolę, inquit Colu. vt quindecim diebus prius, quam conficitur bruma, totidem quòd post eam confectam ne'que arent, ne'que vitem, aut arborē putent. porrò quod Pli. de Sesamo ait: desijt certè iampridem seri in Italia. Non certè Italiæ nunc, nec gallię inter fruges serunt. Aegyptus sesamum cognoscit: vt aliubi docebimus: græcia eo vtitur in panificio ad dulciaria. Cęterò de Irione mirari subit grauissimos authores tam ancipiti sententia disseruisse. Nam Irionē. hoc enim græci ἐρύσιμον, hoc est, erysimon, vocant: alij inter fruges, vt Theophrastus, ac Pli. numerant, alij, vt Diosco, & Paulus Heginita, inter olera. Theophrastus enim nono de plantarum historia, de culmis frugum agens Irionem, siue erysimon inter genera

Sesam⁹

Exiō.

frugum posuisse videtur, quando ait τῶν δὲ θερινῶν κέγχρου μὲν καὶ μελίνης καλαμώδης. σησάμου δὲ καὶ ἐρυσίμου ναρθηκώδης: quæ si vertat aliquis, nihil aliud notabũt, quàm, æstiuarum autem milij scilicet & panici harundinaceus caulis siue culmus est. Sesami verò erysimi ferulaceus, constat his numerari inter fruges. Paulus autem Aeginita libro. i. inter olera posuit: sed de his in parte medica. SEMENTICA, Quę seminari possunt. Subdit Pli. ERVMPIT A primo satu hordeum die septimo, &c. Allusit ad Varro. assertionem libro. i. rei rust. ita inquiẽtis. Primũ plęrunque è terra exit hordeum diebus septem, nec multo post triticum, hæc ille. De satione autem hordei Colum. libro. ii. hæc agit. Proximus est his frumentis vsus hordei, quod rustici hexastichum dicunt, quidam etiam cantherinum, quoniam & alia animalia quæ sunt ruri melius quàm triticum, & hominem salubrius quã malum triticum pascit, nec aliud in egenis rebus magis inopiam defendit. Seritur soluta, sicca'que terra, & vel præualida vel exili, quia constat arua segetibus eius marcescere, propter quod pinguissimo agro, cuius nimijs viribus noceri non possit, aut macro, cui nihil aliud committitur. Altero sulco seminari debet, post æquinoctiũ media ferè sementi si læto solo, si gracili maturius. Et subnectit Pli. Hordei satio.

LEGVMINA QVARTO, VEL CVM TARDISSIME SEPTIMO FABA, &c. Varro legumina exire è terra qua triduo, aut quinque diebus scriptum reliquit, libro. i. rei rusticæ.

FASTIGIANTVR, In fastigium eriguntur. Porrò Pli. hic millium & panicum inter frumenta numerat, quod & facit Columel. libro secundo, qui etiã ea cõtribuit leguminibus. Ex eorum farina fit panis, è milio parum nutrire docet Diosc. libro. ii. è panico minus panis nutrire quàm è milio dicitur. Panicũ Theophrastus melinen & melinon vocat, græcè etiam ἔλυμον, id est elymon fertur, milium verò κέγχρον, id est cenchron. In genu tertio, in tertio nodo siue articulo. Miliũ. Panicũ.

SILIQVANTVR, Hoc est siliquas siue tegumenta faciunt. Subnectit paulò mox. MAGNA TERRAE COELI DIFFERENTIA &c. Refert enim in re rustica, vt cognoscamus terræ cœlique habitum. Et vt ait Columella. Contemplatio verò cunctarum in ea disciplina partium, quãdo cuique contingit, vt & segetum, arationum'que perciperet vsum, & varias dissimilis mas'que terrarum species pernosceret, quam nonnullæ colore, nonnullæ qualitate fallunt, at'que in alijs regionibus nigra terra, quam pullam vocant, vt in Campania, est laudabilis, in alijs pinguis rubrica melius respondet: quibusdam sicut in Aphrica Numidia putres, arenæ fœcunditate vel robustissimum solum vincunt. In asia Misia'que densa & glutinosa terra maximè exuberat, at'que in his ipsis habere cognitum quid recuset collis, quid campestris positio, quid cultus, quid syluester ager, quid humidus, & graminosus, quid siccus & spurcus. Et subdit Plinius.

ET ALICA SED PRAECIPVE AVENA, CALAMVS ALTIOR FRVMENTO QVAM HORDEO, &c. Hic perpendendum Alicam, non solum dici confectionis gen[9] quod ex zea fieri consueuit, de quo agemus capite vndecimo. Est enim frugis genus, ex cuius farina fiebat confectio, quam medici alicam vocant, cuius Hippocrates scite meminerit, ea'que fuerit vsus. Quod autem sit genus farris etymon græcum ostendit, quod est χόνδρον, id est, chondron, sic alica græcis dici solet, quàmuis hoc nomine far appelletur. Porrò opem fert nostro dicto Palladius, qui de conficienda alica in Iunio mense sic agit. Hordeum seminaturum cui superest, adhuc aliquid de virore per manipulos ligabis, & torrebis in furno, vt facile mola possit infringi, & modio vini, salis aliquantulum dum mollitur, curabis miscere, & seruabis. Pauli item Aeginitæ sententia ad hæc facit, nam is libro primo Alica.

asserit alicam fuisse factam ex fruge, quam χόνδρον appellant. De his etiam à nobis agetur cap. XI. & de olyra cap. VIII. Porrò quod hic ait Pli. de tritico pondero so ac candido. Hæc enim est nota melioris tritici, vt vsu deprehenditur, granũ eni rutilum si cum diffisum est, eundem colorem interiorem habet, integrum esse claret, quod extrinsecus albidum, intus etiam conspicitur candidum, leue, ac vanũ intelligi debet. PRAETVLIT (inquit Pli.) OREVNTIVM ET TRAGVM, &c. Est enim tragus figura similis farri, genus constat esse frugis: & si herba dicatur etiam, de qua in parte medica agemus. Est ergo frumenti genus, qua re græcorum aliqui τράγον σιτώδη appellauerunt, hoc est, tragon frumentaceum. De hoc etiã agam cap. X. Porrò vbi legitur hic. HOC EST ET SICLI PONDVS, &c. Budæus elegantiarum obseruantissimus, non sicli, sed siculi legit, qui quantum farinæ è sextarijs frumẽti farris've elici possit, sci tè meminit, libro assis. IIII. cuius scita non collibuit suppingere, quòd putem quẽ què lectorem ingenuum & bonarum literarum studiosum, illius incly ti viri nactũ codicem. TRIENTES, Hoc est quatuor vncias, non enim hic triens significat drachmas quatuor, sed vncias: sicut dodrans, vncias nouem, dempto quadrante. Porrò vbi ait Plinius. IN TANTVM FALLITVR COLVMELLA, &c. Hic Columel. taxat, quòd non is putarit trimestre esse genus proprium frumenti. Columñ. verba hæc sunt, libro. II. cap. VI. vbi de generibus tritici agit. Tertiũ, inquit, erit trimestre cuius vsus agricolis gratissimus. Nam vbi propter aquas, aliam'ue causam matura est satio omissa, presidiũ ab hoc petitur, id genus est siliginis, reliquę tritici species, nisi quos multiplex varietas frugum, & inanis delectat gloria superuacuę sunt. Adorei autem plerunque vidimus in vsu genera quatuor, far quod appellatur clusinum, candoris nitidi: far quod vocatur venuculum, rutilum, atque alterum candidũ, sed vtrun'que maioris ponderis, quã clusinum. Semẽ trimestre quod dicitur halicastrum, id'que pondere & bonitate est pręcipuum: sed hæc genera tritici & adorei obseruanda sunt agricolis, quod raro quisq̃ ager ita situs est, vt vno semine contenti esse possumus. TRITICVM autẽ sicco loco melius coalescit, &c. Hoc trimestre triticũ abs quibusdam etiam vocatur sitaniũ, authore Diosc. lib. V. ORIZA GAVDENT, &c. In genere enim frumentaceo oriza connumeratur. Palustribus locis hanc nasci tradũt, ex hac ptisana fit, quã muis crebrius fieri soleat hordeo: ex alijs tamen frugibus ptisanam fieri comperimus. Hinc Flaccus ait. Sume hoc ptisanarium oryzæ, de qua alibi agemus. HORDEARII VOCABANTVR, &c. Legim' etiam æs hordearium dictum, quod pro hordeo equitibus dabatur. Hordeo itẽ antiquitus polenta fiebat, græci hanc ἄλφιτον, id est, alphiton vocant, quanquàm tamen sint qui ἄλφιτον, hoc est alphiton, dicant farinã simpliciter dici: quà muis & à quibusdam hoc nomine vocetur farina hordei, concinnius tamen eam appellarim ὠμήλυσιν, hoc est omelysin. Porrò vbi ait Pli. SIMILI modo ex tritici semine tragum, &c. Hic perpendendum tragum non esse hic frugem cuius meminit paulò superius, sed farinam quæ ex semine tragi fit, ex qua conficeretur potio similis ptisanæ. AMYTVM VERO, &c. Amylum, quod sine mola conficiatur dictum est, quod Dioscorides libro secundo maximè probat, illud quod ex trimestri tritico fieri solet. Probat item quod creticũ est, aut ægyptium. Hæc quæ de confectione amyli ait Plinius, videntur esse desumpta ex penu Dioscoridis, libro antelato. Porrò vbi ait Plinius.

CIRCA CLVSIVM ET SENAS, &c. Senas hic refertur ad libras, non ad vrbem. De agri Babylonici fertilitate, Herodotus libro primo, huius etiam meminit Budæus libro quinto assis.

Tragus

Adoreũ

Oriza.

Hordeũ ἄλφιτον.

Tragus

Amylũ

CAPVT

CAPVT .VIII.

FRVMENTI GENERA, &c. Quod Plinius ait de zea, expendendum esse id quod alij vocant semen. Zea. Sunt autem duo genera zeę, alterum simplex & vnius tãtum grani, alterum duplicis, semen habens cõiunctum. Ex generibus his fieri panem author est, cum Diosco. tũ Theophra. hic similem tritico testatur libro tertio de historia plãtarum. Sunt qui hanc apud Italos vocẽt speltam, eandemque putent. Porrò quod de olyra dicitur. Theophra. tritico similem olyram etiam scriptum reliquit, Frugem quidam putant esse, quam secalem nonnulli vocant. Olyra. Sed nõ pro comperto id putarim nec desunt qui autumẽt eam esse siliginem ancipiti quidem assertione. Nam siligo interdum non solũ granum delicatissimi tritici est, sed etiam medulla siliginei grani. Quod significasse videtur Celsus libro secundo, cap. VII. his verbis. Ex tritico firmissima siligo, deinde simila, deinde cui nihil ademptum est: quod autopyrum græci vocant. Similago cuius hic meminit Plinius, dicitur & simila, diciturque farina delicatior, siue flos, ac deliciæ farinæ triticeæ: cuius Martialis meminit. Similago. Nec poteris similæ dotes numerare nec vsus. Porrò in quibusdam exemplaribus legitur hic. ZE DEROS, &c. Vbi potius legendum est zedoros, perinde ac dicas terrã donans zeam. PVLTE AVTEM, &c. Pultem, quam alij græcorum κρίμνον vel πολτὸν, hoc est, crimnon, vel polton dixerunt. Pulticulam verò πολτάριον, id est poltarion. Fiebat autem quondam puls hordeo, quod etymon videtur monstrare, ἀπὸ τοῦ κριθῆς. Crithen enim vocant ordeum, deinde fieri assueuit vtilior paulò, zea, & tritico. Theophrastus de plantarum historia, libro. VIII. cap. primo, duo genera frumenti tradit. Frumenti, ait, prima & maxima genera duo sunt. Sunt enim alia frumentacea, vt triticum, ordeum, tipha, semen, & reliqua quæ speciem tritici ac ordei gerant. Alia chedropa appellata, vt faba, cicer, pisum atq; quæ vocitare solemus legumina. Adde tertium genus, milium, panicum, sesamimum. Et paulò post ait. Alia enim desyderant seri sero, quia nequeant tollerare. Maturè seruntur triticum, ordeum, tipha, siligo: ex leguminibus faba, lupinum. Erumpit aliud tardius, aliud ocyus. Ordeum ac triticum die septimo, legumina quarto die aut quinto, fabis exceptis &c.

CAPVT .IX.

E SILIGINE LAVTISSIMVS PANIS, &c. Panis siligineus quem græci σιλιγνίτην, hoc est siligneten, probatissimus à Paulo Aeginita, alijsque medicæ artis claris professoribus probatur. Post hunc, ex siligine confectum probant, quem vocant σεμιδαλίτην, hoc est semidalitẽ, de quibus aliubi agẽdum est. Pollen vel pollis, cuius hic meminit, est tenuissim⁹ puluis, magis quàm farina sit, circa molas plærunque, & loca in quibus panis pinsitur parietibus hærens inuentus, ex quo fit panis omnium aliorum infirnissimus. Pollis. ARTOPTITIO, &c. Pane ex fermento duriore facto, panes artoptitij ab artopta, id est instrumento, quo panis tractatur, Sunt etiam qui dicãt artoptam, esse vas in quo farina subigi solet. artopta.

CAPVT .X.

SIMILAGO, &c. Budæus horum affatim meminit, libro assis. v. Selibram panis exponens pro dimidiato primario pane parisiensi, cibarium etiam vocans panem plebeium: ex Pli. his verbis colligens aphricum triticum præstantissimum fuisse verba eius subijciam, quod persuasum habeo opẽ adlatura huic lectioni. Ex farina tritici aphrici, similago quæ & simila dicitur, cribro tenuissimo à polline secernebatur, ita vt ex polline restante secundarium veluti similem elicerent, & crassiorem rursus pollinem à furfuribus laxiore incerniculo succernerent. Similagini autem pretiũ asses quadragenos in modios fuisse mediocri annona, qua ratione duo medimni romani qui sextarium parisinum faciunt, duodequinginta denarijs valuerunt, hoc est duodecies quaternis. Quatuor enim denarij. xl. assibus valuerunt. At castratæ similagini eo amplius octoni asses in modios accedunt, & siligini castratæ (quæ fruges erat italica, hoc est, triticum delicatissimum) eius summę duplum, hoc est asses semideni, in modios singulos. Quod ita intelligo, vt modij floris tenuissimi siliginis senis & quinquagenis assibus vænierunt. Quare subducta ratione, constat duodecim eius modios, id est sextariũ nostrum sexcenis septuagenis binis assibus mediocri annona fuisse, hoc est, sexagenis septenis denarijs, quę minimo minus à nobis vndenis franciscis & dodrantibus, hoc est quinis denis solidis æstimantur. Porro duodecim modij siliginis ratione à Pli. posita ex quatuor &. xx. tritici modijs fiebãt, palàm est ęquasse duos parisinos sextarios. Quippe cũ dicat Pli. ex modijs semodios redire, & pollinẽ primarium & secundariũ restare. Ex siligine cãpana, vt hic ait Pli. quaternos sextarios redire iustũ est, hoc est modij quadrantẽ. Subdit Pli. ADIICIVNTVR his genera bromos, &c. Est certè bromos genus

bromos Aegylops.

frugis, quod alij auenã siue ægylopẽ vocant. Paulus tamẽ Aeginita quid discerniculi inter bromõ & ægylopen ponit, vt monstrabimus aliubi fusius. Theophr. v. de plan. histo. ægylopẽ ponit inter fruges, intelligens eã auenã, quando ait. Et quæcũque singulis seminib⁹ cõnascuntur, veluti loliũ & ęgylops in triticea & hordeacea segete. Ad quæ allusit Pli. ca. eiusdẽ lib. xvii. Porrò quod de orminio hic ait, expendendum à Theop. fuisse etiã inter fruges adnumeratum, alij vt Diosco. & Paul⁹ æginita inter herbas medicas collocant, de quo aliubi videre erit. STELA DENTICVLATA. Colũnula dentibus distincta, siue cippis lapideis denticulatis. Vocamus eñ stelas etiam cippos lapideos, hoc est colũnas. Porrò sunt qui paulò inferius legant. ET IPSA autem quæ eualuantur. Alij euoluntur, ritè eualuantur legerim. Est eñ eualuare in segetibus aut legũminibus quando valuuli, folliculi've spõte decidunt, à valuulis deflexa voce. Cęterò, ac⁹ hic gluma dicitur, operimẽta eñ acinuolucra seminũ trita & cribro excussa, glumę siue ac⁹ dici solẽt. Gluma follicul⁹ est authore Var. i. rei ru. ac⁹ etiã pro purgamẽto frumẽti poni solet, vt apud Colu. quãdo ait. Nã suburbanis lactãs porc⁹ acere nutricãd⁹ est. Apluda etiã authore Gel. atti. no. xi. significat furfurẽ frumẽti. Pli. hic purgamẽta millij panicique dixit.

Stela.

Eualuare.

Gluma.

Apludã

CAPVT .XI.

VILII PRAECIPVVS, &c. Conficiendi genus hoc fermenti exoleuit. Sunt qui nunc etiam acetũ huic misceãt. BESSES, octo vncias. FERmẽtabatur, Fermẽtare facere crescere vel miscẽdo augeri. Pro pĩguefacio etiã poni solet à Colu. & fermentum admiscere, vt apud Pli. sæpius. PANIS (inquit Pli.) PLVRA GENERA, &c. Plura genera & quidem factitia pania constat, veluti ij quos Pityrias, hoc est viliores vocant, veluti di

Fermentare.

Pituriæ panes.

xeris furfuraceos: panes in acutum formati callistei dicti. Fuere antiquitus panes ex melle, ac vuis passis & aromatis alijs confecti, quos Nastos appellabant, eo etiā nomine callentem adhuc panem intelligunt aliqui, & qui huiuscemodi panes conficiunt, vocantur Nastocopi, sicuti artocopi qui panes conficiunt, quos alij vocant artopœos. Mystilem item panem vocabat eum, qui canibus daretur. Collyra etiā panes minutuli qui pueris solebant dari dicebantur. Panis è lente etiam fieri solebat, qui phaimus diceretur. Colix etiamnum dicebatur, qui sub cineribus coquebatur, & id genus multa quæ silentio transeunda duco. Et subnectit Plinius.

Callistei. Nasti. artopœi. Miltil. Collyra. Colix.

ARTOPTAM PLAVTVS, &c. Plauti verba hæc sunt. Ego hic artoptam ex proximo vtendam puto.

CRIBRORVM GENERA, Antiqui cribris in subigenda farina vtebantur, sed alia erant rariora, alia spissiora, minutioribusque foraminibus distincta & ad subtiliorem farinam subigendam apta, qualia pollinaria à polline dicta. Instrumentum autem aliud, quo farina nunc subigitur crassiore lana constat: scitè ac concinniter vocatur mactra. Officina verò vbi fit panis, artopteum elegāter dixerimus: & artoptam etiam instrumentum in quo concoquitur. Arcā verò vbi panis reponitur sypiam: Item arcam panariam.

Mactra. Sypia.

NOBILIVS (subdit Pli.) PILO VINCTORVM POENALI OPERA, &c. Hoc est, opera seruorum, quos vinctos pedes diximus paulò superius, pedibus enim vinctis operabantur, quare impediti dicebantur. CONTERVNT VTRICVLOS, Hoc est, operimenta siue inuolucra seminis Zeæ, vtriculi enim in frugibus dicuntur seminum operimenta.

Vtriculi qui i frugibus.

CAPVT XII.

SEQVITVR NATVRA LEGVMINVM INTER QVAE maximus honos fabę. Quippe ex quā tētatus sit etiam panis, &c. Scitu non indignum, quod de faba scribit Theophra. de plātarum causis. ii. Si verò, inquit, faba & aliud quicquam in leguminibus minus fructificet, imbecillitati certè tribuendū est, qua de causa maturius hęc fere resolent, vt priusq̄ hyems sit, radices concipere valeant. Faba tamen adeò detrimentis multis frequenter obnoxia, vt quāuis maturè prouenerit, tamen perfici plerunque non possit. Imbecillitatem eius non sensu percipere licet, est enim corpore soluto, euanido, nec radice numerosa subnititur &c. Leguminum genera plura esse est in confesso, maximè quidem grata in vsu hominū, veluti faba, lenticula, pisum, phaselus, cicer, canabis, miliū, panicum, sesama, lupinum, eruum, & id genus. De quibus singulatim disserendū, & docendum quæ terra cuique legumini congruat. Primū de satione fabæ, cuiꝰ multiplex vsus cū quadrupedum generi, tum hominibus peraccommodus. Fabę profectò authore Colu. lib. ii. pinguissimus locus, vel stercoratus destinatur, vt lętior proueniat, & si vernactum, inquit, erit in valle situ, quod à superiore parte succū accipit, prius tamen iaciemus semina, deinde proscindemus terram, proscissamq; in liram reuocabimus, occabimusque, quo altius largiore humo contegatur. Nā id plurimum refert vt radices enatorum seminum penitus demersę sint. Sin autē proximę messis, occupādū erit restibile, desectis stramentis quatuor & viginti vehes stercoris in iugerū disponemus, dissipabimusque. Et similiter cū semē crudo solo ingesserimus, inarabimꝰ, imporcatūq; occabimus, q̄uis sint qui negēt locis frigidis

Faba & eiꝰ satio.

oportere occari fabam, quia extantes glebæ à gelicidijs adhuc eam vindicent tenera, & aliquem teporem frigore laboranti præbeant. Sunt etiam qui putent in arvis hanc eandem vice stercoris fungi, quod sic ego interpretor, vt existimem nõ satíonibus eius pinguescere humum, sed minus hanc, quã cætera semina vim terræ consumere. Nam certum habeo frumentis vtiliorem agrum esse, qui nihil quàm qui istam siliquam proximo anno tulerit. Faba ne'que macrum, ne'que nebulosum locum patitur, densa tamen humo sępe commodè respondet. Media sementi pars seri, & pars vltima debet, quæ septimuncialis satio dicitur. Post brumam parũ rectè faba seritur, priscis rusticis & Vergilio amurca vel nitro macerari fabam, et ita seri placuit. Lætior, vt ait vir. vt fœtus siliquis fallacibus esset, & quãuis igni exiguo properata maderent. Nos quo'que sic medicatam comperimus, cum ad maturitatem perducta sit minus à curculione infestari. Sed & illud quod deinceps dictu ri sumus experti præcipimus. Silente luna fabam vellito, ante lucem, deinde cum in area exaruerit, confestim priusquàm luna incrementum capiat excussam, refrigeratam'que in granarium conferto. Sic condita à curculionibus tuta erit: hacten' de fabarum satione. Porrò quod de fabacia ait Pli. fabacia genus erat libi, quod faba fiebat, deorum religionibus aptum. Ceterò de faba pythagorica plærique ancipiti quidem disseruere sententia, abstinendum ab ea Pythagoram referentes iussisse, q sensus vt placet Pli. hebetaret, faceret'que insomnia, aut quia inflationem cieret, vt ait Cicero, primo diuinationis, quando ait. Iubet igitur Plato sic ad summam proficisci corporibus affectis, vt nihil sit, quod errorem animis perturbationem'que afferat. Ex quo etiam pythagoreis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quę res habet inflationem magnam. Is enim est cibus cõtrarius animis trãquillitatem quęrentibus. Contra, Aristoxenus veterum literarum diligentissimus refert Pythagoram nullo legumento sæpius vsum quàm faba, quò d ea aluũ subduceret sensim & leuigaret. Ampedocles à fabulo hoc, abstinendum esse Pythagoram præcepisse testatur, hoc est à rei veneriæ proluuio, quod κυάμων, id est cyamon non solum legumen notet, sed testiculos. Plutarchus author multæ, & quidem compositissimæ lectionis: hoc symbolum pythagoricum refert, sic oportere intelligi, vt Pythagoras abstinendum à fabis præceperit, hoc est ab reipublicę administratione, quòd ea sit periculosa, nec fieri possit citra reprehensionis notam, aut detrimentum alicuius. Fabis enim antiquitus suffragia ferebantur, fiebãt'que, veluti adhuc apud Venetos fieri conspicimus, vt per fabas albas annuentes suffragemur: per nigras renuentes refragemur. Rei huius affatim meminit Gellius, atticarum noctium quarto, capi. xi. Referina appellatur. Dicebatur Referina aut refrina, quoniam ad sacrificium referri solebat faba è segete auspicij causa, quasi reuocantis fruges & domum, denuo reuerti ad rem diuinam faciendam. Hanc opinionem adiuuat quòd in sacrificijs publicis cum puls fabacea dijs præbetur nominatur refrina: author Festus. Et subnectit Plinius. VERGILIVS EAM PER VER SERI &c. Verno certè tempore Vergilius fabam serendam censet, quando ait.

Faba pythagorica.

Referina.

, Dum sicca tellure iacet, dum nubila pendent,
, Vere fabis satio, & milio venit annua cura.

FABALIA, Sunt fabalia fabarum frutices & siliquæ. Et ait Plinius.

SED MAIOR PARS, &c. Allusisse videtur ad Columellę assertionem inquientis, libro secundo rei rusticæ. Veteres ita'que rusticos plærunque dicentes audio, malle se matura fabalia, quàm fructum trimestrem.

SOLVM (ait Plinius,) IN QVO EST SATA LAETIFICAT, &c. Lætum facit, hoc est pingue. Hanc tamen opinionem refellit Columella, vt diximus.

NASCITVR

NASCITVR ET IN AEGYPTO, &c. Vnde faba Aegyptia dicta est: quanquam tamen sint qui eam nasci ferant in Asia & Cilicia. Hæc enim faba foliũ habet modo galeri, caulem cubitalem, crassitudine cubitali. Florem roseo colore, dupla ad papaueris florem magnitudine: qui cum defloruit vesparum fauis simi= les vtriculos profert. Theophrastus, quarto de historia plantarum folia eius adna= sci magnitudine pileò thessalico scriptũ reliquit. Poculorum folia fabarum vsum prębere prę magnitudine. Strabo, geogra. xvii. refert his verbis. Aegyptiaca fa ba ex qua cyborium fit: eius virgę altitudine ferè ęquales, ac decem pedes sunt. Fa ba in multis partibus & folia, & frondes emittit, & fructum fabæ nostrę per similẽ, magnitudine solum, & gustu differentem: quare fabeta iucundum quendam aspe ctum, ac delectationem prębent: oblectantur autem mirum in modum in scaphis thalamiferis, densissima fabeta subeuntes, & eorum folijs inumbrari, quę ga deò ma gna sunt, vt poculorum & catinorum vsum prębeant, habent enim concauitatem quãdam idoneam: vnde Alexandrinę officinę ijs plenę sunt. Agri quoque magnũ ex his folijs prouentum habent: hæc Strabo. Radicem autem eius honore habitam quondam fuisse legimus: cruda enim comedebatur pariter & cocta, ægyptij nunc eam secant in frusta: quoniam eius caulis habet rectos quosdam pectines: qui nisi secentur conuiuas solent defatigare: quam rem Martialis in suis xenijs videtur in= dicasse his verbis. Niliacum ridebis olus lanasque sequaces: Improba cum morsu fila manuque trahes. Theo. eam sponte nasci tradit: quod & Pli. hic confirmat. Nunc redeamus ad textũ. EX LEGVMINIBVS (ait Pli.) NOVEM= BRI SERVNTVR LENS, &c. Columella, libro secundo rei rusticę Satio= nis Lentis sic meminit. Lentem sementi media crescente luna vsque in duodeci= mum, solo tenui, & resoluto, vel pingui & sicco maximè loco: seri conuenit. Nam in flore maximè luxuria & humore corrumpitur, quę vt celeriter prodeat & ingrã descat: antequã feratur, fumo arido permisceri debet: & cũ ita quatuor, aut quin= que diebus requieuit, spargi, Sationes duas seruamus: alteram maturam per mediã sementem, seriorem alteram mense februario, Ea ne curculionibus absumatur: cu= randum erit: vt, cum sit extrita, in aquam demittatur: & ab inani, quę protinus in= natat: separetur solida: & radice silphij trita cum aceto aspergatur, & in sole siccata & refrigerata recondatur: in vasis etiam salsamentarijs olearijsque rectè seruatur, porrò nõ obfuerit annotasse Lentem græcis dici φακὸν, id est, phacõ. Cęterò quod de piso Pli. ait Colu. Pisum seri debere testatur solo facili, ac soluto, hoc est, nõ spis so, tepidum locum desiderare idem tradit, & cœlum humoris frequenti. CICERIS (inquit Pli.) NATVRA EST, &c. Sationis eius sic memi= nit Colu. Cicer quod arietinum vocatur. Itemque alterius generis quod punicum seri mense Martio toto potest, cœlo humido, loco quam lętissimo, nam etiã id ter= ram lædit atque ideo improbatur abs callidioribus agricolis, quod tamen seri de= beat macerandum erit, quo celerius enascatur. Palladius, posse Ianuario seri scriptũ reliquit, libro secundo. Plura esse ciceris genera conijcere licet, quia testatissimi au thores speciem ciceris significari volentes appellatione plurali vtuntur, ordiun= turque rem à numero pluratiuo, vt cõijcere licet verbis Theophrasti nono de plã tarum historia inquientis οἱ δὲ ἐρέβινθοι ἢ τοῖς μεγέθεσι καὶ τοῖς χυλοῖς χρώμασι καὶ ταῖς μορφαῖς διαφέρουσι quę Pli. hic ita vertit. Differentiæ cicerum plures magnitudine, figura, colore, & sapore, de quibus in parte medica agemus amplius. EST ENIM ARIETINO CAPITI, &c. Hoc à Colu. arietinum vocatur, vt vi= dimus paulò superius. Columbinum genus dici putarim, id quod per hyemẽ aues illæ pasci soleant, punicum videtur id appellasse Colu. loco quo diximus à gente, quia apud eam nasci consueuerit, porrò, Phasellum Colu. iubet serendum in Ver=

Lẽs quã seratur.

Pisum.

Cicer.

Punicũ.

Phasel= lum.

nacto, vel melius pingui & restibili agro. Theophrastus, libro octauo plantarum videtur appellare Phasellum δοςίχορ, id est, dorichon. Sunt tamen qui ponant nihil discriminis inter Dolichum & Phasellum. Nam Paulus Aeginita non differre hęc duo, libro primo docet his οἱ φασίολοι καὶ δολοίχοι καλούμενοι, hoc est, Phaselli verò qui & Dolichi nominantur.

CAPVT .XIII.

Napus. Bunias.

QVANQVAM PRIVS, &c. Etsi raporum ratio dicenda esset, vbi agetur de hortensibus: nõ tamen hic videbitur alienum de eorum ratione satione'que egisse: honorem sibi præcipuum bonitatis cõpararunt rapi amiternini: inter enim cætera genera prætulit Colu. quãdo cecinit.

, Congilis illustri mittit quam Nursia campo

, Quęque amiterninis defertur bunias armis

Vocat enim Buniada, Napum, more gręco. Nam græcè bunias, Napus dicitur. Columella, secundo rei rust. de Naporũ satione sic agit. Napus deuexam amat & siccam, ac tenui propiorem terram: ita'que glareosis, sabulosis'que aruis melior exit: locique proprietas vtrius'que semen cõmutat. Nã'que in alio solo Rapa biennio sata in napum conuertuntur: in alio Napus raporum accipit speciẽ: riguis locis rectè ab solstitio vtrum'que seritur: siccis verò vltima parte mẽsis Augusti: vel prima septẽbris: solum subactum pluribus iterationibus aratri vel rastri, large'que satiatum stercore postulant. Et paulò superius de his sic agit. Ab his leguminibus ratio est habenda naporum raporum'que. Nã vtra'que rusticos implent: magis tamen vtilia rapa sunt, quia & maiore incremẽto proueniunt: & non hominem solum, verùm etiam boues pascũt: præcipuè in gallia, vbi hyberna cibaria prędictis pecudibus id olus prębet: hęc Colu. ad cuius verba allusisse hic Pli. videtur quãdo ait. QVADRVPEDES FRONDE EORVM, &c. Sunt enim Rapa cum pecudibus tum hominibus grata: ijs enim & solitos vesci Romanos testatur Martialis quando ait.

Rapa.

, Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa.

Rapacia frõdes Raporum dicuntur: porrò quantum Raporum vsus fuerit antiquis agricolis conferens, ideo peraccommodus, argumento est conditura eorum: cuius Colu. meminit, libro. xii. de his etiam agemus libro sequenti. Et subdit Pli. NEBVLIS ET PRVINIS, &c. Rapa gaudere nebulis, ac seri debere nebuloso tempore etiam Columella monstrauit hoc versu.

, Nube noua seri cœli impendentibus vndis

, Gongilin illustri mittit quam Nursia campo.

Vocat enim Rapum Gongilin, more gręco, nã græci γογγίλην, hoc est, Gongilẽ vocant Rapum: quòd vt puto vergat in rotunditatem. Nã γογγίλον ςρογγίλορ hoc est, rotundum significat. Theo. plura esse tum genera naporum, tum raporum testatur: vt videbimus aliubi. Et quando ait Pli. FESTOS DIES NEPTVNI ET VVLCANI, &c. Sensus est: Rapa serenda mense Febru, qui mensis dicatus est Neptuno, September verò Vulcano: alij tamen Vulcanalia fieri circa finẽ Augusti tradũt, de his, libro sequenti.

CAPVT .XIIII.

LVPINO

LVPINO, &c. Sationis Lupini meminit affatim ſcite= Lupini
que Colu. libro ſecundo his. Lupini prima ratio eſt: quod ſatio.
& minimum operarũ abſumit & viliſſimè emitur; & ma=
ximè ex ijs quę ſerũtur. Nam vinetis iam emaceratis & ar
uis optimum ſtercus præbet: ac vel effœto ſolo prouenit,
vel repoſitum in granario patitur æuũ. Boues per hyemẽ=
coctum, maceratum'que probe alit. Famẽ quo'que ſi ſteri=
litas annonę inceſſit hominibus, cōmodè propulſat. Spar
gitur ſtatim ex area, Atque id ſolum omnium leguminum non deſiderat requien
in horreo: ſiue Septembri menſe ante æquinoctium, ſeu protinus à Calẽ. Octobris
crudis noualibus ingeras: & qualitercun'que obruas ſuſtinet coloni negligentiam.
Tẽpore tamen autumni deſiderat vt celeriter confirmetur: terram exilem amat,
ac rubricam: cretam reformidat, limoſo'que non exit agro: hæc Colu. huius etiam
abundè Theo. eo quo ſuperius loco diximus. Cæterò hęſitandum hic quidnā Pli.
intelligat quando ait, QVANDO ETIAM impoſitum ventribus pue=
rorum, &c. Putarim certè Pli. velle intelligere vermes ventris Lupinis abigi.
Nam Dioſcorides, libro ſecundo. Lupinos amaros aqua madentes: eorum'que fari
nam, aut cum aceto, aut cum melle lumbricos necare ſcriptũ reliquit. Item & Pau
lus Aegi, de quo agemus, libro vigeſimoſecundo.

CAPVT .XV.

ET VICIA PINGVESCVNT ARVA, &c.
Palladius, libro ſecundo. Viciam ritè ſeri menſe Ianuario Vicia q̃
ſcriptũ reliquit. Hoc menſe, inquit, colligendi ſeminis cau modo
ſa, non pabuli ſecandi vicia ſeritur. Iugerum ſex modij oc= ſerẽda.
cupant. Serenda eſt in terra proſciſſa: ſtatim'que cooperiẽ=
da eſt ante noctem. Nam ſi nuda manſerit noctis humo=
re corrũpitur: obſeruãdum eſt, ne ante .xxv. lunam ſera=
tur: quia ſic ſatā limaces perſequuntur: hęc ille. quę ante eũ
Columella memorię mandarat, libro ſecũdo rei ruſt. vbi ait. Vicię autem duę ſunt
ſationes. Prima quam pabuli cauſa circa æquinoctium autumnale ſerimus: ſeptẽ
modios eius in vnum iugerum: ſecũda, quo ſex modios Ianuario, vel ſerius iacim⁹
ſemini progenerando: vtra'que ſatio poteſt cruda terra fieri: ſed melius proſciſſa:
id'que genus nõ amat rores cum ſeritur: ita'que poſt ſecundam diei horam, vel ter=
tiam ſpargendum eſt: cum iam omnis humor ſole vento've deterſus eſt: hæc ille.
Deoccatur: occare comminuere ne ſit glęba, vt ait Varro, libro rei ruſt. primo. Eſt Occare
occare igitur: quùm ruſtici ſatione facta bobus demiſſis, grandes glębas frangunt
minuunt'que. Runcare verò, eruere, euellere, & ab herbis liberare: porrò quod hic Rũcare
Pli. ait de eruo, quod alij orobum vocant. Colu. eo quo diximus loco: lętari ſolo ma
cro: non humido, quia luxuria plęrum'que corrũpitur: poteſt etiam eodem autho= Eruum.
re ſeri autumno: nec minus poſt brumā. Ianuarij parte nouiſſima, vel toto Februa
rio: dum ante Calen. Martias: quem menſem vniuerſum negant agricolę huic legu
mini conuenire, quia eo tempore ſatum pecori ſit noxium, & pręcipuè bobus, quia
eos cerebroſos reddat: quinque modijs iugerum obſeritur. Et ſubnectit Plinius.
QVIPPE per eruum Diuum Auguſtum, &c. Haud facile eſt conie=
ctu, quanam affectione afflictus fuerit Auguſtus: vſu erui ſiue orobi liberatus.
Nam ERVVM authore Dioſcori. Farinam mittit medicinæ accommodam:
quę aluum ſubducit, vrinam'que cit, & id genus multa quę ab eo referuntur: ſed nõ

ea, quibus

ea, quibus afflictum narrat morbis, Suetonius in vitam eius: nisi torminibus eum affectum, aut vrinæ angustia, aut inanibus egerendi voluntatibus, quas tenesmos vocant: coniiciamus, suspicemur'que ad quę prodest erui farina: vt dicemus in parte medica. Qui de Lupino volet amplius adeat Theophra. libro octauo de historia plantarum, capi. vndecimo.

CAPVT .XVI.

Silicia. Fœnum græcũ. Farrago

ET SILICIA, &c. Silicia & silicula à Varrone, Plinio'que ac Romanis Fœnugræcum appellatum est. Theophrastus autem quarto plantarum volumine Bucceron vocat, à bubuli cornu figura. Seritur hoc, authore Palladio, libro secundo, mẽse Ianuario, colligendi seminis causa: arandum esse spisse, idem testatur: hęc inter pabula bobus gratissima numeratur: vt scriptum reliquit Colu. libro secundo rei rust. porrò: farrago: cuius hic Pli. meminit, seritur in stercoratissimo loco, & ea fit authore Colu. optima cum cantherini ordei. x. modiis, iugerum obseritur circa æquinoctium autumnale, sed impendentibus pluuiis, vt cõsita, rigata'que imbribus celeriter prodeat & cõfirmetur ante hyemis violẽtiam. Nam frigoribus cum alia pabula defecerunt, ea bubus cæteris'que pecudibus optimè desecta præbetur.

LETAMINE, &c. Fimo. Auena item inter pabularia censeri debet: ea potissimum quę sata est autumno, Colu. Fœnũgręcum (quod & appellat siliquam) duplicem habere sationem memorię mandauit: mense enim Septembri causa pabuli seri posse afferẽs, & mensis Ianuarij vltimo, vel primo Februarij: gaudere sarculatione idem testatur: porrò in quibusdam exemplaribus hic male legitur, sacrificatione, vel scarificatione: quando legendum sit sarculatione, vt verba Colu. iudicant. His pabularijs additur Ocymum: cuius Cato etiam meminit, bubus gratũ asserens, iis'que mederi. Adde medicam, quę bonitatis honorem inter pabularia tenet. Hac enim decem annis durare Colu. tradit sexies'que demeti posse: agrum stercorare: omnem'que emaciatum ea fieri pingue, locum in quo medicam quis est saturus, proscindere circa calen. Octobris oportet: finire'que putrescere: deinde calen. Februarijs diligẽter iterare, & lapides omnes agere: glębas'que obstringere pręcipit Colu. postea circa Martium mensem tertiare, & occare: cum secatur idem rigandam iubet. Palladi⁹ formandas areas præcipit latas pedibus. x. longas pedibus quinquaginta, vt facilius possint runcari. ALTITVDINE VNCIALI, Policari.

CAPVT .XVII.

PRIMVM OMNIVM, &c. Theophrastus, libro historiæ plãtarum octauo, capi. decimo de frugum vitijs sic agit. Seminum autem vitia quędam omnibus communia veniunt, vt rubigo, quędam propria dantur quibusdam, vt tabitudo ciceri radicis, & vricarum infestatio, alijs etiã pa licum bestiolarum erosio, nonnulla etiam scabię, at'que salsugine pereunt, vt cuminum. Animalia verò si non in iis ipsis gignantur, sed extrinsecus veniant, non ęque afficiũt. Nascitur enim in tritico cantharis, & in eruo phalangium. Rubigines in frumentaceis magis quam in leguminibus. Inter frumentacea eum magis quam triticum sentit. Vermiculi etiam in cicerculis gignuntur, cum secutis imbribus calor repentinus humorem incluserit. Ad omnia autem hæc tractuũ natura plurimũ refert.

Iam enim

Iam enim cœlũ diuersum caliditate, aut frigiditate, aut humiditate constet. Quędam etiam germinant consumunturque celeriter, & reseruari egregiè possunt, vt panicum, & milium, quędam tardè germinant, ceu faba, precipuè quę coctilis est. Cicer & Eruum omnium maximè durant. Lupinum longe diuturnius, hæc ille. Affici varijs generibus vitiorum segetes rei rusticæ scriptores memorię mandarunt. Sunt enim ijs noxia, Lolium quod alij æram dicunt. Lappę item, tribuli, rubigo, & id genus, vnde scitè ab Homero Mantuano dictum esse, nemo est qui eat inficias.

, Mox & frumentis labor additus, vt mala culmos
, Esset rubigo, segnisque horreret in aruis
, Carduus, intereunt segetes, subdit aspera sylua,
, Lappæque tribulique, inter nitentia culta
, Infœlix lolium & steriles dominantur auenæ.

Addit Pli. his noxijs orobanchē. Est enim orobanche orobi, hoc est, erui genus, dictum quasi orobi angina: quòd orobum circũligãdo se enecet. Item & frumenta leguminaque strangulet: cirris enim circũligãdo ea occidit, vt ait Theophrastus, libro primo plantarum, & quinto: vbi plures enascentes plantas alijs noxias connumerat: inter quas ponit æram, hoc est, lolium, Aegylopē, siue auenam: orobanchē: & id genus. Remedia autem multa in hasce pestes noxias frugibus numerantur, cum à Colu. tum Palladio, rei rusticę clarissimis scriptoribus. Colu. Pellē hyenę (mirũ dictũ) refert conferre, si ea satoriam (vt eius verbis vtar) trimodiã vestiamus: atque ita ex ea, cum paulùm semina immorata sint iaciunt agricolæ, non dubitantes prouentura: quę sic sata sint. Quędam ait Colu. libro secundo etiã subterraneæ pestes adultas segetes radicibus subsectis enecant: id ne fiat remedio est aquę mistus succus herbę: quam rustici sedum appellant. Nam hoc medicamine vna nocte semina macerata iaciũtur. Quidam cucumeris anguinei humorem expressum, & eiusdem tritam radicem diluũt aqua, similique ratione madefacta semina terrę mandant. Alij eadem aqua, vel amurca insulsa, cum cœpit infestari seges, perfundũt sulcos, & ita noxia animalia summouent. Palladius etiam quędam huic rei conferentia refert: quę non putarim silentio digna: quare non obfuerit his addere. Democritus (inquit, libro primo) asserit neque arboribus, neque satis quibuslibet, noceri posse à quibuscunque bestijs. si fluuiales cancros plurimos, vel marinos, quos græci παγούρους, id est, paguros nominãt: nõ minus quam decem fictili vasculo in aquã misso tegas, & sub dio statuas, vt decem diebus sole vaporẽtur, postea quæcunque illæsa esse volueris, ea aqua perfundas, & octonis diebus peractis hoc repetas: donec solide, quę optaueris adolescant, formicas abiges, si origano & sulphure tritis foramen asperges. Aduersus mures agrestes Apuleius asserit semina bubulo felle maceranda, ante quam aspergas. Omnia semina orti, vel agri ferũtur ab omnibus malis, ac mõstris tuta seruari, si agrestis cucumeris tritis radicibus ante macerẽtur. Item equę caluaria, sed nõ virginis intra hortum, vel etiam asinę, creduntur enim sua presentia fœcundare quę spectant. Grandini creditur obuiare si quis crocodilli pelle, vel hyenæ, vel vituli marini per spacia possessionis circũferat: & in villæ suspẽdat ingressu, quãdo viderit malum imminere, hæc Palladius. Porrò Herba quam hic Pli. Sedum vocat, vel Aizoon: dicitur semperuiuũ, vt Etymon monstrat: quòd semper viuat: nec flaccescat vllo solis etiam feruentissimo radio. RESTIBILE, &c. Restibile: quod restituitur referiturque: quare Festus restibilem agrum vocat eum: qui biennio continuo seritur: restibilis seges dicitur quę regerminat: quasi quolibet anno sponte restibilis fiat. Et restire ad colẽdũ aptum esse, referendumque. Et subdit Pli. BABYLONE, &c. Strabo

Orobãche.

Vitia frugum & remedia.

Sedũ, Aizoõ. Restibilis segés

agens de Mauritania refert inibi biferã meſſem terram'que. Quę enim Pli. de Babylone hic ait verba. de verbo ad verbum, vt ita dicã, ſunt Theophraſti, libro octauo plantarum: bonitatis agri huius Herod. libro primo meminit. Budęus, aqua riganda hic legit.

CAPVT .XVIII.

EST ET IN FRVGIBVS OSTENTVM, &c. Titus Liuius huius oſtenti etiam meminit. Hic Pli. Aegypti fœcunditatis facit mentionem. Huius etiã rei meminit Diodorus Siculus affatim, & Herodotus, libro ſecũdo, à cuius penu multa quæ hic Pli. narrat, deſumpta videntur, quare profuerit eius ſententiam (quòd faciat ad rem) in medium adferre. De natura Nili, inquit, ne'que ſacerdotibus quippiam, ne'que ab alio vllo percipere potui, cum promptiſſimo forẽ ingenio ad hęc ab illis audiẽda, cur Nilus aquis inflatus deueniret inchoãs intumeſcere, ab æſtiuo ſolſtitio, & cẽtum vs'que dies, ac prope totidem diebus retrocederet relinquens fluenta, ita per omnem hyemem tenuis eſſe perſeueraret, ad ſolſtitium rurſus æſtiuum: porrò de auctu ipſius etiam Strabo decimoſeptimo narrat, quę cõgruunt huic lectioni, quare quo fieret plauſibilior auctior'que, & quo quid lucis videremur intuliſſe: hæc collibuit ſuppingere, is de ægypto agens, hæc refert. Cum regio natura multum fructum adferat, irrigata plurimum adfert. Natura enim & maius Nili incrementum plus minoribus Nili excreſcẽtijs irrigetur, quãtum in maioribus per foſſas aggeres. Quare ante Petronij tempora tunc maxima vbertas erat, quùm Nilus ad quartum, ac decimum cubitũ excreſcebat, quùm verò ad octauum creſceret, fames & penuria eueniebat, quùm verò ille regioni imperaret, & duodecimum tantum cubitum Nilus impleſſet, maxima fames fuit, & cum octauum ſolum aliquãdo impleſſet, famem nemo ſenſit: hæc ille. aſſerit etiã Nilum augeri æſtiuis hymbribus, & ijs paulatim ceſſantibus paulatim inundationem ceſſare, porrò quod Pli. hic de cultura Aegypti, ait, ac de ſuibus ſolum euertẽtibus, fungentibus'que officio boum, ac colonorum aratorum've, ea Herodotus teſtatur: cui videtur hic Pli. aſtipulari. Verba Herodoti ſunt: de Aegyptijs agens: Iſti nam'que ex omnibus hominibus, at'que ex omnibus ægyptijs maximè illaboratũ percipiunt fructum, qui ne'que proſcindendis aratro ſulcis, ne'que ſolo ſubigendo, ne'que aliud quicquàm exercendo eorum quę in aruis colendi cæteri mortales laborem tolerant, ſed poſtquàm fluuius ſua ſponte ſuperueniens irrigauit, rura deſeruit, & rurſus irrigata deſeruit, tunc in ſuum quis'que rus iacto ſemine ſues immittit, cõculcato'que ſuibus ſemine, meſſem deinde expectat: at'que ſuibus ſemen verſauerit, ita demum frumentum percipit. Et paulò inferius ſubdit cur Nilus æſtate impleri dicatur. Hyberno tempore ſol aſcẽdens, à priſtino curſu ſubter hyemale ſydus meat, in ſuperiora Aphricę, hæc ille. Porrò Pli. hic inſtrumentorũ ruſticorũ meminit, quę ſi profuſius annumerauerimus nõ obfuerit, Inſtrumẽta certè quę rei ruſticę neceſſaria ſunt. Aratra ſimplicia, tum etiam aurita ſi regio poſtulet: ſi enim plena ſit ſimplex cõfert, auritum autem prodeſt vbi celſiore ſulco ſata attollenda ſunt: his addamus Vomeres, Ligones, bidentes, dolabras, falces putatorias, quibus in arbore vtamur, & vite, item meſſorias, vel fœnarias, Lupos, hoc eſt, ſerrulas manubriatas, minores maiores'que ad menſuram cubiti, quibus facile eſt, quod per ſerram fieri non poteſt, reſecando trũco arboris, aut vitis interſeri, acus per quas in paſtinis ſarmẽta mergũtur, falces à tergo acutas, at'que lunatas, cultellos itẽ minores,

Natura Nili.

Ruſtica inſtrumẽta.

per quos

per quos nouellis arboribus surculi aridi, aut extantes facilius amputentur, item fal
ciculas breuissimas tribulatas, quibus filicem solent abscindere, runcones, quib⁹ ve
preta persequimur sarculos, simplice've bicornes, ascias in auersa parte referentes,
rastros item, cauteres, castratoria instrumenta, tõsoria ferramenta, & id genus mul
ta. Porrò in quibusdam exemplaribus Pli. hic ptocellis legitur, legerim non procel Porca terra.
lis sed porcellis, hoc est, paruis porcis. Est enim porca, authore Varrone, terra elata
inter duos sulcos, hinc porcare, quæ voces agriculturæ sunt peculiares scriptoribus
Var. Colu. Catoni, Palladio'que. Numerat etiam Verg. alia instrumenta, quã do ait:
, Tribula'que trahæ'que & iniquo pondere rastri. Virgea præterea celei, vilisq; su
, pellex, Arbuteæ crates, & mystica vannus Iachi, &c.

CAPVT .XIX.

IN ARANDO MAGNOPERE SERVANDVM
EST &c. Præcipit imprimis Cato agrum bene colendũ
esse, bene arandum, stercorandum, apto'que hæc omnia tẽ-
pore agenda. Deinde arandi tempora animaduertenda, ac
soli consyderanda ingenia, primo autem arandum est, vt
præcipit Vergilius inquiens.

, Vere nouo gelidus canis cum montibus humor
, Liquitur, & zephiro putris se gleba resoluit,
, Depresso incipiat tritus splendescere vomer,
, Illa seges demum votis respondet auari.

Ingenium enim soli, hoc est natura examinanda est. Nam aliud arandi tempus po
stulat pingue, aliud exile, aliud vliginosum, aliud macrũ, aliud humectum. Campi
certè vliginosi debent (authore Colu.) proscindi post idus mensis aprilis. Quo tẽ-
pore cũ arati fuerint diebus interpositis circa solstitiũ, quod est. ix. vel. viii. ca-
len. Iulias iteratos esse oportebit, ac deinde circa septẽbris calen. tertiatos cũ id tem
pus ab æstiuo solstitio cõuenit inter peritos rei rusticæ non esse arandũ, nisi si ma-
gnis ac subitaneis imbribus, quasi hybernis pluuijs terra maduerit, quod cũ accidit
nihil prohibet, quo minus mẽse Iulio vernacta subigãtur. Mediũ itẽ tẽperamẽtũ
obseruãdum est in agris arandis, vt ne'que succo careãt, nec abundẽt vligine. Quip
pe nimius humor limosos lutosos'que reddit, quæ autẽ siccitatibus aruerũt, nõ pos
sunt probè expediri. Quę ẽm limosa versant̃ arua, toto anno desinũt posse tracta-
ri, nec sunt habilia semẽti. Exilis igitur ager planus, qui aquis abũdat primũ aretur
vltima in parte mẽsis augusti: subinde septẽbri, sit iteratus paratusq; sementi circa
æquinoctiũ. Cæterò graciles cliui nõ sunt æstate arãdi, sed circa septẽbres calend.
quia si ante hoc tẽpus proscinditur, effœta & sine succo hum⁹ ęstiuo sole peruritur,
nullas'que viriũ reliquias habet, quare optimè arari poterit inter calẽ. & idus septẽ-
bris, ac subinde iteratur, vt primis pluuijs ęquinoctialibus cẽseri possit. Pingue au-
tẽ solũ sic docuit Home. ille Mantua. i. geor. arandum subuertendum'que.

, Pingue solum primis extemplo mensibus anni
, Fortes inuertant tauri, glebas'que iacentes
, Puluerulenta coquat maturis solibus æstas,
, At si non fuerit tellus fœcunda sub ipsum
, Arcturum, tenui sat erit suspendere sulco.

Palladi⁹ lib. rei ru. ii. Ianuario mẽse agros proscindẽdos cẽset, apparariq; agrumq;
lutosum minime arãdũ pręcipiẽs. Var. i. rei rus. ab æquinoctio autũnali oportere
serere dicit vs'que ad diẽ. xci. post brumã. Porrò ꝓscindere quo verbo sępi⁹ vtun
tur agriculturę authores, est, vt ait Var. qñ primũ terrã aram⁹, cũ ꝯo iterũ aram⁹,
offrigere dr̃. Tertio cũ iacto semĩe aram⁹, boues tũc lirare dicũt. Subdit deinde Pli.

NOVALE EST, &c. Vergilius etiam recreanda noualia quiete cẽset, nam vt ait.

, Alternis idem tonsas cessare nouales,

, Et segnem patiere.

Quales boues eligendi parãdo

ARATVROS BOVES (inquit Pli.) Varro boues non minores trimos, neque maiores quadrimos comparandos ad arationem censet. Pares item eligendos viribus, ne opere firmior imbecilliorem conficiat, amplis cornibus et nigris potius eligendos suadet, lata item fronte, naribus simis, lato pectore, crassis coxendicibus. Iunctionis item bouum non minus scitè quã festiuiter Colu. libro. ii. ita meminit. Igitur in opere boues arctè iunctos habere conuenit, quo speciosius ingredientur sublimes & elatis capitibus, ac minus colla eorum labefactentur, iugũque melius aptũ ceruicibus insidat, hoc enim iuncturæ gen⁹ maximè probatũ est. Nam illud quod in quibusdam prouincijs vsurpatur, vt cornibus illigetur iugũ, ferè repudiatũ est ab omnibus qui precepta rusticis scripserũt. Plus enim queũt pecudes collo & pectore conari, quã cornibus, hæc & multa id genus, Colu. Palladius etiam. ii. rei rust. de his ita agit. Boues melius collo quàm cornibus, capite iũguntur, quos vbi ad versuram venerint, arator retineat, & iugum propellat, vt eorum colla refrigerentur. Sulcus autem in arationibus longior, quàm centum viginti pedum esse non debet. Seruandum verò est, ne inter sulcos non mota terra relinquatur, glebæ omnes dolabris dissipandæ sunt. Et subnectit Pli. IVSTVM EST PROSCINDI SVLCO DODRANTALI, &c. His similibus vocabulis ad assem spectantibus vtitur Colu. libro. ii. quando ait. Sed iugerum talis agri quatuor operis expeditur, nam commodè proscinditur duabus, vna interatur,

Dodrãs

tertia tur dodrante, in liram statim redigitur quadrante opere. Dodrans certè non solum pro. xii. digitis sicut apud mensores accipitur, sed & pro parte aliqua cui additur, vt dodrans operæ hic pro trib⁹ partibus diei artificialis accipitur: sicut etiam

As.

à Budæo nostro annotatum est. Sulcus etiam dodrantalis profunditatem aut altitudinem habens. xii. digitorum dicitur. Sic enim partes assis accommodãtur rebus. Sic as pro hæreditate, & ex asse pro tota, & id genus, quæ omnia Budæus scitè

Rulla.

& eleganter docuit libro assis. RVLLA, Hoc instrumento vtũtur ad detergendum vomerem terra, herba've oneratum. COLLICIAS, Col-

Colliciẹ

liciæ maiores sulci aquas colligentes, dicuntur etiam elices.

CAPVT .XX.

ARATIONE, &c. Hoc caput nihil habet nubili, quod saltem mediocriter musis initiatus non per se intelligat, quia iam fermè quæ hic agit à nobis explanata sunt.

CAPVT .XXI.

SILIGINEM, &c. Peracta equidem sementi, sequens cura est sarritionis, vt scriptum reliquit Columel. libro secundo. Sunt tamen quidam, qui dicant parum prodesse, quòd frumenti radices sæpius sarculo detegantur, aliquẹ etiam succidantur, ac si frigora incesserint. Post sarritionẽ

Sarritio quando fieri debeat.

gelu frumenta enecentur, satius autem esse ea tempestiuè runcari & purgari. Pluribus tamen sarriri placet, sed neque eodem modo, neque eisdem tẽporib⁹ fieri vsquequaque. Nam in agris siccis, & apricis, simul ac primum sarritionem pati queant segetes, de-

bere ea terra adobrui permota, vt fruticare possint, quod ipsum ante hyemem fieri oportere, deinde post hyemem iterari. In locis autem frigidis, & palustribus plærunque transacta hyeme sarriri, nec adobrui, sed plana sarritione terram per moueri. Triticum igitur cum quatuor fibras, item & adoreum habere cœperint, hordeum cum'que faba & cætera legumina cum quatuor digitis, à terra extiterint, rectè sarrientur, dempto tamē lupino cui est noxia sarritio, quòd vna sit illi radix, qua sine ferro succisa, siue vulnerata totus frutex emoritur. At aliæ segetes, inquit Columella, quæ vel humidæ possunt moueri, melius tamen siccæ sarriūtur, quoniam sic tractatę nō infestantur rubigine, hordeum verò nisi sit siccissimū non tangi debet. Fabam Celsus non sarriendam censet, Columella, contra ter sarriēdam suadet, post sarritionem sequitur runcatio, quę non debet fieri florente segete, vt scriptum reliquit Columella.

CAPVT .XXII.

DIVITAS APHRICAE, &c. Diuersas terris inesse qualitates varios'que fructuum prouentus liquet, ac regiones non eodem se habere modo, alijs aliæ fœcūdiores sunt, aliæ infertiliores. Et vt scitè cecinit Home. Mant.

, Hic segetes, illic veniunt fœlicius vuæ
, Arborei fœtus alibi, at'que iniussa virescunt
, Gramina nonne vides croceos vt Tmolus odores
, India mittit ebur, molles sua thura Sabæi.

Et multa id genus, quæ etiam narrat affatim Theophrastus, & Varro primo rei rusticæ, quando ait. Propter eandem causam multa sunt bifera, vt vites apud mare Smyrnæ, malus bifera, vt in agro consentino. Eadē de causa sunt quæ non possunt viuere nisi in loco aquoso, aut etiam in aqua: & indiscriminatim, vt alia in lacubus, vt arundines in aretino, alia in fluminibus, vt in epyro arbores alni. Palmas etiam in mari Theophrastus tradit viuere.

CAPVT .XXIII.

SI FVERIT ILLA TERRA, &c. Nunc agēdum de stercoratione, sine cuius vsu ac ratione non fiunt lætæ segetes, animaduertendum certè agricolis tempus stercorandi. Nam qui frumentis aruum cupit præparare, si velit autum no sementem spargere mense septembri, si vere, qualibet parte hyemis modicos aceruos luna decrescente disponat opus est, vt docuit Columella libro secundo, ita vt plani loci iugerum duodeuiginti, cliuosi quatuor & viginti vehes stercoris teneant. Si tamen tam male aspirauerit temporis dispositio agricolis, vt stercorationem tempore idoneo facere non potuerint. Spargat oportet tunc ante, ante quàm sarriat puluerem ex a- marijs stercoris per segetem, si defuerit puluis stercoris, caprinum manu iaciat, at que terram ita surculo permisceat. Ea item cura in stercorandis agris habenda est, vt non plus æquo stercorentur. Id enim adurit, vt etiam Columella scriptum reliquit. Porrò expendenda agri natura sit ne is humectus an siccus, nam humidus pl⁹ stercoris postulat, siccus minus. Vehes hic Plinius vocat quædam plaustra, quibus vehi solent res, alij vehes mensuras quasdam ad rustica opera aptas, à vehendo. Stercoratio agrorum

CAPVT .XXIIII.

SEMEN OPTIMVM, &c. Nō mirari ſubit ſi colonorum votis non reſpondeant agris im miſſa ſemina, φ ſcilicet ſint eroſa aut vetuſtiora, trima enim improbantur, annicula laudantur. Probatur item granum quod rubet eādem'que præfert colorem, albicans deterius indicatur. Perpendendum item ne plus ſeminis agris ſpargamus, quā par ſit. Ciceris igitur modij, vt ait Colu. tres iugero ſufficiūt lētis, iugerum agri modius occupat. Lini iugerum agri octo modijs obſeritur, quæ omnia obſeruanda ſunt prudētibus agricolis, quę omnia abūdè à Colu. Palladio'que docentur.

Defrugare. DEFRVGES, Defrugare, fructū exhaurire ac exinanire, aut per inſcitiā ſegetem male diſponere, hinc defrugatio, qua voce vtitur Colu. Porrò hic conſideranda ſunt ſyderū obſeruata, nā vt cecinit Verg.

, Tam ſunt arcturi ſydera nobis.
, Hædorum'que dies ſeruandi & lucidus anguis,
, Quam quibus in patriam ventoſa per æquora vectis
, Pontus, & auſtriferi fauces tentantur abydi.

Ita'que obſeruāda ſunt agricolis rei ſyderalis præcepta, quo poſſint aptius opera ruris tēporibus accommodare, vt ſtatus cœli permiſerit, cuius varietatē mutationē'que oportet animaduertere, non diſcedentes à præcepto Home. Man. qui ait. Ille

Ver nouū quid ſit agricolis. vere nono terrā proſcindere incipiat, noui tamen principiū veris nō eo quo modo obſeruat aſtrologus, debet vilicus obſeruare, nec debet expectare certū illū diē qui veris initium facere dicitur, ſed aliquid etiam de parte hyemis ſumat eſt opus, quoniā conſumpta bruma iā intepeſcit annus., permittit'que clemētior dies opera moliri. Poſſunt igitur ab idibus Ianuarijs agricolæ culturarū officia auſpicari, obſeruātes quod ait Var. i. rei hoc eſt. Vere terram rudem proſcindere, quæ ſunt ex ea nata prius q̄ ex eis quid ſeminis cadat, vt ſint exradicata. Et ſimul canis ab ſole percalefactis fieri ad accipiendum imbrē, ne'que ea minus arandum, ter melius ęſtate fieri meſſes oportere ait, autūno ſiccis tempeſtatibus vindemias, ac ſyluas excoli cōmodiſſimè, tunc vel præſcidi arbores ſecundū terrā oportere, radices autē priorib⁹ imbribus vt effodiantur, ne quid ex his naſci poſſit. Hyeme putari arbores duntaxat his tēporibus, cū gelu cortices, & imbribus careant & glacie. Addit itē præcepta alia huic lectioni non parū congrua, que ſunt. Dies primus veris eſt in aquario, æſtatis in tauro, autūni in leone, hyemis in ſcorpione. Cū vnius quis'que horū quatuor ſignorum dies tertius & viceſim⁹, quatuor tēporum ſit prim⁹, efficitur vt ver dies habeat. xci. æſtas. xciiii. autumnus. xcii. hyems. lxxxviii. quæ diuiſio reducta ad dies ciuiles noſtros, qui nunc ſunt primi verni tēporis extant ad ſeptimū idus Febr. Aeſtiui extant ad ſeptimū maij, autūnalis extant ad tertiū idus ſextilis. hyberni extant ad tertiū idus Nouē. hæc Var. His adamuſſim perpēſis antiqui de agricultura ſcriptores hoc eſt Heſiod⁹, ante vergiliarū occaſum ſerere iubebāt: quare Verg. far triticū ad vergiliarum occaſum iubet ſeri. Hordeū verò circa æquinoctiū autumni & brumā. Vitiā verò & faſiolos lentē'que occidente boote, cui⁹ occaſus ortusq; meminimus lib. ii. Et ſubnectit Pli. VERE linū & auena & pa-

Satio lini. pauer, &c. Colu. de ſatione lini ſic meminit. Lini ſemen niſi magnus eſt eius in ea regione, quā colis prouentus, & prætium proritat. Serendū non eſt, agris eñ præcipuè noxium eſt, ita'que pinguiſſimum locū & modicè humidum poſcit. Seritur à calen. octob. in ortu aquilæ, qui eſt. viii. idus Decemb. hęc ille. VSQVE in quinquatribus, &c. Hoc eſt vsque ad diem poſt idus quintum Martij. De his libro ſequenti fuſius, praxidico, libro terminationis.

CAPVT .XXV.

PRIMVM OMNIVM DIERVM, &c. Nunc syderum in noctes dies'que cõsideranda, de qua multo amplius à nobis agendum esset, nisi id libro. ii. abundè cognoscendum docuissemus. Non est certè nostri consilij quæ à nobis explanata fuerint, repetere, nisi maximè expostulauerit locus. Quãobrẽ qui de rei syderalis consideratione vberius verbosius'que volet, quæ libro. ii. abs nobis dicta sint reuoluat. Sed quia quæ hic Pli. prompsit in literas, partim à Colu. libro. xi. desumpta videntur, quæ congruentiora huic rerum seriei animaduertemus, annectere non pigebit, quo minus Plini. lectio fuscedinis habere possit, quo've ingenium lectorem minus remoretur. Vocat enim hic Pli.

QVADRANTES intercalarios noctis ac diei, Quartas partes noctis ac diei. Porrò prochemasin dixit præcurrentem tempestatum significationẽ postuenientem verò epichemasin, quæ vocabula sunt meteorica, quæ interdũ cõtingunt per systasim, hoc est, rei consistentiam: aliquando per emphasim, hoc est, apparentiam, aliquando & sæpius per epithymiasim, hoc est, exalationem. Porrò quando ait. COELI AFFECTV in terram deciduo. Intelligit exhalationes in tertiam regionem aeris iam ascensas conuersas'que, vel in tonitrua, vel in tempestatum præparamenta. Porrò quando ait. STATIS syderibus cœlo'que affixis, Intelligit stellas fixas, hoc est Vergilias. Arcturum, itẽ signa huiuscemodi. Et vt paulò hæc nobis tritiora fieri possint, addamus quod fuerit huic capiti auctarium, perpendentes quæ Victruuius libro nono scripsit. Quando certè sol arietis signum, & partem octauã peruagatur, perficit æquinoctium vernũ, cũ progreditur ad caudam tauri sydus'que vergiliarũ est, quibus eminet dimidia pars prior tauri, in maius spatium mundi, quã dimidium procurrit procedens ad septentrionalem partem. E tauro, cum ingreditur in geminos, vergilijs exorientibus magis crescit supra terram, & auget spatia dierum. Deinde è geminis cum iuit ad cancrum, qui breuissimum tenet cœli spatium, cum peruenit in partem octauam perficit solstitiale tempus, & pergens peruenit ad caput & pectus leonis, quia hę partes sunt attributæ cancro. Ex pectore autem leonis & finibus cancri solis exitꝰ percurrens, reliquas partes leonis imminuit, diei magnitudinem et circinationis. Tũc verò à leone transiens in virginem, progrediens'que ad sinum vestis, eius contrahit circinationem, & æquat eam, quám taurus habet cursus rationem: è virgine autem progrediens per sinum, qui sinus libræ habet partes primę, in libræ parte octaua perficit æquinoctium autumnale, qui cursus æquat eam circinationem, quę fuerat in arietis signo. Scorpionem autem cum sol ingressus fuerit occidentibus vergilijs, minuit progrediens ad meridianas partes longitudines dierum. E scorpione cũ percurrendo iuit in sagittarium ad fœmina eius, contractionẽ diurnum peruolat cursum. Cũ autẽ incipit à fœminibus sagittarij, quæ pars est attributa capricorno, ad partẽ octauã, breuissimũ cœli percurrit spacium, ex eo à breuitate diurna bruma, ac dies brumales appellãtur. E capricorno autẽ trãsiẽs in aquariũ adauget, & exæquat sagittarij lõgitudine die spaciũ, ab aquario cũ ingressus est pisces fauonio flãte scorpionis cõparat ęqualẽ cursum, ita sol ea signa peruagãdo certis tẽporibus auget, aut minuit dierũ & horarũ spatia. Obseruãdi pręterea sunt cũ occasꝰ, tũ exortꝰ stellarũ fixarũ, hoc est atcturi, vergiliarũ, coronę, fidiculę, & aliarũ id genꝰ, quæ sunt tũ à zodiaco ad septentrionẽ, tũ à meridie, vergẽtes enĩ ad septentrionẽ sunt. Vrsa maior, perseꝰ, auriga, canis, oriõ, hydra, nauis, lepꝰ, canis, & id genus. Ad verò meridiẽ, vultur, bootes, corona, delphinꝰ &c. Hoc est enĩ cur Colu. tã curiose hęc tractauerit, nõ qđ penitꝰ necessaria dicat agricolis. Nũc veniamꝰ ad cõtextũ.

Prochemasis. Epichemasis.

Zodiaci cursus et signa.

Bruma vnde.

IDEO VERGILIVS ERRANTIVM QVOQVE &c. Vergilius certè libro. i. georgicon, videtur sydera errantia consideranda esse præcepisse, potissimum quando meminit Saturni natura frigidi. Hoc metuens, cœli menses & sydera &c. Et quando subdit. Frigida Saturni sese quo stella recepet. Cæterò quando Pli. ait. SVPER OMNIA est mūdi cōuexitas, &c. Perinde ac dicat cœli conuexitatem siue vt ita dicamus, polorum rationem considerandam esse, quæ omnia Vergilius præcepisse animaduertenda videtur inquiēs.

, Mundus vt ad scythiam rhypheas'que arduus arces
, Consurgit, premitur lybiæ connexus in austros,
, Hic vertex nobis semper sublimis, at illum
, Sub pedibus styx atra videt, manes'que profundi.

Quæ omnia abs nobis libro. ii. ampliter tractata sunt. Subdit Pli. TRES FVERE SECTAE, &c. Tres fuerunt sectæ de astrologia differentes, de temporū stellarum'que ortu ac occasu varie tractantes. CHALDEA, Quam Berosus tenuisse videtur, quare Victruuius libro architecturæ. ix. ait. Stellæ quippe sol & luna, ad vitæ humanæ rationem Chaldæorum ratiocinationib' est concedendum, quod propria est eorum genethliologiæ ratio, vt possint antefacta et futura ex ratiocinationibus astrorum explicare. PRIMVS'QVE berosus in insula Coo aperuit disciplinam, &c. Chaldæos cōstat eximios cœli fuisse scrutatores. Sub enim cursu septem errantium stellarum Chaldæorum obseruatio constituit. xxx. planetas, quos esse testatur deos consiliarios, quorum quindecim tuentur loca, quæ nostro continentur hemisphærio, reliqui res simul humanas & quæ in cœlo sunt. Deos autem, quibus vis principatus'que sit, duodecim esse numero dicunt, quorum singuli singulos attribuant menses Chaldæi. Per hos autem quorum ex animalibus appellatio est meare solem, ac lunam, & quinque errātia sydera. Post zodiacum stellas quatuor & viginti numerant, ex quibus duodecim ad meridiem locatas tradunt. Et harum quæ apparent duodecim viuis ascribunt, reliquas'que non visantur mortuis. Has præterea stellas erraticas rerum vniuersarum iudices appellant. Hi etiam anni tempora aliter quàm Romani obseruabant. Item & Aegyptij, vt conijcere licet lectione Macrobij ac Censorini. Cæsar eorū errores in metiendis considerandis'que tum anni diebus, tum mensium interuallis correxit, ac dies intercalares scitè emendauit, quæ omnia à nobis libro secūdo dicta sunt. Cæterò expendenda sunt quæ Columella libro. xi. cap. secundo scripsit: de occasu scilicet & exortu stellarum fixarum, quarum aduētu aut occasu tempestates vel tranquillitates euenire solent. Idibus enim, ait, ianuarijs vētosa tempestas, & incertus status. xviii. calen. Feb. tempestas incerta. xviii. calen. Feb. sol in aquarium transit, leo mane incipit occidere, africus interdum, aut aliquando auster cum pluuia. xvi. calen. Feb. cancer desint occidere: hyemat. xv. calen. Feb. aquarius incipit oriri, ventus africus significat tempestatem. xi. calen. Feb. Fidicula vespere occidit, dies pluuius, & id genus multa ab Colu. scitè & concinniter explanata. Porrò corona cuius hic meminit Pli. authore Colu. oritur octauo idus Octob. occidit quarto nonas Iulij. Institor autem vestis sydus vergiliarum est, dicitur quia mense, vt quidam volunt Nouembri cum earum occasus est, ex hoc sydere coniecturam faciunt hyemis, nam si nubilus fuerit, earum occasus hyemem pluuiosam denunciat. Si verò tempore sereno, occiderint, asperitas hyemis denunciatur. Cæterò Pli. auguria ab plantis colonis necessaria quædam fieri docet vt ex pulegio herba, ex item lentisco, quæ cœli syderū'que ac auspicia arandi, agricolas docēt. Porrò qui de hac dierum, stellarū, ac anni distributione volet amplius, deq; mensiū ratiocinatione. Adeat etiā Budæi nostri omnium æui nostri doctissimi annotationes in pādectas.

Astrologorū sectæ.

Auguria à plātis.

CAPVT .XXVI.

VERVM VT PARITER, &c. Nunc differendũ, quid quoque mense fieri oporteat, ac anni tẽporibus, quod Varro scitè docuisse videtur, libro primo rei rusti. Inter fauonium, inquit, & æquinoctium vernum, hæc fieri oportet, seminaria omne genus, vt serantur, putari imprimis, circũ vites ablaqueari radices, quæ in summa terra sunt pręcidi, prata purgari, salicta seri, segetes sarrire. Inter verò æquinoctium vernũ & vergiliarum exortum, hęc fieri debent, segetes runcari, herbam ex segete purgari, boues terram proscindere, salicem cędi, prata defendi, inter vergiliarum exortum, & solstitiũ. Vineas nouellas fodere, aut arare, & postea occare. Vites pãpinari, Inter solstitiũ & caniculam plærique messe faciunt, arationes absoluere oportet; inter caniculam & æquinoctium autumnale, oportet stramenta desecari & aceruos construi, aratro offringi, frondem cædi, prata irrigua iterum secari, Colu. Etiam hæc luculenter tractat, libro vndecimo, ca. secundo. Ita'que, inquit, ab idibus Ianuarijs, quod habetur tempus inter brumam & aduẽtum fauonij, si maior est vineę, vel arbusti modus, quicquid ex autumno putationis superfuit repetendum est: eodem mense ante calen. Feb. Sarriendæ sunt segetes autumnales Vineę quę sunt palatæ & ligatę, iam rectè fodiũtur, succidere, arborem ad ædificia, sed vtra'que melius fiunt, luna decrescẽte, vbi à. xx. vs'que in trigesimam, quoniam materia omnis sic cæsa iudicatur non infestari carie. Ridicas findere hoc tempore conuenit. Et subdit Pli. RELIQVA OPERA NOCTVRNA, &c. Sunt equidem multa quæ noctu melius rectius'que fieri possunt quam interdiu, quare iure cecinit Homerus ille Mantuanus. Quid fieri debeat quoque tipem.

, Multa adeò melius gelida se nocte dedere
, Aut quùm sole nouo terras irrorat eous,
, Nocte leues stipulę, melius nocte arida prata
, Tondentur, noctis lentus non deficit humor
, Et quidem sæuos hyberni ad luminis ignes
, Peruigilat ferro'que faces inspicat aratro.

Ob id ergo rei rusticę studiosi præcipiũt, texẽdas noctu fiscinas, crates, qualos agẽdos, Ridicas pręparare iubent. Sunt etiam quę concinnius interdiu fiunt. Quædã etiam fieri poscunt hyemali tempore, & quernas glandes tunc stringere tempus, vt ait poeta.

, Et lauri bacchas oleam'que cruenta'que myrta
, Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis,
, Auritos'que sequi lepores, tum figere damas.

Quę omnia abs Colu. affatim narrantur, libro antelato, ex cuius fonticulis hęc quę Pli. ait, videntur desumpta, quare qui de his volet, adeat locum. Subdit Pli.

VINDEMIATORIS EMERSV, &c. Colu. de sic. sexto nonas Martij vindemiator apparet, quem greci τρυγητῆρα dicunt: Nonis Martij equus mane oritur. Flatus aquilonis. iii. idus Mar. Piscis aquilonius desinit oriri: septentrionales venti: pridiè idus Martij argo nauis oritur. Fauonius, aut auster, interdum aquilo. His diebus commodè instruũtur horti. A Calen. Mar. Optima est vitium putatio vs'que in decimum Calendarum Aprilium: hæc ille, & multa id genus: quę nõ collibuit omnia hic suppingere breuitati studens: porrò quod Plinius ait.

CAESAREM IDVS MARTIAS FERALES, &c. Colu. rusticos etiã Martio nullo modo terræ aliquid cõmittẽdũ pcepisse tradit, eo quo diximus loco.

CAPVT .XXVII.

IAM VERGILIARVM, &c. Hic Pli. ratione sydera li exacte monstrata: solatur agricolam desperantē forte, quòd ea syderalis ratio videatur illi difficilior prospectu cognitu'que: illum'que criminetur Pli. sydera curiosius intuētem: quòd parens illa rerum natura illi dederit, nudo possit multo protritius tempore rei rusticę peraccommoda agnoscere, hoc est, plantas. Helitropium ac lupinum, quorum versura doceri possit agricola, quādo fiat Vergiliarū exortus: propter certè res eiusmodi, inquit Varro, libro primo rei rusti. admiranda discrimina sunt naturalia, quod ex quibusdam folijs, propter eorum versuram, quod sit anni tempus, dici possit, vt olea & populus alba, & salix, horum enim folia: cum conuerterunt se solstitium dicitur fuisse, nec minus admirandum, quod fit in floribus, quos vocant Heliotropia, ab eo, quod solis ortum mane spectat, & eius iter ita sequuntur ad occasum, vt ad eum semper spectent: hæc Varro.

CAPVT .XXVIII.

Pratorū cura.

DRATA CIRCA, &c. Nunc cura pratorum perpendēda est, sine quorum vsu vix animalia ritè ali possunt. Varro, pręcepta agricolis de pratorum collectione ratione'que hæc tribuit. Cū herba crescere desijt, & æstibus arescit: subsecari falcibus debet, & quod perarescat, versari furcillis, cū peraruit, de ea manipulos fieri, ac vehi ad villam: tum de pratis stipulam rastellis eradi, atque addere fœnisiciæ cumulum. Quo facto sicilieda prata, hoc est, falcibus consectāda, quæ fœnisecæ pręterierint: à qua sectione arbitror dictum sicilire pratum: hæc ille. Colu. libro secundo: duo genera prati agit: alterum riguum: alterum siccaneum: lęto pingui que campo non desiderari influentem riuum afferens. Pendula loca pratorum, mense Februario luna crescēte, fimo iuuāda cēset idē. Et prata situ vetustatis obducta, crasso'que musco, præcipit ea esse iuuanda seminibus de tabulato superiectis, vel stercus ingendum etiam suadet, quorum ventum tantum prodest, quantum, si cinerem sæpius ingeras, ea enim res muscum enecat: est interdum etiam arandum vbi pratum negligētia aut copia musci exolescit: porrò de lectione fœni idem ait, demetendum esse ante quam marcescat. Nam & largius percipitur & iucūdiorem pecudibus prębet cibum. Est autem modus in siccando, vt ne'que peraridum, ne'que rursus viride colligatur: quod iam sciunt rei rusticę studiosi: porrò antelatis examinate perpensis sequens caput facillime percipi poterit à quo'que, nisi sit tam male feriatus, vt prædicta non annotauerit.

Pratorū duo genera.

CAPVT .XXX.

MESSIS IPSIVS, &c. Et quia superiore ca. Areæ meminit perdendum eam esse instruēdā ante quam fiat messis: æquandam Vergi. cylindro iubet quando cecinit.

, Area tum primum ingenri est ęquanda cylindro,
, Et vertenda manu, & cræta solidanda tenaci
, Ne subeānt herbæ, neu puluere victa fatiscat.

Columella, libro secundo eam amurca aspergendam'que censet: nam sic constita à populatione muriū, formicarū'q;

frumenta defendit, Iubet idem segetes demetendas ante quam torreantur æstiui syderis vaporibus, qui vehementissimi per ortum caniculę. Metendi etiam plura esse genera docet. Multi profecto falcibus verriculatis, atque his vel rostratis, vel denticulatis medium culmum secāt: multis mergis, hoc est, furculis, vt ita dicam: alij pectinibus spicam ipsam legūt, idem docet commode spicas comminui fustibus, nannisque expurgari. At vbi paleis immista sunt frumenta vento separari, ad id fauonius ventus idoneus dicitur. MERGITES, &c. Spicarum manipuli. Subdit Plinius. ET STIPVLAS MAGNO VERGILII, &c. Præcipit certè Vates is, libro primo georgicon stipulas comburere, quando ait.

, Sæpe etiam steriles incendere profuit agros,
, Atque leuem stipulam crepitantibus vrere flammis.

Cæterò Colu. granaria sic agenda iubet. Siccę autem res congerantur tabulatis, vt frumentum, fœnum, frondes cæteraque pabula: granaria scalis adeantur & modicis fenestellis aquilonibus inspirentur: nam ea cœli positio maximè est frigida & minimè humida, quę vtraque perennitatem conditis frumentis adferunt. Neque me pręterit sedem frumentis optimam quibusdam videri horreum camera conte ctum: cuius solum terrenum prius, quam consternatur confossum: & amurca recē ti non salsa madefactum, velut signinum opus paniculis condensatur: tum deinde cum exaruit: simili modo pauimenta testacea, quæ pro aqua receperint amurcam mistam calci, & arenę supersternūtur, & magna vi, paniculis inculcātur, atque expoliuntur: parietes oblinūtur amurca luto subacto: cui pro paleis amista sunt arida oleastri, vel si ea non sunt, oleę folia, deinde cum prędictum tectorium inaruit, rursus amurca respergitur, qua siccata frumentū infertur. Ea res ab noxa curculionū, & similium animalium commodissimè videtur tutas fruges defendere, quę nisi diligenter repositæ sint, celeriter ab ijs consumuntur, possunt etiam frumēta defossa seruari, sicut transmarinis quibusdam prouincijs, vbi puteorum in modum, quos appellant syros, exhausta humus, æditos à se fructus recipit, hęc Colu. cuius sentētię Pli. hic astipulatur. Dignum scitu quod Palladius, libro primo refert. Folia coriandri frumentis mixta prodesse ad diutius seruanda frumenta. Colu. non censet frumenta ventilanda: quia magis misceantur animalia totis aceruis. Herbam conizam siccam substratam frumentis prodesse: Palladius tradit.

Horreū. quale debet esse.

Ad seruanda frumēta.

CAPVT .XXXII.

HIS QVAE SVNT NECESSARIA, &c. Etsi fixarū stellarū cognitio non paulū prodesse agriculturę studiosissimis, plus tamen videtur conferre lunaris ratio, cuius cognitione ratiocinatioque, quidnam agendū sit in rei rusticę negocio, scire, quidque tempori conueniat possumus. Ob id poeta obseruationem dierum cum infœlicium, tum fœlicium ex lunæ numero perpēdendam admonuit, libro primo georgicon, quando cecinit.

Lunaris ratio agricolis necessaria.

, Ipsa dies alios, alio dedit ordine luna
, Fœlices operum, quintā fuge, palludis orcus
, Eumenidesque satę, tum partu terra nephando
, Coeumque Lapethumque creat, sæuumque Typhœa.

Hoc enim est cur eligenda sit luna ad materiem cędendam, quæ profecto cęduntur, carpuntur, tondūtur, luna decrescente fieri debent, Verres, iuuēcos, arietes castrandos cēsent rei rusticę scriptores, luna decrescēte, oua item: noua luna supponi

debent, vt

debent, vt pullorum lętior fiat prouentus: legumina condi circa extremam lunam præcipit Pli. Calcari musta cũ luna sit sub terra. Cæterò ait Pli. Hora noctis vno distante siciliquo. Et deinde subdit. HORAE NOCTVRNAE DEXTANTEM SICILICVM, &c. Videtur hic Pli. oblitus eorũ, quę secundo dixit volumine, ca. xiiii. vbi ait. Lunam haùd dubium est lucere dodrantes semũcias, &c. Quo suspicari subeat memoria defectum, quod & scitè, animaduertit Budæus homo accuratissimæ eruditionis, ac vt ita dicam, naris emunctissimæ. Plinius enim hic Dextãtem & Sicilicum accepit, pro decẽ vncijs cum quarta parte vncię, ita quod Pli. libro secundo, vt inquit Budęus, vndeuiginti quartas & vicesimas horę dixerat, crescẽti lunę quotidiè accrescere amplius deinceps ampliusque lucendo, & viceuersa decrescenti ratione eadem decedere: hic autem quasi eorum immemor viginti quartas & vicesimas, & semis præterea dixit: hoc est, vnã quadragesimam octauam, dextans enim viginti vicesimas quartas valet, & Sicilicus vnam duodequinquagesimam: hæc Bud. Cæterò de ventorum ratione nihil constitui agendum, quòd libro secundo satis dixisse videri possumus.

CAPVT .XXXIIII.

Decumanus ager.

DIXIMVS VT IN MEDIA LINEA, &c. Nũc de limitatione agrorum agẽdum, quo nihil pretereatur, quod fuerit rusticę studioso rei. De mẽsuris agrorum scripserũt Iulius Frontinus, &. M. Iu. Nypsus: quorum sensa hic non obfuerit admouisse. Limites enim vrbis duos aruspicibus videntibus posuerunt antiqui, vnum ab oriẽte in occasum, huncque Decumanum nominauerunt, quia is lõgior esset, mos enim antiquis fuit omnia principalia Decumana vocare, porrò alterum à septentrione in meridiem, quem appellauerunt cardinem: quòd sub axe septẽtrionis mundus sicut in cardine vertatur. Decumanus itẽ dextram habet orientem & sinistram occidẽtem, vnde ab antiquioribus dextratus & sinistratus dictus. Cardo habet vltra septentrionem & citra meridiem ob hoc, vltratus & sinistratus vocitatus est, ab horum agrorum generibus omnes agri nominãtur partes, reliqui fiebant limites angustiores, & inter se paribus interuallis distabant, porrò antiquitus limites lapidibus, quos terminales appellabant signabantur: sed diuersa figura. Nam vt scitè ait Colu. libro quinto. Omnis ager, aut quadratus, aut longus, aut cuneatus, aut triquetrus, aut rotundus, aut semicircularis. Et ait Pli. IN DECVSSIS, &c. Decussis, vox est mathematicis, tum rei rusticę scriptoribus, tum architecturę peritissimis peculiaris, hinc decussare, appellant enim lineas in decussum ductas: quę non ad rectos angulos, sed quadamtenus transuersæ cadentes, & in alias lineas incurrentes, gręcę literæ. X. aut romanę. X. figuram præferentes, quę quoniam denarij numeri nota fuit litera. X. ab eo numero decussis, & decussare verbum dictum: quo fit vt decussare per medium secare significet, qua vocis acceptione vsus Martianus, libro octauo, inquiens. Alij cardine meridiano inchoamenta circuli perhibentes, eundem per articum verticẽ, vnde ortus est denuo retulerũt, quiquidem alium ab ortu circulum decussantes, in quatuor quadras mundi ambitum discreuerunt. Et decussatim, quo vocabulo etiã Colu. de conditura raporum loquens vtitur, deinde ait, sicut consueuerunt salgamarij decussatim, ferramẽto lunato concidito. Sed de his hactenus. Et vbi ait Pli. ET LIMES QVI SECABIT, &c. Hic limes significat formam agri & non terminum.

Dextratus. Sinistratus. Cardo.

Decussis. Decussare.

Limes.

CAPVT .XXXV.

ET ENIM PRAEDICTA, &c. Qualium agriculturę studiosis tempestatum præsagia cōferant non quidem dictu facile, his enim nō solum sibiipsis cauere verum & animalibus & rei domesticæ frugibus, ac fructibus prospere consulere, quę citra astrologorum curiositates, sciri cognoscique possunt, docentibus, scilicet colore cum solis, tum lunæ, tum animabus terrestribus, ac marinis: addo his ignes flammas, & id genus, quæ futuras tempestatum procellas agricolas docent. Nā vt verissime, ac luculēter cecinit Homerus ille Mātua.

, At'que hæc vt certis possimus discere signis,
, Aestus'que & pluuias ingentes frigore ventos.
, Ipse pater statuit, quid menstrua luna moueret.

Nec solum lunæ, solis've color pręsagia significat, verum etiam ex alijs stellis futuras tempestates scire possumus. Nam, vt ait poeta, primo georgico.

, Sæpè etiam stellas vento impendere videbis
, Præcipites cœlo labi: noctis'que per vmbras
, Flammarum longos à tergo albescere tractus,
, Sæpè leuem paleam & frondes volitare caducas.

Primum tamen Plí. præsagia hic à solis colore, deinde lunę auspicatur, primo ab ipsius exortu, cuius radij si rubeant demonstrant futuram pluuiam. Quando eius ortus macula quadam obduci quodammodo videtur: & cōditus in nubem, ob hoc poeta cecinit.

, Sol quo'que exoriens, & cum se condet in vndas
, Signa dabit, solem certissima signa sequentur
, Et quę mane refert, & quę surgentibus astris.
, Ille vbi nascentem maculis variauerit ortum
, Conditus in nubem: medio'que refugerit orbe
, Suspecti tibi sint imbres, nam'que vrget ab alto.

Porrò Plí. Solis ortum occasum'que radijs prominentibus cinctum tales'que eiaculantem pluuię signa esse tradit: quę à poetæ penu omnia ferè hęc desumpta videntur: quando ait.

, Aut vbi sub lucem densa inter nubila sese
, Diuersi rumpunt radij, aut vbi pallida surget
, Tithoni croceum linquens aurora cubile. Et paulò post subdit,
, Cæruleus pluuiam denunciat: igneus euros
, Sin maculæ incipient rutilo immiscerier igni,
, Omnia tunc pariter vento nymbis'que videbis Feruere, &c.

Quę certè omnia hic à Plí. narrantur. Cæterò vbi Plinius à sole tēpestatum pręsagia explanauit venientia: statim lunæ huic addit colores. Certissima profecto tempestatum indicia ex lunę aspectu emergunt. Nam ipsa renascens obscura imbres significat quod vt prætercam Pli. poeta docuit quando cecinit. Tēpestatū indicia.

, Luna reuertentes cum primum colligit ignes
, Si nigrum obscuro comprehenderit aera cornu
, Maximus agricolis, pelago'que parabitur imber,
, Aut si virgineum suffuderit ore ruborem
, Ventus erit, vēto semper rubet aurea phœbe. Sed veniamus ad Pli. cōtextū.

MARE SI TRANQVILLO PORTV, &c. Docet etiam mare agricolas futuras tempestates agnoscere. Nam vbi murmurauerit significat ventum: siue venti insurgant subiti, quare poeta ait.

, Continuo ventis surgentibus, aut freta ponti
, Incipiunt agitata tumescere, & aridus altis
, Montibus audiri fragor, aut resonantia longa
, Littora, &c.

Præsagiunt item animalia, argumento sunt Delphini, vt libro nono diximus, porrò vbi Ranas vocaliores solito audiemus, pluuiam significabimus, quod etiam à Vergilio notatum hoc versu.

, Et veterem in limo ranę cecinere querelam.

Præsagiunt & grues, vt hic ait Pli. & poeta.

, Offuit, aut illum surgentem vallibus imis
, Aerię fugere grues, &c.

Noctua item vbi garrula est significat pluuiam. Et subdit Pli. CORVIQVE SINGVLTV, &c. Corui etiam præsagiunt quod à Vergilio annotatum est, quando ait.

, Tum liquidas corui pręsso ter gutture voces
, Aut quater ingeminant, & sæpe cubilibus altis
, Nescio qua præter solitum dulcedine læti.

Idem de cornice.

, Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce,
, Et sola in sicca secum spatiatur arena.

Et subnectit Plinius.

TVRPESQVE PORCI, &c. Non sunt porci animalium fœdissimi præsagiorum expertes, vbi fœni manipulos lacerarint lasciuientes: quod & à Vergilio est scitè animaduersum hoc carmine.

, Immundi meminere sues iactare maniplos
, At nebulæ magis ima petunt, cãpoq́ue recumbunt, &c.

De formicis etiam ait.

, Sæpius & tectis penetralibus extulit oua.
, Angustum formica terens iter, &c.

Hæc ille, & multa id genus, quibus hic Plinius astipulatur, quę si volet lector legat. Nunc ad hortorum curam transeamus.

Commentariorum in Decimum octauum Plinij Secundi, Naturalis hystoriæ, scriptoris argutissimi.

FINIS.

IN DECIMVM NONVM PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE, ARGVTISSIMI SCRIPTORIS LIBRVM, STEPHANI AQVAEI BITVRICENSIS, VIRI EQVESTRIS,

COMMENTARIA.

SYDERVM QVOQVE TEMPESTATVMQVE, &c. Tempestatũ syderumque ratio agricolis maximè peraccommoda libro superiore explanata est. Nunc Pli. rerum naturæ peritissimus curam quã appositissimè auspicatur: & iure quidem, nam & hortorũ cõmoditas, frugũ interdũ præstare videtur vtilitate vt omittamus medicas dotes, subuenit enim lini vsus vitæ humanæ haud paululum, nã vt scitissimè ac festiuissimè testatissimum reliquit Home. ille Mant. Hortus salubres corporis præbet cibos, variosq; cultus sæpe cultori refert holus suaue, multiplex herbæ genus. Oblectat hortus, aduocat, pascit, tenet, animoque mœsto demit anguores graues. Mẽbris vigorẽ reddit, & visus capit. Refert labori pleniorem gratiã, tribuit colenti multiforme gaudium. Nec igitur ab re Pli. hortorum curam auspicatur hic, & quoniã antelato lib. persensuimus opera, quæ suis quibuscũque temporibus anni villicum exigui oporteret, subiungendos hic hortorũ cultus fore duximus non alienũ, quorum æque curã suscipere debebit optimus est diligens agricola, vt & quotidiani victus sui leuet sumptũ, & aduenienti domino præbeat, quod ait poeta inemptas ruris dapes.

MIRAMVR (ait Pli. QVOSDAM, &c. Admiratur Pli. quosdã celebratissimos authores curã villicã tã enixè, tã curiosè, tã pertinaci ingenio pertractasse, hortorũ tamen curã silentio pręterijsse, saltẽ de his parũ disseruisse & penit⁹ illud omisisse quod precio ijs maius est, hoc est linũ, cuius certè & authoritas interdũ frugũ dote maior est, itẽ & vtilitas, id eñ nedũ terras, sed æquora replet, illo videlicet nauiũ remis apposito. NEQVE ENIM (inquit Pli.) INTER fruges neque inter hortẽsia, &c. Linũ certè non iure inter hortẽsia nec inter fruges annumerari debet, sed inter vtrũq; differẽs. Subnectit paulo mox. HERBAM esse quæ, &c. Vt lino miraculũ rẽque mirã inesse mõstret, & vt vitę occurrat, id exẽplo admirabũdo prænauigationis celeritate nauiũq; celerrimo nauigamẽto cõprobat: linũ eñ admonet ægyptũ Italię, eo videlicet nauiũ remis apposito, hoc est tela linea remis admota. Dicet forsan aliquis ceruicosior, telas quibus vtũtur nautę in nauiũ vsu nõ lineas sed cãnabeas esse, ꝙ lineę tenuiores ꝙ̃ opus sit ad nauiũ vsũ. Expẽdat hic lector rerũ recõditiorũ studiosissimus, lini appellationes in gręcis auxisse ancipitẽ & æquiuocã significationẽ, significat eñ illis lignũ, plãtam, & quæ ex ea in filũ ducta ad vitę vsum fiũt penè infinita, in eorũ scriptorib⁹ alijs vbiq; nota. Linũ eñ cũ culmis suis, linocalamũ aliqui vocant, quasi lini culmos, & stipulã. Quod ꝟo i filũ ductũ, quo vela fiũt, linũ vrbanũ ac domesticũ à qbusdã ferẽ, et à

Linum.

Linocalamus.

Epidesmos. Amma

græcorum peritissimis ἄμμον, hoc est, ammon, in filum enim ductum sic græcis dici solet, quasi ἐπίδεσμος, id est, epi desmos vinculum scilicet, & laqueus, & quo aliquid necti solet ἅμμα, id est, amma, vinculum enim nodumque notat, quibus nectendis vinciendisque rebus ex lino funiculis vtimur. Sed de his nec verbosius.

EX PRAETORIIS SENATORIBVS, Prætorios senatores appellat eos, quibus pareret omnis exercitus.

A PVTEOLIS, Puteoli Campaniæ ciuitas, de qua libro historiarũ.

GADES HERCVLIS, De gadibus alibi diximus, nec est instituti, nisi poscente loco.

AVDAX VITA SCELERVM PLENA, &c. Luculenter hominum vitam & stultitiæ ac scelerum plenam & plus æquo audacem. Facit ad id Horatij. Audax omnia perpeti, Gens humana ruit per vetitum nefas, Audax iapeti genus &c. Dixit audacem, illa potissimum se prominentibus periculis, naufragijsque exponente, temerè cõfisa nauium velis lineis, quibus tot sunt variæ consecutæ clades vt dictu non sit facile. Tanta, vt liquet, certè velis adhibetur confidentia, vt maxima hominum portio se addicat ac exponat marinis fluctibus, crebris fortunæ assultibus subditis. Quis igitur hominum vitam scelerum stultitiæque plenam non iudicet? quorum audacia inconsulta ambigue viuitur, vita ipsa nutanti fluctu libratur. Quantos vtpotè & militia & virtute insignes viros vt gregarios omittam, absorbuerit omniuorum mare conijcere licet, quantas item opes, quantos exercitus, merces, gemmas, naues. Subnectit paulò mox Plinius.

Antenne.

ALIQVID SERI VT VENTOS, &c. Hoc est linũ, quo maris procellæ vincuntur. Parum autem vitæ hominum audaci fuisse ait visum fluctibus marinis solis vehi, quare & vela velis addidit, item & antennis. Sunt enim antennę, ligna per transuersum in malo posita quibus vela adligantur. Singulæ arbores. Singulas arbores vocat, nauis remos ac vela. Tam gracili auena, tam paruo culmo, lino videlicet inhærẽte, neque id viribus suis necti, quia industria hominis extensum ac comminutum fit accommodum velis, molle enim cogitur & densatur vt vsui esse possit iniuria naturæ, quia deberet potius rigidum esse quàm molle. PERIRET ET insepultus, submergeretur in aqua. vrit agrum deterioremque ipsum facit. Alludit ad assertionem Homeri Mantuani ita canẽtis.

Vrit enim lini campum seges, vrit auenę
Vrunt lætheo perfusa papauera somno.

Campos vtique lini semine vri ac retorridos fieri etiam concinniter asseuerat Columella secundo rei rusticæ, cap. xiiii. qui & eodem libro capi. decimo de hoc ita agit. Lini, ait, semen nisi magnus est eius in ea regione quam colis prouentus & pretium proritat serendum nõ est, agris præcipue noxium est, itaque pinguissimũ locum & modicè humidum poscit, hæc ille. Vbi Plinius ait, Cum sparta dixit significauerit sata, Homerus enim per verbum σπάρτα, hoc est spartha, seminata vocat, ἄσπαρτα, id est, aspartha verò inarata, inseminata, vltimo hoc vtitur odyss. ϑ. libro quando ait, οὔτε φυτεύουσι χερσὶν φυτὸν οὔτε ἀρόωσιν ἀλλὰ τά γ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται &c. Hoc est, neque plantant manibus plantam, neque arant, sed inseminata & inarata omnia crescunt. Cæterum quando ait Plinius.

QVINTVS CATVLLVS CVM SPINTER, &c. Eadem refert Valerius Maximus, libro. ii. titulo institutorum antiquorũ, his verbis. Religionem ludorum crescentibus opibus secuta lautitia est, eius instinctu Q. Catullus Campaniam imitatus luxuriam primus spectantium cõsessum velorum vmbraculis texit, Cneus Pompeius ante omnes aquæ per semitas decursu minuit æstiuum feruorem. Claudius pulcher scænam varietate colorũ adumbrauit &c.

CAPVT

CAPVT PRIMVM.

SERITVR SABVLOSIS MAXIME, &c. Plærique linum solent locis macris ac sabulosis serere. Columella, Varroque pingue solum magis conuenire lino asserunt. Varronis hæc sunt verba, primo rei rusticæ. In pingui rectius quæ succi sunt maioris serenda sunt, vt holus, triticum, siligo, linum, &c. Columella aptè linum seri debere calend. Octobris in ortum aquilæ censet. Obseritur autem modijs agri octo iugerum, nonnullis placet macro solo quam spissiſſimum semen eius committi. Idem etiam si læto solo feratur mense Februario in iugerum iaci modios decem, oportere testatur. Columellæ astipulatur Palladius, author rei rusticæ clariſſimus, qui commodè linum seri posse ait mense octobri. Subdit mox Plinius.

NEC MAGIS FESTINAT ALIVD, &c. Linum profectò celerius cæteris frugibus prouenire palàm est, nam satum tempore veris æstiuo vellitur. IGNOSCAT TAMEN ALIQVIS, &c. Optimi lini feracem Aegyptum Herodoti docet lectio, libro secundo.

ITA NE GALLIAE, &c. Constat Gallias lini conspicui fertilitate scatentes. QVOD VOCAT INANE, Linum subintelligas. CADVRCI, Populi Galliæ, apud quos lini præstantia habetur, vnde cadurcum tentorium, vel vt alijs placet, culcitram vocant, qua merces teguntur, alij tentorium quod supra lectum sæpius poni solet. Caduroi meminit Iuuenalis. Cadurcum.

, Institor hybernæ tegetis niueique cadurci.

CALETI, Populi Galliæ, qui Britanniæ regi subijciuntur. RVTENI, Populi non procul à nostratibus. Aliqui non Ruteni sed Rutheleni legunt. MORINI, Quos nunc vocamus tornacenses.

SERRANORVM FAMILIA, &c. Dicta hæc à serendo, vt ait Cornutius, cuius hæc verba sunt. Q. Cincinnatus cum suum agrum coleret, sereretque dictatura ei à populo Romano delata est, qui contra Samnites profectus victor extitit, qui à serendo seranus dictus est.

TINNITVSQVE CVM DENTE, &c. Optimi lini fit experimentum, dentibus instrumenti carminatorij ferrei, quo lanæ pectuntur.

CARBASIS REPERTIS, &c. Velis nauium repertis, dictis à carbaso genere lini præstantiſſimo, quo vela antiquitus fiebant, quare carbasa pro nauium velis accipi solent. Quintus Curtius vestibus carbasinis Indos, necnon & arabes indui scriptum reliquit. Linum zoelicum, à Zoelio oppido. Carbasa

PLAGIS VTILISSIMVM, Funibus. Plagas hic intellige funes illos, quibus retia tenduntur circa imam & summam partem.

CVMANAE PLAGAE, A cumis dictæ.

CONCIDVNT APROS, Cadere faciunt in terram.

CVM EPIDROMIBVS, Cum funibus, quibus retia tenduntur, circa imam & summam partem, dicti epidromes, quòd in his retia discurrant, ab ἐπὶ τοῦ δρόμου, id est dromo, quod curro est. Sunt etiam qui epidromos dicãt annulos, quibus cortinę (vt ita dicam) impenduntur, sic annulos plagarum nonnulli vocant. Hic autem sunt funes maiores, quibus retia tendi solent, quos vulgo magistros nostrates vocant. QVA SALTVS CINGERENTVR, Qua multitudine plagarum. Epidromes.

Amasis Thorax QVEM AMASIM VOCANT, &c. Hic est Amasis rex Aegyptiorum, cui fuit thorax, id est, munimentum quo pectus protegitur, lineus thorax erat miro artificio fabricatus, vt Herodotus scribit libro secundo.

EX PELIGNIS, Populis Italiae in Sabinis. AD TOMENTA PARITER INVENTVM, &c. Tomentum Tomentum. propriè quicquid farciminis ex quacunque re, siue ex foeno & palea, siue ex pluma fuerit, quo culcitrae farciri solent, vnde Varronis id. Postquàm transierunt ad culcitras quòd in eas sagos aut tomentum aliud ve quid calcabant, ab inculcando culcitra dicta. Tomentorum autem aliud leuconicum dicebatur, quod fiebat lana alba concisa, aliud circense quod harundinibus concisis factũ erat, quod in circo Romano sternebatur, vt illic pauperes quiescerent. Huius meminit Seneca, inquiens. Nihilo miserius ero si lassa ceruix mea in manipulo ferri acquiescat, si super circense tomentum per sarcinas veteris lintei effluens incubabo. Erat enim circense tomentum non nobilibus aptum viris, sed ijs, qui essent infimae sortis, quale tomentum lingonicum fuit, cuius meminit Martialis.

,Oppressae nimium vicina est fascia pluma
,Vellera lingonicis accipe rara sagis.

Item alibi tomentum concisa palus circense vocatur. Haec pro leutonico stamina pauper emit. Antequàm certè corruptis amplioris fortunae veneno moribusq; coepissent homines molliter & lasciuè agere, non auium plumis, aut ouium lanis, strato cubili dormiebant. Sed quod Lucretius ait. Et frutices inter condebãt squal, lida membra, Circum se folijs & frondibus inuoluentes &c. Subdit Plinius.

TANICVM AC PELV, &c. Tanicum ab Tani vrbe aegy- Xilon. pti, alij Tenicum à tenia, Plures xilon. Est id quod vulgares bambatium vocant, hinc vestes xilinae aut gossapinae, id est, ex (vt ita dicam) bambatio factae, quod & Panicula. vulgo cotonon vocãt. PANICVLA EIVS, &c. Panicula coma quicquid enim sublonga vel subrotunda forma tumet, panicula dicitur, nam in panico, milio, harundine, & id genus, comam, paniculam vocamus.

MATVRITAS EIVS, &c. Lini scilicet. MALLEO STVPARIO, Ex stupa facto. INTER MEDICAMINA, &c. Quae in parte medica videbimus. CARMINARI, Pectinari.

Byssum BYSSINO, &c. Byssum, Pollux onomastici septimo genus esse lini apud Indos scribit, quo vestimenta ac telae fiebant antiquitus, quare legitur Leuitici cap. XXVI. cortinas praecipit dominus de bysso fieri retorta, & hyacintho, & purpura, & cocco &c. Esse enim hic byssum interpretes asseuerant genus lini candidissimi. Byssum apud Elydem modo nasci Pausanias tradit, ac nullibi praeterea in Graecia, quare Plinius circa Elin nasci prodidit. Meminit & byssi Philostratus, ijs ferè verbis. Homines, ait, qui secundum Indum flumen habitant, lineis amiciuntur vestibus, etenim linum in agris plurimum nascitur. Calciamenta gestant ex byblo siue papyro, nobiliores bysso induuntur. Byssum verò ex arbore nasci aliqui fe runt: nam ab Indis legi ex arboribus linum author scribit Arrianus. Byssina vestimenta nunc pro camisijs, vt ita dicam, accipimus, qualia Amorgina dici sunt solita, byssinis ferè similia. Est enim amorgis lini species. Nec silentio praetereundum Amorgis. censuerim hic byssina verba à Plutarcho dici, qui Parysatin Cyri, & Artaxerxis matrem dicere solitam scribit regem qui promptè, nec animo timidiore concionaturus foret, debere vti verbis byssinis. Byssina verba hic dici, quae sublimitatem habeant, ac magnificentiam, nitorem quoque & authoritatem. Caeterum subnectit Plinius.

A GRAECIS ASNESTINVM EX ARGVMEN-

TO NATVRAE, &c. Id linum asuestinum vocatur etymo ita ritè po scēte, Nam ἄσβεστον, id est, asuestinum, siue (quod idem sonat) asbestinon dicitur viuum, ac non restinctum, quare calx viua & non aqua restincta id nomen sibi asciuit, nam & hanc albeston vocant, vbi non fuerit aqua restincta, vbi verò est peraccommoda operi tectorio τιτάνον, id est, titanon græci vocant. Hæc enim tectoria induci solent, vbi ait Plinius.

Asuestinum.

ET CINIS SPODII VIM HABET, &c. Id est quas medicas vires habet spodium easdem habet genus id lini. Est enim spodij, (quod & alij cenerulam vocant) oculorum inflammationes mitigare, carcinomata sistere, ac purgare, caua explere, vt ait Dioscorides libro quinto, De hoc aliubi.

CAPVT .II.

SPARTI QVIDEM VSVS, &c. Lini genere explanato, eiusque dotibus partim reseratis, miras nunc Sparti vires ac vsus accommodatos multis rebus enucleat. Magna apud authorum de sparto sententia discors, nam Dioscorides libro quarto Plinio refragatur. Spartum enim vocant alio verbo genistam, incultis & passim ferè nascētem, cuius in re rustica adnexus quotidianus vsus est. Fruticem breues, duras, & sine folijs virgas habentem describit Dioscorides libro antelato, lentore infragiles virgas sparti huius quibus vites soleant ligari. Item ferre florem luteum, quæ descriptio conuenit genistis, et nō sparto Hispaniensi: cuius hic Plinius meminit. De hac authorum discrepantia latius agetur libro vigesimoquarto, cap. nono. Credimus certè ex his quæ in græcis latinisque diu obseruauimus monere tuto legentes posse, duo fuisse gręcis sparti genera, quæ tantum alicuius notæ adiectione distinguerentur, vnum quo vites ligantur, vt etiam Paulus Aeginita libro sexto prodit inquiens, σπάρτος ᾧ τὰς ἀμπέλους δεοῦσι, id est spartus quo vites vinciuntur. Hispanię autem sparto cuius hic Plinius meminit, non omnes vti possunt, at sparto quo vites vinctæ esse solent, vti omnes possunt. Vbique enim nascuntur genistæ, & eundē inter ruris vtilia vbique vsum habent, quod Plinius hic in Hispaniensi sparto non testatur, quodque illi præcipuū ab eo tribuitur ad funes pertinet, totamque habet Hispaniæ spartus diuersam penitus à genista historiam. Esse præter hactenus dicta sparton genistam Theophrastus primo de plantarum historia testatur, linosspartum inter polylopa numerans. Voco polylopa, quæ plures sibi inuicem suppositas tunicas seu cortices habent. Verum nunc ad prætextum redeamus.

Spartū quid.

Spartorū gña.

Polylopa.

OCREATIS CRVRIBVS, &c. Tectis ocreis. Ocreas vocamus tegumenta, quibus crura tegi solent. COMPENDIVM OPERAE, Commoditatem. NATVRA INTERPOLLIS, Innouata interpolle, & interpollum, renouatum instauratumque notat.

Ocreæ.

PHYLLIRA, Phyllira tenuissima mēbrana inter corticem & lignū tiliæ, quāquàm propriè dicatur arbor, quam tiliam vocāt, pro quouis enim tenuissimo capillamento poni solet.

Phyllira.

TVBERA VOCANTVR, Inter ea quæ sine radice proueniunt tubera à Theophrasto numerantur. Item hic à Plinio terrestri certè substantia concerni & constare veteres aliqui tubera dixerunt, & extenuandi aliquam habere potestatem, vulgo truflas dicunt ea tubera. Credidit antiquitas cognationem illis aliquam cum cœlo esse, nec nisi tonante Ioue nasci, quod in satyra

Tubera

, aquinas poeta monuit dicens. Et facient optata tonitrua cœnas, Maiores &c. Licet nō fieri sed ostendi, & quasi signari tonitru tubera aliqui dicerent pulsu aeris ex eo quemadmodum sole etiam fit dehiscente terra qua parte ea latent, fallique qui aliter credant, non secus quàm si opinentur imbrem cochleas facere non illectas humore ex sepibus & maceriis producere. Fuerunt tamen qui secretiores naturæ causas altius repetentes contra ostenderent, dicerent'que ingruentibus in terram è superiore cœli parte tonitru, fulgetris, fulminibus, ventis, & imbribus, quæ omnia plærunque simul fiunt, diuersos rerum succos, contrariaque temperamenta fieri in his quę ad generationem mouentur. Non secus quàm rorem dulciorem pecori facere herbam. Cœlestem autem arcum subiectam omnem sibi terræ materiam diuino halitu implere dicunt. Sed de his nō verbosius, alibi fusius dicturi. Adde tubera græcis dici hydna, id est ὕδνα, Tubera cibis grata ferunt: quare cecinit Martialis. , Tubera boletis poma secunda sumus &c. Misy, cuius hic Plinius meminit tuberum genus est. ABTIARIIS, Ab vrbe in Mysia.

Mythylene. MYTHYLENIS, Mythylena vrbs in Lesbo iuxta methymnam, dicta à Mythylene filia Machari, vt prodit Diodorus sexto historiarum.

LAMPSACVM, Lampsacus nomen vrbis in littore hellesponti, in ora asiatica. Alapeconesus, insula, è qua Plinius quinto historiarum.

SVNT IN FVNGORVM GENERE, &c. Fungos cō stat sine radice nasci, potissimum eos quos pezicas vocant, dicti pedestres. Nascuntur omnes fungi ab æstiuo & autumnali imbre sole euocante.

Laserpitium. CLARISSIMVM LASERPITIVM, &c. Magnis vtique dotibus tum poetæ, tum historici, id est Theophrastus, Strabo, Columella. Plinius, Laser siue Laserpitium, quod & græcorum peritissimi Silphion vocant illustrarunt, tum quòd miro modo vsui humano, ac vitiis corporis conducat, tū quòd in deorum templis ad religionem & anathema id propositum sit antiquitus, nam Cyrenei delphis apollini quotannis Silphij caulem ex agri sui opibus offerebant, ferulam'que hanc suam tantopere amauerunt Cyrenes, conditori Batto perpetuum cum ea honorem habuerunt, in gemma qua publice in signandis epistolis, ciuitas vtebatur, Battum gentis suæ authorem ostendentes cui mulier quo docebat corporum ornatu & habitu Laserpitij caulem porrigebat, fortunæ simul'que naturæ pro suis opibus gratias agens. Gloriam fœlicitatem'que suam grata vtrius'que beneficij memoria sic ostendens. Id certè maximum precij & honoris in ferula hac argumentum fuerit, quòd egregium, rarum, amabile, preciosum'que aliquid significantes græci non aliter quam vt in prouerbio sit, Batti silphium iactabant, quantos medicos effectus habeat, id conijcere licet lectione Theophrasti, sexto plantarum, à cuius penu Plinius omnia ferè hæc excerpsit. Eius autem verba libro antelato hæc sunt. Habet Silphium numerosas radices, & crassas, caulem qualis est in ferula & crassitudine illi æqualem. Folium quod Maspeton vocant simile apio, foliaceum'que. Caulem non vltra annum prorogat, quemadmodum & ferula. Vere'que primum & maspeton hoc profert, quo oues mirifice purgantur & pinguescunt, odoris suauitate egregia carnes commendans. Post hæc caulem profert cibis quocun'que modo aptum. Tostus siquidem & elixus estur. Et paulo mox subnectit. Siquidē spatio vltra stadiorum quatuor millia nascitur copiosum'que prouenire, ab hesperidum hortis ad syrtin. Ad quæ verba allusit hic Plinius quando ait.

CIRCA HESPERIDVM HORTOS SYRTIN'QVE MAIOREM, &c. Theophrasti item hæc sunt. Narrant Cyrenei septem ante conditas Cyrenas annis apparuisse, ex quo autem ædificata vrbs est trecenti intercesserunt anni magistratum Athenis, gerente Si-

monide.

monide. Alij radicem silphij ferunt cubitalem paulò've ampliorem nasci, tumereque in medio veluti caput, quod sepiꝰ in sublimè fertur, paulòque minus quã supra terram emergit, ex qua erumpit quod lac vocatur, ad quod alludit Plinius, quando ait. ALII TRADVNT LASERPITII, &c. Vbi autem Pli. ait. ALTERVM genus laserpitij est quod Magyderis, &c. Huius ita meminit Theophra. libro antelato. Quę verò magyderis dicitur, aliud à silphio est rarius & minore acrimonia, succoque carens, discernitur à peritis solo aspectu, &c. Horum item meminit abundè Diosco. libro tertio. Cyrenaicum cæteris præfertur, tãtum agro Cyrenaico laudis ac honoris accreuerat, vt Catullus vna hac nota Cyrenem illustrauerit, Laserpiciferas Cyrenas vocans. Item Martialis gratum cibo Laserpicium hoc versu comprobat. Nec laseris dotis poteris numerare nec vsus. Cum medico totiens fit & coquo totiès aptum, de hoc vberius agemus in parte medica. Hic non obfuerit annotasse neotericos medicos silphion, siue laserpicium vocare assam foetidam, verùm an ritè, peritioribus censendum relinquo. SACOPENIO, Lege, Sagapeno. Est enim Sagapenum liquor herbę ferulaceę, vt ait Diosco. libro tertio. IMPRIMIS Rubia tingendis, &c. Est Rubia herba tingendis lanis apta, à rubore dicta, quo lana coriaque eius succo infici soleant græcis Erythrodanon fertur, Theophrastus Ereuthodanũ, nam græci Erythron rubrum vocant, Ereuthos verò ruborem notat. Sagapenum.

AT QVE VOCATVR RADICVLA, &c. Sunt qui Lanariam herbam eam vocent, lanificio imprimis tingendo aptam, hac fullones in purgãdis lanis vtuntur, vt ait Diosco. libro secundo, quidam & eam herbam vocãt Struthiõ, de qua alibi fusius.

CAPVT .QVARTVM.

AB HIS SVPEREST REVERTI AD HORTORVM CVRAM, &c. Plãtis quibus reseratis earũque genere habito ac dotibus promulgatis curam hortorũ aggreditur. HESPERIDVM HORTOS, &c. Diu vtpotè antiquitas hortos Hesperidum admirata est. Hesperides dici à filiabus Hesperi, quæ feruntur habuisse hortos nemore aurifero preciosos, vbi erat draco mala aurea obseruans vigilãter, quem interfecit Hercules, Solinus Hesperides hortos interpretatur fuisse æstuarium maris meatu flexuoso instar draconis, quod hortos hesperidum amplectebatur, vbi præter oleastrũ aliud nihil ex narrato illo nemore aurifero extare prodiderunt, Varia Diodorus, libro quinto de his agit, quę curiosus lector legere poterit, omnium autẽ meminisse eorũ, quorũ fit à Plinio mentio, luxuriãtis esset lectionis & turgescẽtis plus nimio, quare subsultim satis sit attigisse quę protrita sint. Hic loco auctarij non obfuerit annotasse. Adonidis hortos, vt scriptum reliquit Pausanias, lactucis ac foeniculis scatentes fuisse, ac veneri dicatos, in quibus semina deponi, haud aliter quàm in festis solerẽt, eoque rem in prouerbium abiisse Adonidis horti, in molliculos futiles, ac leuiculos. Adonin antiquitas Cynaræ & Myrrhę filium fabulata est, quem venus habuisse in delitijs fertur. Hic apri dente sub inguine sauciatus obiisse fertur, quem postea in florem mutasse dicitur, ex hoc libro vigesimoprimo agemus latius. Hesperidum horti. Adonidis horti.

ALCINOI, Alcinous phæcum rex iustitia percelebris, cui fuerũt preciosa, ac magnifica ædificia, ac viridaria voluptifica, quare extat Papi. carmen. Alcinoi horti.

Quid referam Alcioni pomaria vosque

Qui nunquàm vacui prodistis in æthere rami.
Hic fuit cultoris hortorum diligens.

Pẽsiles horti. PENSILES. Semiramis pensiles hortos fertur instituisse. Pensiles iure dixeris eos hortos fenestris nũc admotos videm⁹ fultos tenuissimis postibus, ac cõtignationibus, inibi subacta terra, ac resoluta, spargitur, floribusque, ac seminibus impletur. NVSQVAM nominatur villa semper in significatione ea, &c. Quia hortus apud antiquos villa dicebatur, quòd ibi arma qui capere possent orirentur, quare emersit, vt appellatione villæ, hortus comprehenderetur.

Heredium. IN HORTI VERO HAEREDIVM, &c. In appellatione horti heredium, siue paruum prędium erat. Hæredium prædium ex hæreditate nobis prouentum. Varro Togatorum facile princeps scribit iugera duo diuisa à Romulo viritim appellatum hæredium, quòd heredem sequeretur. QVAM REM comitata est & religio quędam, &c. Perinde, ac si dicat Horti tanto honore habiti sunt, vt religione quadã obseruarentur, ne præstigiatores, ac fascinatores, quid maleficij, ac incantamenti ingererent hortis. Ad hęc enim percipienda expendẽdum. Quasdam mulierculas veneficas fuisse, quę segetibus item & hortis inferrēt

Fascinare. maleficium quoddam, quo repente sterilescerent flaccescerentque. Est enim fascinare maleficium inferre, vnde Homerus ille Mantuanus ait. Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos, græcis fascinari dicitur βασκαίνεσαι. Adde hic loco superpõdij. Fascinum dici membrum virile, quare Oratianum id, Minus've languet fascinum. Membri hæc deformitas apponi solebat ad fruges exfascinandas lectũ siquidem est apud Varronem. In Italię compitis liberi patris celebrari solita sacra, tanta licentia turpitudinis, ac deformitatis, vt in eius honorem Virilia colerentur pudenda, palàm exultante nequitia. Nam liberi patris membrum virile per dies festos magna celebritate plostellis per agros prius, mox & in vrbem vectabatur, quibus diebus vnusquisque spurcissimis abutebatur verbis, donec per forũ id mēbrum transueheretur, cui inspectantibus omnibus ridicula res) matrēfamilias honestissimam, coronam membro huic virili necesse erat imponere, sic enim deus ille propitiari dicebatur ad seminum euētus, sic ab agris hortisque fascinatio auerruncabatur, vt Catoniano verbo vtar, id est, depellebatur, ad quem morem Pli. allusisse videtur quãdo ait. IN REMEDIO SATYRICA SIGNA, &c. Sunt qui legant, Saturnica, & quidem perperam, contenderim Satyrica legendum, quod & à Budęo viro elegantiatum pariter atque exactioris doctrinę accuratissimo fuit animaduersum, sed cur potius Satyrica legendum sit, quàm Saturnica, causam non fuerit alienum hic apposuisse. Hunc certe locum illibatum omisit Hermolaus, quod subit mirari, qui diligens, ac curiosus in expungendis Plin. erratis fuit. Locus vtpotè hic multorum anxit torsitque ingenia. Nam non me latet plerosque, vel peritiores lectores, etiam si crebrius hoc legerint, non ad vnguem intellexisse, verùm ne longiores simus, explanemus nodum Herculeum hunc. Dixi,

Satyrica signa. decenti censura legendum satyrica signa. Nam signa satyrica erant priapi simulacra, ac signa, id est, virilia membra ficulna, quę ad propellendas hortorum fascinationes medio hortorum apponi solita erant. Satyricus enim priapus dicebatur à membro virili erecto. Nam grecorum peritissimi & antiquissimi σατὼν, vocabāt membrum virile, quòd certe membrum ithyphallum vocabant, hoc ianuis hortorum appendi solebat, ad auertēdas fascinationes, quod liquet carmine Columellæ, ita inquientis.

Ithyphalli.
Arte laboretur, sed truncum forte dolatum
Arboris antiquę numen venerari Ithyphalli
Terribilis membri medio qui semper in horto,

Inguinibus

, Inguinibus puero prædoni falce minetur.
Tibullus etiam videtur meminiſſe hoc verſu.
, Pommoſiſque rubet cuſtos ponatur in hortis
, Terreat vt ſęua falce priapus aues. Et Vergil.
, Innitent croceis halantes floribus horti
, Et cuſtos furum atque auium cum falce ſaligna
, Helleſpontiaci ſeruet tutela priapi.
His collatis dilucet, concinnius legēdum, Satyrica, quàm Saturnica, quidem cōſtat quàm Satyrica ſigna, ſimulacra priapi, quę olim erant ficulna, vt conijcere licet carmine Oratij, vbi ait.
, Olim truncus eram ficulnus inutile lignum.
Hic animaduertiſſe nō obfuerit, Ithyphallos etiam dici bacchi curatores, quos alij Phorophallos vocabant, id eſt, phallum ferētes, hoc eſt, veretrum ficulnum, cuius meminit Plutarchus in moralibus: vnde fit, vt Ithyphallum pro erecto, & ficulno quidē veretro, accipiant plærique. verùm nunc veluti poſtliminio reuerſi ad prętextum redeamus. QVANQVAM hortos tutelæ Veneris, &c. Varro Rei Ruſticæ primo, Venerem hortorum procurationem habere tradit. MERGI ENIM CREDO, &c. Inuehitur in gulæ irritamenta, ac in bonorum decoctores, & plus nimio delicate viuentes, quibus ſufficeret hortorū prouentus, verùm ganea lautiore gaudentes, ij æquora cuncta ſuleant, quo mollius, ac eſculentius magiſque opipare, ac dapſiliter viuant. AVES vltra phaſidem auem petit, &c. Hoc eſt, phaſianos, quę aues à phaſi fluuio dictę ſunt, quas ab argonautis traductas produnt poetæ, ad quod alluſit Pli. quando ait.
FABVLOSO QVIDEM, &c. Nam à phaſi ad græciam, à græcia ad latinos traductas has aues tradunt, tum poetæ, tum hiſtoriographi, ad quę Martialis alluſit quando ait.
, Argoa primum ſum transportata carina
, Ante mihi notum nil niſi phaſis erat.
Hic enim loquitur Phaſianus. IN NVMIDIA atque Aethyopia in ſepulchris aucupari, &c. Alludit ad aues Mammonis, ad cuius ſepulchrum quotannis aduolare fabulantur, vt iam à nobis oſtenſum eſt, libro decimo.
AVT PVGNARI CVM FERIS, &c. De griphibus intelligit Pli. & Ariſmapis, quos, libro ſeptimo cum griphibus pugnare diximus.
SACCISQVE CASTRARI, Id eſt, vires amputari, ac corrigi, de quo lib. decimo quarto abundè diſſeruimus, capite vltimo. ET FRVGIBVS, &c. Alludit ad zythum & ceruiſiam, de quibus, libro decimo quarto, abundè.
PISTRINARVM operibus & cælaturis, &c. Taxat morem antiquum Romanorum ditiorum, ac procerum, quorum panis à pane plebeio differens erat, nec enim plæbei licebat procerum, ac maximatum pane vti, quorum panis erat nota aliqua ſignatus, vt diſcerneretur à pane plæbeio, quod liquet quando ait.
ET cælaturis viuere, &c. Scalpturis, notis, ſigniſque, vel Cælaturas hic intellige, pro fornacibus, ac clibanis, in quibus diuerſa farciminis genera. Item & ciborum coqui ſolebāt. VSQVE AD infimam plæbem deſcendente anima, &c. Budæus non, anima, ſed annona legit, ſi malis legere, anima, hic anima verbum, pro animo accipe. Item vbi legitur. ALIAS IN NVMIDIA atque Aethyopia in ſepulchris, &c. Idem legit. Alias in Numidiæ atque æthyopiæ ſepulchra, aut depugnare cum feris, mandi que capientem quod mandat alius, &c. Subnectit paulò mox Pli. ET IAM ne in herbis diſcrimen inuentum eſt, oluſque, &c. Budęus aliter legit, hoc eſt. Etiā ne in herbis diſcrimē

bis diſcrimen inuẽtum eſt: opes'que differẽtiam fecere in cibo etiam vno aſſe venali, & in his quo'que ſibi aliqua tribus naſci negant, caule in tantum ſaginato, &c. Non ſignato legendum cẽſet, propter id quod paulò mox ſequitur. Ecce altiles ſpectantur aſparagi, &c. Sunt qui contẽdant ritè legi poſſe, ſignato, quòd Plinius paulò ſuperius dixerit. ET CAELATVRIS VIVERE, &c. Item & Exquiſita naſci poma pauperibus interdicta, perinde, acſi dicere velint fieri potuiſſe vt iuſſu principis, aut præcepto procerum, quædam holera eſculentiora fuiſſe ſigno, ac nota aliqua diſcreta, quo ſoli veſcerentur, & quo pauperis mẽſa non caperet, Subdit paulò mox Pli. SYLVESTRES Natura feceratho rridos, &c. Budæus, non horridos, ſed corrudas legit, cuius opinionem comprobo, legi tamen poſſe ritè autumo nõ corrudas, nec horridos, vel horridas, ſed horto, putarim: hic enim Pli. curã hortorum agit: deinde ſtilo in delicatiores molliores'que debacchatur quòd nimis curioſe cibos eſculentiores perquirant, ac differentias in eo genere ponãt. Cũ tamen natura fecerit hortos ſylueſtres, vt quis'que demeteret paſſim, perinde, ac ſi dicat, quoſdam eſſe qui curioſius quàm par ſit hortorum curam agẽdam ſuſcipiant: quo plantæ hortenſes fiant eſculentiores, quando tamen natura fecerit hortos primo incultos, ac ſylueſtres, ac pauculæ im pẽſæ, quo quis'que paſſim demeteret, quantum volet, & vitæ ſuſtinendæ ſufficeret, quibus collatis, hortos legi apte poſſe liquet, votis tamen legentium id cenſendum relinquo. Nec id pro comperto do, quòd tam grauis author Budæus aliter cenſeat ECCE (inquit Plinius) ALTILES SPECTANTVR ASPARAGI, &c. Hic ſaginatos intelligit Budæus homo eruditionis eximioris, verùm quia protritè dici ſolet Tot capita eſſe, tot ſenſus. Non vitio mihi vertet aliquis ceruicoſior: ſi quid cenſeã ſuper hoc dixero. Palàm eſt certè Altile vocabulũ, dici itẽ & ſignificare id quod domi ſaginari ſolet, quare altiles piſces, altiles gallinas vocamus, ſagina ſcatentes, ſic certè herbas domi vberrimè prouenientes metaphorice altiles vocamus, quaſi læte prouenientes, domi dico, quia id verbum ad domeſtica ſola refertur, quare altiles aſparagos Rauennates vocat Pli. quòd læte, ac vberrime in campo Rauẽnate proueniant, quod liquet carmine Martialis quando ait.

Corruda.

, Mollis in æquorea quę creuit ſpina Rauenna.
, Non erit incultis gratior aſparagis.

Nemo miretur me verbũ altile dixiſſe ſignificare id, quod domi læte proueniat, & ſi de inanimatis dicatur Plinianus enim mos eſt, ſic vocabula ad ea transferre. Nam eſt etiam altilis id quod alit, quare Macrobius, Sanguinem altilem vocat, nõ certè Saginatum: ſed alentem, libro Saturnaliorum ſeptimo quando ait. Liquidũ verò purum'que & altilem ſanguinem totius corporis membris miniſtrant, &c. Quare ſuſpicor hic Pli. altiles aſparagos dixiſſe pro domeſticis quos diuitum mẽſæ cognouerunt ſolæ. Hoc tamen ſic capiendum candidè moneo, relinquo'que arbitrarium lectoribus. Subdit paulò mox Pli. RAVENNA ternis libris rependit, &c. Illud enim ad pondus triũ librarum referri poſſe ſuſpicor, quòd aſparagus creſcat in caulẽ, ſpinã, ſpongiam'que, & quidem amplitudine magna potiſſimum apud Rauẽnã: quę aſparagi ferax dicitur. Ego enim ſuſpicor poſſe referri ad pondus, ob amplitudinem quam diximus habere aſparagum. Maxima autẽ amplitudine eſſe aſparagos quibuſdam locis, liquet aſſertione Strabonis decimo ſeptimo Geo. ita inquiens. Narrat etiam Bogum mororũ regem, quùm in Heſperios aſcendiſſet miſiſſe dono vxori calamos indicis ſimiles, quorum genu quodlibet octonos modiolos caperet, & ſimilem aſparagorum ſimilitudinem: hæc Strabo, ſi profecto tantæ capacitatis ſint aſparagi, triũ librarũ põdus æquare poſſent. Hoc tamen pro recepto dare nõ auſim albũ enim calculũ Budęo noſtro adijciẽdũ cenſeo:

censeo. Si tamen hęc faciat ad stomachū pro voto vtatur lector. Non licere carduis pecori vesci, Plí. AQVAE, quoque separantur, & ipsa elementa vi pecuniæ discreta sunt. Hæc dixit in gulones, ac ganeæ apprime addictos, ac esculentioris cibi appetentissimos. Item & palati morosos, qui solent separare aquam, id est, hæsitantes vtra aqua, scilicet elementalis, vel pluuialis quā cœlestem dixero, sit melior. VI PECVNIAE, &c. Quia emebatur aqua niualis, qua & decocta, refrigerabatur. Niues em̄ hauriebātur, quia vina, illarū aqua fiebāt frigidiora, expressa, liquataque, immo & ipsę niues potabātur, vnde cecinit Martial.

Spoletina bibis, vel marsis condita cellis

Quo tibi decoctæ nobile frigus aquæ. Item alibi.

Setinum dominæque niues densique trientes.

Non potare niuem, sed aquam potare rigentem.

De niue commenta est ingeniosa sitis, de hoc item Iuuenalis.

Frigidior geticis petitur decocta pruinis. Ijs ergo collatis liquet aquam niualē magno præcio fuisse, & habitam & magno emptam, ad quę omnia allusit hic Plí. quando ait. ELEMENTA vi pecuniæ, &c. Vt certè vina multo frigidiora biberentur algor, ac glacies item nix seruabatur Romę, cura quidem magna. Et ait Plí. ILLAS hyemāt, &c. Illas aquas infrigidant, vbi fuerint decoctæ, quo salubriores, ac potu suauiores sint. AVENTINOS montes, &c. Mons Auentinus Romæ fuit ab auibus dictus, quod se eo ab Tyberi ferrent aues, vbi augures ad capienda prẹsagia erant, qui mons sacer Dianę fuit, quare Plí. sacros vocat montes. IRATAE plebis, &c. Loca secretiora ad quę plebs irata secedebat. NVLLVM Macelli vectigal maius, &c. id est, vectigali hortorum. PORTORIVM Mercis huius, &c. Holerum suppleas, portorium, significat naulum, id est, vectigal quod portitori soluitur. CENSVM haberi, &c. Reditum. SPONSOR, Fideiussor. NVNQVAM ESSET in domo materfamilias, &c. Budæus non ita legendū censet, sed hoc modo. Et sic statim faciebant iudicium nequam esse in domo matrēfamilias, hoc est, parum frugi, nec ad rem domesticam acrem, hoc enim nequam significat, vt seruos nequam dicebant, qui non essent frugi. Idem Budęus vbi paulò superius ait Plíni. OLVSQVE differentiam facere, &c. Opus differentiam facere, legit. PVLMENTARIA, Pulmentarium, quod inter cibos sumi solet in similitudinem pultis dicitur. NAM carnis desyderia, &c. Budęus, non carnis, sed gari, vtrūque ritè legi posse suspicor. ACETARIA appellabantur, &c. Hortensia enim dici possunt iure acetaria, ab accipiendo vocabulum deflexum, quoniam expedita res & parata in hortis sit. Acetaria etiam dicuntur cibaria, quæ ex aceto oleoque & herbis ad excitandum appetitum sumuntur, vulgo Saladas nō strates vocant. DOMI versuram fieri solitam, &c. Versuram facere antiqui dicebant mutuo pecuniam sumere, quòd initio qui mutuabantur ab alijs non vt domum ferrent, sed vt alij soluerent id faciebant, & velut creditorem vertere videbantur, versuram ergo facere, est æs alienum alieno ære soluere. Hoc fit quando æs alienum nobis conflatum fuerit, nec nobis tantum pecuniarum sit, vt id dissoluere liceat, vbi disso luendi tempus aduenerit, mutamus creditorē ab altero, scilicet vsurarium æs accipientes, quod alteri reddamus. PARS EORVM, &c. Hortorū subintelligas. Lactucinos dictos à Lactucis, vt libro superiore diximus. HORTOS villæ iungendos, &c. Cato rei rusticæ clarissimus scriptor. Hortos sub vrbe iūgendos censet, his verbis. Summittito hortum sub vrbe omne genus, coronamenta omne genus. Cui Varro astipulatur primo rei rusticæ libro qui ait. Itaque sub vrbe colere hortos latè expedit. Riguos quā maximè habēdos.

pulmētarium.

Versurā facere.

Hortorū locus eligēd⁹.

Horti certè

Horti certè frustra colūtur, ni sint rigui, amnes enim oportet hortis esse vicinos, quare iure cecinit Columella.

, Vicini quoque sint amnes quos incola durus
, Attrahat, auxilio semper sitientibus hortis
, Aut fons illachrymet putei non sede profunda
, Ne grauis hausturis tendentibus illia vellat
, Talis humus, &c.

Palladius haudquanquàm in celebris Rei Rusticæ censor, hortorum positionem agendam ita censet. Hortus, inquit, qui cœlo clementi subiacet, & fontano humore percurritur, prope est, vt liber sit, & nullam serendi requirat disciplinam: hęc ille, libro primo, Columella. xi. rei rusti. Hortorum locum ita eligendum censet. Locum, inquit, autem prius eligi conueniet si permittit agri situs, iuxta villā precipuè pinguem, qui quę adueniente riuo, vel si non sit fluens aqua, fonte puteali possit irrigari, &c. ORGANIS PNEVMATICIS, Id est, instrumentis spiritalibus, hoc est, canalibus, ac tubulis, Syphonibus que, per quæ, cum aer tum aqua meare potest. TOLLENDO. non haustu rigādo. Budeus. Tollenonū legit. Sunt autē Tollenones, à tollendo, quoniam iis, res pondera que tolli soleant, quorū meminit Vegetius, libro quarto. Item & Liuius, libro octauo, hic pro haustorio quo aqua hauritur, alij id instrumentum vocant celoneum. SOLVM proscindendum, &c. Terra certè hortorum est proscindenda à fauonio in autumnū. Est enim fauonius genitalis spiritus viuendi, eo que maritantur terræ viuentia hic & zephirus dicitur, cuius flatu proscindendam terram Colu. censet hoc carmine.

Tolleno

, Post vbi rypheæ torpentia frigora brumæ
, Candidus aprica zephyrus relegauerit aura
, Sydereo que polo cedet lyra mersa profundo
, Rudere tunc pingui solido, vel stercore aselli
, Ipse ferens olitor diductos pondere qualos.

Iubent certè peritiores agricolæ terram proscindendam à fauonio in autumnum. Nam vt idem ait.

, Oceani sitiens cum iam canis hauserit vndas
, Et paribus titan orbem librauerit horis
, Cum satur autumnus quassans sua tempora pomis
, Sordibus & musto spumantes exprimit vuas
, Tum mihi ferrato versetur robore palæ
, Dulcis humus, &c.

Qui & libro vndecimo subnectit pastinandi, inquit, & ordinandi soli duo tempora sunt, quoniam quęque duę olerum sationes. Nam & autumno, & verè plurima seruntur, melius tamen riguis locis, quoniam & nascentis anni clementia excipit semina prodeūtia, & sitis restriguitur fontibus: hæc ille. PALLARI iustū est, &c. Palis terram laxam extensam que facere, Pala instrumentum rusticum, quo hum' dilatatur. ET FIMVM tres pedes, &c. Columel. imprimis hortos stercorandos censet, vt semina lætius proueniant cuius verba quia instituto apta sunt, subijciemus. Sed, ait, curabimus, vt ager quem verè conseri oportet autumno circa calendas Nouembris pastinetur, quem deinde velimus autumno instituere mense Maio conuertemus, vt aut hyems frigoribus, aut æstiuis solibus & gleba soluatur & radices herbarum necentur, nec multo ante stercorare debemus, & sationis tempus appropinquabit ante quintum diem exherbēdus erit locus stercorandus que, & ita diligenter fossione iterandus vt fimo terra commisceatur, optimum verùm stercus ad hunc vsum asini est, quia minimum herbarum creat proximum ouium, si

Pallari.

sit anno maceratum, hæc Colu. Subnectit Pli. RESVPINIS PVLVINORVM TORIS, &c. Hoc est, inuersis a rearum lectulis. Est em̄ puluinus vltra peculiarem notam, terra areolæ inter duos sulcos in hortis, quæ & porca, à porrigendo dicitur, ab alijs torus, itē eminulus terræ cumulus dicitur. Hic enim Pli. videtur allusisse ad assertionem Colu. ita de his agentis. Omnium autem ramos generum circa calendas martias in hortis per puluinos arearum disponere conuenit, singulis tramitum sulcis, viarum liris, scatebrisque decursus, ebulitionibus aquæ surgentis ac scaturiginibus, &c. IN HORTIS NASCENTIVM ALIA BVLBO, &c. Alia bulbo, hoc est, radice rotunda, & truncata, quali vestiuntur lilia, crocus, & id genus. Bulborum enim nomen est, quorum radices sub terra sic crescunt, vt ad nouam quotannis sobolem decerpi aliqua pars possit: vt in lilio, croco, & plerisque alijs fit, quorum radices ritè bulbosas appellare possumus. De bulbo qui dicitur esse cœpæ genus, paulò inferius agetur. Hęc Plinij diuisio à Theophra. abūdè ponitur, quam et libro. xiiii. posuimus genus profectò id bulbi, quod cœpę genus aliqui vulgo appetitum vocant, nostrates echalotam.

Puluin⁹

Bulbus.

CAPVT .V.

VNGORVM ENIM, &c. Callum dixit ob duritiem, quæ plantis antelatis inest. Item callum libro. xviii. lignis ac quibusdā arboribus inesse testatus est, quod & tuber vocari diximus. Nunc cuiusnam generis sit cucumis declarat asseuerans esse cartilaginei, quòd videlicet cartilagine quadam vestiatur duroque cortice. Tiberium Cæsarem cucumeribus delectatum fuisse, & eorum appetētissimum etiam testatissimum Colu. reliquit, his verbis, de cucumere ita agēs. Possunt etiā si sit operæpreciū vasis maioribus rotulæ subijci, quo minores producātur, & rursus intra tecta recipiantur, sed nihilominus specularib⁹ integi debebunt, vt etiā frigoribus serenis diebus tuto producātur ad solē hac ratione ferè toto anno Tiberio Cæsari cucumis præbebatur, hæc ille.. SPECVLARIVM munimenta, &c. Specularia vocamus, quæ vitreis orbibus vel thesellis plūbo iunctis structa sunt, verrinas vulgo dicūt. Dici itē possunt quæ tenuissimis virgulis sunt cōtexta, quib⁹ datur vidēdi facultas. Et quia ad culturā cucumerū vētum est nō fuerit dissentaneū eā vberius prosequi, Palla. rei ru. cēsor nō incelebris martio mēse & aprili serēdos, tū cucumeres, tū pepones censet. De quorū itē cultura ita agit nō minus scitè q̄ festiuiter Colu. Sin autē, inquit, sicco loco debuerunt, quo rigationē ministrari nō expediat, mēse Feb. sesquipedali altitudine sulci faciēdi sunt. Post idus inde martias, quasi tertia pars altitudinis sulci sunt stramētis inditi, tegēda terra mox stercorādaque, vsque in dimidiū sulcū aggerāda, positisq; seminibus, tādiu est aqua præbenda donec enascātur, nā plurimū humore iuuantur, sed custodiendū est, vt quāminime ad eū locū in quo vel cucumis vel cucurbitę cōsitæ sunt mulier admittatur, nā ferè eius cōtactu languescūt incremēta virentium si in menstruis fuerit, visu quoque suo nouellos fœtus necabit, hæc ille libro rei rusti. xi. cap. iii. QVIN lacte mulso, &c. Lacte melle misto. Alludit ad Colu. libro antelato ita de his agentē. Cucumis tener & iucundissimus fit, si anteq̄ seras semē eius lacte maceres, nōnulli etiā aqua mulsa idē faciunt, sed qui prematurū habere volet cucumeris fructū, confecta bruma stercoratā terram inditam cophynis obserat, modicūque præbeat humorē, deinde quando enata semina fuerint tepidis diebus & insolatis iuxta ædificiū sub diuo ponat, ita vt ab omni flatu protegātur, frigoribus ac tempestatibus sub tectum referat. Palladius odoratissimos cucumeres ita fieri censet. Odorati, inquit, fiunt si eorum semina multis diebus inter

Specutaria.

Cucumerum cultura,

rosæ folia sicca mergantur. Dulciores fieri idem tradit libro quarto, si mulso lacte, semina primo maceres. Subdit Plinius. CRESCVNT QVA COGVNTVR FORMA, &c. Vt formam hominis habeant ita Palladius colendos præcipit. Si eius, inquit, florem sicut in sua vite est in forma fictili clauseris & ligaueris, qualem formam hominis vel animalis habuerit, talem figuram cucumis præstabit, hæc ille & multa id genus, quæ ne longiores simus silentio præterimus, nam & de his etiam libro sequenti agemus abundè.

VIVVNT HAVSTI IN STOMACHO, &c. Paulus Aeginita cucumerem minore esse frigiditate quã dicatur pepo ait, sed maiore adciendam vrinam potestate, concoqui enim ęgerrime item asserit, quod & à Dioscoride animaduersum primo est. Et si coquantur mali succi idem Dioscorides refert libro secundo quando ait οὐφθειρόμενος &c, id est non corrumpitur in stomacho, licet vix concoquatur, quare scitè Plinius dixit. Hausti diu viuũt in stomacho &c. De quorum vi agetur profusius libro sequenti. Hic non obfuerit nouisse cucumerem græcis dici σίκυν, id est sicyn, sed de hoc paulò mox verbosius. Nunc veniam ad prætextum. OLEVM ODORE MIRE, Hoc etiam à Palladio comprobatum legimus his verbis. Oleũ sic cucumis metuit, vt si iuxta posueris, velut hamus plicetur, & quoties tonat veluti territus timore conuertitur, hæc ille. Columellæ commentum ita etiam se habet, Nos autem leuiore opera istud fieri apud ægyptiæ gentis Dolum Mendesium, qui præcipit aprico loco & stercorato alternis ordinibus ferulas, alternis rubos in hortis consitos habere, deinde eos confecto æquinoctio paululum infra terram secare, & ligneo stilo laxatis vel rubi vel ferulæ medullis, stercus immittere, at que ita semina cucumeris serere, quæ scilicet incremento suo coeant rubis vel ferulis. SESQVIPEDALI, De luxati quidam codices male sexquipedali habent, legendum certè est sesquipedali. Sesquipedale, quod pedem vnum cum dimidio alterius habet dicitur. PARILIBVS APTISSIMAE, Sacris deæ pastorum quæ pales dicitur. Parilia aut palilia, festa erant deæ pastorum quę fiebant. xi. calen. Maij. Cucurbitæ enim obamplitudinem vasorum vsum pastoribus præbebant, quare Pli. aptissimas dixit parilibus. ALII (inquit Pli.) MALVNT EX CALEN. &c. Alludit ad Columellam ita de his libro. xi. agẽtem. Aquosis autem locis primo quo que tempore, non tamen ante calendas martias semen ponendum est, vt deferri possit æquinoctio verno &c. PER QVINQVATROS, &c. Quinquatri aut quinquatria festa vocabant antiqui, quæ quinque diebus Mineruæ fiebant, ita nuncupata, quia quinque diebus post idus Martij cœlebrabantur, nam dies post idus ater erat, inde quinquatria, quasi quinque ab atro die, prima die sacrificia fiebant, tribus sequẽtibus gladiatores in theatro certabant, quinto die erat lustratio. Vnde extant carmina Ouidiana hec, tertio fastorum.

Parilia seu palilia.

Quinquatria.

, Vna dies media est, post fiunt sacra Mineruæ,
, Nomina quæ iunctis quinque diebus habent,
, Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro,
, Causa quod est illo nata Minerua die,
, Altera tres que super strata celebrantur arena,
, Ensibus exertis bellica læta dea est.

Quinquatrorum etiam Varro secundo linguæ latinæ abundè meminit. Itẽ & Aulus Gellius secũdo noctium atticarum. Serere ergo per quinquatros, est serere post quintum idus Martij. REPTANTIBVS FLAGELLIS, Virgulis summis sese dilatantibus. SINE ADMINICVLO, Sine ridica. PEDAMENTO, Substentaculo: VELOCITAS

PERNIX

PERNIX, Nimium perseuerans in dilatione sua. PERGVLAS OPERIENTES, Deambulationes tegentes, loca'que aerem multis lateribus excipientia amicientes. FASTIGIATVR VAGINIS MAXIME VITILIBVS, In fastigium erigitur vaginis siue thecis flexilibus. Vitilia enim sunt quæ lenta ac flecti commodè possunt, vt sunt vitex, salix amerina, & id genus. VRCEORVM VICE, Vrcei vasa quibus aqua in vrnam infunditur. SCROBE OPACO, Fossa vmbrosa. Sunt & syluestres, sicut colocynthis quæ agrestis cucurbitula dicitur. Item syluestris cucumis, de quibus libro sequenti agemus fusius. Vitilia. Vrcei.

IN QVIBVS DE RAPIS ABVNDE DIXISSE, &c. Rapa certè generis esse videntur cartilaginei, quorum duo genera medicæ artis professores ponunt: hortense, & agreste, vt scitè prodit Dioscorides libro secundo, qui rapum γογγύλην, id est, gongilen vocat, cuius nominis acceptione vsus est Colu-mel. hoc versu. Nube noua seri cœli impedentibus vndis, Gōgilin illustri mittit, quam narsia campo. AD CONDIENDVM FACILIORA, &c. Ex antiqua salgamorum consuetudine rapa condiebantur, nam Columella libro decimotertio rei rusticæ, condiendi modum ritè docet, capi. quinquagesimo tertio. Palladius item huic astipulatur, qui ait. Rapa sumas mense decembri, & i partes minutas tescide, & leuiter coque, et tota die dilig ēter exsicca, ne quid reseruent humorum, & sinapi & aceto temperato merge, & sic condire cures rapis vasis impositis ac clausis. Hoc condimentum ritè fieri potest, & nouembri, & ianuario, & decembri mensibus, hæc ille libro decimotertio.

QVAE (ait Plinius) SAEPIVS SATA, &c. Palladius rapa in napos mutari per biennium sata in alio solo commemorat, libro rei rusticæ octauo, inquiens. Loci proprietas vtrun'que semen in alterum mutat, nam rapa in alio solo per biennium sata mutantur in napos, alio verò napus transit in rapum. Mense iulio loco irriguo rapa & napos seremus, solo putri & soluto, atque deuexo, & sabuloso, subactum solum ac stercoratum versatum'que requirunt, iugero raporum quatuor sextarij, napi autem quinque sufficiunt, hęc ille, Columel. libro vndecimo, rapa, napos, serenda censet mense augusti, quæ omnia lector diligens, poterit apud hunc euoluere, Non est certè nostri consilij omnium meminisse, quorum Plini* meminit, quod arbitrer id facere nauseam & potius luxuriantis quàm proficientis lectionis. Sufficiat locum ergo citasse eorum. vberius etiam videre est Theophrastum libro plantarum septimo, à quo certè hæc fermè omnia Plinius excerpsit, cuius decreta hic non duxi inferenda, aliubi, id est libro sequenti plura enarraturus, vbi medica vis agetur. Subdit Pli. LAXANDIQVE RVCTVM, &c. Dioscorides raphano ructus colligi libro secundo ait, certè eos, item & vrinā vt mox paulò sumus dicturi. Vbi autem Pli. ait. CRISPI AT'QVE LEVIS TERTIVM SYLVESTRE, &c. Hæc à Theophra. corriuata sunt libro plantarum septimo, videtur enim Plinius sub diuisione raphanorum subintellexisse brassicam, id est caules. Et ne quis miretur, sciat raphanon græcis creberrimè poni pro brassica, quam alij cramben raphanon vocarunt. Testatur id Theophrastus libro octauo plantarum, qui non alio nomine raphani vtitur quā pro caule, quando ait, τὰς δὲ ῥαφάνου τριχῇ διαιρούμενος, &c. Nec multo post ἰδίως δὲ ἡ ῥαφανὸς ἔχει. Item libro secundo de plantarum causis καθὰ περὶ ἀμπέλου τῆς λάφνης ὅτι τῆς ῥαφάνου, &c. De his etiam multo certius Aristoteles agit libro quinto de animalium historia quando ait. Nascuntur & aliæ ex viridibus folijs, præsertim quæ in raphano, quem aliqui cramben vocant, id est brassicam. Item & Paulus Aegineta, & pollux libro sexto. Ita ergo Plinius sub prætextu vocis eiusdem notæ ali-

quando agit de diuersis, nam libro decimoseptimo hac voce vtitur. Mos enim hic Plinio frequens est. Subdit mox Plinius.

SERI VVLT RAPHANVS, &c. Columella libro vndecimo rei rusticæ, de satione raphani ita agit. Raphani radix bis anno seritur, Februario mense cum vernum fructum expectamus, & augusto, circa vulcanalia cum maturius, sed hæc satio certè melior habetur, cura est eius vt terra sit stercorata & subacta &c. Ad quæ Plinius hic allusit, vt coniicere licet.

Vulcanalia. CIRCA VVLCANALIA, Diu agitatum apud eruditiores quo tempore vulcanalia, id est, festa Vulcani fieri consueuerint. Nonnulli fieri circa calendas Maij putant, quoniam flamen vulcanalis calendis Maij rem diuinam Maiæ faciebat, vt scribit Macrobius primo saturnaliorum, quorum opinionem refellendā contēderim, circa vtpotè ortum canis, qui Vulcano fertur sacer fiebant: aut circa calendas Augusti. Sed de vtro'que secum disputent curiosiores, quando igitur ait circa vulcanalia, circa calendas Augusti intellige vel ad finē huius mensis.

SOLVTA TERRA, Rara ac non spissa. FVNGOSVS, Leuis, rarus, ad similitudinem fungorum.

Fungosus.

PHTHISIN CORDI INTVS HAERENTEM, &c. Tabem, hoc est, pulmonis exulcerationem cum distillatione, quam tussis febris'que sepius cō comitantur. Sūt qui ἀτροφίαν καὶ καχεξίαν, id est atrophiam & cacexiā vocēt quarū prima illarū fit quoties corpus nō alitur, secunda cum malus corporū habitus est, ideo'que omnia alimenta corrumpuntur. Phthisin dictam volunt à verbo φθίνειν, quod diminuere est græcis, quòd fiat diminutio corporum in phthisi, de qua latius agemus in parte medica. Et subdit Plinius.

ODIVM HIS CVM VITE MAXIMVM, &c. Expende clarissime lector vt Plinius verborum inuolucro sententiam obscuret, agebat de radicula quam raphanum vocant, mox sub eadem voce cramben subtexuit, quam & inimicam vitibus libro vigesimoquarto, capite primo testatur his. Perniciália & brassicæ cum vite odia ipsum'que olus quo fugatur vitis aduersum &c. Et libro vigesimo, capite nono, vino, ait, aduersari et inimicam vitibus. Liquet igitur Plinium sub raphani nomine brassicam intellexisse hoc loco. Radiculas certè nusquàm legi aduersari vitib⁹, verū caules quas & brassicas alio nomine vocāt.

EX HIS PASTINACAE VNVM GENVS, &c. Pastinacæ duplex esse genus, testantur herbariæ doctrinæ accuratissimi, satiuū & agrestes: rursus agrestis multiplex, cuius meminisse aliubi non obfuerit. Animaduertendum hic illud est, staphylinum, id est σταφύλινον, à græcis simpliciter pastinaca dici olus, & oleris notissimam & quotidiani vsus radicē, nulla'que adiecta nota satiuam semper intelligi, quare Columella cecinit. Lætetur mollem'que sinum staphylinus inumbret. De satiuis hic agebat Columella, qui & libro vndecimo, capite quarto ait. Tunc agrestis pastinaca & eiusdem nominis edomita, quam græci staphylinum vocant, satiuam enim intelligit quando edomitam dicit Plinius, quoniam vtrius'que quotidianus vsus esset antiquitus satiuæ agrestis'que, addito discrimine alterutram plærunque indicat. Satiua certè pastinaca pręcipuum habet in sanitate vsum inter olera, syluestris venit & ipsa quidem in quotidianos cibos, sed ob multas quas medicas vires habet, à medicorum scholis celebratur, & magis expetitur. Hanc certè græcorum peritissimi nunquàm nisi addito syluestris discrimine vocant, σταφύλινον ἄγριον, id est staphylinon agrestem vocitantes, intelligentes hac vocis acceptione, eam, quæ nascatur locis incultis, quam daucum vocant, alio nomine, vocis hoc discrimine vsus est Gale. qui de vtro'que staphylino agens ait, ὁ μὲν ἥμερος ἐδωδιμώτερος ὁ δὲ ἄγριος ὃν καὶ δαῦκον καλοῦσι, id est, satiua quidem pasti-

Staphilinus.

naca ignauior, agrestis verò quem daucon vocant &c. Paulus Aeginita etiam huius rei meminit non illepidè, inquiens, δαῦκος ὁ καὶ σταφύλινος, id est, daucus qui & staphylinus, quibus liquet daucum dici agrestem staphilinum, id est, pastinacam. Multis præterea locis Plinius, discrimina duarum radicum congenerum apertè indicat, qui, hic quando agrestem satiuam'que pastinacam numerasset, mox tertiam quam ille hibiscum nominat statim subiecit. Est & quartum genus in eadem similitudine pastinacæ, quam nostri gallicam vocant, græci verò daucon &c. Ex quibus facile est conijcere, quondam in græcis non omnem syluestrem pastinacā daucon, sed proprium priuatim'que aliquod genus vocatum fuisse, quale Theophrastus libro nono plantarum his verbis indicat, δαῦκον δὲ περὶ τὸ σπαρτιατικὸν τῆς ἀχαΐας διαφερῶς περιαλλῶς θερμαντικὸν φύσει, ῥίζαν δὲ ἔχει μελάναν, quæ nihil aliud sibi volunt, quàm, Egregia bonitate daucus in achaiæ spartensi agro calefacit natura, & nigram habet radicem. Verùm ne plus æquo longiores simus, redeamus ad rem.

SISER ET IPSVM TIBERIVS, &c. Columella siseris sationem similem sationi pastinacę posteris legendum reliquit, libro vndecimo rei rusticæ. TOROSIOR, Callosior ac neruosior.

INVLA PER SE STOMACHO, &c. Hāc neoterici herbarij Enulam campanam vocant, peritiores helenium, alij medicam, alij symphiton vt prodit Dioscorides libro primo, de cuius vi & forma agemus libro vigesimoprimo. Columella hanc interuallo trium pedum serendam in hortis præcipit, quoniā rastros frutices faciat. Scitè Plinius stomacho inimicam per se dixit, nam & Dioscorides libro primo, radicem eius cum melle tussientibus prodesse memoriæ mandauit, conditam'que stomacho accommodam ait. Mos certè fuit vt Salmagarij eā condirent in defruto, id est vino decocto ad medias, conditura alij addebant cariotas, hoc est palmarum fructus. Suspicandum hic, legendum ne sit carycis pro ficuū genere, mea censura caricis legendum putarim, quia Plinius addit verbum pinguibus. DEFECTVS STOMACHI, Languores & inanitiones aut syncopin, ob enim vim quam habet calefaciendi stomachi doloribus, id est difficultati spiritus, inflationibus, erosionibus, defecto appetitui conducit, vt testatur Dioscorides libro primo. PROXIMA HIS BVLBORVM NATVRA, &c. Bulbi genera quædam cœparum, quorum genera plura vt videre est apud Theophrastum, libro octauo plantarum, à quo certe hæc omnia Plinius expilauit. Theophrasti verba subijciam, quo lectori hæc tritiora fiant. Bulborum, inquit, plura genera esse manifestum, magnitudine siquidem, colore, figura, & sapore differunt, alicubi etiam adeò dulces nascuntur, vt per se sine condimento alio edantur, quales in taurica chersoneso sunt &c. Ad quæ allusit Plinius, quando ait. RELIQVA BVLBORVM GENERA DIFFERVNT, COLORE, MAGNITVDINE, &c. Bulborum etiam Atheneus libro secundo sui dipnosophistæ meminit non illepidè, referens quosdam dici regios, quos ipse prætulit cunctis, post hos laudat ruffos, deinde lybicos. Cato megaricos imprimis serendos censet, quos & Columella alijs præferre videtur quando cecinit.

Inula.

defrutū

Cariota

Bulborū gña.

Iam megaris veniant genitalia semina bulbi,
Et quæ scylla venit getulis obruta glebis &c.

Horum est natura venerem ciere, quare salaces vocantur: ob id semina genitalia vocauit Columella. Martialis etiam hoc testatus est in xenijs suis cum ait.

Cum sit anus coniunx & sint tibi mortua membra
Nil aliud bulbis quàm satur esse potes.

Dicterium ob id græcis corriuatum est βόλβον χύτραν καταφάγοι, quod notat bul-

borum pleno fictili fatur, quod dicitur in falaciores & ad venerem nimis procliues. Horũ vires libro sequenti differemus vberiꝰ, nũc culturã doceamus. Palladius bulbos mense Februario ferendos cenſet, loco quidem humido, pingui, & maximè riguo. EPIMEDIVM, &c. Sunt qui inconcinnè legant Epimenedium. Est Epimedium herba, quam alij vindictam vocant, habens folia hæderę ſimilia, hic verò ſcyllæ ſpeciem facit Plinius. Huiꝰ meminit Dioſcorides libro quarto, ſed de his ſuo loco agemus. Paulò mox ſubnectit Plinius.

IN AEGYPTO ARON VOCANT, &c. Nunc medicorum ſchola dracunculum vocat, habet hæc herba folia maculoſa, caulem dodrãtalem purpuraſcentem piſtilli figura, in quo rutilo colore croci ſemen eſt, candida illi radix, quæ elixa comeditur ab aliquibus. Folia huius condiuntur ad cibum, vt docet Dioſcorides libro ſecundo. Plinius hic veram ari hiſtoriam confundere à dracũculi hiſtoria videtur, quum tamen ſunt idem, & eiuſdem figuræ, de quorum diſcrimine alibi agetur, vbi autem ſuperius paulò Plinius.

IN POLLINEM TVNDITVR, &c. Non obfuerit hic
Pollen. ſciſſe, pollinem eſſe tenuiſſimam puluerem tenuiorẽ farina multò, qualis circa molas plærunque & loca in quibus pinſitur panis parietibus hærens inuenitur.

CAPVT. VI.

HORTENSIBVS OMNIBVS, &c. Omnia hortenſia ſingulas radices habere dilucet, ſed quidem differentes. Nam alijs ſunt amplæ, alij bulbuloſę, alijs nodoſæ, & id genꝰ, amplę ſunt ſylueſtri lapatho ſimiles: Cuius genera plura eſſe liquet lectione Dioſco. libro ſecundo enumerantis. Vnum quod oxylapathon vocant, alij rumicem ſylueſtrem. Satiuum item aliud plantagini ſimile, ſed paulò mollius, quartum oxalida dicunt, grandius vocatur hippolapathon græcis, de quibus ſequenti libro effuſius agetur.

GENICVLAE VT GRAMINIS, &c. Gramini ſunt radices geniculæ, id eſt nodis diſtinctæ, eſt gramen quod græcis fertur ἄγρωσιν, id eſt agroſtin, quod quoniã capris expetitur Aegichon vocarũt. Sunt enim huic viticulæ geniculatæ, per terram ſerpentes, folijs eſt acuminatis, duris, latis. Eſt & aliud genus graminis, græcis vocitatum calamagroſtin, hoc eſt harundinaceũ gramen, de quibus ſuo dicetur. Subdit Plinius.

SPONTE NASCENTIVM. quædam ſunt radice numeroſiora quàm folio, vt Aſpalathum odoratum fruticem Dioſcorides libro primo teſtatus eſt. Sunt tamen qui non aſpalathum, ſed aſpalax legant, magno vocum diſcrimine, aſpalathum lego ipſe. PERDICIVM; Sunt qui hanc herbam vocent vitraginẽ, de qua ſuo loco. ALLIVM (inquit Pli.) COEPASQVE IVREIVRANDO HABET AEGYPTVS, &c. Aegyptiæ gentes antiquitus iurabant per cœpas, per allia: ad quæ alluſit Plinius libro ſecundo, cap. ſeptimo, quãdo ait. PER FOETIDOS cibos, & alia ſimilia iurantes. Fœtidos cibos dixit, intelligens cœpas & allia; quorum eſu graueolentia gignitur. Haud mirari ſubit plæraſque gentes iuſiurandum huiuſce modi habuiſſe, nam & apud Anianum, per cramben iuſiurandi forma concipitur, vt Teleclidem quoque necnon & Epicarmum, vt in baptis Eupolin taceam. Mos verò ita iurandi fuiſſe Ionicus præcipuè videtur: nec mirum, quãdo & ſtoicę ſectę ceſor ille argutiſſimꝰ Zeno, etiã per capparim ſibi iurare permiſit. De his hactenꝰ.

CAEPE

CAEPE GENERA APVD GRAECOS, &c. Fuit quondam certè Aegyptijs porrum & cępa nephas trucidare, ac morsu frangere, quòd contra in reliquis naturæ partibus fit, quæ vtram'que lunæ fortunam plærum'que sequuntur cæpę ipsæ, & dum toto ea fulget subinde augentur, pereunte, hoc est, diminuente luce & ipsæ minuuntur, vt tradunt naturæ peritissimi. Accessit ad eam superstitionem etiam quòd inutiles feriatis & in lætitia agentibus pariter & ieiunio castitatem custodientibus essent, his'que sitim, & cibi appetētiam excitarent, illis'que lachrymoso odore quem habent optatam per ferias lætitiam turbarent, & quasin diuina re dei munere lachrymas, ac tristitiam animi mortales fugerēt inuiti, lachrimoso olere admittere cogerentur, sunt & aliæ superstitiosæ res cæpis, quas Plutarchus auctor amœnioris & festiuioris lectionis cōmentariolo illo, de Iside, & Osiride scripsit, latiusq; prosequitur, quę omnia ne lōgiores simus omittimus. Hęc autē genera, Item differentias, nomina, quę Pli. hic annectit vberius à Theophrasto, libro octauo plantarum aguntur, cuius verba admonuisse: fuerit lectionis turgescentis, dicturi alibi de his fusius. Nouisse hic non obfuerit Græcis cæpam dici, κρόμμυον, crommyon, quare apud Diosco. libro secundo qui testatus est cæpas appetitum ciere, quando ait κρόμμυα ὀρέξεως ἐκκλητικά, id est, cæpe sunt cibi appetētiā prouocantes, de quibus sequens liber differet verbosius. Cępas appositissimè Colu. lachrymosas vocat, quòd videlicet cōmoueāt lachrymas, qui ait. Atque oleris pulli radix lachrymosa'que cępa, idem mense Februario serēdas censet. Et Palladius huic astipulatur, adijciens tamen cepas posse autumno commodè seri.

SEMENTANT, &c. Semen producunt, sementare, semen producere.

ET RVNCARI præterea, &c. Ab herbis curari, Runcare herbas, euellere à segetibus herbis'que. ET DE Porrò in hanc cognationem, &c. Porrò aliud sectiuū, aliud capitatum dici palàm est. Discrepāt tamen inter se, satione, cultura, & forma. Quod vt certius pateat non pigebit quę in antiquis rei rusticæ scriptoribus obseruata à nobis de duplici hoc porri genere fuerunt breuissimè cōmentationibus his nostris adijcere, pręsertim nulla eius diuersitatis nostra ætate disciplina & obseruatione: Columella. xi. rei rusticę, Itē Palladius, libro tertio mense Februario docent seri, mox locis apricis si ingranduit, transferri præceperunt. Tū si sectiuum aliquis dēsius satum relinqui oportere, & ita cum increuerit post duos menses quàm satum est secari, dico autem secari, vnde nuncupatum est sectiuum frondem illi supra terram eminentem auferri. Hoc enim culturæ genere porrum sectiuum quondam fiebat gracile, ac tenuius quòd densius satum & translatū modicis spatijs, depactum fuerat. In eo autem quod magni capitis, & capitatum efficere aliquis cupiebat alius & sationis, & culturę erat ordo, pręceperūt'que veteres rarius quàm sectiuum seri, & antequam translatum iterum depangatur sub terrā amputandas illi radiculas, & tondēdas fibrarum summas partes, tum testulas, vel cōchas, vt hic ait Pli. quasi sedes singulis subijciēdas, ne in altum, sed in latus eorū incrementum fit, assiduè deinde sarriri, & stercorari, & cum radices egerit, modicè compręhendi, & alleuari sarculo. Vt suspensum à terra quod spatij vacuum subter inuenerit capitis amplitudine cogatur implere. DELVMBATAE ALANT, Castratę & sine virtute. Orchię & Aritię, laudabilius porrum ex Aritia prouenire testatur, & Columella quando ait. Et mater aritia porri. Necnon & Martialis.

Porrū Sectiuū & capitatū.

, Mittit præcipuos nemoralis aritia porros,
, In niueo virides stipite cerne comas,
, Fila tarentini grauiter redolentia porri,
, Edisti quoties oscula clausa dato.

Et subdit Pli. SECTIVI duo genera, &c. Porrũ agreste est, quod in vinetis nascitur, vnde græcorum peritissimi, ἀμπελόπρασον, id est, ampeloprason, vocant, cuius meminit Paulus Aeginita, libro sexto, & Diosco. libro secundo, huius est exulcerare, & incidere, quare medicamentarij eo vtuntur. Vbi autem Pli. ait. Neronem vsum fuisse porro cum oleo gratia vocis, id verissimum liquet, quòd porrum omnia pectoris vitia discutiat, tussim, phthisim, difficultatem anhelitus, & id genus, vt conijcere licet lectione Dioscoridis, libro secundo. Hic nouisse scisseque non obfuerit, græcis dici πράσον, id est, prason, capitatũ verò cephaloton.

ALIVD AD MVLTA RVRIS PRAECIPVE medicamenta, &c. Fuit certè quondam & adhuc est allium sicubi longius ab vrbibus innocentius viuitur honestum simul & gratum plæbi rusticæ obsonium. Eam'que ob causam in ruris honore & hortorum disciplina non contennendum sibi nomen asciuit alliũ. Palladius rei rusticæ non incelebris censor, allia, mense Februario, Item & nouembri serẽda censet. Mira in alliorum natura indidit tot, scilicet cortices, tot nucleos, tot tunicas, tot spicas, & id genus. Has enim diuisiones plures in allio greci ἄγλιθας id est, aglithas, vel ἀγλίδια, id est, aglidia vocãt, ipsum verò allium, σκόροδον, id est, scorodon, duplex esse alliorum genus ex sanctarijs receptissimorum authorũ palàm est, hortense, & syluestre, illud scorodon græci, hoc iidem, ἀφροσκόροδον, id est, aphroscorodon, vocant. Columella verò vulpicum, cuius verba, quia proposito apta, annexui. Vulpicum verò, inquit, quod genus est allij circa calendas Octobris serendum, id vocant quidam Punicum, greci autem ἀφροσκόροδον, lõge maioris est incrementi quàm allium. Habet enim velut allium plures spicas coherẽtes, eęque cum sint diuisę liratim seri debent, vt in puluinis positę minus infestentur hyemis aquis, sulci lirarum distent semipedali spatio, deinde cum ternas fibras emiserint spicæ, sarriantur. Nam quo id sæpius factum maius semina capiunt incremẽtum. Deinde cum caulem faciant omnem viridem superficiem intorquere, & in terrã prosternere conueniet, quo vastiora fiant capita, hęc illæ, vbi enim Pli. ait. Vulpicum quo'que in hoc genere græci appellauere allium cypriũ, alij antiscorodõ, &c. Male vtpotè legi antiscorodon suspicor. Nam asphroscorodon legẽdum contenderim, dictum à spuma. Nam Theophrastus, à cuius fonticulis hæc omnia Pli. desumpsit hausit'que, libro octauo plantarum, à tumore dictum hoc cyprium allium refert, qui ait, μάλιστα δὲ τὸ κύπριον καλούμενον τοῖον τὸν ὄγκ, &c. Quorũ sensus est. Maxime'que quod cyprium allium vocant, tale est, quod non decoquunt, sed ad pulmentaria vtuntur. Facit'que dum teritur admirabilem tumorem, &c. Plinius enim tumorem vertit, pro spuma, ijs facile conijcere licet, legendũ esse, aphroscorodon, quod & comprobatur assertione Columellę loco ante lato. Pli. enim dicit. Quantũ increscat spuma. Theo. verò admirabilẽ facere tumorẽ quando teritur.

Subdit paulò mox Pli. CASTELLATIM'QVE GRVMVLIS imponi, &c. Castellatim dixit, pro cumulatim, ac ad similitudinem castelli.

GRVMVLIS. Paruis terrę collectionibus, Grumus, terræ collectio.

CAETERVM vt odore careant, &c. Allusit ad Columellæ assertionem de ijs ita agẽtis. Matura allia in tabulatum reponemus, seruabimus in his locis quibus aut obruentur, aut eruentur, vt luna infra terram sit. Nam sic sata, & rursus sic condita existimantur, ne'que accerrimi saporis, ne'que mandantium halitus inodorare, hæc ille. CVM LVNA SVB TERRA SIT, Hoc est, in interlunio, hoc est, quando apparere desierit. COLLIGI CVM IN COITV, Quando est in coniunctione, cuius dies dicitur, dies silentis lunæ.

INTER COMPITALIA ET SATVRNALIA, Hoc est, inter calendas Ianuarias & decembres. Compitalia à cõpitis à compotando, quòd ibi rustici

sacrificare

ἄγλιθας

Castellatim.

Grumuli.

Compitalia.

Saturnalia.

, sacrificare solebāt, vnde Ouidianum id. Seruet vt in ternas compita secta vias. Fiebant enim compitalia diebus nonis post calendas Ianuarias, quorum ita affatim meminit Macrob. primo Saturnaliorum. Existimo, ait, nonnihil ad demōstrandū consuetudinem veterum, etiam prætoris verba conferre, qui more maiorum ferias concipere solet, quę appellantur compitalia, ea verba hęc sunt, die noni post calendas Ianuarias quiritibus compitalia erunt, hęc illę. Colu. XI. rei rusticę consultissimus, Allia serenda ante calendas Ianuarias iubet, quando ait. Multi tamen hęc ante calendas Ianuarias medijs diebus serūt mense decembri si cœli tepor & situs permittit. AC SATVRNALIA, Saturnalia festa Saturno sacra quę mēse Decembri fiebant, vt Macrob. libro Saturnaliorum testatur. Saturnalia.

CAPVT .VII.

IN HORTIS SATORVM, &c. Hic tempora quibus nasci solēt semina, ac plantæ hortenses adnumerātur. Paucułæ est hoc caput difficultatis, quare subsultim, ac raptim sufficiat attigisse. CANALICVLATA, Folia canaliculata sunt quę cōcaua, ac obtorta mō canaliculi, id est, canalis parui. Canaliculata folia. Nihil Ocymo fœcundius. Palladius cito ocymum nasci, ait, si statim postquàm seueris, est enim serēdū mēse Aprili aqua calida perfundas Ocymū, neoterici herbarij Basilicon vocitant, lętius prouenire Cyminum imprecationibus, ac maledictis etiam produnt testatissimi authores, hoc est, Plutarchus in symphosiacis, & Demetri⁹ phalere⁹, quo fit, vt res ī parœmiā abierit Cyminū serere, hoc est, aliquē proscindere lingua virulenta, aliquem mordere, conuitiari, & famam denigrare. Qua ratione qui male imprecantur appositissimè dici possunt Cyminum serere. Illud item nouisse non obfuerit, quod Theophrastus quinto plantarum scribit, hoc enim est, τὰ δὲ ὠκίμον τὸ ἐν ἡλιωκείμενον ἀφερπύλον, &c. quod nihil est aliud quàm Ocymum etiam soli expositum in serpillum transit, quod superaccedente maiore siccitate fit. Decrescit enim folium & eorum quæ sicciora sunt maiorem acrimoniam habēt odor, quoniam & nutrimentum minus est. Hetruria Ocymum vocat Basilicam quasi regiam, vt puto nominans, de hoc sequēs liber plura nos docebit. FRVTICANT talia & non capite, &c. Lubricus hic locus peritioribus nauseam ingerens, suspicandum certę hic legendum ne sit thallia, vel talia, vel talea, quantum suspicor, talia, verbum non est referendum ad supradicta, sed ad foliculum, aut ad ramulos frondosos, palàm est Talliam dici foliculum propriè cæparū, sed eius significatio ad alia trāsferri potest, qui mos Pli. est frequēs. Si verò, Talea, legas, ad frustū ligni pręcisum ex vtraque parte, vt in terra inseratur refert. Et sicut talea dicitur lignum, quod in terra seritur, ita quòd inseritur ramo calamus, & tessera quòd instar tesseræ sit vocatur, Thallia minimè legendum contēderim. Talea. Tum quòd ea dicatur græcis, olea, item eadem vocis acceptione, hoc est, θάλλια, id est, thallia, extremos & adhuc crescentes eius cauliculos vocant. Hæc tamen votis legentium censenda relinquimus.

DECAVLESCAT, sine folijs fiat. RVTAM FVRTIVAM, &c. De hac paulò mox.

CAPVT .VIII.

ID ENIM

ID ENIM QVOD, &c. Hæc Plinius ex prǫptarijs Theophrasti detorsit. Theo. certè, libro octauo plantarũ, genera apij differre folijs, caulib⁹, esse'que hoc deso, crispoquè, & hirsuto folio, illud raro, & lato, hoc maiore caule, illud minore, & in hoc genere rursus aliud cãdido, aliud purpureo, aliud versicolore, & id genus multa Theoph. Columella culturæ apíi ita nõ minus scitè quã festiuè meminit Apiũ quo'que possis serere plantis, nec minus semine, Aqua præcipuè lætatur, & ideo secundum fontes commodissimè ponitur, quod si quis velit lati folij facere, quantum possint tres digiti seminis comprehendere, raro linteolo illiget, & ita in areolas dispositum releget. vel si alia forma id fieri maluerís, semen eius inditum pilæ & saligneo palo pinsitum expoliatum'que similiter in linteolis ligatum obruet. Hæc ille de satiuo apio. Eleoselinon palustre est apiũ, quod & alij rusticum vocat, Apium nasci locis aquosis prẹter Plinium & Theophrastũ scribit Diosco. libro tertio, afferẽs id esse satiuo paulo procerius, cuius affatim meminit Theo. libro octauo plantarum. Palladius item, inquiens. Eleoselinon molli folio & caule tenero quod nascitur in lacunis. Oroselinũ genus est aliud apij, quod montanum vocant, quòd montibus nascatur, alij id vocãt agreste petrosilinon, singularis caulis est id, ex gracili radice prodiens, cumino non absimile, capita papaueri similia in summo emittens, qui plura de his volet, adeat Theophrastum eo quo diximus loco.

Eleoselinon.

LACTVCAE tria genera fecere græci, &c. Theophrastus octauo plãtarum, vbertim Lactucarũ meminit. Duo tantum genera Diosco. libro secundo plantarum ponit, satiuam, & agrestem. Præter hanc etiam ob similitudinem non lactucis congeneres, sed similes tantũ herbas aliquot alias lactucas dici comperies, qualem caprinam Plinius vocat, libro sequenti, & id genus multa, de quibus suo loco agendum erit. Columella de lactucarum generibus sic ait,

Lactucarũ genera.

, Iam'que salutari properet lactuca sapore,
, Tristia quę releuat longi fastidia morbi,
, Altera crebra viret, fusco nitet altera crine,
, Vtra'que Cęcilij de nomine dicta metelli
, Tertia quę spisso, sed puro vertice pallet
, Hęc sua capadocę seruat cognomina gentis.

Quot autem genera idem describit, tot tempora serendi his accommoda, testatur quando subdit.

, Quot facies totidem sunt tempora quan'que serendi.
, Cæciliam primo deponit aquarius anno
, Capadocã'que premit feralia mense lupercus
, Tu'que tuis mauors tarthesiã pange calendis
, Tu'que suis paphiẽ iterum iam pange calendis.

Palladius toto anno seri posse lactucas scribit, modo locus sit riguus, & lætus stercoratus'que, & terra apprimè subacta. Candidæ fieri lactucę putantur, si fluminis harena, vel littoris, frequenter spargantur in medias, & collectis ipsis folijs alligentur. Item multis seminibus nascetur lactuca, si caprini stercoris baccã subula subtiliter excauaueris, & in eam semen lactucę, nasturcij, ocymi, erucæ radicis immiseris, tunc in uolutã fimo baccã, terra optimè culta breui scrobe demerseris, hæc Palladius. Lactuca autem, quam hic Pli. Picrida vocat, ob amarorem ita sibi nomen inuenit, πικρα. enim, id est picra amara dicitur. QVAE MECONIS VOCATVR, Ita nuncupata à similitudine papaueris quod Mecona, græci vocãt. Hic Pli. Soporiferas omnes Lactucas assertat, quod & ante eũ scripserat Diosco.

libro secundo

libro secundo. Item & Galenus secundo alimentorum, ob id cænas auorum clausisse hanc nonnulli retulerunt, Hinc carmen hoc.

, Grata'que nobilium requies lactuca ciborum.

Agrestem Diosco. amaram, quam hic Pli. Picrida vocat, cuius affatim Theopha. libro octauo. Hic Pli. veneri lactucam refragari tradit, quod & comprobatum est lectione Diosco. libro secũdo, quãdo ait. Insomnia libidinosa illa & venerẽ ipsam auertit. ❧ DIVVS certè Augustus, &c. Hic est Musa Antonius, medicus Augusti, cuius meminit Suetonius his verbis. Graues & periculosas valetudines per omnem vitam aliquot expertus est, præcipuè Cantabria domita, quam etiam distillationibus iecinore vitiato ad desperationem redactus cõtrariam & ancipitem medendi rationem subijt, quia calida fomenta non proderant, frigidis curare coactus, authore Anthonio Musa, &c. ❧ OXYMELITE. Oxymel mellis & aceti confectio, cuius meminimus, libro quarto decimo. ❧ NEQVE EX ALIO INTYBI, &c. Duo esse intyborum genera proditum est, quod tum Diosco. tum Columel. aiunt. Satiuum vnum, agreste alterum. Nec inter hæc pau cula est oborta lis inter authores, quod nam videlicet quod cichorium dicitur, sit ne agreste, vel satiuum, quod & alij Serin vocant. Hic pauco verborum prætextu astruemus, omnibus perpensis, nomine intybi censeri oportere satiuum, & si corru pta ab intybo voce Ethruria passim eudiuiam appellet. In hoc & maius & minus est dulcedinis & amaroris, discrimen aliquod quod vt videtur ex vna diligentia & culturæ ratione euenit prius illud notissimo versu vergiliano georgicon libris, , quando ait. Et Amaris intyba fibris. Intelligens enim intybum generis nomen vt grecis seris est, latinis esse amaritudinem, vt ad certã contraheret speciem addi dit. Secundum illud Galen. dicens. κιχώριον τὸ ῥωμαῖσι λεγόμενον ἰντύβο λαχάνον, que nihil notãt preterquàm. Cichorium quod Romani ol⁹ intybi vocãt, indicauit ,& Oratius quando cecinit. Cichorea lænes'que maluę, &c. Est vtique cichoriõ peregrina græcis vox, quę omnia hæc intyborum genera tã agrestia quàm satiua significet. Theophrastus, libro plãtarum octauo. Cichorion syluestre illud genus vocat, quod eiusdem censura, ab Amarore nomen accepit. Ille enim de herbarum caulib⁹ agẽs sic inquit, ὁ δὲ τω κιχώριον μέγας ⁊ ἀποφύσεις ἔχων πολλὰς, ἔτι δὲ γλίσχρος δυσδιαίρετος διὰ καὶ δεσμῷ, &c. Quod nihil aliud sibi vult latinè, quàm Cichorei autẽ caulis magnus est, multas habet veluti brachia agnationes, lẽtus idẽ est & in frãgẽ do contumax, quã ob causam eo pro vinculis vtuntur, his enim verbis Theophrastus videtur amarum & agreste illud significare, qui & paulò post vocat Picrida. Paulus Aeginita, primo libro totum hoc genus vocat intyba. In sexto verò, satiuũ & agreste intybum vocat serin. Hic verò Plinius satiuum intybũ intelligit quãdo ait. Ne'que ex eodem genere, ne'que ex alio intybi dici possunt. Et subdit paulò post. Est erraticum intybum quod in Aegypto cichorium vocãt. Columella verò rei rust. argutissimus censor, libro secũdo, ca. decimo octauo, Intyba videtur significare, quę sint syluestria, quando ait. At'que alias ante hyemẽ per autumnũ extirpemus, vt Rubos virgulta, iuncos, alias vellemus, vt intyba & solstitiales spinas. Idem postea libro nono, ca. decimo tertio, cum de educãdis anseribus agit, serin appellat satiuã his verbis. Palustris quo'que, sed herbid⁹ ager destinetur, at'que alia pabula conserantur, vt vitia, trifolium, fœnugræcũ, sed pręcipuè genus intybi, quod gręci appellãt Serin. Celsus, libro secũdo intybum satiuum genus appellasse videtur. Syluestre verò ambubeiã, verum non discrimina generum amplius pertractemus, sed eorum culturã. Columella ita fert serenda esse intyba, Intybum, vt lactucæ satio nisi quod magis hyemẽ sustinet ideo'que frigidis regionibus proximo autumno seri potest, melius per æquinoctium autumni, semen commodius

Intyborũ gña.

Intyborũ cultura.

❧ circa Martij

circa Martij calendas,eiusque plantam circa calendas Nouembris,deprimemus & multo cinere stercorabimus,hæc ille, ad cuius assertionē allusisse hic videtur Pli.

Thyrsi

INVENTVM OMNES THYRSOS. Omnes virgulas,ac caules Thyrsos propriè lactucarum virgulas,ac caules vocamus,quę vox etiam alios habet significatus quos omittendos censui.

Ablaqueare. Betarū genera.

ABLAQVEATAS HVMO, &c. Apertas circa radices. Ablaqueare terram diligēter circa radices aperire,decalceare nostrates vulgo dicunt. BETA HORTENSIORVM leuissima est, &c. Betæ duo esse genera conijcere licet Theophrasti assertione, qui libro plantarum VIII,de his ita agit,εὐχυλότερον δὲ καὶ τοῦ τεύτλου τὸ λευκὸν τοῦ μελάνος καὶ ὀλιγοσπερμότερον ὃ καλοῦσί τινες σικελικόν,quę latinè sonāt. Meliore autē succi copia in betis cādida,quàm nigra est,pauciore etiam semine quā sicelicā aliqui vocāt. Quæ enim hic Plinius ait, scias esse à Theophrasti sanctarijs defluxa, ex eo libro quem citauimus, Paulus Aeginita,libro sexto,candidam betam nigrę pręponit,quod Atheneus facit,libro tertio sui dipnosophistæ. Columella etiā meminit vtriusque quādo ait. Sic & humo pingui ferratę cuspidis ictu,Deprimitur folio viridis pede cādida beta. Hic haudquanquàm fuerit dissentaneum scisse, betā græcis dici τεῦτλον,

Beta.

hoc est, Teutlon, Columel. sationis huius ita meminit. Beta,inquit,florenti malo punico semine adobruitur, & simul atque quinque cum foliorū est vt brassica defertur æstate,si riguus est hortus,at si siccaneus,autumno cum iā pluuiæ incesserit disponi debebit,hæc ille. Subdit deinde Pli. VSVS IIS CVM LENTE AC FABA, &c. Dioscorides,libro secundo. Nigrā betā coctā cum lēte aluum commodissimè compescere memorię mādauit. Quāobrem appositas nō nemini degustare etiā religio est. Hic expendere non obfuerit,nomēclatura betæ, molles non absque felle Diogenē appellasse,nam quùm à quibusdam vt canis incesseretur,seque amplius obseruaturos prędicarent,ne mordicus ab illo apprehenderetur, Bono animo esse iussit. Neque enim canib⁹ esse in more vesci Betis,hoc est,mollibus,ac salacibus,qua verbi nota. Betizare dictum est,ab Augusto,pro languere. Fuit item à Catulo animaduersum hoc versu.

Betizare.

, Languidior tenera cui pendens sicula beta
, Nunquàm se mediam sustulit ad tunicam.

Brassicarum gnā & cultura.

Verùm ad rem redeamus. OLVS caulesque quibus nunc principatus hortorum, &c. Hic auspicatur & genera, & culturam brassicarum,hoc est,caulium Theophrastus, cui hic in caulium generibus Plinius applaudit,brassicarum genera tria,libro octauo plātarum agit. Item & Marcus Cato rusticarum rerum capite cētesimo & quinquagesimo septimo,post hoc Pli. hic assertionibus eorum astipu-

Brassica.

lās. Caulium autem & sationis, & culturę ita meminit Columella, Brassica quùm quinque foliorum est, transferri debet, ita vt radix eius liquido fimo prius illita & inuoluta tribus algæ tæniolis pangatur,hæc enim res efficit vt in coctura celerius madescat,& viridem colorem,sine nitro cōseruet. Est autem positio eius optima frigidis & pluuijs regionibus, post idus Aprilis,cuius depressę plātæ quùm tenuerint quantum olitoris oratio patitur,sæpius sarrita & stercorata melius cōualescit, estque plenioris incrementi,& colliculum facit,& cymam. Nonnulli hac eandem locis apricioribus à calendis Martijs deponūt,sed maior pars in cyma prosilit,nec postea facit hybernum caulem quùm desecta est,hęc ille,ad cuius verba hic penit⁹ allusit. APITII LVXVRIA, Hic est Apitius,cuius commeminimus, libro decimo. POST CYMAM, &c. Alij quimam. Item & Columella colliculi qui proximè verè post primam sectionem colliguntur cymata non cymæ dicuntur. Neutro maluit quam fœminino genere vti suo hoc in versu.

, Tunc quoque conseritur toto quę plurima terrę

Orbe virens

, Orbe virens pariter plæbi regique supetbo
, Frigoribus caules & veris cymata mittit.

Cyma dictum peritiores volunt à fœtura, κυεῖν prægnantem ac fœtam esse homi-
nem & vterum gerere dixerunt, factoque ab eo verbo verbali nomine κύημα, hoc
est cyema fœtum dixere: quare apta translatione in his quæ florent, præsertim in
brassica cymata etiam quasi κυήματα, id est cyemata vocarũt tenerrimos coliculos
quos vere appetente in prima florum germinatione, & in summa stirpe hoc olus
fert. Cyema item græcis est in quo flos & semen clauditur, quod liquet assertione
Theophra. VII. plantarum, ita inquientis. κύημα καὶ ἐν ᾧ τὸ ἄνθος ἢ καὶ ὁ καρπός, quorũ
sensum sic intellige. Cyema & in quo flos & semen &c. REPASTINA
TO, Renouato. CVMANVM SESSILE, Hoc genus à cumis
dictum. Plures esse brassicarum differentias constat ad regionis locique naturam
& situm. Cumæ enim mittunt brassicam vberem, non tamen altam, sed quasi se-
dentem, vnde sesile vocat genus hoc Pli. Hæc penitus omnia ab riuulis Columel-
læ videntur detorta, cuius carmen de hoc ita est.

, Frigoribus caules & veri cymata mittit,
, Quæ pariunt veteres cesposo littore cumæ,
, Quæ Marrucini, quæ signia monte lepino
, Pinguis item capua & caudinis faucibus horti
, Quæ dulcis pompeia palus vicina salinis.

ARICINVM, Ab Aticia vrbe. BRVTIANI, Populi, de quib⁹ in
parte geographię egimus. SABELICO vsque, &c. Sabelici caules laudã
tur à Sabellis dicti, apud quos teneritudine pręcipua nascũtur brassicę: cuius etiã rei
, meminit Colu. quando ait. Quæ duri prębent cymosa stirpe sabelli. Lacuturres
Pli. à lacu & turre dictas, vult has brassicas, Colu. nisi sit vitium in codicibus, à lacu
, Turni videtur significare dictas quãdo ait. Et turni lacus & pomosi tyburis arua.
LAPSANA olus syluestre, &c. Haud desunt qui hanc vocitent napium: Lapsana
brassica est agrestis, qua milites Cæsariani obsessi apud Dyrrachium vrbem epyri
diu vixerunt ob ciborum penutiam, quo fit vt ea in triumpho imperatorio iocula
ribus carminibus Iulium Cæsarẽ incessèrent, illum dicentes vicisse Dyrrachiũ lap
sana: cuius rei meminit & Suetonius. Nutrit em̃ admodũ lapsana, estq; stomacho
grata, vt scitè docet Diosco. libro. II. Subnectit paulò post Pli. OMNIVM
hortensium laudatissima asparagis, &c. Etsi paulò superius asparagorum altiliũ Aspara
hoc est satiuorum, & domi vberrimè prouenientiũ meminerit, inuehens stiloque gorũ ge
debacchans in gulæ irritamẽta, nihilosecius culturã, dotes, generaque hic enucleat. nera &
Altilium, inquã, quo intelligat perpendatque lector studiosus Pli. lectionis, altiles cultura.
asparagos Pli. intellexisse solum satiuos, non agrestes quos corrudas hic paulò post
vocat Plin. ad quorum culturam genusque hæc expendenda sunt, syluestrẽ græcis
mos est μυακάνθαν. i. myacanthan vel orminion appellitare. Myacanthã certè vo-
cãt ex rusci appellationibus. Hic nõ obfuerit annotasse syluestrẽ asparagũ, quẽ cor
rudã vocant à Paulo Aeginita libro. I. pluribusque alijs toto opere locis appellari
ἔλειον. i. eliõ; origine profectò & natalibus ab hortensi, quẽ Pli. altilem intellexit, di-
scretum, vocarique ἔλειον, hoc est eliõ, quoniã ἐν τοῖς ἕλεσι nascatur, hoc est stirpibus
spinosis locisque his cõsertis: Hoc em̃ gen⁹ reperitur in locis stirpib⁹ plenis, quales
sunt sepes, fluuiorũ ripæ, palustres vliginosiq; loci, in quib⁹ spõte sua nascũtur as-
paragi, quod idẽ author scriptũ reliquit, qñ ait, οἱ δὲ ἀπὸ τῶν θαμνωδῶν φυτῶν ἀσπάραγοι
ὅτε ἐλείων ἢ ὁ κηπεύοντος, quę significãt, Et à spinosis stirpib⁹ hortẽsib⁹ & qui ĩ frutetis
seu vliginosis locis nascũtur asparagi. Illud etiã notatu dignissimũ fuerit qđ certè
etiã peritiorib⁹ nõ est tritũ. De asparagis hoc obseruãdũ est, nõ significare semper

asparagum spinosi fruticis summum cacumen quod edēdo est, quod'que priuatim cum tota planta asparagus vbique nominatur, sed quæcun'que in oleribus prima ex terra prodeunt & videntur. Qua vocis acceptione, Paulus Aeginita in primo de asparagis inscripsit caput, non intelligens asparagos, quorum hic meminimus, sed vt ille numerat blitti, lactucæ, atriplicis, maluæ, betæ, quorum plantam humidam esse asseuerat. Asparagum verò succum esse ait, contra autem raporum germina sinapis, radiculæ, nasturcij, pyretri, brassicæ, omnium'que aliorū quæ calida sunt siccam quidem plantam alia habere asparagi appellatione, nihil aliud indicans, quā primum necdū in folia explicitum plantarum germen. Adijciam item asparagū, & aspharagum pro eadem nota scitè & concinnè dici posse, consueuerunt vtique Athenienses potius quàm asparagum dicere, quod dicendi genus liquet Plutarchū fuisse secutum, in præceptis nuptialibus, qui testatus est Boetios sponsam ad maritum ducere ἀσφαράγωνια, hoc est, aspharagonia, quod notant asparagi spinoso fruticæ coronatam, vt quemadmodum ex asperiore spina non ingratus cibus homini asparagus est. Sic non fugienti ne'que auersanti coniugi primas coniugij difficultates, & si quid in vxore minus tunc placet, dulce & amabile futurum tandem vxoris contubernium. Cæterum nouisse culturam asparagorum volumus hic, quod ad eam ventum sit. Columella semina asparagi biennio præparari iubet in pingui stercoso'que solo, seri post idus februarias. Sic, inquit ille, obruas vt quantum tres digiti seminis comprehendere queūt singulis fossis deponas &c. Qui subdit paulò post. Sulci autem inter se pedali mensura distantes sint.

HORTENSIVM (inquit Plin.) SERITVR SPONGIIS, Spongiæ hic, asparagi sunt radices satiui, sicut conijcere licet Columellæ lectione, qui libro rei rusticæ vndecimo hæc ait. Nam si ab imo vellere volueris adhuc inualidis radiculis tota sequetur spongiola &c.

IN TOROS STRINGITVR, In puluinos. NIHIL DILIGENTIVS COMPREHENDIT, Cato. Catonis hęc sūt præcepta in syluestribus asparagis serendis, item & satiuis, ibique corrudam serito vnde asparagi fiant. Nam conuenit harundinetum cum corruda, eo quia foditur et incenditur, & vmbrā per tempus habet &c. LOCVM subigi, Frequēter attractari. AEQVINOCTIVM VERNVM, Hoc est, quarto idus martij vel circa calendas aprilis: In quibusdam deluxatis codicibus legitur.

QVEM GRAECI ORMINVM, &c. Diximus syluestrem asparagum græci dictum orminion, & myocanthā: INVENIO NASCI IN ARIETIS CORNIBVS, &c. Dioscorides libro secundo syluæ medicinalis, de hoc ita agit. Tradiderunt quidam etiam tusis defossis'que sub terra arietum cornibus nasci asparagum, non tamen id credibile videtur nobis &c. Hic annotasse non obfuerit, asparagum esse celerrimæ cocturæ, quare fecit locum prouerbio, quo Augustus vsus est apud Tranquillum, celerius quàm coquantur asparagi, de re vehementer celeri dici id potest.

CAETERVM QVIPPE CARDVOS, &c. Palladi⁹ carduorum culturam ita non minus scitè quàm festiuiter agendam, docet cardu⁹ februario ritè mense seri potest, necnon & martio, terram stercoratam et solutam diligit, quàmuis in pingui possit melius prouenire; & hoc illi contra talpas prodest, si pangatur in solido ne terra ab inimicis animalibus perforetur. Serendi sunt cardui luna crescēte in area iā parata; semina esse debet discreta spatio semipedis, cauē
Carduorū cultura.
dū est ne semina vniuersa ponātur, nā debiles & incuruos duros q; creabūt, nō altè imprimenda sunt, sed trib⁹ digitis cōprehēsa mergantur, donec ad primos articulos terra proueniat, tunc herbis liberentur, & leuiter operiantur, si cacumina seminum

confringas

confringas spinis carebunt. Item si semina eorum madefeceris per triduum laurino oleo, aut nardino, vel succo rosę, & postea siccata depresseris eiusdē saporis oriētur, cuius vnguētū semina cōbiberint, hęc Palla. Hic perpēdēdū esse volum⁹, & lectores scire Pli. de scolymo, hoc est, carduo agere, qui hortis conseri solet, qui & in summo habet capitulū spinosum, radicē nigrā crassamq; quē decoquūt modo asparagi, quem vulgo dicunt artichaudum, vt alibi diximus. Theophrastus, Nicanderque similem chameleoni produnt, Theophrastus radices esui aptas refert. Is est quo per solstitium florente Hesiodus dicit in arboribus maximè canere cicadas, fœminasque ad Venerē stimulari. Viros autem ignauissimos ad Venerem fieri. Nasturcium accepit nomen à narium tormento. Solet equidem nasturcium inter ptarmica, hoc est, sternutamentum commouentia connumerari, cerebrum, eiusq; partes vi quadam ciet, vnde fit sternutamentum. Sed de hoc, libro sequenti amplius. Palladius nasturcium mense septembri serendum suadet. Fecit gradum adagioni nasturcium, vt cum volumus aliquem ex somno excitari, dicim⁹, ede nasturcium, hoc est, expergiscere. RVTA QVOQVE, &c. Videtur hic Plinius allusisse ad Columellæ lectionem, quæ ita se habet. Rutam autumno semine satam mense martio differre oportet in apricum, & cinere aggerare runcarique, quam nisi contexeris, perniciosa nascentur vlcera, eiusdem plurimis annis permanet frutex innoxius, nisi mulier quæ in menstruis est contigerit eum, & ob hoc exarescet, hæc ille. Misceri enim solet semen eius cineri quo careat erucis, hoc est, vermibus olera frondesque arborum erodentibus, hos campas vocat Columel. Rutæ cultura.

MVSTVM RVTATVM, &c. Vinum nouum ruta materiatum sic hoc verbo permittitur vti, ac mistum. Mustū rutatū.

COMITIIS PERACTIS, &c. Consilijs, cōgregationibusque populi. AMICITIA EI EST cum fico, in tantum vt nusquàm lætior proueniat, quàm sub hac arbore, &c. Authorum monumentis proditū esse animaduertimus, rutam prestātiorem eam esse, quę adnata fico arbori esset, vt ait Dioscori. libro tertio. Subit etenim hic admirari discordes authorum assertiones de ruta, nam Dioscori. præstātiorem rutā testatus est eam, quæ adnata esset fico arbori, & in eius cortice viueret. Palladius lætius sub fico arbore nasci asserit, item & Plinius hic. Theophrast⁹ autem author exactissimæ eruditionis inseri posse cortici arborum fici, hancque probatissimam testatur, cuius verbis rutam conijcere licet fico arbori posse inseri, quo vberior, aptior, & probatior fiat. Theophrasti verba annectanda censui, ea enim sic se habent quinto causarum plantarum, ὁμοίως δὲ κἂν εἴ τι ἕτερον ἑτέρῳ καθάπερ πήγανον ἐν συκῇ. Δοκεῖ &c. Quę si latinè verteris nihil aliud significabūt q̄, Similiter & si quid in altero seritur quemadmodum ruta in fico, optima enim & probatissima sic prouenire creditur. Plantatur ea cortici inserta, mox terra obruitur, fitque vt accedens rute nutrimento ficulnum lac illi opem ferat, quemadmodum & cinis inspersus, siue id fiat ne radicibus vermes noceant, siue vt cineris salsugo nutrimentum adiuuet, hæc Theophrastus. Meminit & huiusce rei Plutarchus author plurimæ & quidem exquisitioris lectionis, tertio sui symposij volumine, capi. nono, qui vbi fusius de fico arbore egisse videtur, de ruta eiusque beneficio melioreścente ita agit, ὃ λέγουσι τὸ πήγανον τὸ φυόμενον ὑπ' αὐτῇ καὶ παραφυόμενον ἡδίονα εἶναι καὶ τῷ χυμῷ μαλακώτερον, quorum si sensum quærat aliquis, hic est. Quod verò de ruta dicūt quæ sub ea nascitur & illi adnascitur suauior & succo melior est, hæc ille qui primo φυόμενον, i. phiomenō: qđ participiū est significās nasci, aliud verò qđ παραφυόμενον, i. paraphiomenō adnasci, vel si malis adnata pduci: q̄ grecis παραφυάδες, hoc est paraphyades dicūtur: de qb⁹ alibi disseruim⁹. Plutar. ergo subiūxit hęc duo, vt cōfirmaret rutā lęte posse puenire sub fico arbore, et etiā cortici fici arborū herere posse

 Cur autem

Cur autem rutam πέγανον, id est, peganon vocent græci, sequens liber nos docebit. RVNCATVR, Ab herbis purgatur. AB AEQVINOCTIO verno seritur apium, &c. Palladius Columellaque eadem confirmāt, et serere iubēt id verno æquinoctio, idque conculcari & pedibus atteri aut lapide rotundo calcari iubent. CYLINDRO, &c. Lapide rotundo. Cylindrū vocant lapidem aut columnulam lapideam versatilem, qua agricolæ areas æquāt. Vnde Vergilianum id. Area tum primum ingenti est æquanda cylindro.

Cylindrus.

HONOSQVE IN ACHAIA, &c. In Achaia victores solitos coronari apio legimus: quod & liquet carmine Iuuenalis inquientis. Gaudentes fœdo peregrina ad pulpita saltu, Prostitui graiæque apium meruisse coronæ. Hac herba Apium Romanum coronatum produnt annales, vnde nomē ei sacri certaminis, NEMEAE, &c. Nemeā syluam inter cleonas & philintē fuisse produnt, in qua Argiui ob Herculis memoriam nemea sacra consueuerunt celebrare. Eodem tempore seritur mentha. Sationis menthæ ita meminit Columella, Ianuario mentha vliginem desyderat, quam ob causam iuxta fontem mense martio ritè ponitur, cuius fortè si semina defecerunt, licet de noualibus menthastrum colligere, atque ita vniuersis cacuminibus disponere, quæ res feritatem detrahit. Mentham nuncupatam volunt nonnulli, à nomine Mynthes, quam ferunt pellicem Plutonis à Proserpina deprehensam, & in mentham herbam deformatam fuisse, debet aspirari mentha. Theophrastus pluribus locis minthē vocat. Mente & mentastri affatim Theophra. de quibus profusius agem⁹ libro sequenti. GRATO ODORE, Mēsas Pli. mentham percurrere prodit, in græcis enim solo nomine menta commendatur, nec quisquā m est qui eo audito suauitatem odoris in notissima omnibus herba non laudet, cōmendet, & amet. Verbum id græcis notare videtur, hoc enim est hediosmos. CONDIMENTORVM tamē omniumque fastidijs ciminum amicissimum, &c. Ciminum vtpotè gratissimum ori, stomachoque multorum authorum assensu probatur, huicque plurimas inesse dotes, vt ait Theophrastus eo libro octauo, quem de historia plantarum posteris legendum reliquit, gaudere id maledictis testatus est in satione. Quòd autem obsonijs, condimentis aptissimum sit probatione notissima liquet, quòd item stomacho cōducant haud parum, prodest equidem anhelit⁹ difficultati, vt scribit Dioscorides libro tertio syluæ medicinalis. Quod autem hic de cymino dico, de satiuo intelligere est prçcium opere. Nam lata est discrepantia inter agreste & satiuum, vt sequens liber est docturus. Alterum Plinius dixit, vt palàm nobis faceret plura esse cymini genera, quod comprobatur lectione Dioscoridis libro antelato. Aethyopicum Dioscorides ori gratum memoriæ mandauit, hocque abs Hippocrate regium dici. Vbi autem Plinius ait. NASCITVR IN SVMMA TELLVRE, &c. Hic videtur intellexisse agreste, quod asseueret illud nasci montosis locis, sub hoc enim verborum inuolucro nauseam & remoramentum legentibus ingerere videtur, quoniam Dioscorides cyminum agreste afferat nasci in collibus. Illud tamē hic annotasse non obfuerit Pliniū primo de satiuo agere, deinde de agresti, vt eius verba satis indicant. Subdit deinde Plinius.

Apio coronati.

Nemea

Mētha.

SED PRAECIPVE OLVS ATRVM MIRAE NATVRAE EST, &c. Est autem olus atrum, quod alij vocant hipposelinon, hoc est, maius apium, & syluestre, quod altius cæteris generibus apij à terra extollit se, quæ enim agrestia erraticaque sunt, altius in aliquibus generibus extolluntur. Huius culturæ meminit quàm appositissimè Columella, author vberioris disciplinæ, libro rei rusticæ vndecimo, inquiens. Prima parte septembris vel vltima augusti, atrum olus, quod græcorum quidam vocant ἱπποσέλινον, nonnulli

nonnulli σμύρνιον pastinato loco semine debet conseri, maximè iuxta maceriam, quoniam & vmbra gaudet & qualicunque conualescit loco. Seritur à Vulcanalib⁹ vsque ad calendas septembris. His Columella hipposelinon & smyrnion herbas esse congeneres asserere videtur, item & Dioscorides, cum tamen latum sit inter has discerniculum. Etne quis studiosus lectionis Plinianæ lector hæreat in salebris, expendat veteres plantas congeneres & similes in latinis miscuisse, vt conijcere licet lectione Theophrasti nono plantarum, nominantis hipposelinon, smyrnion, nam quæ smyrnei sunt, hipposelino tribuit Pli: è caudice, id est stipite à quo prodeũt radices, lachrymam manare testatus est, à Theophrasto certè id suppillatum esse palàm est, qui libro antelato ait. Hipposelini autem lachryma myrrhæ similis est, ex quibus licet conijcere à Theophrasto, hipposelinon dici, quod ab alijs smyrnion vocatur. Dictum autem smyrnion à smyrne, quod myrrha græcis est, Smyrnē enim myrrham vocant, quare smyrnion dictum quòd myrrham odore præferat.

REPASTINATO, Renouato. QVIPPE CVM CAPPARIS &c. Hic allusisse videtur ad Columellæ præceptum, quod ita se habet. Capparis locum siccum desiderabit, is'que debebit circundari fossula, quæ repleatur lapidibus & calce, vel punico luto, vt sit quædam lorica ne possint eam perrumpere prædicti seminis frutices, qui ferè per totum agrum vagantur, nisi aliquo munimento sint prohibiti, cultu autem nullo aut leuissimo contenta est, solum sterile facere idem testatur. PEREGRINVM (inquit Pli.) ET CAREVM gentis suæ nomine, &c. Est autem carō siue careum, semen notum pluribus, seri potest vbique. Atheneus nono sui dipnosophistæ volumine mirè laudat, radicem cibis aptissimam & gratissimam asseuerans. Hanc maiorem esse pastinacã nonnulli ferunt, is author maiorem vocitat pastinacam. Meminit huius etiam abundè Paulus Aeginita libro primo, asserens esui peraccommodam esse, ac non dissimilem pastinacæ, nostra quidem ætas crebro hac radice vtitur.

Cappa-ris.

Careũ.

PANACEM (inquit Pli.) ALIQVI VOCANT, &c. Multa panacis genera Theophrastus author lectionis exactissimæ libro nono testatur, de quibus suo loco dicturi sumus. Quod autem Plinius hic ligusticum vocat panacem, expendendum ligusticum græcis, latinis panaciam dici, ita vocitatum à Liguria, vnde nomẽ inuenit in mõte, qui Appenninus dicitur, alpibus cõterminus, ne'que ab re incolæ panaces id vocãt, quãdo & radix, & caulis, & vires herculeò panaci similes sint, ligustici homines semine vtuntur loco piperis. Huius meminit Colu. vltimo vltimi libri sui capite ad oxypora vtile docens, id enim est quod Columella libro. xi. nomine panacis autumno & vere seri iubet subacta terra & leui.

THYMBRAM VERO, &c. Columella libro. xi. non pinguẽ locum nõ stercoratum sed apricum desyderare testatur. Thymbram sunt qui cunilam, qui satureiam vocent, sarrietam nostrates vulgo vocant. Vocari autem à Romanis cunilam testatur Columella, decimo sui operis volumine, de apium pastionibus agens, qui ait. Eadem'que regio sit fruticis exigui fœcunda, & maximè thimi, aut origani, aut thymbræ, vel nostratis cunilæ, quam satureiam rustici vocant, qua vocis acceptione Plinius thymbram, cunilam vocauit hic. Quod autem thymbrã Pli. dicat esse in condimentario genere, aduerte intelligendam esse satiuam, non syluestrem, condimentariam esse tradit Columella in suo carmine quando ait.

Thymbra.

, Et satureia thymi referens thymbræ'que saporem.

Quæ quoniam multo minore acrimonia, quàm rustica illa esset, ideo'que medicinæ inutilis, mutato nomine à græcorum peritissimis thymbra, latinorum verò cunila satureia dicta est. Eadem quidem, sed diuersis locis nascens,

& ex eo diuersæ bonitatis non iisdem vbique appellationibus iudicata, quod Plin. manifeste hic ostendit, quando ait. Thymbra verò quæ sit cunila, hoc apud nos habet vocabulum, & aliud satureia dicta in condimentario genere. Nihil vtpotè compertius est ex his quã vnam & eandem thymbram cunilam dici, habereq; in Romana gente id vocabulum, mox aliud satureiam, scilicet in condimentario genere, quod nihil est aliud, quã satiuam satureiam dici. SED CVNILE (ait Pli.) ORIGANVM AEGYPTIVM PRAEFERTVR, &c. Origanum à Theophra. Pli. Dioscorideque cunilam vel si mauis conilam animaduertenti appellari patet, nescio an confusè, ac ambigiosè assertum sit à lucu lentissimis authoribus, quorum interiorem sententiam perpẽdas acrius, confusam assertionem assertabis, potissimum Plinij, qui plærunque multa offuscat obscuratque, quæ nullo salebroso prætextu indigerent. Theophrastus à principio sui sexti voluminis plantarum, origani genera differit, quæ huic insito non collibuit appingere, ratus id turgescentis lectionis esse, potius quàm plausibilis, quare illibata manebunt. Dicturi de his alibi. PEREGRINVM FVIT (inquit Plinius,) ET LEPIDIVM. Columella id serendum censet ante calendas martias. Sunt qui id vocent gingidion, alij Iberida potissimum Paulus Aeginita libro tertio. Columella id valere testatur ad conficiendum oxygala, hoc est, acidum lac libro tertiodecimo, cap. octauo, lepidio enim lac acescere notum est; quare idem cecinit. Ponitur & lactis gustũ quæ condiat herba: ad quæ allusit Plin. quando ait. Vsusque eius non sine lacte, GITH PISTRINIS, &c.

Gith, Gith, est quod nos nigellam, græci verò melanthion vocant, nonnulli nigrum pa pauer. Semen enim nigellæ quondam panem grato sapore commendabat, inspergebatur enim ante cocturam illi tritum, quemadmodum papauer, nõ aliter quàm & aliqui dulciarijs potius quàm pani anisum miscent. SAGAPENVM, Haud desunt qui sagapenum dicant liquorem ferulæ esse, vt Dioscorides, qui libro tertio, liquorem herbę ferulaceæ refert, Plinius tamen hic & libro sequenti plantam esse asseuerat, sed quanam figura sit non ostendit. PAPAVERIS SATIVI TRIA GENERA, &c. Theophrastus au-

Papauerũ gña. thor eximioris lectionis, libro plantarum nono, plura esse papaueris genera docet, itẽ & Dioscorides libro quarto. Vnum eorũ est cuius semen tostum in secunda mẽ sa cum melle apud antiquos comedebatur, quod & Dioscorides innuit quando ait. Semen in sanitatis vsu pani compinsitur, & cum melle pro sesamo eo vtuntur. Vocaturque id vtricularium, oblongo vasculo, semine albo, alterum syluestre, sessili vasculo semine nigro, quod doliare vocatur. EST ET tertium genus, ob longius longo vasculo, &c. Hic Plin. tertium genus papauerum ait esse, quod rhœam vocat, sic in plærisque codicibus legitur, cõtenderim concinnius legendũ rhœada, cuius ita meminit Theophrastus nono plantarum. Alterum verum gen' papaueris, quod rhœada vocãt, syluestri cichorio simile est, eamque ob causam co meditur, nascitur in aruis & maximè inter hordea, florem habet rubentem vasculum quantitate vnguis digiti, hæc ille. Rhoeada dictum puto græcis ἀπὸ τοῦ ῥεῖν hoc est, fluere, quòd flos eius protinus fluat ac decidat. Quod testatur Dioscorides Hoc parum absimile est plantæ quæ anemone dicitur. Illud meminisse non obfuerit Plutarchum tertio sui sympofij multos consopitos solo halitu, odore, fluxuque liquoris, quem opion vocant, eum colligendo. Mirari subit hic Pli. Theophra. Dio sco. plura papaueris genera facientes, Nicandro autem duo tantum esse prodente, Theophrastus enim aliud corniculare, aliud spumeum, aliud rhoeada asserit, Item & Dioscorides libro quarto, de quibus suo loco videre erit. CAEREALIS APORE, Sapore panis & quidem triticei, frumentacei've scapo inciso.

SCAPVM VOCANT, In quo semina quarũdam plantarum dependẽt, vt in papauere, glandibusque & id genus. SINAPI NVLLA cultura, &c. Columella Sinapi serendum autumno & verè scriptum reliquit, libro vndecimo debere runcari & stercorari asserens, plantæ semine fieri pulmentarium condimẽtumque aptissimum quisque habet ex professo, huius acrimonia sternutamenta prouocari palàm est & lachrymas, quare Colu. suo carmine ait. Scapũ.

Seque lacessenti fletum factura sinapis.

Est enim sinapis semen feruetissimum, feruore iram bilemque ciere quodãmodo videtur: quo fit, vt Aristophanes Cleonis animum commotum rugosa fronte, vultu rubente, accensis oculis, veluti igne quodam, manifestam viri bilem describens dicebat eum aspexisse sinapi. Ab Atheniensibus dici napy, sic enim scribendum est versiculus est is, κἄβλεψε νάπυ καὶ τὰ μετωπ' ἀν ἔσπασεν, Palladius Sinapi Octobri mense serendum memoriæ mandauit. De quo inquit, semen legere dispositis suo loco esse patieris. Quod ad escam parabis, robustius facies transferendo. SIMILI MODO sisymbrium serunt, &c. Mirum quòd Theophrastus ait. Sisymbrium in mentham degenerare, hoc libro quinto plãtarum memoriæ tradidit, idque ita fieri nisi sæpius trãsferatur, aut cultura crebriore solicitetur, ob id omnes agricolæ & rei rusticę studiosi sæpius transferendũ censent, habet enim sisymbrium figuram & speciem aliquam serpilli, quo fit, vt quibusdam vocetur serpillum. Duo esse sisymbrij genera ait Diosco. libro secundo vnum cardaminem à similitudine cardami, hoc est, nasturcij; Paulus Aeginita cardaminem libro sexto vocare videtur, sium.

CAPVT .IX.

RELIQVA SVNT FERVLACEI, &c. Hortensia plura esse generis ferulacei & modo ferulæ concauum stipitem habẽtia. Agnibus gratissimũ testatur hic Pli. quod & ante eum docuerat Nicãder in suis theriacis, cuius versiculi sunt τῆμος ὅτ' ἀυαλέων φολίδων ἀπεδύσατο γῆρας μῶλυς ἐπιστείχων ὅτε φωλεὸν ἔαρι φεύγων, ὄμματι δ' ἀμβλώσσει μαράθου δ' ἐνὶ χυτοῖς, &c. Quorũ sensum si quis curiose querat hic est. Quo tempore relicta arescentium squamarum senectute torpidus & segnis ingrediẽs, vernaque tempestate canum suum fugiens hebetibus oculis cæcutit, verùm depastus fœniculi ramus comosus celerem eum & clarę lucis efficit. Sed de hoc sequens liber profusius aget.

EIQVE PERQVAM SIMILIS TAPSIA, &c. Thapsia profecto similis est fœniculo folijs, est congener ferulæ, quia tota specie similis est, gracilior tamen caulis eius est, vmbellas in singulis germinibus in summo habet, vt scriptũ reliquit Diosco. libro quarto, in his luteus flos est, semen modicè latum semini ferulæ simile, ei grandis radix, intus candida, foris nigra. Dictã Thapsiam sic enim scribendum contenderim à Thapso insula, in qua primo est reperta. Nasci tamen præcipuam Nicander in suis Theriacis in Sicilia memoriæ mandauit, quando ait νῦν δ' ἄγε τοι ἐπίμικτα νόσων ἀλκτήρια λέξω θρῖνακίῃ μὲν ῥίζαν ἑλευ θαψίοιο, &c. Quod si donare velis iure latij notant hæc. Nunc age composita te malorum remedia docebo. Trinacriam sumito Thapsi radicem quę corpori medetur, &c. Author idẽ noster Plinius, libro decimo tertio, ca. vigesimosecundo, in Africa nasci scriptum reliquit quando ait. Semen ferulæ quod Thapsiam quidam vocauere, decepti eo, quoniam ferula sine dubio est. Et paulò inferius subiungit Thapsia in Africa vehementissima est Thapsia

hementissima est,quidam incidunt caulem per messes, &c. Hic loco auctarii, ac lectionis amplioris non obfuerit annotasse Thapsiam vocari à Theophrasto Hypopion,quod notat cõcursum sanguinis,ex ictu suctu've,aut iniuria aliqua cõcussionem sanguinolentam,ita enim greci ὑπώπια, hoc est,hypopia quę iure dixeris Suggillata vocant,quãquàm sint qui dicant hypopia maculas in cutè faciei albicantes,verùm ad rem redeamus.Pli.fœniculo similem scriptũ reliquit,hic astipulans certè assertioni Theophrasti, hoc plantarum nono cõprobantis, quorũ verba silentio pretereunda censui,alibi plura de hac dicturus,sufficiat hic locum authorũ assignasse. DEINDE vtilissima funibus, &c. Canabũ Palladi⁹ mẽse Martio ferendum censet. Alabandicam hic Pli.canabin laudat,quod in Alãbada oppido vberrimè proueniat,& in Milesia oppido,de quibus in parte geographiæ abũdè, Dioscorides libro medicinalis syluæ tertio, duo esse cannabis genera posteris legẽdum reliquit,satiuum,& syluestre,illud schœnostrophon vocat,hoc est,funibus aptum,syluestre esse aliud ait proferẽs virgas similes altheæ,plãta notaest. FERVLAE DVO GENERA, &c. Harthecam,id est,ferulam græcorum peritissimi multos ad hominum vsus esse accommodatam testantur, nedum historiarum scriptores, verùm,& rei rust.authores,id est, Columella,Palladius'que, ille libro decimo tertio rei rust.condiri vtilissimè posse ad vsum vitæ humanę memoriæ mandauit, meminimus eius plantæ alibi,quare non est nostri consilij hic longius insistere. Diosco.caules ferulæ seruari inter salgama testatissimum,libro tertio reliquit. Condiri Pli.in vrceis,id est, vasculis potissimum,quibus aqua in vrnam infunditur,testatus est hic. De cõditura illius disseruimus,libro decimo tertio,quamobrem de hac hactenus.

CAPVT .X.

MORBOS SENTIVNT HORTENSIA, &c. Haud carent morbis hortensia sicut sata alia, quędam enim sentiunt morbos sibi ipsis peculiares, alia enim vermibus,alia languore, alia vredine afficiuntur, alia marcescunt, ditabescunt'que sæpius. Degenerãt alia, vt sisymbrium, quod in metham Theophrastus, ait, degenerare, causam'que eius mutationis in quinto de plantarum historia,causis'que,longius prosecutus est,docẽs fieri,vt cum sisymbrium nõ excoluerit olitor,nec propriam illi & necessariam reddiderit culturam,altius radices agat,actis'que in altum omne illud nutrimentum conuertat,eo'que destitutas superiores partes infirmiores fieri, & odoris acrimoniam amittere,ea'que amissa relin qui corporum odorem languidum & menthæ similem fieri. Degenerat item triticum in lolium, populus alba in nigram, ocymum in serpillum, dulcia in amara, satiua'que in syluestria,habent'que omnia quę id patiuntur mutationis suæ diuersas causas, ob videlicet assiduam culturam,vel demissam, aut translationem degenerant,quare Theophrastus sexto plantarum proprium, ait, quoddam serpilli ramulorum incrementum,quãuis eorũ sit humi serpere,priuatim tamen possunt in quantam voluerit aliquis longitudinem trahi, adiecta illis aliqua ridica,siue pedamento,aut si prope sepes plantetur,aut ex altiore loco aliquo deorsum dimittatur. Item speciosissimè frõdere satiuum serpillum,idem eodem libro testatus est, si in puteum descẽdere demittatur,plantari autumno,item et vere amare domos, hortos'que,gaudere aquis & stercoratione ille ait. Omnia verò accessu mulierum menstrualiũ flauescũt,libro septimo diximus insita cõmori,ac sterilescere accessu

mulierum mẽstrua patientis item ferri aciem hebetari, specula obscurari fusca'que fieri, germina plantarum flaccescere, & id genus multa miratione nõ carentia, sed qui plura de hoc tetro vitio volet, adeat vigesimumoctauũ librum nostri authoris, ca. septimo. RAPHANO ERVCAE, &c. Erucæ vermes sunt, quos alij campas vocitant, abrodẽtes olerum folia, potissimum brassicarum, vermium horumsce ita meminit Columel. libro. xii. Vbi verò apricis regionibus post pluuiã noxia incesserint animalia quę à nobis appellantur erucę, græcè verò campæ nominantur, vel manu colligi debent, vel matutinis temporibus frutices olerum concuti. Sic enim dum adhuc torpent nocturno frigore si deciderint, non amplius in superiorem partem prorepunt, &c. In libro Cepuricon, &c. Hoc est, in libro de hortensibus, id est, hortorum Cepuricon, grauis genitiuus pluralis, dicuntur enim cepurica hortensia, est enim κηπουρος, id est, cepuros hortulanus siue olitor, & Cepurica olitoria, ac hortensia. LIMO marino aut cinere, &c. Plinio astipulatur Palladius, libro rei rust. primo, qui & non minus scitè quàm festiuiter ait. Cõtra formicas si in horto habeat foramen cor noctuę admoueamus, si verò foris eueniunt, omne horti spacium cinere, aut cretę candore signemus. Contra autem erucas de fico cinerem aliqui spargunt, alij scyllam in horto serunt. Contra limaces & cochleas & culices amurcam recentem, vel ex cameris fuliginem spargimus, alij fluuiales cancros pluribus locis intra hortos clauis figunt. Contra grandinem pãno roseo mola cooperitur. Item cruentę secures contra cœlum minaciter leuãtur, vel noctua pennis patentibus extensa suffigitur, hęc Palladius. ET sedi quã aizoũ vocant, &c. Sedum est ea herba quam alij aizoum, hoc est, viuens semper, nuncupant, nunc semperuiua vulgo fertur, hanc plantam græcorum peritissimi Aizoon vocant, abs quibusdam fertur Aithales, hoc est, semper virens, alij ob immortalitem ambrosiam vocarunt, alij ab aureo colore seminis χρυσόσπερμον, hoc est, chrysospermon, hoc enim viret in tegulis prçcipuè, hic'que inuenitur, inuasit'que, mirũ dictũ, iampridem aliquibus locis plębis animos, indigna cœlo opinio, non percuti fulmine, domum in cuius tegulis vireat hæc planta, frigore'que suo plantam cœlestibus illis ignibus aduersari. Quod minus miretur aliquis memor ob eã rem causam'que laurea semper contra easdem iniurias munisse Romanos Cæsares, succo sedi, quod dictum græcis diximus aizon. Columella ante sementem hortensium perfundi succo aizo scriptum relinquit hoc versu.

, Sed ne dira nouas segetes animalia carpant,
, Præfuit interdum medicantem semina pingui
, Palladia sine fruge salis conspergere amurca,
, Profuit & plantis latices infundere amaros
, Marrubij, multo'que sedi contingere succo.

EX equino genere, &c. Columella caput asini hortorũ foribus fixum in fascinationes id'que noxia genus prodesse testatissimum reliquit quãdo ait. Hinc caput archadici nudum cutè fertur aselli. Tyrrhenus fixisse Tages in limit.. uris. Ad auertendas campas, id est, vermiculos hortensia erodentes & id genus noxia animalia mirum tradit. Democritus, is memoriæ mãdauit bestiolas huiuscemodi pessundari, si mulier quę in mẽstruis est, solutis crinibus, & nudo pede vnãquã'que areã ter circuneat hortorum, post hoc omnes decidere vermiculos & emori asseuerauit ille. Cui etiam Columella astipulari videtur, quando ait, Campę

, At si nulla valet medicina repellere pestem,
, Dardaniæ veniunt artes, nudata'que plantas
, Fœmina, quę iustus tum demum operata iuuentæ
, Legibus obscœno manat pundibunda cruore,

, Sed resoluta sinus resoluto mœsta capillo,
, Ter circum areolas & sepem ducitur horti.
, Quę cum lustrauit gradiens (mirabile visu),
, Non aliter quam decussa pluit arbore nimbus,
, Vel teretis mali, vel tectę cortice glandis:
, Voluitur ad terram distorto corpore campę. Hi ait Pli.

GALBANO ACCENSO FVGANTVR, &c. Galbani odore animalia abigi palàm est, galbanũ obidum & grauiter olens est, vt ait Theophrastus, Sequens caput facile intellectu est, quare à nobis illibatum, vbi in eo ait Pli.

Elices. ET QVAS ELICES EDVCVNT, &c. Elices vocant sulcos aquarios, per quos aqua collecta solet educi, ab eliciendo elices etymon capit, hoc est, attrahendo.

CAPVT. XII.

HIS HORAE RIGANDI, &c. Ob vehementissimos solis ardores rei rust. authores hortos matutina vespertinaquè hora rigandos censent, quod hic Pli. Ocimum testatur aspersum aqua lætius vberiusque prouenire, primo à Pindaro est animaduersum, suo hoc carmine.

, Nec calens aqua tantopere affecta corpora fouet, &c.

Est & ocimo etiam alius ex iniuria ad bonitatẽ profectus, qui mutatione fiat, vt Theoph. ait, quinto de plãtarũ causis quando ait, τὸ δὲ ὤκιμον τὸ ἐν ἡλίωκειμενον, &c. Quod notat, vt paulò superius iã diximus. Ocimum etiam soli expositum in serpillum transit, quod superaccedente siccitate fit, &c.

Rumex RVMEX (ait Pli.) VOCATVR, &c. λαπάθον, id est, lapathon græcè, latini verò Rumicẽ vocitãt, plura eius sunt genera, de quibus agetur vbi postularit locus. Diosco. libro secũdo affatim horum generum meminit, agrestem Rumicem plantagini similem idem testatus est, inter genera Rumicis numeratur oxylapathon, palustribus locis nascens, est & quod oxalida vocitant, de quibus omnibus aliubi. Syluestre Pli. ad multa medicamẽta vtile hic prodit. Diosco. semine agrestis fluctiones cœlicatas sanari. Item & tormina tradit, libro secundo.

Acre & acidum differũt NANQVE ET SVCCORVM SAPORVMQVE, &c. Hic non obfuerit nouisse saporum differentias, quoniam Pli. cunilas acres dicat, Haud enim sapor acer, & acidus idem sunt. Nam acidum vocamus quod incidit, diuidit, extenuat, laxat, & sine calore purgat. Acre in extenuendo & purgãdo pares acido vires habet, differt tamẽ quòd acidũ refrigerat, acre calefacit & præter hęc, quòd acidũ retundit, acre extrahit, discutit, erumpit, & crustas modo ignis facit.

Libanotis. LIBANOTIS ODOREM THVRIS, &c. Libanotida, hoc est, Rosmarinũ thuris odorẽ habere testãtur Theo. & Diosco. Ille nono plantarũ libanotidũ gñã fecisse videt̃. Fœcunda altera, sterilis altera, Rursusquè altera folio & semine vtilis, altera radice tãtũ, vocat̃ autẽ secũdę fructus, cachrys, Habet ipsa foliũ apio simile, multo tamẽ maius, caulẽ verò altitudine cubitali, hęc Theophrastus & multa id genus, libro nono plãtarum. Paulus Aeginita quatuor gñã, libro sexto fecisse videt̃, de quibus aliubi est fusius agẽdũ, illud necesse fuerit hic meminisse, libanotida plãtã hãc nũcupatã, quòd thuris odorẽ habeat, thus enim gręci libanõ vocãt. Apuleius tamen in cõmẽtariolo suo de herbis tradit ideo sic dictã, quòd ante cognitum nostro orbi thus, suffitu & vapore eius herbę pro thure gentes vtebantur. differemus de his multo profusius, libro. xxiiii. cap. xi.

Commentariorum in Decimum nonum Plinij Secundi, Naturalis hystoriæ, scriptoris argutissimi, Finis.

IN VICESIMVM

PLINII SECVNDI NATVRALIS HI-STORIAE, ARGVTISSIMI SCRIPTORIS LIBRVM, STEPHANI AQVAEI BITVRICENSIS, VIRI EQVESTRIS,

COMMENTARIA.

MAXIMVM HINC OPVS NATVRAE, &c. Nihil adeò ingratum generi humano, inutile, aut noxium, natura ex ſe protulit, nec tam iniqua, & certa malorum bonorum've ſuorum diſpenſatione vſa eſt, vt non liceat eius vires & latebras diſcutiētibus, inutilibus miſta vtilia, & noxis copulata beneficia paſſim inuenire, potiſſimum in dotibus hortenſium. Decenti igitur cenſura Pli. maximū naturæ opus dicturum ſe pollicetur, enodaturus ſcilicet abditas herbarum domeſticarum vires humano vſui nō parum peraccommodas. Plato ille philoſophorum antiſtes eminentiſſimus, naturam rerum parentem, recōditas incognitasque rebus dotes luculentas indidiſſe ſcriptum reliquit, ex quibus ſcitè reddi ratio non poſſit. Quod & Seneca, libro queſtionum comprobat, querēs cur nam aqua Nilotica fœminas fœcundiores efficiat. Plutarchus author plurimę lectionis, eo libro tertio, quem de ſympoſio poſteris legendū reliquit, herbā (mirū dictū) Alyſſon ſolo halitu, tactu've, aut (quod paulò maius eſt) ſolo aſpectu ſingultum compeſcere memoriæ mandauit, Cuius verba quia verborum huic ſeriei cōgruunt adijciam. τὴν δὲ ἄλυσσον καλȣμένην βοτάνην, ὧ λαβόντες εἰς τὴν χεῖρα μόνον, οἱ δὲ καὶ προσβλέψαντες ἀπαλάττονται λύγμου λέγεται. Quę latinitate donata, nihil nobis aliud ſignificant, quam. Quinetiam herbam quam Alyſſon vocant, alij in manus accipientes, alij conſpicientes ſolum à ſingultu liberantur. Homerus ille poetarum pręcellentiſſimus Mercurium, decima Odyſſeę rapſodia inducit docentem Vlyxem vires medicas herbę moly, contra Circes veneficia, referens illi nō mortalibus, ſed ſolis dijs, herbæ huiuſcemodi poteſtates cognoſcere datū. Quod ſi ita res nata tulit, vt dijs ſolis quarundam herbarum deliteſcentem energiam percipere liceat. Maximū opus Naturæ omnes promulgare vires earum, nemo non iudicabit. Et ſubdit Pli. ET CIBOS SVOS, &c. Heſiodus poëtarū excellentiſſimus, mortalium vitam deplorare videtur, quia non ſatis accuratè, non ſatis curioſè, ac ſolicitè perpendant vires quarūdam herbarum humano vſui adprimè conferētium, hoc eſt, Maluę, & aſphodeli, quarum vſus adeò mortalibus ſit peraccomodus, vt earum beneficio, earum ope, earum vſu vita humana ali poſſit, & earum frugalitate ſuſtentari, acſi inuehi videatur in neſcios eorum, quorum ope ali poſſit genus humanum, non contentorum frugalitate, quare Pli. quàm ſcitiſſimè dixit.

mè dixit. ET CIBOS SVOS, &c. Quid commemorem? nunquid cõstat quasdam herbas esse phœbi amatrices? ac astris quodammodo congeneres? Est nobis exemplo, lunaris herba, Mercurialis'que, heliotropium, & id genus multa, quorum naturam explanare nõ facillimum sit hominibus, quare iure Pli. dixit. MAXIMVM hinc opus naturæ ordiemur, &c. PAX secum in his aut bellum naturæ dicetur, &c. Perpendendum autem non solum animatis, verumetiam inanimatis congenitas quasdam inimicitias & odia inesse. Argumento nobis est brassica, & vitis, quę sibi inuicem adeò refragãtur, diffident'que, vt vitis odorem brassicę fugiat, huius rei testis est Pli. libro. xxiiii. i procemio, quod & ante eum scriptum reliquerat Theoph. quarto de plantarum historia, cap. xx. Brassica, inquit, & laurus vitem offendũt, olfacere quippe eam, & attrahere dicũt, quãobrẽ germẽ cum illis propinquũ fuerit recedere, at'que auerti, vtpote inimicũ fugiẽs odorẽ, Androcides exẽplo hoc vsꝰ est, de medela cõtra binũ cõfecta, ex brassica videlicet, temulẽtiam posse propulsare. Quippe cum vitis etiam viua, odorẽ brassicę fugiat. Quid de olea & quercu dicam? quę tam pertinaci odio diffident, vt altera earũ in alterius scrobe depacta moriantur ambæ. Quid de filice, & arũdine? natiua quędam odia inesse cõstat iis, adeò vt arũdo vomeri, quo aratur tellus apposita, radices filicis cogat marcescere, ac emori, si ea tangatur. Testis est Pli. libro decimo octauo, ca. sexto, quã do ait. Aiunt circa solstitiũ auulsas filices non renasci, nec arundine sectas, aut exaratas, harundine vomeri impositã. Sed paulò maiora canamus. Cornelius Celsus, author plurimę lectionis, libro medicinę quinto, radicem harundinis contritam, & impositam filici, ait, stirpem corpore extrahere. Radix, inquit, harundinis contrita & imposita filicis stirpem corpore extrahit, eadẽque offensa in filice est, sed vsu cognitum vtram'que a duersus alteram medicamẽtum esse, hęc Celsus. Hoc est igitur bellum, hoc est odium, hæc est diffidentia rerũ inanimatarum, quarum pacem, & bellum se narraturum pollicetur Pli. quãdo ait. PAX secũ in his, & bellũ naturæ dicetur, &c. RERVM surdarũ, &c. Rerum, quibus nomina sunt ignobilia, & abiecta, hoc est, herbarum quarũdã hortensium, quarum nomen, & vsum paruipendimus. QVOD GRAECI sympathiam appellauere, &c. Hoc est, mutuum rerum naturalium consensum, nexum'que, quem græcorum peritissimi dicunt συμπάθειαν, id est, sympathiã, qua, omnia cõstant. Nam ad generationem rerum, concurrere oportere sympathiam peritiores testati sunt, vnde cecinit Ouidiꝰ. Cõcors discordia fœtibus apta est, sympathiam, hoc est, cõsensum rerum naturalium, siue vt barbare dicam compassionem, subintelligens. Sed age? dicamus quę fuerint huic lectioni plausibiliora, ac locupletiora. Rerum naturę peritissimi interspersas mũdo potestates prodũt, quasi abditas & in sanctariis naturæ quodammodo reconditas, quas ita in apertum natura producat, vt per illecebras mutuas & mutuum rerum nexum, quem sympathiam vocauimus, mira cõsurgant. nõ vtique magia artifice, sed natura, cui se hæc mutuos copulãdo apte cõsensus ministrã exhibet. Quibus disparatis, disiectis'que cessant illa. Et veluti in sinu maiestate'que rerũ parentis cõquiescunt. Proclus recõditę doctrinę author argutissimus, Dum hanc naturalium sympathiam monstraret, etiam minimum aduocatione vti solitos magos per huiuscemodi rerum consensum tradit. Plotinus Platonicæ doctrinæ assertor scientissimus, necnon & Iãblichus, Mũdum esse sympathia, hoc est, mutuo rerum nexu compactum memoriæ mandarunt. Est enim, inquiunt, in partibus sicut cõcordia quędam, sic insuper discordia. Nã mundus hic non est simpliciter vnum, sed ex pluribus vnũ, sunt'que in eo partes partibus consentientes, interim at'que diffidentes: ita tamen, vt earum dissensio ad consensionem vniuersi conducat, Sicut lyra est constitutio quædam

Sympathia.

tonorum

tonorum dissonantium, atque consonantium: ipsum verò ex oppositis ad harmoniam & lyram pertinet atque mundum. Et vt hæc compertiora fiant, hoc probemus exemplo. Principia rerum, hoc est elementa, videntur sibi inuicem refragari, quia alia sint humecta, alia sicca, alia frigida, alia calida, conueniunt nihilosecius, nã terra, cum aqua conuenit frigiditate, aer, cum igne calore, ignis, cum terra siccitate, & sic de cæteris. Non miscetur ignis cum aqua nisi per aerem, nec aer cum terra nisi per aquam: sic nec miscetur anima corpori, nisi per spiritum, nec intellectus spiritui nisi per animam. Hæc enim est rerum naturalium combinatio cum superioribus. Sic videmus cum natura humanum corpus figurare constituerit, hæc ipso preparamento spiritum statim ab vniuerso deducit: spiritus hic fomes est ad animam corpori copulandam, vt produnt naturæ rerum peritissimi. Rursus in spiritalibus conuenit planta cum bruto, vegetatione: brutum cum homine, sensu: homo cum dæmone, intellectu: hic intentioni, intentio imaginationi, illa sensato, sensatum, sensibus, sensus rebus. Est enim hæc mutua colligantia & continuitas, vt omnis virtus superior, per singula inferiora, longa & continua serie radios dispertiendo vsque ad vltima perueniat. Sic enim inferiora ad superiora mutuiter connexa sunt, vt ab eorum capite siue principio prima causa, tanquàm funiculus quispiam tensus vsque ad infima procedat, cuius si vnum extremorum tangatur, reliquum subito tremat, tactusque huius ad vsque alterum resonet, & moueat reliquum. Hæc enim est apud Homerum cathena, hi sunt apud Platonem annuli: nam Homeri illa cathena, & annuli apud Platonem, nihil aliud sunt, quàm, series rerum, ac ordo diuinę prouidentiæ deseruiens. Et subnectit Plinius.

ALTERO ALTERIVS, &c. Inest vtpotè non solum inferioribus sympathia, siue nexus rerum, sed etiam astris: quod scitè admodũ docuit Vitruuius, libro architecturæ primo, inquiens. Similiter cum astrologis, & musicis est disputatio communis de sympathia stellarum, et symphonia in quadratis, et trigonis, diatessaron, & diapente. Et sequitur apud Plinium.

FERRVM AD SE TRAHENTE MAGNETE LAPIDE, &c. Hæc est adamantis & magnetis diffidentia, vt ferrum adamas magneti appositus non sinat attrahere, sola vicinia adamantis: si verò seiunctus sit adamas, subito reciperet vim suam attractoriam magnes. Magnetis & adamantis diffidentię meminit Plinius .xxxvii. libro. Adamas, ait, dissidet cum magnete lapide in tantum vt iuxta positus, ferrum non patiatur attrahi, aut si admot' magnes apprehenderit, rapiat atque auferat, de quibus suo loco agetur fusius.

ADAMANTEM OPVM GAVDIVM, &c. Nam vt idem ait libro antelato. Maximum in rebus humanis non solum inter gemmas precium habet adamas: diu non nisi regibus, & iis admodum paucis cognitus. Vnus modo repertus perquàm rarus, comes auri nec nisi auro videbatur. Adde dignum scitu. Non solum adamantem sanguine hircino rumpi, sed etiã molliri sanguine leonino, ac plumbo. Lithopolæ tamen, hoc est lapidũ venditores, falsum esse quod ait plin. referunt, nam adamas adamante scalpi potest. Cæterò vt ad etymon sympathiæ veniamus: sympathia dicitur ἀπὸ τῶ σὺν ϗ πάθȣς, id est à syn, quod significat cum, & pathe, id est affectus, vel vt barbari dicunt passiones, à qua dictione veniunt propathia: id est προπάθεια, dicũt autẽ propathiã medicę artis professores præsensionẽ quandã morborum: nã neque tacitæ, furtimque obrepũt omnes egritudines, sed earũ plurimæ quosdã prodromos, hoc est præcursores ac precones habent velut cruditates, & incoctæ materiæ superfluentiam, dicuntur item græcis προπάθεια id est propathe, hoc est, vt sic dicam antepassiones. Propathiam verò primariã affectionem vocant. Idiopathiam verò propriam affectionem.

Propathia.

Idiopathia.

T CAPVT

CAPVT PRIMVM.

Cucumis. Sicyon

QVCVMIM SYLVESTREM, &c. Pro his non pigebit, qua ęquum erit breuitate, quę comperta nobis de cucumeribus, ac peponibus ostendere. Perpēdendū què calculo examinatissimo, cura'que solicitiore, communē multis generib?, σίκυον, id est sicyō: in gręcis appellationibus, omnem hanc in latinis verbis incertitudinem fecisse, qui cucumerem in gręcis et latinis audiētes ex eo quod nūc tantum vnum genus, quod priuatim ex multo tempore cucumis nominatur significari crediderunt, quum græci σίκυον, id est sicyon, cucumerum nomine genera multa numerent, quæ aut cartilagine, aut cute foris obducta oleraceis, extra terram crescunt. Est'que illis qui priuatim cucumeres nunc dicuntur primum & supremum genus, cui deinde subijciūtur pepones, & melopepones, figura tantum & quantitate differentes inter se: quando enim magnitudinem excessere aut in longitudinem processerunt, quales multis locis nascuntur, pepones quondam ita vocati fuerunt. Cum verò mali figuram rotundā referunt, tūc facto ex pepone, & malo nomine melopepones vocitantur. Paulus Aeginita, subscribit huic diuisioni libro primo. De cucumere idem postremo minore frigiditate quàm peponem esse, sed maiore ad ciendam vrinam potestate, ægerrimè concoqui, & si concoquantur, mali esse succi; quod & Dioscorides libro secundo testatissimum reliquit. Atheneus tertio dipnosophistæ δρακόντιας, id est dracontias in hoc genere vocat, quos tamen non aliter indicat, neque ab re suspicetur aliquis à dracunculi forma, dictos quos hoc loco diximus esse. Et quia hic meminit Plinius cucumeris syluestris, haud fuerit abiunctum à proposito de hoc disseruisse, quàmuis eiusdem mentio alibi agetur. Hic enim cucumis est omnibus notus potissimum veterinarijs, ex cuius fructu fit medicamentum quod vocitant elaterium: vt scriptum reliquit Paulus Aeginita libro sexto. Hæc enim ratio cōficiendi elaterij detorta videtur à sanctarijs promptarijs'que Dioscoridis. Is syluestrem cucumerem à satiuo differre ait fructu, quoniam longe minorem pariat fructum. Est oblongus glandibus non absimilis, folia fert at'que sarmenta satiui, radice rotunda, magna, nascitur in sabuletis. Qui volet vberius, adeat Dioscoridem libro quarto. Subnectit

Pastilli.

Plinius COGITVR IN PASTILOS. Densatur in paruas formas rotundas, quas vocant trochiscos. Et subsequitur.

SEMEN QVOQVE CINERE CONSPERGITVR. Allusit hic ad Dioscoridis assertionem, ita prodentis. Sunt qui ad hauriendam succi abundantiam cribratos cineres humi inspergant, &c. Sunt qui asserant elaterio inesse vim excalfactoriam, propterea elaterio menses euocari, partus enecari, si subditum in pesso fuerit mederi regio morbo, ac capitis doloribus, bilem ac pituitam educi, prodit Dioscorides libro antelato. Nunc ad constitutam viam nostra peruolet oratio.

Impetigo.

RADIX (inquit Plinius) CVM RESINA IMPETIGINEM ET SCABIEM, QVAM PSORAM VOCANT, SANAT. Cutis enim fœdationem cum pruritu serpentem impetiginem vocitant, nam & ab impetu impetigo corriuari videtur: quod dilucet carmine Serenii ita habentis. Si verò vitium est quod ducitur impetu nomen, Hoc matutina poteris cohibere saliua. Cornelius Celsus libro quinto medicinæ, peiorem impetiginem rubro tinctam, exulceratam'que ait, Columella rei rusticæ libro quinto, alumine & aceto animalium impetigines sanari scriptum reliquit. Homi-

num verò alumine nitro melle mistis. Paulus Aeginita summæ cutis malum esse memoriæ mandauit, ac celerrimè in scabiem & leprã transire cum tenues ęędẽque acerrimè sanies crassioribus saniebus alijs misceantur. Galenus in diffinitionibus suis impetiginem ait esse cum multo pruritu asperitatem summæ cutis. In isagoge verò sua deinde latius rem his verbis agit. Cutis malum & impetigo est duplex eius genus, mite alterum & ferum: pellũtur ab eo in summa cute squamulæ, tuberqúe sub illis locus, & tãtum non exulceratur: oritur ex salsa pituita & flaua bile, nec secus illæ squamulæ decidunt, quã ex fictilibus in quibus salgama fuerint aut muria. Grecorum nonnulli id malum recepto etiam nomine ab latinis lichenas appellant. Est enim lichen, cutis aspredo, congener impetigini. Meminit huius Plí. libro naturalis histo. xxvi. Psora autem vitium etiam est cutis, ac aspredo, præludium est lepræ si diu corpori hæreat. Lepram autem Gale. prodit esse cutis mutationem in habitum preter naturam, cui accedat aspredo, pruritus, ac squamulæ decidant. Psoram Paulus Aeginita atra bile prodit fieri, corporisque summam cutem, & superficiem varia erosione depascere, furfurosaque magis quã squamosa ex se remittere. Subdit deinde Plí. PANOS ET parotidas sanat. Panos vocant rerum periti maculas faciei, nonnulli græcorum φύματα, hoc est phymata vocitant: malũ est quod est in genere tumorum, ac abscessuum, græci etiam ἀδένων παθήματα, id est adenum affectiones appellitant. Parotidas verò greci vocant abscessus secundum aures, aut sub auribus. Dictæ parotides, quia παρὰ τοῖς ὠσίν, hoc est prope aures fiũt. Eas Gale. in diffinitionibus suis sic descripsit, iuxta aures abscessus parotides sunt, eas aliqui discoros quòd geminæ, & ex vtraque parte pariter nascuntur. Harum etiam abundè Celsus libro. vi. meminit ante lata comprobans. Quæ enim legi solent in medicamentis herbarum ad multos annos durant, in quorum albo, albũ veratrum & nigrum & reliqua vsque ad trienniũ habere vsum tantum, neque in his vltra constituit: cum tamen Theophra. quem hic Plí. citat libro. ix. histo. planta. longe plura et aliter his verbis tradat. Radicum verò omnium alijs diuturnior, alijs breuior ad vsum ętas data est. Veratrum siquidem triginta annis vtile, Aristolochia quinque & aliquando sex, quadraginta chameleon, centaurium decem, nec vltra duodecim, & vitis syluestris flores durant anno, si in vmbra & integri seruẽtur. Habent & aliæ herbæ, & alia tempora, omnium verò medicamentorum diutissimè durat elaterium, dixit nobis nec vanus nec iactator medicus, ducentorum annorum esse sibi elaterium viribus ab amico acceptum. Idem præterea Theophrastus libro septimo de plantarum historia, quo loco de soliditate & infirmitate seminum agit, diuisione hac primum vsus, vt alia dicat firmiora, alia infirmiora esse. Numerat in primo genere illo coriandrum, betam, porrum, nasturcium, erucã, satureiam, & quæcunque acrimoniam habent. In secundo verò atriplicis olus, ocymum, cucumerem, mox statim subiecit vltra quadriẽnium durare semen, licetque de bonitate eorum ad sementem agat. Hæc subnectere libuit quo nostra suppellex auctior fieret. Subnectit Plinius. HOC ENIM VERI EXPERIMENTVM. Probatur vtpotè elaterium syncerius igne, defecatius enim & purius obiectum lucernarum luminibus flagrat. Syncerius item est leue, non ponderosum, cum candore, vt ait Dioscorides leuiter humectum, gustu amarissimum. MODVS (ait Plinius) PORTIONE VIRIVM, &c. In eam it pedibus sententiam Dioscorides, inquiens. Integra & maxima eius in vsu mensura, integer obolus est, minima semiobolus, pueris chalchi duo. Etsi enim elaterio sit vis auxiliaris, nihilosecius si modus absit, id lætale est. Nam vt verissimè ait Dioscorides, libro sexto. Prouidendum etiam ijs, quæ si ferendi auxilij gratia tradantur, non minora tamen cæteris

Lichen.
Psora.
Lepra.
Paní.
Parotídes.
φύματα.
elateriũ

venenis pericula ſæpius adferunt, qualia ſunt veratrum album, tapſia, elateriũ, agaricum nigrum: ſiquidem ea ſtrangulatus concitant, aut immodicas deiectiones mouẽt.

Phthiriaſis.

ELATERIVM datur in phthiriaſin. Hoc eſt pediculationẽ, ſiue morbum pedicularem, qui fit putrefactione humorum. Quidam enim vapor groſſus, humectus, & neſcio quis ſquallidus, per pororũ relaxatum exiens, exterius in quandam condenſam ſubſtantiam conuertitur à calore naturali, quæ materia fit condenſata à natura, ſuſcipiens ſpiritum vitalem, & ita mouentur & fiunt huiuſmodi animalia. Item ciborum exuberãtia fit phthiriaſis, ac fructuum nimio vſu, vt ait Auicen. I. II. can. Fit etiamnum ſudore, & crebriore venere: nonnulli hũc morbũ pediculationem vocant. Huius vbertim meminit Gale. in iſagoge ſua: Itẽ Paulus Aeginita libro. I. Subdit Pli. PRODEST etiamnum anginis. Elaterium multum conferre anginis etiam prodit Dioſco. à quo verſuram feciſſe Pli. videtur. Efficax, ait Dioſco. Anginarum vnguentum eſt: cum vetere oleo, melle, aut felle taurino.

Angina

Eſt enim angina faucium acutiſſimus morbus: vt teſtatiſſimum reliquit Celſus libro quinto. Politioris literaturę expertes inconcinniter ſquinantiã, peritiores verò ſynanchen vocant. In hoc enim neque interdum rubor, neque tumor apparet sed corpus aridum eſt, vix ſpiritus trahitur, vox ſignificat nihil, oculi vertũtur, pallet facies, ſingultus adeſt: fit calorę extrario & minimè innato, humores diſſoluente facienteque fluere ad gutturis partes, vt ſcriptum reliquit Gale. IIII. inte.

Synanche.

Auicẽna ſynanchen nimia totius corporis oppletione fieri memoriæ mandauit, Hippo. ſynanchẽ cholericis humoribus fieri teſtatur tertio pronoſti. Porrò quia huc diuertimus, ſciendum præfocationem omnem ex anguſtia contingere, Anguſtiã verò, aut repleta internodia regione fieri, quę inter thoracem eſt atque pulmonẽ: aut pulmonis cauernis vel aliqua inflãmatione poteſt fieri, præiacente ſpatio, quod fauces appellant, & laxius eſt. Cum ergo fauces ſine tumore apparuerint, & ſtrãgulatio ſuperuenerit gutturis tãtum affectio huiuſcemodi eſt. Aſperæ quidem arterię inflãmatio difficultatem ſpirandi afficere poteſt: ſtrangulationem non poteſt, ob meatus magnitudinem in ipſa latioris & tunicæ tenuitatem, impoſſibile quidem eſt corporis adeò tenuis inflammationem, inſignem canaliculæ laxitatem replere; reliquum eſt igitur guttur, quod ſubitam ſtrangulationem facere poteſt, quoniã in ipſo anguſtatur pulmonis meatus. Nominãt autem medicorum plęrique affectionẽ id genus ſynanchen, quibus placet faucium inflammationem ſynãchen appellare Vulpianus de ædilitio ædicto. ff. Antianchen interpretatur faucium tumores inueteratos, quique diſcuti non valeant, velut dicatur antianche obluctans obſiſtensque præfocatio, niſi legas Antias quod eſt tonſillarum affectio, authore Paulo Aeginita libro tertio. Porrò paraſynanchen, itemque paracynanchen. Paraſynanchen inquam, vbi extra guttur infeſtet. Anginæ verò nomine in pręſagiorum libro videtur Hippocrates quaslibet affectiones in faucibus ſeſe oſtentantes appellare, quas & difficultas ſpirandi conſequitur. Cæterò anginæ ſpecies quatuor videor comperiſſe. Prima verò eſt vbi fauces inflammantur, fauces intelligo locum oris internum, in quo ſimul coeunt gulæ ac gutturis extremæ partes. Altera cum neq; fauces, nec oris portio vlla, aut quid extimum cernitur inflammatum. Tertia vbi extrinſecus in faucium ambitu oſtentatur inflammatio. Galenus in ſua iſagoge, anginas circa collũ inflammationes vocitat, ab ango, verbum id defluxum. Huic affectioni miro modo confert ſanguinis miſſio è vena, quæ ſub lingua eſt: vt ſolertiſſimè Galenus teſtatur decimotertio ingenij ſanitatis. Et etiam libro quem megatechnen attitulauit, hoc eſt magnam artem.

Hydropiſis genera.

HYDROPISES. Euocat enim elaterium aquas cutem ſubeuntes, hoc eſt hydropiſes. Tria enim hydropiſis genera medicæ artis profeſſores agunt, vocarique

primum

primum Ascite,quasi vtricularium,nam greci ἄσκον,idest ascon,vocãt vtrem quo liquores continentur,& quum in hoc plus aquæ, minus verò spiritus sit id nomen inuenit.Secundum tympanite,ab musico instrumento,in quo plus spiritus,minus verò aquę sit. Tertium hyposarcidion.Hyposarcha & anasarcha omnibus his vocibus,à carne facta nomenclatura idem significantibus.De his aliubi fusius.

CAPVT .II.

MVLTI ESSE, &c. Haud desunt qui syluestrē cucumerem anguinum,alij verò erraticum dicant. Erraticū voco quod sua sponte nascitur,& quod humano caruit cultu vt fœniculum,serpillum,et id genus. Diosco.libro.iiii. radicem cucumerum syluestriū,omnes tumores discutere tradit,maculas faciei tollere,podagras sanare,impetigines, lepras scabiem'que discutere,hydropisimq;. Auguror mures non gustare quæ fuerunt illita decoctione cucumerum ob amarorem. Podagris decoctum conferre ait Pli.ac articulorū morbis.Sunt autē morbi articulorum,iuncturarum affectiones, quas & articularios morbos vocitãt: nostrates lingua vulgaria guttas vocãt.Huius affectionis meminit Sere,hoc versu. Articularis morbus

„ Si verò articulos tabes inimica per artus
„ Hæserit,ex ficu betas cum melle iugabis,
„ Vel pelagi latices simul & baccheia dona
„ Sumere curabis,nimio sed parcito vino.
„ Ennius ipse pater,dum pocula siccat iniqua,
„ Hoc vitio tales fertur meruisse dolores. Arthritis.

Dolorem siquidē iuncturarum grauissimum græci ἀρθρῖτιν,id est arthritin vocãt, ab artubus in quibus fit,nomine facto. Esse'que arthritin in diffini.suis Gale.ait,inflammationē quę circa articulos coierit permanentē,male'que affectis neruis acerbissimos adferentem labores. Eius causam posteri grecorum esse tradiderunt, loci partium'que in quibus fit infirmitas : simul & naturæ alienum humorē, vocãt autē alienum humorē naturę: παρὰ φύσιν χυμόν,hoc est preter naturam chymum,eū qui ex nimia ciborum copia,ex qua cruditates fiunt accedat. Addiderunt præterea q̄ diu in pedibus hæret hic humor podagrā. Cum verò mali,& doloris causa in cæteros corporum artus trāsierit,arthritin tunc vocari,in qua vertebrę dorsi,costæ,alij'que omnes corporum articuli vs'que ad dentes,et fauces solent cruciari. Gale.inter classicos medicæ artis professores venerādus,podagrā tradit esse πάθος.i.affectionē videlicet in pedib⁹,dolorem male affectis neruis vt diximus adferentē,in aliquibus cum incensione,aliquibus cum refrigeratione. Sed de his nec verbosius.

HEMINA data. Hemina capax est duarū cotilarum, vt plæris'que placitū video:sextarium verò,qui continet sextā partē congij vocant. Subnectit Pli.

PVRGAT eas elaterium. Euocat menses elateriū,quare eo facillimè mulieres purgari conijcere licet. Cōferre etiā suspiriosis,hoc est quibus inest spirādi difficultas,quoniā canaliculas pulmonis eluit;humores'que pulmoni hęrētes:vt scitè prodit Dios. Conducere itē morbo regio assertat Pli.verùm vt nihil silētio pretereatur,quis nā sit morbus regius adferamus in medium. Est equidē morbus regius fellis suffusio,humor'que sequax:nōnulli arquatū,à similitudine arc⁹ cœlestis: alij ictericū,ab aue defluxum nomē vocitãt:cuius ita nō min⁹ scitè q̄ festiuiter meminit Celsus libro quarto. Per omne,inquit,tempus est balneo vtendum, exercitatione,ac frictione, si hyems est balneo ,si æstas frigidis mensionibus : lecto etiam & conclaui cultiore clauso vti ludis, lasciuia , locis amœnioribus, ob quæ morbus regius dictus est,qui enim hoc laborant: oculos luteos,faciem'que discolorem habēt. Morb⁹ regius.

Huius abundè meminit Galenus, quinto interiorum: in hoc enim solet dolor capitis accedere, frequens singultus, præcordiorum duricies dextra parte. Asclepiades laborantibus hoc morbo, aquam salsam propinabat per biduū. Huius affatim Auicenna fen. xv. tertij can. quæ enim abstergunt, euocant, eluunt, aperiunt, laxant, iuuant laborantes hoc morbo, vt sunt absynthium, hysopum, anisum, beta contrita, scammonea potui data, buglosson, intybum, portulaca, lingua ceruina, polypodiū, & id genus multa. Addo loco auctioris lectionis, morbum regium superuenientē in febribus ante septimum diem pernicialem esse: vt colligitur ex penu Hippocratis quarto sententiarum. i. aphorismorum. Sed ne plus æquo longiores simus vmbilicum hic suppingamus, ad institutum redeuntes. LENTIGINES (inquit Plinius) EX FACIE TOLLIT. Lentigines vocitant maculas faciei subrufas modo lenticulæ faciem deuenustantes. Semen cucumerum cum cumino cuius paulò inferius fiet mentio, potum in vino tussientibus prodesse testatur hic Pli. Dioscorides non vulgaris ac plæbeiæ authoritatis homo, siccam cucumeris syluestris radicem tritam vitiligines vultusque maculas repurgare scriptum reliquit. Subnectit. SED ET FRENETICIS IN LACTE MVLIERVM. Semen cucumerum in lacte mulierum propinatum, cōferre phreneticis prompsit in literas Pli. Iure quidem semen cucumerum frigidū est, lac verò mulieris temperatum, quare compescit choleræ impetum. Est equidem phrenetis, morbus acutissimus, ægrum ad furorem perducens, authore Celso libro, tertio, vitio cerebri is fit, vt scriptum reliquit Serenus hoc carmine. Ex vitio cerebri phrenesis furiosa mouetur, Amissasque refert frendens amentia vires. Effici item calido abscessu, hoc est apostemate, Galenus memoriæ mandauit quinto interiorum, cap. secundo. Auicenna, calidum apostema, cerebrum diuexans in anteriore parte cerebri scriptum reliquit. Commotio igitur immensa, ac mentis externatio quæ in febribus peracutis accidit, phrenetis vocatur, vt colligitur doctrina Galeni quinto morbi: quantum autem conducat sanguinis missio phreneticis non facile dixerim, potissimum ex vena cephalica. Prodest etiamnum aluos subducere, cerebrum iuuare rebus mature frigidis, vt sunt folia salicis, aqua rosarum, folia vitis fronti apposita, lactuca, portulaca, solatrum. Et subsequitur paulò post.

Lētigo.

Phrenetisi.

SEMEN DANDVM DYSENTERICIS. Eruditiores quos cita aluus diuexat cum intestinorum exulceratione, disentericos vocant. Galenus primo interiorum, intestinorum exulcerationem concinniter prodit, ex hac (Celso prodente) muccosa, ac excrementitia materia exit, interdum carnosa ac fœculenta. Celsus tormina intestinorum dysenteriam vocat libro quarto. Tormina enim græci dolores ventris vocant maximos, à torquendo nuncupatos, alio nomine dicunt στρόφους, id est strophos, eos potissimum dolores qui circa vmbilicum, omneque id spatium, quod in anteriore homine, ab ostio stomachi vsque ad vmbilicū descendunt, & quoniam venter illi subest græci epigastrion vocant: sed redeam ad dysenteriam. Aduertēdum hic particulam δυς vim adiectionis habere, vt dysenteria, dysuria, dyspnoea, alijsque huiuscemodi multis, quæ est aurium, spiritus, vrinæ, intestinorum, aliarum partium vitia, dolores, morbos indicans. Fuisseque in dysenteria latinis antiquam, & quotidianam torminum appellationem præter Celsum. Pli. etiam testatur, qui torminalia sorba quædam ideo vocari dixit, quoniam contra profusam in dysenteria aluum remedio essent. Sunt & alij intestinorū dolores, & ventris morbi, vt diarrhia. Dico autem diarrhiam copiosos aluī sine inflammatione exulceratione que fluores: intestinorū autem læuorem, quem græci lienteriam, & crebras inanesque egerendi voluntates, & impetus, quos ijdem tinesmos vocant, alibi effusius. Fit autem dysenteria, frigorificis humoribus, interdum

Dysenteria.

στρόφοι.

Tormina.

Diarrhia.

Lienteria.

interdum atrabile, quandoque pituita, nonnunquàm humorum corruptione in stomacho. Item siccitate vel humiditate temporum aerum've, siccitas enim aeris humores minuit, suis nihilosecius in qualitatibus multo acutiores reddit, vt scribit Hippo. tertio aphorismorum. A felle atro ortam dysenteriam idem pernicialem censuit, quarto aphorismorum. Conferunt autem dysentericis stiptica, quòd comprimant, refrenent'que fluores. Vt sunt acetosa, acetum scyliticum, balaust. corallum & id genus: dysentericis etiam conducunt frictiones, sudores'que. Aluos subducere, aut tutum auguratur Auicenna: quarta Fen. pri. can. stomachi vires imprimis tuendas censet Galenus sexto interiorum, ca. septimo. Verùm his suppingamus coronidem. ❧ ACETABVLI MENSVRA, Hoc est, mensura quindecim drachmarum. Adijciã hic quod fuerit voluptati legisse, & vsui meminisse. Acetabula etiam accipi pro canaliculis vrnalibus, vnde apud Senecã, sunt præstigiatorum acetabula, hoc est, vascula siue canaliculi, quibus astantiũ oculos perstringũt. Acetabula item comperio poni pro pyxidibus in corporibus humanis, vt ex anatomicis accœpi, quòd coxendices in his affigantur, circa'que ea vertantur ossa coxarum: quidam simplici. c. acetabulum scribunt, alij duplici. Verùm illud sciti ac paulò remotius animaduertẽdum, ora vasorum ad vterum, quę veniunt Aphorismorũ quinto ab Hipp. acetabula nuncupari, ex quibus secundę pendent nõ sicuti arbitrãtur plærique adnatas ipsis carnes adenosas. Nam & de muliebribus passionibus primo si (ait) acetabula plena fuerint pituita, menstrua fiunt pauciora. Nonnulli volunt ab aceto quo in intinctu vtebantur antiqui corriuatum acetabulum, quòd sit orbicularis figuræ, huic enim vasculo, talis forma erat profunda videlicet, & sine marginis latitudine. Concauas enim polyporum partes acetabula vocarunt, necnon & cotyledonas. Nunc æquius fuerit ad prætextum reuerti. Et inquit Pli. ❧ IOCINERIS CVM AQVA MVLSA, &c. Semen vtpotè cucumeris cum cumino & aqua mulsa, hoc est, mista melle, calefactioni hepatis auxiliatur. Aquam mulsam intelligo mellicraton, siue Hydromel, hoc est, aquam dulcem, cuius affatim meminit Columella decimo tertio rei rust. de qua aliubi fiet mẽtio. Et quia Pli. asseuerat Iocineris, hoc est, hepatis affectiones cucumerũ semine sanari: non obfuerit paucula verborum seriè perstringere, quibus Hepar affligatur morbis. Vitijs equidem obiectũ diuersis post Hippo. ille archiatrus Gale. iiii. iuuamentorum membrorum, ca. tertio nõ minus festiuiter quam accuratè tradit. Affligitur enim meatibus obclusis, quam affectionem medicorum schola, nescio an latinè, oppilationem Hepatis vocat. Patitur etenim Hepar solutionem continui, vt neotericorum medicorum vtamur verbis, hoc est, vulnus, exulcerationem, abrasuram, meatuum conclusionem, & id genus multa. Censura quàm appositissima Hippo. totum corpus minui affecto hepate prodit, tertio aphorismorũ. Aliud itẽ Hepatis morbi genus est, à stomachi discrasia corriuatum, habet enim hepar cum stomacho sympathiam, vt conijcere licet assertione Galeni. eo libro, quẽ megatechnẽ vocãt. Arnaldi etiam extat aphorismus astipulãtis Hippo. Quibuscũque inquit, Hepar est calidum, necesse est chymos corporum quantũcũque extiterint quodã modo esse acutos. Dignum monumẽtis positũ, ac notatu peramœnũ. Hepatis dolorem ab Archigene dici Holcymon, hoc est, tractorium, & inhærentem, ac torpidum, & atrocius molestum. At verbum id inquit Galenus inusitatũ græcis, sunt tamen qui admittant, sed pro viscido accipiunt, cuiusmodi est viscum, vt cuius vita parte tracta insequatur illi cohærens altera, sub hac verò notione Hepatis, dolor nequit dici holcymos: sunt qui dicãt Hepatis dolores, quando hepar vel induratum, vel inflãmatum, detrahere iugulum videtur. Alij quùm diuturno laborat morbo, alij cum mediocri afficitur dolore. Sunt qui tardum intelligãt, vt qui

Mẽsura acetabuli.

Aqua mulsa.

Hepatis morbi.

Holcymon.

acuto aduerſatur. Nonnulli vrgentem, alij vehementem. Denique dura Hepatis ægritudo Scirrus dicitur, vt prodit Paulus Aegínita, libro tertio. Hepaticos ſiue Iocineroſos vocamus eos quos hepatis dolor diuexat. Galenus in ſuis diffinitionibus Hepaticos eſſe dixit, quos diutius hepatis dolor comitatur cum tumore ſoliditateque, & corporum malo colore. Nunc alio flectamus calamum.

Pepones. PEPONES QVI VOCANTVR, &c. Peponum nunc rerum naturę conſultiſſimus Pli. congrue meminit. Sunt vtpote cucumeribus congeneres. Carnes enim peponum in cibis vrinam ciere memoriæ tradidit Dioſco. Item ſedare oculorum inflammationes, Ramenta contra capitis aduſtionem, quàm Paulus Aegi. Syriaſin vocat: ita enim vocat capitis inflammationem puerorũ, quod & Pli. comprobat, carnes peponum conferre epiphoris. Vocamus enim epiphoras, oculorum diſtillationes cum inflammatione. Haùd deſunt qui eas vocitent fiſtulas lachrymales. Epiphora tamen eſt diſtillatio oculorum cum inflammatione: fit algifico humore, & tunc minimè conducunt carnes peponum, quia ſint infrigidatorię naturę, cuius eſt natura oculi, quia aquea. Ab Auicenna tamen fiſtulam, vt ita dicam, lachrymalem fieri frigidate memoriæ proditum eſt. Cęterum quùm paulò ante curioſius medica volumina inſpectarem indeque mihi ſeligerem, quæ hanc oculorum ſeriem adiutum irent, inter alia ſanè haud parum multa ingeſſerunt ſe de oculorum vitis concinnata, quæ protinus deflorata adglutinauimus propoſito aliqua, quo lectio fieret hæc locupletior. Oculum vtique vniuerſum hiſcè diuexari affectionibus, quarum nomina ſunt, Taxis, Ophthalmia, Phlegmon ſiue accẽſio, ἐμφύσημα, id eſt, emphyſema, inflatio, ſcirroſis, chemoſis, antrax, ſtrabiſmus, ſpaſmus, Myopoſis, Gangrena vlcus, Sepelon, ſiue putredo, xeroptalmia, προπόσις, id eſt, propoſis, hoc eſt, procidentia, ſcleropthalmia, quando prę duritię palpebræ vix è ſomno aperiuntur, ſordes ſubſiccę remanẽt, oculique propterea ſubrufi fiũt, xeropthalmia, pruritus oculorum, ſine reumate à ſiccitate dicta. Hypoſphalma, ruptio venæ ex ictu procedens. Trichiatis, eruptio pilorum pręter naturam. Gramias oculorum Pli. appellat quas Nonius pituitã oculorum: liuores verò oculorũ græci ὑπόπια, id eſt, hypopia, vocitãt, quoniã ὦπες, id eſt, opes dicuntur oculi: σύριξ, id eſt, ſirix: etiã oculorum vitium eſt quod latini fiſtulã vocant. Tunicularũ verò oculi affectiones hæ ſunt: ῥῆξις, διαβρῶσις, διατάσις, ἀναστόμωσις, id eſt, Rexis, diabroſis, anaſtomoſis, παχύτης, id eſt, pachytes, hoc eſt, craſſitudo: ſed de his alibi paulò vberius: prout rerum ſeries poſtulauerit.

Epiphora.

Oculorũ vitia.

Nunc ad ſcopũ redeamus. Hæc farina (inquit Pli.) in ſmegmata additur, Radicis haùd dubiè farina cucumerũ adijci ſolet ijs, quę repurgãt, poliunt, eluunt, mãgonizãt, quę ſolẽt dici ſmegmata, hinc vis ſmegmatica, purgãs, poliens, abſtergensque: ſmegmata ergo ſunt quorum eſt polire, ac repurgare, abradere. Et ſubnectit Pli.

Smegmata.

EADEM CVM MELLE EPINYCTIDAS SANANT. Hoc eſt, puſtulas acutiſſimè noctu infantes diuexãtes, quarum ita Celſus meminit, libro quinto. Peſſima, inquit, puſtula epinyctis ea vel colore ſubliuida, vel ſubnigra, vel alba eſſe conſueuit, circa hãc vehemens inflãmatio eſt, & cum adaperta eſt, reperitur intus exulceratio muccoſa, color eſt ſuo humori ſimilis, dolor ex ea ſupra magnitudinem eius eſt, neque enim ea maior eſt faba atque hæc quoque oritur in eminentibus partibus & ferè noctu. Græcorum medici ideo ſic appellatum epinyctida volunt, quoniã per diem non adeò diuexet, noctu verò grauiſſimo dolore ſentiatur. ſunt ergo Epinyctides authore Paulò Aegineta vlcuſcula ſponte ſua ſurgentia, puſtularum figura & rubẽtia, quibus apertis, ſanies exit cruenta, adduntur his exanthemata quæ fieri ferunt, denſatis in cute craſſioribus humoribus, magiſque vbi deſior ſumma cutis ſuperficies fuerit, nec aliud ſignificare videntur, quam exiguas puſtulas quales ex ſudore

Epinyctis.

exanthemata.

fiunt,

fiunt, eodem plærum'que quo & cutis colore est. Et quoniã turgentium ad florem
gẽmarum in plãtis modo tument, ideo ἐξανθήματα à grecis dicta ἐξανθημάσαι enim ἐξανθη-
illis est florescere. Haud quaquàm fuerit à proposito abiũctum annexuisse, quod μάσαι.
fuerit amœnitati lectoribus. Propter eos qui voracius pepones cucumeres'que vo-
rare consueuerint. Eos autem Galenus, libro eo quem de simplicibus scripsit perni-
ciosos iure censuit, quod & cõprobat Serapio. quòd videlicet sint cacochymi, hoc
est, mali, & noxij succi, alimentique. Adijciã hic aquã peponum cucumerum'que
etiamum citrulorum miro quidem modo febrili inflãmationi conferre, sitim'que
sedare, addito saccharo. Item conducere animaduersum est cum lacte, vesice vlce-
ribus. Adde parergon vice superpondij. Pepones dici per ignominiã molliculos,
ac exoletos tenerrimos'que. Item ait Pli. MVLTIPEDEM sæpa græci vocant. Cẽtipe-
Expẽdẽdũ hic Millepedas Cẽtipedas multipedas dici à numero pedũ, esseq; ver- da Mul-
mes quos græcę linguæ periti ὄνος, id est, asinos vocãt, quorũ affatim Aristo. libro tipeda.
quinto animalium meminit vbi ὄνους πολύποδας, id est, multipedes asellos vocita-
uit. Sepa tamen non iure Centipedã dixerim. Nã centipedã comperio esse scolo-
pendrã, quã Pli. aliubi deuorato hamo omnia interanea euomere. Plutarchus ta-
men non euomere, sed se ipsas euertere, ait, Sepa tamen vocat Pli. multipedã, quo-
niã pluribus constet pedibus. Est enim seps lacertæ genus ob id lacertã calchidicã Seps.
vocãt. Seps enim, ab exedendo dicta est: σηπεῖ, certè, hoc est, exest quę veneno suo
contigerit. Nicãder similem lacertæ prodit in suis Theriacis, vbi ait σῆπα γὲ μιὰ
πεδανοῖς ἰσ' ὅμηρ σαυροισιν ἀλίγκειος: quod est, visitabis & sepa corpore humilibus lacer-
tis similẽ. Venenosa vtique est seps: eadẽ in vino pota sanat morsus suos, vt Dio-
sco. libro secundo ait. Nunc ad quę sequuntur decurramus.

CAPVT .III.

CVCVRBITA SYLVESTRIS, &c. Est vtpotè syl- Cucur-
uestris cucurbita ea quam alij colocyntida vocant, græcę bita.
κολόκυνθα, id est, colocynta fertur, ἄγριος, id est, syluestris.
Græcorum medici dulcem cucurbitã, quæ vsui cõmoda
est κολόκυνθαν, id est, colocynthã vocãt, fœminino genere,
& in secũda declinatione, medicã verò & amarã ab hac di-
minutiua forma κολοκυνθίδα, id est, colocynthida vocarũt. Colo-
Nobis illud sciendum tãtum globosam à cucumerum fi- cynthis
gura cucurbitã σικύαν, id est, sicyã à græcorum peritissimis dictã fuisse. Etsi Athe-
neus in secundo sui dipnosophistæ, huiuscemodi nominum ratione, misceat, ac te-
stetur hellespontios longas cucurbitas σικύας, id est, sicyas vocare, globosas verò
κολοκύνθας, id est, colocynthas, verum nũc de vi medica agendum. Dioscori. Cu-
curbitam tumores & abscessus, hoc est, apostemata, lenire testatissimum reliquit
libro secundo. Ramenta item cucurbitæ oculorum inflammationi prodesse, & po-
dagris, humectat ipsa aluos, ac sitim soluit, prodente Galeno sexto simplicium.
Colocynthis autem quã scioli coloquintidam vocãt, euocat humores pituitosos,
fructus verò ex ea siccati, tritique clisteribus misceri solent. Soluunt & bilem, &
pituitam. Fœtus item euocant authore Diosco. libro quarto. Stomacho inimica Paraly-
est colocynthis, medetur ipsa doloribus coxendicis & paralysi, quòd, vt auguror, sis.
soluat pituitos humores, quibus & ipsa fit. Celsus, libro tertio. Neruorum resolu-
tionem vocat vbi totã corpora affecta sint, apoplexiam alij vocãt, vtrum'que pa-
ralisin. Galenus quinto morbi, paralysin frigorificis humoribus fieri mãdauit me-
moriæ, sanguine minimè, vel saltem rarenter nisi grossis ac viscidis misceatur

humoribus, Paulò mox Pli. Valere periodicis febribus ait. Est enim in febribus περίοδος, id est, periodos, vel periodus, vt ait Gale. suis in diffinitionibus, certum incrementi, & decessionis in morbo tempus, priuatimque graeci ea voce in tertianis, quartanis, alijsque huiuscemodi vtũtur, quare hic Pli. vocat periodicas febres, statis temporibus certisque horarum interuallis & abeuntes & redeuntes, vt sunt tertianae, & quartanae. Subnectit deinde Pli.

Claui. CARO EIVS INTERIOR SINE SEMINE CLAVIS pedum, &c. Sunt enim claui, tubercula modo clauorum pedibus fixa, est certè clauus, callus, rotunda forma concrescens, cãdidus, clauorũ capiti similis, omnibus partibus corporum surgens, potissimum in pedum digitis. Subdit deinde Pli.

Rameta. RAMENTIS CORTICIS, &c. Raměta propriè exigua sunt carnis frustula quę vi medicamenti derasa ab intestinis pelluntur, crebrius tamen pro rasura ac minutissimis partibus, hinc ramenta auri, argenti, aeris, eorum quod enim detritum ferramento aliquo est, modo scobis, ramentum dici solet.

Sacer ignis. SACROS IGNES. Pessima vlcera, quorũ ita meminit Celsus, libro quinto. Sacer ignis, inquit, malis vlceribus annumerari debet, eius duę sunt species, subrubicunda altera, atque pallore mista exasperata per pustulas cõtinuas, quarum altera nulla est maior, sed plurimae perexiguę, in his ferè semper pus, & rubor cũ calore serpit, id nonnũquàm senescẽte eo quod primum exulceratum vitiatumque est, nonnunquàm etiã exulcerato vbi ruptis pustulis vlcus continuatur humorque exit. qui esse videtur inter saniem & pus, fit maximè in pectore, aut lateribus, aut eminentioribus partibus, aliquãdò in plãtis. Alterum genus in summae cutis exulceratione sed sine altitudine, latum, subliuidum, inaequaliter tamen, mediumque sanescit extremis procidentibus, haec ille: graecorum aliqui sacros ignes vocant ἐρυσιπέλατα, id est, Erisipelata, quę à Galeno suis in diffinitionibus describũtur igniti rubores cũ inflãmatione, late patet hoc malum, iureque annumerari solet inter pessima vlcera. Nam nulla corporis pars est interior, in qua ruboris inflammationisque genus hoc non fiat. Patiuntur id foeminae in suis locis, patiuntur homines in sede, in iecore, cerebro & alijs locis, sed quod communiter dicitur & plaerũque fit in homine Erysipelas in extimo corpore, est in genere inflammationis positum à veteribus, qui omnes calidos cum dolore & inflammatione tumores simpliciter inflammationes vocare consueuerunt, mox ex materia qua constent, alijs appellationibus distinguere. Confluente enim in locum aliquem non corrupto, & mediocris crassitudinis sanguine, priuatim & per se dictam inflãmationẽ vocari, queadmodum flaua bile simul confluente, Erysipe lata fieri, Totum hoc genus antiquiores sacros ignes vocarunt. Et subsequitur.

Erysipelas.

Strigmenta. SVCCVS EX STRIGMENTIS (inquit Pli.) Sunt autem strigmenta propriè sordes quę ex corporibus radũtur: etiamnum iure dici possunt excremẽta quę in purgationibus morbosis, ab intestinis pelluntur: sicut in dysenteria graeci enim ξύσμα, id est, xysma vocant, latini verò strigmentum. Et subnectit paulò

Rapũ. mox Pli. EST RAPO VIS MEDICA, &c. Theo. libro plantarum septimo, ca. quarto de his. Medicam Rapo vim esse non minus scitè quam dilucidè testatissimum reliquit, Diosco. libro secundo. Radix, inquit, rapi inflationem parit, ac spongiosas carnes creat, venerem stimulat. Decocto eo podagrae perniones que fouentur, semen in antidota additur, & his quę contra venenata ad leuãdos

Perniones. somno dolores conficiuntur succurrit, & laetalibus venenis potum. Concisa etiam eius caro ijsdem prodest emplastri modo posita. Hic Pli. perniones Rapis sanari testatur, verum id vt nihil silentio transeatur. Sũt etenim perniones morbi pedum frigore exorti: talos precipuè diuexantes. Adde hic Rapum graecis dici gongylē,

qua nominis

, qua nominis acceptione vsus est Columella hoc versu. Gongylin illustri mittit — Gõgy= lis,
, quam nursia campo, à græcis ita vocitatum puto, quòd rotundæ sit figuræ, Va=
lere contra toxica hic Pli. Iure Romuleum cõstat Vatem præcepisse apibus fugiẽ=
, das taxos, hoc carmine. Et tua Cyrneas fugiãt examina taxos. Huius certè ar=
borum vmbra letalis homini fertur, vt idem scribit, libro decimosexto naturalis
histo. Et pręter Plinium Plutarchus, tertio sui symposij commentario meminit. — Taxus.
Fructũ huius alui fluores facere memorię mandauit. Diosco. libro quarto qui ait.
Qui etiã hauserint homines, alui fluoribus, quos vocãt diarrhias vexantur. Tãtas
itidem vires habet quę in carbonia nascitur, vt sedentibus dormientibus've, sub ea
noxam, & sæpe mortem adferat, quo fit vt inoleuerit, vt toxica pro venenis poni
consueuerint. Plini. vim antidoti semen Rapi habere tradit. Vocamus enim pro=
prie antidota, quę solis venenis & venenatis respõdent. Rapum conditum eruca, — Antido ta,
hoc est, herba salaci ac venerea. Raporum conditurę abundè Columella memi=
nit, libro rei rust. decimo tertio. Diosco. libro antelato conditum muria minus ali
menti habere testatur, sed multo magis appetentiam ciborum prouocare. Subdit
paulò mox Pli. SYLVESTRE RAPVM IN ARVIS, &c. Hic vi=
detur allusisse ad assertionem Diosco. ita prodentis. Nascitur in aruis agreste Ra=
pum, frutex altitudine cubitali, ramosus, cuius summæ partes & folia leuorem ha=
bẽt lõgitudine digitali, & aliquãdo maiora semẽ in canaliculatis siliquis fert, &c.
Et in coronide huius capitis Pli. ait. HOC ad albicãdem cutem in facie,
totoque corpore vtuntur mista vrina pari mensura, &c. Quę omnia fermè vidẽ
tur esse detorta à Diosco. promptario, ita habẽtis. Additur semen id his quę ad ex=
terendã faciem reliquumque corpus, &c. Vbi ante Plini. ait. Erui, hordei, triti=
ci, lupini ad omnia inutilis. Contenderim non inutilis, sed vtilis potius legendum,
contra codicum luxatorũ fidem. Nã Diosco. ait. Pręsertim quę ex lupini aut erui
tritici lolij farina fieri solent. Item Constat Eruum cutem abstergere, quod dilucet
sententia Diosco. libro secundo ita commemorantis. Purgat erui farina cum mel=
le vlcera: lentigines, asperã cutem, labes quas græci Spilos vocant & toto corpore
maculas. Est etiã eiusdem vis farina hordei & lolij. Ea tamen qua voluerit lector
cõiectura vtatur, licet certè cõijcere legendũ potius vtilis. Nã & libro. XXII. ca.
XXV. ait. Farina eius (vt ait Varro) maculas è toto corpore emendat, &c.

CAPVT QVARTVM.

NAPORVM DVAS differentias, &c. Paulum esse in=
ter rapum & napũ discerniculi testatur medicæ artis pro= — Napus.
fessores, sunt equidem napi congeneres rapis. Radix siqui
dem napi elixa inflat, minusque quàm rapũ nutrit, vt scri
ptum reliquit Diosco. libro secundo. Semen napi venenis
letalibus aduersari memoriæ proditum est. Conditur ser=
uaturque raporum modo. Vocatur autem napus, græce,
Bunias: qua nominis acceptione vsus est Colu. hoc versu. — Bunias.
, Quæque amiternis defertur bunias arbis.
Buniadis radicem Pli. fœminas purgare cũ aqua mulsa, siue hydromelle, quo vti=
mur ad moliẽdã aluum, scriptũ reliquit. CYATHIS quatuor, Cyathus eodem
authore drachmas pendet decem, Hysichius tamẽ duas vncias liquoris capere me
moriæ mãdauit, ob id Budęus preciosioris eloquentię accuratissimus. Cyathũ nõ
pendere solum drachmas decem, sed. XVI. tradit. Subdit deinde Plinius. — Rapha= nus.
RAPHANVM SYLVESTREM, &c. Haud defuere qui oscitanter ac

inconcinnè Raphani historiam pertractarint assertantes syluestrem Raphanum apio similem. Theophrastus, libro septimo plantarum, post longam raphanorum descriptionẽ tractatã, de apio hoc, in octauo inter dissimiles raphano plantas, iterum ac iterum ægit. Paulus Aeginita in sexto, de simplicibus seorsum apij huius & raphani meminit, duas raphanorum species esse dilucet authore Theophrast. libro antelato, ex cuius sanctarijs hęc corriuata vidẽtur. Agrestem raphanum Romani armoraciã vocãt: habet folia similia satiuæ radici, sic enim nõnulli vocãt raphanum, huic vis calefactoria vrinã ciet. Raphani certè satiui ructũm gignunt, al uum mouẽt, sensus exacuunt. Cortex ex aceto mulso sumptus maiore efficacia ad vomitiones est, cutem subeuntibus aquis, lienosis'que vtiliter raphanus emplastri modo imponitur, delet sugillat⁹ ex melle, viperarum morsibus succurrit, vt colligitur lectione Diosco. hæc libro secundo prodentis, ad quę omnia videtur allusisse Plini. hic quando ait. SATIVI VERO DECOCTI, &c. IN

Posca. POSCA DECOCTI. Posca enim, id est, quod græcorum plæri que, ὀξύκρατον, id est, oxycraton: hoc est, aquã aceto mistã vocãt. Cõficiebatur hoc quondã, vendebatur'que ad sanitatis & medicinæ vsum. Quod in vitellio Trãquillus ostendit, quando puteolis vendentem poscam puerum, Cæsare in compedes coniectum describeret: sunt qui putent, poscã dici vinum in torculari aquatum. Subnectit pau

Lagonõ lò mox Pli. SEMEN PRODEST AD LAGONON, &c. Hoc est, ad dolorem iliorum, greci Lagonas ilia vocãt. Conferunt insuper phlegmonibus: hoc est, inflãmationibus, siue inflãmatis apostematibus. Est enim phlegmõ inflãmatio, quoties sanguis subtilis mediocriter crassus fertur in aliquam corporis partem, ob id emersit, vt pro apostemate calido ponatur: vt testatissimum reliquit Ga

veterno sus. lenus, libro quem de mala complexione diuersa, posteris legendum reliquit. Nunc discutiamus, quos per, veternosis, verbum, intelligat Plinius. Nã & salebrosa gordiano'que nodo implicatior sententia est multiplici vocis acceptione. Est quidẽ in, cõfesso plures viros, veterni nomine, hydropisin intellexisse, in quã it pedibus sententiã Maronianus ille interpres, quòd veternum plus nimio pigros reddat homines, ignauia'que marcescẽtes: vnde & pro desidia poni assueuit, Probus, veternũ, p graui somno accipit, quem medicorum schola lethargum vocitat, si marcor sit, ac (vt inquit Celsus) inexpugnabilis dormiẽdi necessitas. Nã Seneca, Veternũ animi ærumnosi dixit ad Lucilium scribens. Et Ausonius quàm appositissimè.

Pelle soporiferis senium nubem'que veterni

Atque alacri mediam carpe vigore viam.

Caros. Porrò, vt addamus quippiã, veternum græci νωθρότης, id est, notrotem, alij nothroteta vocãt. Caros verò græcanico verbo apud nos soporem, ac somnolẽtiæ genus significat, quare congenerem esse lethargo ferunt. Fiunt autem hæ affectiones, fri

Lethargus. gido, siquando, inquit Gale. quarto de locis affectis, tota anterior afficiatur cerebri pars, supræmum ipsius vẽtrem consentire necessum est: at'que cogitãdo etiãnum præpediri, vitiari que actiones: proinde qui ita affectus est, ne'que sensus, ne'que motionis munere fungitur: spirãdi tamen facultas haud quãquàm læditur, vocatur' que hæc affectio caros, id est, sopor: si verò adeò vehementer spirationem opprimat vt quis vel magno conatu vix spiret, apoplexia nuncupatur. Adde hic modo plausibilioris lectionis Cataphoricos dici somnos profundos, authore Paulo Aeginita. Cataphorã tamen Galenus in libro de Comate, in duas diuidit species. Vtrius'que proprium, vt oculos surrigere nequeãt, sed grauentur mox, & collabantur in somnum. Sed ne longius quam par sit videamur tergiuersari, defæcatiorẽ agamus Plinij sensum. Hic vtique veternosos Pli. accipit pro lethargicis. Raphani vtpotè naturales excitãt spiritus, vt conijcere licet lectione Dio. Haud desunt

tamen qui

tamen qui veternosos pro hydropicis accipiant, quos iuuant raphani, quia cient vrinam. Quòd autem veternosus significet hydropicum, dilucet verbis Catonis ita prodentis: Veternosus quàm plurimum bibit, tam plurimum sitit. Subiungit paulò mox Plinius. CERASTIS ADVERSATVR. Est enim cerastes serpens cornutus, qui si quem momorderit, subito amputari debet locus, vt scriptum reliquit Dioscorides libro sexto. Et subsequitur. SALVTARES ET contra fungorum aut hyosciami venena. Fungorum enim alij perniciales, alij esui cōmodi. Multis vtpote de causis venenosi gignuntur, si enim (Pli. authore) clauus ferreus in quo sit rubigo aut panni marcor fuerit, aut si iuxta serpentis cauernam arbores've quae pariunt noxios fructus erumpant, cōtinent enim nescio quod strigmentum, concretam'que pituitam terra'que eruti celerrimè computrescunt, at'que marcore vitiantur, sed qui veneno non sunt imbuti, suauem authore Dioscoride, in iuribus gratiam habent, largius tamen sumpti nocent, & egrius cōcocti strangulant. Sunt enim pituitosi natura, & crassioris humoris, vt testatur Paulus Aeginita. Haud paucioris est noxę hyosciamus, siue apollinaris herba, quā scio li iusquiamum vocitant. Haec enim herba prodente Diosco. libro sexto pota vel in cibo sumpta, amētiam similem ebrietati gignit. ET CONTRA VISCVM. Haustum enim viscum linguae grauem inflammationem parit, insaniam'que. Cuncta enim corporis excrementa compescit, intestinorum tumultus & strepitus excitat: cuius vbertim meminit Dioscorides libro sexto, & Paulus Aeginita libro quinto. Ixiam nonnulli id vocant, alij vlophonon. Et subdit Plinius. LIENEM EXTENVANT. Raphani vtique absumere lienes dicuntur, ob id lienosis medentur. Celsus libro quinto armoraciam ait lienosis prodesse. Lien certè nimia exuberantia ac magnitudine corpori adfert detrimentum: hominem enim quodam modo cingere videtur, ob id praecordiorū duricies emergit, vbi enī est affectus lien intumescit, pars'que sinistra intenditur, vt memoriae mandatū est à Celso. Et quàmuis lien sit membrum ad expellendum foeculentum in hepate, vt scitè prompsit in literas Gale. v. iuuamē. membrorū, nihilosecius atram bilem euocat, allicitq; ad se, ac superfluos humores, vt colligitur doctrina Auicē. xv. fen. tertij can. ca. ii. Vbi verò intumuit coarctatur spiritus, ob confiniū canaliculę pulmonis. Dilatat autem raphani esus, poros, ob id attenuat eum, tollit'que eam affectionem, quam neoterici vocant medici oppilationem lienis. Conferunt item lienosis ob eum qui his inest amarorem. Amara enim conferunt lienosis, dulcia verò obsunt. Acida item prosunt, vt ait Celsus libro tertio medicinę, qui hac affectione affliguntur splenetici, ac lienosi dici solent. LETHARGICIS. Lethargo afflictis. Lethargus morbus est phrenetico contrarius. Nam in phrenetico difficilis somnus prompta ad omnem audaciam mens. In lethargo, marcor & inexpugnabilis dormiendi necessitas, mens in hoc torpescit, fit apostemate algido, inter craneum & medullam. Aduertendum attentiore cura ex tota vocis acceptione aestimatione que lethargum esse obliuiosam desidiam. Galenus suis in diffinitionibus descripsit, ait'que κατάφοραν, id est delationem in somnum profundum & inexcitabilem, in qua constituti omnium quae dicuntur & audiuntur pariter obliuiscantur. De lethargo Celsus libro tertio, & Galenus aphorismorum secundo. Nunc alio flectamus ingenium.

PRAXAGORAS (ait Plinius) ILEOSIS DANDOS CENSET. Raphani ileosis, prodesse comprobatum schola medicorum reliquit. Ileosi dicuntur à Celso libro quarto, laborantes intestino, quod colon vocant. Est enim tenuioris intestini morbus colicus, siue ileosus. A Galeno intestinorum inflammatio dicitur, quia spiritus, & excrementorum

V transitus

Fungi.

Viscū.

Lienis morbus

Ileosi.

transitus,& iter obstruatur,comitenturque eam validissima tormina. EV=
Euthe= THEROCELICIS. Ramicibus. Eutherocelam Gale. ait esse intestini in alterũ
rocela. naturæ locum paulatim simul & vno impetu descensum,primitiuasque descensus
Ramex. causas eius esse aut hominis nimium conatum, aut ictum. Hydrocelam vocata=
Hydro quosum ramicem,quod & probat Paulus Aeginita. Celsus de his libro septimo.
cela. QVAE phagedenas vocant. Gale.suis in diffinitionibus phagedenam ho=
Phage= minis malum tetrum prodit,in quo copiosum cibũ appetens,nimiumque sumẽs,
dæna. continere eum nequit,sed eo euomito rursus appetit: & quoniam copiosius & inuti
liter comedat. Phagedena id à græcis dici solet,nam φαγεῖν illis est comedere. Itẽ
phagedæna authore Celso,vlcus est ossetenus depascens circa faciem,item in ingui
nibus,mammillis,& partibus hepatis nasci solet. HAEC EST antipathia.
Antipa Hæc est contrarietas ac discordia. PASTINACAE (ait Pli.) SIMILE hi
thia. biscum. Est certè hibiscum syluestre maluæ genus,quod alij althæam dicunt,hoc
Hibiscũ est medicam,corriuatum verbum à voce graia ἀλθαίνειν,id est althenin, quod me=
deri apud græcos est. Theophra.huius effusissimè meminit libro .ix. plantarum
altheam assertans esse syluestrem maluam. Gale.anadandromalachẽ vocat,quasi
abhorrescẽtem maluam,verùm de his aliubi fusius. STRVMIS vel suppu
Struma ratis alligant. Strumæ tumores sunt gutturis colliquè. Struma,inquit Celsus libro
v.est tumor in quo subter concreta quædam, ex purè & sanguine quasi glandulæ
oriuntur,quæ vel præcipuè fatigare medicos solent,quoniam & febres mouẽt,hęc
ille. Nonnulli scrophulas vocitant,græcorum aliqui χοιράδας propriè vocitari cõ
perio duratos adenes circa collum,& alas,& inguina,concretos quidem & surgen=
tes. A suibus,quos græci χοίρους dicunt ideo appellatæ, quo fit vt chærades & stru=
mæ,pro eodem accipi soleant.

CAPVT .V.

Pastina ALTERVM GENVS, &c. Raphanorũ discussa ad per
ca. pendiculum dote nunc Pli. pastinacæ medicam vim hic pa
làm facit, græcorum peritissimi pastinacam σταφυλῖνον vo=
cãt: cuius duplex genus,satiuum,& agreste: rursusque agre
stis multiplex poti⁹ diuisio,hoc genus suspitionẽ quorundã
merito auxit,sit ne agresti pastinacæ idem daucus, an alte=
rius generis herba. Sciẽdum staphylinum à græcis dici sim
pliciter pastinacam: & oleris minutissimam, & quotidiani
vsus radicem, nullaque adiecta nota alia satiuam semper intelligi, Sic Colu. suo in
Staphy , carmine cecinit. Lætetur mollemque sinum staphylinus inumbret. Idem libro
linus. x.cap.iiii. Tunc agrestis pastinaca & eiusdem nominis edomita,quã græci sta=
phylinum vocant,edomitam, satiuam intelligens. Gale. autem syluestrem pasti=
nacam daucum vocat,quod & comprobatum liquet sententia Pauli Aeginitæ lib.
vi. qui ait Δαῦκος ὁ ὁ σταφυλῖνος,hoc est daucus: qui & staphylinus. Harum herbarũ
affatim & quidem scitè Theophra. meminit libro. ix. plantarũ,inquiens δαῦκον δὲ
περὶ φύσει ῥίζαν δὲ ἔχει μελάνας τὸ σπαρτιωτικὸν τῆς ἀχαΐας διαφέρει θερμαντικόν. quod notat. Egre
gia bonitate autem daucus in achaiæ spartensi agro calefacit,& nigram habet radi=
cẽ. Diosc. lib. iii. de his abundè. Mulierũ mẽses ciere prodit, itẽ hydropicis cõfer
re,ac dolori lateris,cõtraque venenata foet⁹ extrahere, venerẽ stimulare, vrinã cie
re: quę omnia asseuerat Pli. hic, cui⁹ placita vidẽtur à fõticulis ipsi⁹ Dios. deprõpta.
Mulierũ hic suffocationib⁹ prodesse semen pdit Pli. ad sensũ perlibãdũ expẽdẽda
Pnix. sũt quępiã. Suffocatiões mulierũ ĩtelligit vuluę, hoc est, vt barbaro loquar matricis
strãgulat⁹; quos greci πνίγα ὑστερικὴν. i. pniga hystericẽ vel si mauis suffocationẽ vuluę

vnde appellant

vnde appellant mulieres hystericas,suffocatas strangulatu vuluæ. Est enim suffocatio vuluæ,morbus epilepsiæ similis,ac sincopi. Fit huiuscemodi suffocatio sępi⁹ corruptione seminis retenti in vuluæ partibus,aut veneris assuetæ amissione, aut demissione,aut menstruorū detentione interdum humoribus putridis venenosisq́ue,vt q̄scitissimè prodit Gale. vi. interiorum. Mouetur autē vulua dextrorsum, & læuorsum:Item sursum & deorsum,motu cuius diaphragma affligitur, & tunc spiritus coarctatur. Medicæ artis peritissimi,vuluam cordi,hepati,cerebro,ac stomacho colligari admouerique ac habere quendam consensum produnt,ob quorū colligantiam fit morbus peracutus,quia tum extēditur in partes quas palàm esse digniores cæteris. Corpus autem neruosum sicut vulua, si superfluè impleatur, aut euacuetur fusius quàm par sit extenditur,aut retrahitur, vt ait Galenus, quinto morbi,cap.secundo. Pastinaca enim confert suffocationi vuluæ, quoniam materiā ex qua fit euellit,& calefaciendo absumit. Hæc enim affectio vtplurimum fit frigiditate,quod dilucet,quoniam extremæ mulierum partes frigent,vt tactu probatum est. Hæc enim frigiditas fit ob caloris naturalis circa cor & partes interiores conculcationem,quare membra exteriora exhausta sunt calore. Hic non obfuerit meminisse suffocationem vuluæ matricis dici, vt plærique nostrorum medicorū dicūt. Matrices enim nunc passim medicina vuluas,& muliebres intelligit locos. propriè enim matrices debēt intelligi in armentis gregibus, pecore omni & villatica pastione, vt sunt boues,equæ,oues,gallinę,anseres. Matricum nomine animalia hæc tantum quondam censebantur ex hoc vsu solum,sed de his hactenus.

Vuluæ conuersio.

AD STRANGVRIAM. Stranguria enim affectos ita his verbis Marcus Cato descripsit, libro rei rusticæ,cap. clvi. QVIBVS ægre lotium it. Græci à difficultate,& à dolore δυσουρίαν id malum dixerunt. Dysuria ergo difficultas cum dolore est vrinæ;aliquando exiguis nec nisi per interualla stillis eadem vrina fluit. Suarum diffinitionum libro Galenus, malum vocat fluxum vrinæ per temporum interualla, nonnulli id στραγγουρίαν, id est stranguriam : ciet enim vrinam pastinaca, vt conijcere licet lectione Dioscoridis. Item & menses, sic enim Plinius menstrua vocat. Vuluæ vocat autem suffocationem πνίγα ὑστερικὴν, hoc est, pniga hystericen, πνὶξ enim, id est pnix, suffocatio fertur. Graia item gens hysteras, secūdas vocat, hoc est membranas, quibus inuoluitur infans quum ab vtero prodit. Subdit deinde Plinius.

Strāguria.

SIMILITER ET OPISTOTONICIS ET PLEVRETICIS ET COMITIALIBVS. Conferthaud dubiè decoctum pastinacæ ijs, quibus est ceruicis rigor. Est vtpotè expendendum solicitiore ingenio multiplicia esse genera rigoris ceruicis, quæ pro diuersitate affectionis diuersa sortita sunt nomina, quorum ita non minus scitè, quàm festiuiter commeminit Celsus libro quarto. A capite (inquit) transitus ad ceruicem, quæ grauibus morbis obnoxia est, neque est morbus illo acutior, quàm is qui quodam ceruicis rigore neruorūque modo caput scapulis, modo pectori mentum, annectit modo immobilem, & rectam ceruicem intendit, priorem opistotonon vocant, sequentem emprostotonon, vltimum tetanon, qui ergo scapulis caput annexum habent, opistotonici feruntur, qui mentum pectori, emprostotonici. Tetanici simpliciter rigentes dicit medicorum schola. Galenus in sua Isagoge, horum abundè meminit, & in diffinitionibus suis rigores ceruicis, ita describens. Musculorum neruorumq́ue omnium toto corpore contentio est, quasi ex gelu concretio, rigor est aliter. Conuulsio quæ recta per corpus fit rigor est, in qua collum & malæ contrahuntur, dentesque vtrinque simul hærent, neque annuere ceruix, neque renuere potest.

Tetanos Opistotonos. Emprostotonos.

PLEVRETICIS. Pleuretide laborãtibus. Pleuretidem omnes medicæ artis professores morbum esse acutissimum testantur. Pleuretidem sequitur veram. Febris, tussicula, anhelitus difficultas, lateris dolor. Est enim phlegmon membranarum costas subtegentium, vt concinnè prodit Galenus quarto causarum pulsuum, cui Auicenna astipulatur decimo tertij, quarto tractatu, cap. primo. Fit cholera adusta humoribusque sanguinolentis, rarenter phlegmate, quia acidè ructantes rarò pleuretici fiunt, authore Hippocrate sexto aphorismorum. Dicta pleuretis à græcanica voce πλεῦρον, id est pleuron, omne id fertur in anteriore homine spatiũ quod vtrinque à superiore parte qua brachium humero iungitur ad imas pertinet costas, cui ex interiore parte costæ subiacent, omnem enim hanc partem homines græci fœminino aliquando neutro genere πλευρὰν καὶ πλευρὸν, id est pleuran, & pleuron vocant πλευράν, id est pleuran costam vocant: latini verò latus. Huius meminit Celsus libro quarto.

Pleuretis.

COMITIALIBVS. Caduco morbo laborantibus. Comitialem morbum ita dictum volũt, quòd comitia perturbaret, quod dilucet carmine Sereni ita canentis.

Comitialis.

Est subiti species morbi cui nomen ab illo
Quod fieri nobis suffragia iusta recuset,
Sæpe etenim membris acri langore caducis, &c.

Alij sacrum morbum, alij herculeum quòd eo laborarit Hercules. Plato diuinum, quia animi partem rationalem, quæ omnium sanctissima est, obsidet: græci epilepsiã vocant, vulgus caducum morbum. Fit apostemate cerebri quo effuso rationis arces præpediuntur: nonnunquàm humore phlegmatico, viscoso, frigido: quorum abundè Gale. meminit tertio interiorum. Est igitur comitialis morbus germanus apoplexiæ, nam idem locus in vtroque patitur, & idem humor causam affectioni præbet. Verùm apoplexia ob omnimodã carentiam eius facultatis quæ ad neruos demanat. Morbus autem comitialis ob incertã temerariamque & inconditam motionem consistit, frigidus autem, & crassus humor est in ambobus, proinde adolescentium ætas calidæ siccæque temperaturæ maximum adfert auxilium his qui comitiali morbo laborãt, accidit crebriusculè pueris ob victus errorem, & quia humi cubant, & solaribus radijs se exponunt, & imbribus. Hic nõ obfuerit abiunctũ à proposito, petijsse cur nam spuma ab eorum ore diffluat, & quænam illius sit causa. Ad quorum perceptionem expendendum generationem spumæ ex duarũ substantiarum mixtione perfici. Est enim altera spiritosa, altera humida, ventis enim vehementibus mare occupantibus propter ictum fortiorem spumam constat fieri cõtingitque, in lebetibus autem caloris ratione, sic & in corporibus animalium, cũ adsunt ex morbo comitiali cõuulsiones, vehementia motuum solet spumã generare, verùm quo planius expressiusque cuiusmodi ea sit affectio percipiatur Galeni sententiam subnotandam censuerim. Morbus, inquit, comitialis conuulsio est omnium corporis partium, non perpetua vt in prostotono, opistotono, atque tetano, id est neruorum rigore, sed quę ex temporũ accidit interuallis; ac neque hac sola re, sed mentis quoque & sensuum oblesione ab iam dictis distat conuulsionibus, vnde constat in supremis corporum partibus, cerebro, videlicet hunc affectũ consistere. Cæterum velox eius discussio, crassum humorẽ spiritus meatum in cerebri vẽtriculis obstruentem, hunc affectum peperisse. Denique à crasso humore semper hanc produci affectionem, argumento est, quòd & subito fit, & confestim soluitur, nam subitariã meatuum obstructionẽ, à crasso, & viscoso humore fieri cõstat, adde melãcholicos crebrò fieri comitiales. Querit Aristo, quod nõ obfuerit hic anne xuisse, vnde sit quòd vni animãtiũ cũctarũ homini trãsuertũtur oculi, ac plimitatẽ deprauẽtur, an quia (infert ille) sol⁹ ex omni animãtiũ gñe morbo comitiali rapiť

Cæterum de hoc modo & Alexander Aphrodiseus obseruatione dignũ, quod Auicenna scribit secunda primi, epilepsiam septentrionalibus nõ ferè contingere, quia sint introrsum sani, & calore exuperãti, quod si eueniat esse atrocem, quia causa sit præpotens. Legimus porrò, si caducis à dextro morbus occipiat, eorum difficiliorem esse medelam, siquidem dextra validiora sunt, eoque minus spei ad sanitatem relinquunt, verum de his nec verbosius. FOLIA contra cruditates mandũtur. Cruditates in morbis cõtrariam cocturæ cibi in stomacho fortunam significant, greci cruditates ἀπεψίας, id est apepsias dicunt vel δυσπεψίας, id est dispepsias. SYRIA in hortis, &c. Syri summo studio hortos coluisse feruntur, vnde emergit apophtegma, Multa Syriorũ olera. GINGIDION vocãt. Est gigidiũ herba quã alij lepidion, similẽ agresti pastinacæ Diosco. memoriæ mãdauit, à cuius riuulis hæc corriuata videntur, nã & Dioscori. libro. ii. eam nasci in Syria & Sicilia scriptum reliquit, quod & comprobat Pli. quum ait. SIMILIM AM herbam staphylino ferit Syria. suppleas, huic radix est exigua, albescens, amara. Estur oleris modo stomacho, confert, vrinã cit. Herba paucis cognita. Paulus Aeginita libro. i. gingidij ita meminit. Gingidium autem scandici simile, adstringẽtem amaramque non paruã habet qualitatem, stomacho accõmodatum est, esturque in fame, & à ieiunis ex aceto. SISER erraticum satiuo simile. Dioscori. libro. iii. suauem ori hanc herbã testatur, stomachoque conferentem, ciente vrinã, & cibi appetentiam excitare. EX ACETO laserpitiato. Aceto misto ac composito lasere, vel laserpitio. Est autem laserpitium, virgultum simile ferulæ hoc ad multos mortalium vsus accommodatum, authore Diosco. libro. iii. Theophra. libro. vi. planta. affatim huius meminit, cuius placita in medium adferem⁹, vbi agetur de laserpitij vi. Nonnulli neotericorum medicorum nunc id vocãt assam fetidam. CONTRA argentum viuum. Argentum viuum inter pręsentanea venena annumeratur, stomachum, aluum, & intestina graui pondere cũ grauissimis torminibus prægrauat, põdere intestina disrũpit, & vrinam cõpescit. Tumet his qui hauserunt argẽtum corpus, & plumbeo colore decoloratur, vt scriptum reliquit Diosco. libro. v. hydrargyron vocatur. CONTEXIMVS & de seseli. Seselis herba est non absimilia folia habens fœniculi, caulẽ tamen crassiorem, huic radix longa odorata, calefaciunt semẽ & radix. Prosunt stillicidijs vrinę, difficultati spiritus. strangulatui vuluæ, comitialibus: vt testatissimum reliquit Dioscorides libro tertio, à cuius sanctarijs hæc sunt detorta. Præfert massiliense cæteris generibus, Pli. id probat, Diosco. Aethiopicum, cuius hic meminit Plini⁹, simile est hæderæ. ESSE. Comedere. CONVVLSA, Spasmos: Græci enim σπασμὸς καὶ σπάσματα, id est spasmos & spasmata vocãt conuulsa, quod malum suarum diffinitionum commentario Galenus his verbis describit In neruis & musculis affectio hæc fit, trahunturque in ea sine electione, id est inuitis aliquando totum corpus, aliquando corporum aliquæ partes. Celsus libro secundo de spasmo, Galenus quinto aphorismorum. LIGVLARVM. Ligula pro cocleari aliqui accipiunt, quòd similis sit linguę. CERVAE PARITVRAE. Hoc & libro octauo à nobis iam ostensum est.

INVLA QVOQVE, &c. Est herba vulgaris Inula, hanc vulgus enulam campanam vocitat; fertur & helenium, Item symphiton.

CONDITA TVSSIM EMENDAT. Alludit ad Dioscoridis assertionem, ita prodentis. Radix inulæ cum melle in eclegmate tussientibus accommodata est. Idem condituræ eius ita meminit, siccatam enim aliquantisper moxque decoctam frigidã à aqua salgamarij demergunt, tum in defrutum deiectã ad vsus necessarios reponunt, hæc ille libro octauo. Subdit Plinius.

Epilepsia.

Cruditas.

Lepidiõ

Laserpitium.

Argentũ viuũ

Seselis.

Conuulsa.

Enula cãpana.

ET INFLATIONIBVS. Inflationes flat⁹ suntac spirit⁹,& qua
si venti & intra nos excitationes, quæ fumi modo, ex succis cibarijsque à tepida ca
liditate commouentur. Frigiditas siquidem quoniam non est illi natura extenuare
& soluere, nullos producit flatus. Acrior natura caliditas disijcit quidem, & cibos
mutat in stomacho, sed minore efficacia, & hinc flatus excitatio omnis, quem ca=
lidis remedijs extenuare oportet, potestque inter cætera id sua caliditate inula, nã
& calorifica est. Verùm de hac aliubi, hoc est. xxi. histo. effusius agemus.

CAEPAE SYLVESTRES. Cęparũ vbertim historiam quantum tulit no
Cæpæ. ster captus tractauimus libro superiore, diximusque quantum superstitioni anti=
quitas contribuerit. Nunc medicas vires agemus, græcorum peritissimi cępã crõ
Crom= myon vocant. In censu ceparum & genere maiore acrimonia sunt longe, quàm ro=
mion. tundæ, ruffæ quã candidæ, siccæ quã virides, inflandi erodendique vires cunctę ha
bent, siticulosę sunt, extenuant stomachi veluti ex repletione fastidia, aluũ soluũt,
Succus earum oculorum claritati prodest, mouent menses cępę: contra canis rabio
si morsum additis ruta, melle, & sale, & multa id genus vt videre est apud Dioscor.
libro. ii. à quo fecisse versurã auguror Pli. Cæparũ Theophra. meminit lib. viii.
planta. CICATRICES oculorum. Cicatrices oculorum in superficie tan=
tum concretas dicunt, nec cicatrices tantum, sed & nubeculas, albugines verò alti⁹
descendentes. Descripsit vtrunque Gale. in sua Isagoge his verbis. Cum in oculi ni
gra parte ex profundo vlcere crassior & colore candido superincurrit membrana,
cicatrix. Fit etiam in ea oculi membrana quæ candida dicitur. Albugo autem cica
trici eadem est, differt tamen: quòd in ea ex maiore exulceratione maior cicatrix,
& crassior circulo, quem à similitudine cœlestis arcus irim vocant, superincurrit.
Arge= Argemata verò vocant exulcerationem oculorum, siue vlcera. Gale. sua in isago=
ma. ge huius rei meminit. Exulcerationem in oculo factã, quæ in nigra oculi parte can
dida sit, in candida rubescat HEMORRHOIDAS pellere subditas pro bala=
nis. Hemorrhois sanguinis est fluxio, per interualla ab ano demanans. Habet au=
tem quid discerniculi ab hemorragia, quòd hemorragia copiosi & cum impetu san
guinis effusio sit. Hemorrhois verò paulatim, & per interualla stillicidij modo san
Balan⁹. guinis exitus. Est autem balanus hic medicamentum, quo aliquando vti cogimur
in his, quorum aluus non laxatur ac, purgatur, vulgata lingua suppositoriũ vocat.
Inferuntur enim balani sedi, ad commouendã ac molliendam aluum, dicti balani,
quòd similes sint figura glandibus quernis, βαλάνος enim græcè glans dicitur.

CAPVT .VI.

Porrũ. PORRO SECTIVO: Duplex porri genus libro
superiore ostendimus culturam tractantes, quare non vitio
nobis lector vertet, si silẽtio preterierimus, quę à nobis pro
mulgata sunt. Nunc quoniam in rei medicæ actione ver=
samur, medicos effectus vtriusque porri sectiui scilicet, &
capitati tractabimus: vtrunque enim genus eadem omnia
potest sed capitati efficacior vis. Cibum illiberalem maliq;
succi Dioscorides libro secundo prodidit memoriæ, grauia
& tumultuosa facere insomnia, ciere tamen aluum, menses trahere, coctum aqua
marina & aceto fœminarum secundas iuuare, Venerem stimulare, succum eius na=
rium sanguinem sistere, & multa id genus quæ concinniter prompsit, in literas Dio
Phthisis scorides libro secundo. MVLSI. Vini melle misti. PHTHI=
SICIS DISTILLATIONIBVS. Pulmonis exulcerationibus,
Est vtique phthisis, pulmonis exulceratio, ac cõsumptio totius corporis, vt prodit

Hippocrates quinto aphorismorum. qui plura volet, adeat Galenū secundo morbi, ca. sexto, & Celsum, libro tertio, ca. xxii. qui conferre, ait, porrum phthisi: porrū etiā tussi mederi, ait, libro quarto, ca. quarto. Porrum ergo prodest phthisicis, tum quòd sanguinolentas excreationes abstergat, tum quòd desiccet: Haud enim solū vlcera pulmonis desiccātibus indigent, verùm & quęcū que alia, vt scriptum reliquit Gale. id est, febrium ad Glauco. de his alibi fusius. CVM ptisanę succo. Crebra ptisanæ vox: non tamen notio omnibus peruia: quare quænā sit ptisana, non fuerit alienum subnexuisse, fiebat ptisana antiquitus non solum hordeo, verùm & alijs frugibus. Et Paulus Aeginita primo volumine quo capite de frumentaceis agit vsum potius, quàm confectionem ostendit. Verùtamen quod ex vi nominis ratiocinari licet quodque obseruatum à nobis in veterum scriptorum lectione est ad ptisanā, tundebatur nō molebatur hordeum, primoque tusum in sole siccabatur, mox iterū tusum iterū in sole siccabat, vt diutius perenaret, cū suo polline cōdebatur, hocque ita confectum ptisanā vocitauit antiquitas, de qua re ita meminit Paulus Aeginita, libro antelato. Coquitur autem ptisana, vnaque eius pars in aquę quindecim partibus addito oleo exiguo, & cū intumuerit aceto. Cū verò ad exactā coctura peruenerit, superinijcie dus etiā sal friat⁹, & in aliquibus porri aliquid, & anethi. Palā autem est, antiquos consueuisse ex omnibus frugibus ptisanā cōficere, quod dilucet carmine flacci, ita canētis. Sūme hoc ptisanariū oryzæ, &c. Vtcūque autem res se habeat, ptisana substātia est contusi hordei, ad medicinā pręparata qua cum opus esset vtebatur. VEL ACACIA DATVR, &c. Acacia virgultum instar arborum, frutice spinoso, florem cādidum habēs, manat ex ea spina gummi, vis ei ad spissandum, refrigerādumque, valet ad ignem sacrū: perniones, oris vlcera, authore Diosco. libro primo. INFICIT CANOS. Tingit capillos qui circa tēpora sunt. DISTILLATIONES Thoracis: Hausim⁹ à monumentis mutorū magistrorū Aegyptios corpus humanum in quatuor tantum partes distribuere solitos: caput, manus, thoracem quem etiā clybanū vocāt, & crura, inoleuit vtpotè, vt Thorax pro pectoris cauitate accipiatur. ALLIO magna vis. Historia medica porri, quod greci prasō vocāt excusse enucleata: suppetit grato rusticæ plebi obsonio differere: sciendū græcos allium appellitare σκόροδον, id est, scorodon: duplex alliorum esse genus ex professo habet qui sacris musarum est mediocriter initiatus: agreste quod Columella, libro. xiii. rei rusti. vulpicum vocat, alij aphroscorodō, id allio satiuo gradius, Theophrastus libro plātarū octauo cyprium vocat: eius etiā Theo. meminit, libro septimo plāta. Diosco. agreste vocat ophioscorodon, quasi anguinum, idem allia calefacere, erodere, siccare stomachum, aluum turbare, siticulosum esse allium prodit. Item: inflationes gignere, officere oculis, pellere lumbricos, vrinā ciere: prodesse cōtra morsum canis: valere ad aquarum noxiarū mutationes, & multa id genus quæ Diosco. prōpsit in literas, libro secūdo, à quo Pli. & à Theophr. hec omnia mutuasse videtur. CONTRA hemorrhoidas, Contra serpentes illos. Est autem hic nomen serpentis: non sanguinis ex sede vitium: cuius morsu toto corpore sanguis excernitur. Adsunt à morsu hemorrhoi (malunt aliqui concinnius dici ita quā hæmorroidis, vt differat à vitio sedis) statim graues dolorum vexationes & ex eorum continuitate breuia, angustaque redduntur corpora. Multa etiā authore Diosco. sexto: ex morsu sanguinis eruptio, idem libro secundo allia contra hunc serpentem valere testatissimum reliquit. CVM vino Redditū vomitu: deluxati codices aliqui. Cum vino reddit vomitum, male habent, legendum contenderim, Cum vino redditum vomitu: vt sensus sit. Allium prodest cōtra hæmorrhoidas, poto vino quod tandē reuomi debet. Intelligit enim. Pli. allium cōtinuè sumptum reijciendum esse vomitione. Paulus

Ptisana

Thorax
Allium

Hemorrhoides

Aeginita ita præcipit sanare morsum hemorroi: vtor hic masculino genere, vt discerniculum sit ab hemorroide vitio sedis, quãquàm tamen vtrum'que dici possit.

Aconitum. Aconitum quod alio nomine pardaliâches. Diu agitatum apud peritiores quidnã sit aconitum, ac qui sint eius natales. Grãmaticorum decretis proditum constat: à cautibus in quibus nascitur aconitum dici passim: ob id Naso cecinit.

; Quæ quia nascuntur dura vinacia caute.

Agrestes aconita vocãt. Theophrastus nono plãtarum vbique nasci aconitũ testatur: ne'que à cautibus quas græci aconas vocãt, nomẽ aconito factum fuisse, sed ab Aconis periã dynorum pago, qui ad Heracliã ponti est, aconitũ vocari. Amare quidem & nasci plærum'que in petrosis non tamen à petris inuenisse. Pli. aconiti meminit, libro. xxvii. ca. ii. Vocari aconitum item pardaliâches. Pli. testatur quò d enecet pãtheras. Tangunt, inquit, carnes aconito, necant'que gustatu earum pantheras, nisi hoc fieret repleturas illos situs, ob id pardaliãches aliqui vocauere, loco antelato Pli. vnius generis meminit, quùm tamen duplex esse genus prodat Diosco. libro quarto, & Theophrastus, libro. ix. plantarum: vberius de hoc quando de illo agemus: hoc est, libro. xxvii. histo. EX RESTIBVS SVIS. Restes vocat funiculos capitibus hærẽtes alliorum: item & capita etiam dicuntur eorum. Adde loco plausibilioris lectionis ἀγλίδια, id est, aglidia, dici plures spicarum in allio diuisiones illas, quę singulæ nouam instaurant sobolem: alij id vocãt,

Suffitu. ἀγλῖθας, hoc est, aglithas. SVFFITV EO, Suffumigatione. Nam in suffitu fumum intelligere semper oportet: vlcera manantia: quę saniẽ enim emittunt: capitis item vlcera manantia vocat, quæ nos tineam in pueris: quorum caput

Cẽtaurea. vlceribus his sæpius tentatur. CENTAVREA, Herba centoro dicta, vt latius dicturi sumus vbi se ingeret series. Coriãdri aliubi ãgeť mẽtio. Elixum: aqua

Tinesmos. Tenasmus. coctũ. TENESMO. Est vt summatim iam attigimus τενεσμός, id est, tinesmus crebra & inanis egerendi voluntas. Diffiniunt enim id malum græcorum pariter at'que latinorũ medici omnes, præsertim Galenus in diffinitionibus suis & in sua isagogę his verbis. Affectio inferiorũ intestinorum partis longa nomen ipsius est tinesmus. Sic enim proferendum, quę multos habet desidendi impetus & cupiditates, exiguos verò excrementorũ effectus, inest affectis hoc, conatus desidendi maximus, vnde nominis rationem anguror corriuatam ἀπὸ τοῦ τείνεσθαι, hoc est, tineste, quod verbum est conari: ob id liquet non Tenasmon, sed tinesmum proferendum: fit Tinesmus frigore, malis & putridis quidem humoribus. Item salsis, ac acutis humoribus: necnon ciborum corruptionibus. Iuuant laborantes Tenesmo,

Acetũ mulsũ. quę reprimũt. Item calefactiones ad id valent, Gale. huius meminit aphorismorum septimo. Et Celsus, libro quarto, ca. xviii. ACETO MVLSO, &c. Aceto misto melle, quod alij oxymel vocitãt. PVRVLENTA SINT, Purulenta cruenta sputa dicuntur siue purulente excreationes: græci ἐμπυήματα, id est, empyimata, qualia conspui solent in pleuretide & phthisi.

Garũ. ET GARO ILLITVS. Est autem Garum liquamen ex piscibus. Nõ solum tamen ex piscibus: verùmetiam ex cæteris animalibus, quò d enim supernatat, & liquidum est: fluit'que modo aquæ, garum est, vt in animalium carnibus videre licet: ex quarum salsura exsudatum illud liquamen garum dici potest, aliqui garum halmẽ vocant. Garum enim prodest iis quæ pascendo serpunt, vt sunt lychenes: sacri ignes: nam exulcerat: proritat enim garum ad exulcerationem, vt scriptum reliquit Diosco. libro secundo. Suggillata subatro colore percussa quæ verbere aliquo nigrescunt, ac quodãmodo liuescunt: qualia sunt stigmata, hoc est, vitia cutis decoloratæ & quodam modo percussæ. CONTRA PITVITAM. Pituita in gallinis est morbus, cuius vi pipire

vix possunt. Tradit Celsus etiam allía conferre interaneorum animalibus, id est, lumbricos expellere. libro quarto, ca. XVII. Vel etiam, ait, pridiè cum multum alliũ ederit, vomat, postero die mali punici tenues radiculas colligat, &c. Porrò Pli. hic suspiriosos vocat vix spirantes, & quibus est spirandi difficultas, cuius genera plura sunt aliud grece δύσπνοια, id est, dyspnoea, hæc modica, nec ex toto strãgulat, ἄσθμα, id est, asthma. quando æger spirare non potest, sine sono ac anhelatione. Tertium genus est, ὀρθόπνοια, id est, orthopnoea quando affectus non nisi recta ceruice spirare potest. horum abundè Celsus, libro quarto. Allium conferre, ait Plí. ad ileum, id est, plenioris intestini dolorem, tenuioris morbum intestini, alij vocant κορδάψορ.

Dyspnoea. Orthonopea. asthma

CAPVT SEPTIMVM.

LACTVCA SPONTE, &c. Lactucarũ meminimus culturę, lib. superiore nũc meminisse oportet medicę energiæ. Lactucarũ autẽ plura genera esse persuasum quisque habet qui in hac fuerit versatus harena, quí ve Columellę placitorum fuerit studiosus: in agresti autem lactuca illud meminisse oportet, priuatim dici & propriè agrestem lactucam, quę satiuæ opponitur sponte sua, vt ait Pli. in aruis nascentem, folio minore, & cum arescere inceperit, aculeato. Paulus Aegínita, libro primo lactucam domesticam intelligo refrigerare, humiditatem augere, somnũ cõciliare, sanguinem facere aptũ, non noxium. Theophrastus, libro octauo plantarum contra cutem subeuntes aquas agrestem valere lactucam scriptum reliquit. Ad quod Plí. allusisse videtur quùm ait.

HVIVS LAC expissatum mox in aceto pondere obolorum duum, adiecto aquæ vno cyatho hydropicis datur, &c. Stomacho gratam etiam Diosco. lactucam satiuam fert, libro secundo. De lactuca Theo. septimo plãtarum, ca. V. Subnectit Plí. QVARTO INFECTORES lanarũ vtuntur, quod glastum vocant, &c. Hic Pli. glastum, ait, quartum esse genus lactucæ. Hoc enim genere lanarum infectores vtuntur, vt prodit Diosco, libro tertio. Simile plantagini idem prodit glastum, hoc ignibus sacris prodesse, & vlceribus quæ serpunt scriptum reliquit, duplex genus glasti ponit, satium, quod isatim vocat, & syluestre. Sunt quí Hieraciam. Hanc erraticam lactucã vocãt. Accipitres, quos græci Hieracas vocant, nomen lactucæ huic dedere, prodest æstuanti stomacho, & ictibus scorpionũ, vt ait Diosco. libro tertio. Apuleius, hís addit quod mirum est. Aquilam in altum alís se tollentem, vt rerum naturam certius cõtempletur, lactucæ syluaticæ folia euellere, succoque sibi oculos tingentem optatum acquirere.

ITEM PSIMYTHIO, Cerussa: quæ letalis proditur, quamprimum enim sumpta palatum, linguam, gingiuas, dentes candido colore inficit, singultus, pretérea tussim, linguæ siccitatem, & extremarum corporis partium frigiditates cum mentis alienatione, inertique corporum motu facit, vt scriptum reliquit Diosco. libro quinto. LENTITIAM PITVITAE, Phlegmatis viscositatem, vt sic dica. Subdit paulò mox Pli. VTI NE EO VSV ABLVANTVR OXYPOROPOLI ASPERITATEM. ADDITO DVLCI accremẽtum aceti temperantes, &c. Hic locus quãtis scateat griphis, haud facile cõiectu: cõ fragosus quidem est, & cuius sensum paucos nouimus prælibasse: deluxati codices ac trunci, ferè omnes hic videntur. Haud desunt qui non cumulatæ oxyporopoli, sed oxyporo oboli inconcinnè quidem, & sciolè legant, alij nescio qua cõniuentia,

Oxyporopolę. Acre metũ.

Oxyporoboli

oxyporoboli legũt, ego oxyporipolæ cumulate legendum cõtẽderim. Sunt enim oxyporipolę qui acida acria'ue, vt acetum, omphaciũ, sinape, & cõdimenta acria, ac oxypora vendunt id genus. Temperantes enim vocabulum ad oxyporipolas refertur: qui temperant acrementum aceti aliquo dulci. Expendendum denique non legendum, adcrementum, vt in plærisque codicibus legitur, sed acremẽtum. Est enim acrementum idem quod acor, siue acrimonia ac acredo. Appellat enim hic Pli. acrementũ aceti, hoc est, acrimoniam vt ita dicam, quod in eius acore gustum tentet altius'que, nec sine graui aliquo sensu sentiatur, gręcorum verò peritissimi, quę acrimoniam habent, acorem'que δριμύτητα, id est, drimyteta vocant, nã drimy, acre notat. Cęterũ ne longius euagemur: Oxyporipolas diximus eos, quorum est acria vendere oxypora'que. Nam oxy quod gręce est, ὀξυ, & quę ab particula composita sunt vt, ὀξυλάπαθον, id est, oxylapaton, & ὄξαλις, oxalis, in his enim anceps est vox, referatur ne ad acetum, vel ad acuminata, græci enim ὀξυ, id est, oxy, acetum vocant, ob id emersit vt que acidum saporem habeãt componantur particula, oxy, vt oxylapathon: qua voce vinum quod acorẽ cõtraxit, & acescentem fecem habet: gręci etiam vocãt oxalida, oxeos item ea gens acutum vocat, ac, quę celeri motu, modo acutorum transeunt vt oxypora. Nunc ad scopum redeũdum censuerim. Hic ergo Pli. temperaturam acrementi, siue acoris aceti, agendã esse dulci aliquo censet ne violentius penetret, ne've stomachum lędat. Verùm si crassior pituita, inquit Pli. inesset congruum esse vino scyllite aut hyssopite vti. Nã vinum scyllíticum, cuius agetur mentio, lib. xxiii. histo. herẽtes stomacho pituitas euellit, ac viscidos humores, & quod idem agit. Hyssopite vinum cui⁹ est pulmonis canaliculas abstergere, quare tussi prodest. Absynthite verò appetentiã ciborũ excitat, fastidia stomachi discutit, febrientibus tamen negandũ. Subdit paulò mox Pli. DANTVR COELIACIS CVM INTVBO erratico, &c. Sunt vtpotè cæliaci, qui diutinis ex stomachi infirmitate alui fluoribus vexãtur. Galenus suis in diffinitionibus, alui fluorẽ esse non recentẽ, sed veterem ait, quòd comitentur tormina, copiosa'que alui excrementa, maciè'que corpus extenuetur. Paulus Aeginita fluoribus alui, qui ex leuitate intestinorum fiũt, euẽtu simile hoc malum dixit non vniuerse leuitatis tamen intestinorum, verùm illius tãtum, quæ ex infirmitate, langore'que virium, cibos in stomacho continet. Celsus, lib. iii. huius mali ita luculente meminit, In ipsius verò ventriculi porta consistit is qui & longius esse consueuit, cœliacus à græcis nominatur, sub hoc venter indurescit, dolor'que eius est, aluus nihil reddit, ac nec spiritum quidem trãsmittit, extremę partes frigescunt, difficulter spiritus redditur, hæc ille. LVXATA, Quæ locis suis mota sunt quę & nõnulli dislocata vocitãt. ASSO NITRO, Illo salis genere, cuius est abstergere, purgare, siccare, vt vidébimus loco suo. Nõ secus quã Abrotanum. Quã scitissime protulit hæc Pli. Nã Abrotanũ, quod fruticis genus est, succurrit in difficultate spiritus, nõ nisi recta ceruice spirãtibus, succurrit & ruptis, cõuulsis'que, vt scriptum reliquit Diosco. lib. iii. Subnectit deinde Plinius. LIBIDINVM IMAGINATIONES IN SOMNO COMPESCIT. Alludit ad Diosco. assertionem ita prodentis, lib, secundo. Quin & menses trahit. Bibitur cõtra scorpionum ictus, phalãgiorum'que morsus, libidinum imaginationes in somno cõpescit: Paulus Aeginita veneris in somnia imaginationes'que libidinis ac fluores seminis in somno vocat ὀνειρωγμοὺς, id est, onirõmos auertit itẽ lactuca venerem, quoniã frigida. Hic non obfuerit annotasse græcos lactucã Tridaca, id est, θρίδακα, vocare. Adde loco superpõdij antiquos lactucis in cœnę pœmio vti solitos ad conciliãdã cibi appetẽtiã. Item & in fine, ad auertenda ebrietatis vitia. Nã insita frigiditate ebrietati officit: id quod ex Atheneo notatur, cum alibi, tũ

Oxypora. Cœliaci. Luxata Abrotanum. Lactuca

libro tertio

libro tertio ad hoc facit carmen illud Martialis.

, Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum
, Dic mihi cur nostras inchoet illa dapes.

Paulus Aeginita, libro medicinæ primo liquido refrigerare scriptum reliquit vbi thyrsi lactucæ meminit, hic adde vltra communem notam Thyrsos dici, etiam nuptiales coronas, vbi acuitur penultima, sin minus bacchicā notat hastā, hastas id genus etiā vocāt thystia & sacrificia thelestica, id est, ad initiationē pertinentia.

CAPVT .VIII.

NEC BETA SINE REMEDIO EST, &c. Quanquàm palàm sit lactucas miris scatere remedijs in vtpotè albo ponendę sunt betæ, quarum duplex genus ab luculentissimis authoribus assignatum comperio, agreste radicem nigrā habens, satiuū albā. Hāc ante ponit agresti Theoph. lib. VIII. plātarū. Meliore, inquit, succi abūdātia in betis cādida quàm nigra, pauciore semine etiā quā sicelicā vocāt. Paulus Aeginita, lib. VI. cādidā præfert nigræ. Item & Athenęus in tertio Dipnosophistæ quòd simul aluum molliat, & stomacho cō ducat, quod nigra nequaquàm facit cui vis astrictoria. Adde hic græcos betā vocare τεύτλον, id est, Teutlon: Nigrā Diosco. lib. II. cū lente coctā aluum cōpescere scriptum reliquit. Cādidā soluere, ambas cacochylas, id est, mali succi, succo caput purgari narib⁹ infuso, perniones foueri, lētigines folijs crudis discuti, prodesse capillorum defluuijs. Elixā betā sacris ignibus cōferre, ad quę omnia allusisse videtur Pli. hic. ILLINITVR ALOPECIIS, Alopeciā Galenus suis in diffinitionibus ita describit, dicens, natiui coloris in capillo mutationem, qua ad aurum inclinato colore capillus à radicibus fluit. Ophiasim verò similem alopeciæ in capillo natiui coloris in magis varium colorem, quo vitio circūactis & obliquis spatijs, capitis partes solent glabrescere. Alopeciā dictā peritiores volunt affectionem vulpinā. Nā & grece vulpes dicitur, alopex: affligi id animal capillorū casu testatissimum est, ob id Paulus Aeginita, lib. III. vulpinā affectionem dixit, vbi in humano capite areas, & glabreta capillus deciduus agit, idem erat ophiacis affectio, à serpente, qui ophis, fertur græce. Ex succi enim prauitate vtraque affectio consurgit queādmodum Madarosis, id est, caluitium, vel glabritas, quare grecis πάθος φιλότικον dicitur, hoc est, morbus pilos euellens. Alopeciā etiā aliqui dictā ferunt à proprietate animalis vrinæ. Vbi enim vrina fuerit effusa, eo vestigio infructuosus locus efficitur, arescentibus herbis, nec nouis succrescentibus. Alopecia. Ophiasis.

EST ET BETA SYLVESTRIS, &c. Hic Pli. in censu betarum limonion numerat: quā & syluestrem betā vocat. Diosco. verò, lib. IIII. palustrē potius vel pratensem, à natalibus potius videtur appellasse. Huius meminit Theophrastus, lib. VI. plātarum limoniā nō limoniō vocitās eam. Semen huius tritum prodest cœliacis. Item & torminibus, vt scriptum reliquit Diosco. libro antelato. Beta.

INTYBI QVOQVE NON EXTRA REMEDIA SVNT, &c. Haud pauca inter herbarios disceptatio consurgit de intyborum notione, quarum duo genera esse contendunt aliqui. Est enim erraticum & satiuū, illud amarescit & angustiore folio est. Satiuum ori & cibo gratius, latioribusque folijs, meminit amari Vergi. quando ait. Et amaris intyba fibris. Intelligens enim intybum generis nomen vt græcis seris est, latinis esse amaritudinem, vt ad certam cō traheret speciem. Galenus cichorion vocat quod latini olus intybi, sub enim voce Intybi. Cichorium.

cichorij quodlibet intelligunt intyborum genus. Theophrastus, libro octauo plātarum cichorion videtur appellare agreste, ac amarum intybum: omnia autē genera amara eorum Paulus Aeginita serim vocat: intybum syluestre videtur Pli. appellasse cichoriō: vt liquet lectione eius & Columellæ libro secūdo, ca. decimo octauo de his ita. Atque alias ante hyemen alias per autumnū extirpemus vt rubos, iūcos, virgulta, alias vellam⁹ vt intyba ac solsticiales spinas: qua descriptione intyba iudicat quę syluestria sunt. Satiua enim in pratis non inueniūtur. Idem postea, libro nono, ca. decimotertio, vbi de anseribus educādis agit serim satiuam appellat his verbis. Palustris quoque sed herbidus destinetur ager, atque alia pabula conserantur vt vitia, trifolium, fœnugrecum, sed precipuè genus intybi quod greci appellant serim. Diosco. libro secundo. Horum ita non minus scitè quàm festiuiter meminit. Serin Aegyptij agon: Romani intybum dicūt. Duplex intybi genus, agreste, & alterum erraticū, ab amaritudine picris, & cichoriō appellatū latioribus folijs, alterum satiuum & in cibis gratius. Satiui rursus duplex genus, lactucæ similius alterū, & latifolium angustifolium alterum, & quadātenus amarū abstringunt ambo, refrigerant, & stomacho accommodata sunt aluum elixa sistunt. Ardores stomachi in cibo leniunt, &c. Nunc neoterici medici intybum satiuum, Endiuiam vocant. Cum polenta, crebra apud authores vox polenta, sed paucis polentæ confectio nota: nonnulli græcorum ἄλφιτον, id est, alphiton polentam vocitant: alij tamen alphiton pro farina ponunt, latini id polentam nuncupant, multiplicem quondam habebat cōfectionem. Græci perfusum aqua nocte vua hordeū siccabant postera die frixum molis frangebant. Erant in eadem gente etiam qui vehemētius tostum rursus exigua aqua aspergerent, & priusquàm molerēt, iterū siccarent, alij virentibus adhuc spicis decussum hordeum recēs purgabant, ac madidum in pila tundebāt. Cuicūque autem hordeo huiuscemodi modo aliquo preparato vicenis eius mensuris ternas lini seminis & coriādri selibras salisque acetabuli pōdus tosta que omnia hæc antea in mola miscebant, sed de his hactenus. Antiligomena. Contradicentia, siue diffidentia. Nam Petronius is, de diffidentibus scripsit, quę grece antiligomena iure dixeris, id est, diffidentia, siue contradicentia, porrò qui amplius de cichorio ac intubis volet, adeat Theo. lib. VI. plāta. ca. XI.

Seris.

ἄλφιτον.

CARDIACIS, &c. In cardiaco morbo mens labat. Estque authore Celso nimia imbecillitas corporis: quod stomacho languēte immodico sudore digeritur author Celsus, libro. III. cap. decimonono: alij tremorē cordis finiunt: cuius meminit Gale. quinto interiorum. Et Auicenna, Fen. secunda, tertio tract. cap. II. Fit interdum calore nimio aliquando apostemate in capsula, vt sic dicam cordis, aliquando humiditate nimia in capsula cordis.

Cardiac⁹ morbus.

CAPVT NONVM.

BRASSICAE LAVDES LONGVM est exequi, &c. Agendum hic de brassicarum vi medica. Nunc quot genera enumerentur à testatissimis authoribus, differamus. Catonis grauitate pariter atque eruditione insigni proditum monimentis est, tria brassicarum genera esse, eo libro quem de re rusti. legendum nobis reliquit. vt superiore libro à nobis ostensum est: quod iterum recensere nec nostri est instituti, sed vires medicas promulgare, vnū genus brassicæ siue caulis est, quod Gramben vocant, & à Theophrasto Raphanus dicitur, hic nouisse iuuabit nomine Raphani Crambem intelligi, vt idem Theophra.

Brassicarū genera.

libro octauo

libro octauo plantarum memoriæ mandauit. item & libro secundo de plantarum causis, vbi non de raphano, quem radiculam alij vocant intelligit, sed de crambe, quæ caulis est, quod & ab Aristotele libro quinto animalium annotatum liquet, vbi de erucis in brassicarum folijs nascentibus agit. Nascuntur, inquit, & aliæ ex viridibus folijs, præsertim'que in raphano, quam crambem aliqui, id est brassicam, nominant. Iulius Pollux libro sexto eadem ait. Raphanus, inquit, est crambe, hoc est brassica. Mos enim Plinio frequens hic est, vt res easdem nunc græcis, nunc latinis appellet nominibus. Dioscorides libro secundo, crãbem satiuam vocat, brassicã aluo strictè prodesse asseuerans, eam tamẽ sistere si bis cocta sumatur, subuenire tremulis ebrijs'que etiam prodit. Succum crudæ brassicæ aluum mouere testatur idẽ, ac morsibus viperæ. Vlceribus sordidis cum farina fœnugræci & aceto, podagris, articulorum doloribus, folia cum sale carbunculos rumpere fluentem'que capillum retinere. Elixa folia addito melle gangrenarum malis prodesse, eadem folia tumoribus opitulari, inflammationibus'que, ignibus sacris, epinyctidibus, lepris mederi, item curare carcinomata, quæ alijs medicamentis curari non possunt, quæ omnia Plinius hic refert, versuram faciens ex Catonis, Dioscoridis'que decretis. Nunc ad prætextum recurrat nostra oratio. Crãbe.

CATO (ait Plinius) MAXIME PROBAT CRISPAM. Catonis placita libro rei rusticæ hæc sunt. De pythagorea, inquit, brassica, quid in ea boni sit salubritatis'que principium, te cognoscere oportet, quot genera eius & cuiusmodi naturam habeat. Ad salutem temperat comesta sese semper cum calore & rigore & arido & humido & dulci & amaro & acri: sed quæ vocatur selinodis, hæc bona septem habet in comestura. Nunc vti cognoscas genera earum prima est leuis, quæ nominatur lea, grandibus folijs & latis: caule magno, validam habet naturam & vim magnam. Altera est crispa, quæ à similitudine apij selinodis vocatur, hæc est aspectu & natura bona, & ad curationem validior est, quàm suprascripta. Item tertia est, quæ crambe vocatur, minutis caulibus, tenuioribus folijs, omnium est istarum tenui succo vehementissima. Et scito de omnibus brassicæ generibus, nulla est illius modi medicamentosior, hæc Cato. Hic Plinius aquam brassicæ decoctam carcinomata persanare prodit, quod & Cato comprobat inquiens. Ad omnes tumores, ad omnia vulnera, eam contritam brassicam imponito, hæc omnia vulnera purgabit, sana'que faciet sine dolore, eadem tumida concoquit, eadem erumpit, cancros'que purgabit, quod medicamentum aliud facere non potest, hæc ille. Decoctum certè brassicæ vlcera curat, quòd videlicet siccet, etiam si extrinsecus apponatur, vt testatissimum reliquit Galenus ille, inter medicæ artis professores summè venerandus, octauo simplicium. Caulibus nempe est exiccatoria vis, quam maximè commoda vlceribus, idem secundo febrium ad Glauconem asseuerat, qui indidem vlcera sanari non prodit, nisi prius siccentur, parti etenim exulceratæ at'que vlceri adhærent humores corrupti, hic'que coadunantur, qui quum non alant, corrumpunt, quod carnis conglutinationem arcet. Carcinomata curari aqua brassicæ etiam prodit Plinius, hoc est cancros. Est autem carcinoma, cancri genus maleficum. Id vitium fit, authore Celso libro quinto, maximè in superioribus partibus circa faciem, nares, aures, labra, mammas fœminarum: Et in iecore aut splene hoc nascitur. Circa locum, aliqua quasi puncta sentiuntur, is'que inequalis immobilis'que tumet, interdum etiam torpet. Circa eum inflatæ venæ, quasi recuruantur, hæ'que pallent, aut liuent, nonnunquàm etiam in quibusdam delitescunt. Subnectit paulò mox Plinius.

VINO ADVERSARI VT INIMICAM VITI-

BVS, ANTECEDENTE IN CIBIS CANERE EBRIETATE, POSTEA SVMPTA crapulam discuti. Hæc enim ratione Aristotelica comprobari possunt. Crapulam, inquit Aristoteles in quæstionibus, sedat brassica, quòd succum dulcem ac discutientem obtineat, frigida verò est. Fit autem detentus à crapula, vt eius succus humores in alium detrahat, qui vinosi crudique tenentur, & ipsa superius in ventriculo remanens corp⁹ refrigeret, vnde euidens discussio consequi potest, vinum nanque humidum est, ac calidum, author in symposiacis Plutarchus est. Dulcia si infundantur vino, ebrietatem discutere, proinde medicos peritiores iubere, qui se ampli⁹ inuitarint, quieti se se daturos, melle litum panem vorare, quoniam meracam potionem hebetet dulcedo. Ait deinde Plinius. LACTIS QVOQVE VBERTATEM PVERPERIS. &c. Hic nouisse non obfuerit, quod scitu dignū arbitror de brassica, parari eam Athenis in cibum consueuisse ijs quæ peperissent, velut antipharmacum. Nicander brassicam quia sit sacra, mantin vocauit, apud Ioniam iurisiurandi forma, per brassicam concipiebatur antiquitus.

HOC (inquit Plinius) CARDIACIS DATVM, &c. Cardiaci à Celso dicuntur qui nimia corporis imbecillitate stomacho languente vexātur, itē sudore immodico existēte. Est igitur cardiaca affectio cordis morb⁹, & partium cordi adiacentium cum tremore, vt ait Galenus quinto interiorum, capi. primo. Fiunt in corde equidē tremores ac palpitationes, quas græcorū medici παλμοὺς dicunt, id est palmos, nonnulli cordis hanc affectionē syncopen vocitant. Fit quandoque copia humiditatis cordis viciniam diuexantis: Item ob humores noxię qualitatis existentes in partibus cordis, ob item febres acutiores, ac ob pulmonis vitiū quando maleficus humor contentus in partibus, id est canaliculis pulmonis penetrat ferè vsque ad cordis confinium, vt prodit Galenus quarto interiorum; aut fit a postemate in capsula, vt ita dicam, cordis existente, vt idem prodit quinto interiorum, cap. primo. SPLENETICIS. Lienosis, ex quibus dictum à nobis est. ICTERICIS. Morbo regio laborantibus, vt iam actum est.

Splenetici.

CONTRA VERO SINGVLTVS. Singult⁹ intellige actos ex repletione, non inanitione. Singultus inanitione factus, pernicialis ab Hippocrate iudicatur sexto aphorismorum. Fertur autem græcis singultus λυγμός. Galenus etiam sexto aphorismorum meminit singultus.

SVGGILLATA. Quæcunque in corpore ex quacunque iniuria nigrescunt. Sunt etenim liuores & ex flagellis vibices in humano corpore remanentes: græcis ὑπώπια, id est hypopia potissimum quæ sub oculis inhærent vocantur.

AD SECVNDAS. Membranulas, quibus infans in vtero matris obuoluitur, quòd infantem sequentur dictas volunt.

ET MVRIS ARANEI. Cuius morsus venenosus fertur, vt testatur Dioscorides libro sexto. EX OMNIBVS BRASSICAE GENERIBVS suauissima est quyma. Cymæ siue quymæ, aut vt latini⁹ dicamus cymata, sunt coliculi tenerrimi, quos appetente vere in prima florum germinatione, & in summa stirpe profert hoc olus: factum à græcis nomen hoc volunt à fœtura, nam κῦμα, id est cyema fœtum dixerūt, & cymata quasi κυήματα, id est cyemata, cauliculos quos descripsim⁹. Columella cymata neutro genere protulit hoc, versu. Tunc quoque conseritur toto quæ plurima terræ, Orbe virens pariter plę, bi regique superbo, Frigoribus caules et veris cymata mittit,

Cyma. Cymata.

AD COXENDICVM DOLORES. Coxendicis dolor per femora, genua, tibiasque ad infimos talos percurrit sæpius. Fit enim in ossis iūctura & articulo, officulóque, quod græcorum peritissimi ἰσχίον, hoc est ischion dicunt,

Coxēdicis dolor

à Galeno

à Galeno in offium partione ita deſcriptum, coxendícis ille ἰσχία, id eſt, iſchia vocat oſſa, duo ſunt in poſteriore hominis parte, ſacro oſſi, in anteriore autem ſibi inuicē inſitionis modo adiacentia, quo loco in anteriore ſcilicet parte pubis oſſa etiam dicuntur, ſacrum verò os, cui à poſteriore parte iungi coxendicem ait Galenus, grandius omnibus a lijs oſſibus eſt, ideo ἱερόν, id eſt ſacrum appellatum eſt. Galenus in ſua Iſagoge ita coxendicis dolorem finit. Longus diuturnuſque coxendicis dolor eſt, nec facile ſoluitur per interualla temporum repens, à coxendice ad femora, poplites, ſuras, & imos pertingēs talos: vulgo ſciaticam pro iſchiada vocant, alij an chæ malum, & barbarè quidem. Qui item coxendicis dolore cruciantur iſchiadici dicuntur. PSILOTRI. Depilatorij, quod enim ad euellendos pilos aptum eſt pſilotrum vocamus. ANIMAE GRAVITATEM. Hoc eſt graueolentiam ſiue anhelitum fetidum. Et ſubſequitur, MELANCHOLICIS quoque ac vulneribus, &c. Melancholici non qui triſtes, non qui tetrici, ac moroſi hic dicuntur, ſed in alia voce accipiendum eſt verbum pro ijs, quos medici vocant maniacos, hoc eſt mentis alienatione vexatos, quos alij inſanientes vocāt. Galenus ſua in Iſagoge, de his ita. Præcipua ſunt alienatæ mentis genera, inſania, melancholia, pluresque differentię ſine nomine. Cauſę verò inſanię, flaua bilis eſt, ob hanc cauſam in ea conſtituti audaces, præcipites, tumultuoſi, manu prompti, cō tumelioſique fiunt. NOMAS VOCANT. Nomæ, praua & curatu difficilia vlcera ſunt. ORIS VLCERA ET TONSILLAS. Tonſillæ, malum quod ex vtraque oris parte, in extremo & intimo palato ad radices linguæ fit, à græcorum ſchola ἀντιάδες, id eſt antiades, item & παρίσθμιος, id eſt pariſtmia dicuntur, quia locus cui adiacent iſthmo ſimilis videtur, preſertim cum inflammatione tument tonſillæ, quoniā anguſtius peruium illhac iter & tranſitum faciunt. Paulus Aeginita, tonſillas ait eſſe duros in ea parte tumores, vt'que durati fuerint adenes, ſtrumę dicuntur, ſic & tonſillæ inflammatę, incremēto duritieque ſua cibi viam potuſque, & ſpiritus impedientes. IN TAVRI SANGVINE. Tauri ſanguis potiſſimum recens, ſpiritus difficultates, & ſtrangulationes facit. Inuenitur à potu eius rubens lingua, infecti eodē colore dentes, & inter eos concreti ſanguinis grumi, ſiue coadunationes quædā. Coit enim celerrimè ſanguis taurinus, atque dureſcit, ideoque peſtifer homini. Hoc Themiſtoclės vitalia fuiſſe munia fertur. Dioſco. lib. VI. facere ſtrangulationes ſanguinē taurinū memorię mandauit, huic conferre aſſerens quæcūque coeuntē, dureſcētemque ſanguinem ſoluere, & aluū deijcere poſſunt. RADICVM CINIS VVAE IN FAVCIBVS TVMENTI. &c. Vua linguæ adiacet, ac faucibus palatoque, eſt tumor modo vuæ dependens. Inflammatio eſt, huic interdum miſſionem ſanguinis peraccommodam teſtatur Celſus libro ſexto, & omnia reprimentia, vt omphaciū, galla, alumen, myrha vuæ opitulari teſtatur. Inter ſylueſtres braſſicas lapſana eſt. Dioſcori. libro. II. dici napium prodit lapſanam hanc ſtomacho gratam. SCYLLARVM IN MEDICINA, &c. Dioſcorides ſcyllam acri feruidoque temperamento eſſe memoriæ mandauit, libro ſecundo, coquendi modum edocēs, quem hic & Plinius pro mit. Scylla fit acetum quod neoterici medici ſciole ſquilliticum vocant, peritiores verò ſcylliticum, hoc penetrat ac extenuat, vt aliubi agetur. Vbi Plinius ait. COQVITVR PLVRIBVS MODIS IN OLLA QVAE CONIICIATVR IN CLIBANVM AVT FVRNVM VEL adipe vel luto illita, &c. Non ſatis mihi perſuadere poſſum adipē ritè addi, nā liquatur ad ignē adeps, qui additus ſcyllę, poteſt aduſtionē generare, quo fit vt nō aptè cremari poſſit, luto eñi illita, vel aliquo cruſtamento

Melancholici. Nomæ. Tõſillę. Tauri ſanguis. Vua. Staphylis. Scylla.

decenter poterit cremari, concoquique. Verùm iudicent ex animi sententia lectores prout libuerit, si cremata rimis pedum, viperéque morsibus prodesse etiā scriptum reliquit. Diosco. item vrinę difficultati hydropicísque, datur ictericis tussientibus, lienosis stomachicis, id est stomacho laborantibus ac malè concoquentibus.

Furfures. ❧ FVRFVRES CAPITIS. Græcorum medici id malum πιτύρα, id est pityra vocant vel pityriasin, hoc est vt dixeris furfuratione̅. Sunt enim quędam squamulæ tenues sua sponte decidentes à capite, interdum à cæteris partibus corporis, nulla relicta exulceratione, fierique id malum Paulus Aeginita ait subeu̅tibus in caput malo corporum humore, salsa've pituita, aut bilioso & melancholico sanguine. Manantia verò capitis vlcera vocat, quæ græci ἀχῶρας, id est achoras. Fiunt, inquit Paulus Aeginita, in capitis cute, quæ achore dicuntur, tenuissimis foraminibus cutem perforantia, ex quibus glutinosa sanies fluit, vulgus tineam vocat id genus mali. ❧ PYTHAGORAS SCYLLAM, &c. Dioscorides libro antelato veneficia etiam omnia pellere scyllam foraminibus suspensam testatissimum reliquit. Meminit scyllæ Theophrastus libro. vii. plantarum, cap. xii. De bulbis idem eodem libro, cap. xiii. ❧ CAETERVM BVLBI, &c. Non esse sine vi medica bulbos constat lectione Diosco. lib. ii. Hic nouisse non fuerit alienum quæ de bulborum dotibus naturáque Theophra. viii. plantarum ait. Bulborum, inquit, plura esse genera manifestum magnitudine siquidem, colore, figura, & sapore differunt, alicubi enim adeò dulces nascuntur, vt per se sine condimento alio edantur, quales in taurica chersoneso sunt. Bulborum item scitè meminit Atheneus, secundo dipnosophistæ, regios quosdam vocans bulbos, quos prætulit cæteris. Columella verò megaricos hoc versu. Iā megaris veniāt genitalia semina bulbi. His inest virtus calefactoria, omnes venerea excitant, qua re iure cecinit Martialis.

Pityasis

Bulbi.

, C m sit anus coniunx, & sint tibi mortua membra,
, Nil aliud bulbis quàm satur esse potes.

Et Ouidius.

, An lybicis tibi missus ab oris
, An veniat megaris noxius omnis erit.

Eschalotas vulgo dicunt bulbos. Dioscorides bulbos stomacho gratos scriptum reliquit: item aluum soluere, ac dolores articulorum, prodesse item hydropicis, podagrisque, lentigines tollere, item ruptis prodesse, quæ omnia à Plinio hic scitè animaduersa. ❧ EX VINO PORRIGINES. Porrigo, inquit Celsus, libro sexto, est vbi inter pilos quædam quasi squamulæ surgunt, hæque acutè resoluuntur, & interdum madent, multò sæpius siccæ sunt, idque euenit modo sine exulceratione, modo loco vlcerato, fit id in capillo, aliquando in supercilio, rarius in barba. Sed de hoc hactenus. ❧ CVM SYLPHIO. Cum lasere, siue (vt tritius loquar) cum assa fetida, cuius à nobis acta mentio est.

Porrigo

❧ QVI SVNT RVFFI, &c. Paulus Aeginita, rubentes bulbos, & paruos extulit summè, iussitque in eum vsum sale & oleo conditos ante alios cibos mandi, adstringendi, inquit, vim habent bulbi, cibi appetentiam excitant, stomachum firmant, faciles eorum quæ glutinosa in pectore concreuerint excreationes adiuuant: emundant enim breui coctura elixi, iidem magis nutriunt: sed amissa in coctura amaritudine sua pectoris excreationem non amplius adiuuant. Seminis abundantiam faciunt, & Venerem stimulant frequentiores eorū cibi. Inflant præterea, torminúmque quandóque causam habent. Vtilis eorum vsus cum garo & oleo est, sic enim suauius sapiunt, nutriunt, facillimè concoquuntur, non inflant, hæc ille. Ait item Plinius.

❧ BVLBVS QVEM VOMITORIVM VOCANT.

❧ Dioscorides

Dioscorides libro secundo vomitorij bulbi ita meminit. Bulbus quem vomitorium vocant, vitilium & corij modo lentiora & multo longiora eo qui edendo est folia habet. Radicem bulbo similem nigro cortice vestitam, quæ in cibo sumpta per se nec minus etiam poto eius decocto vessicæ vitijs medetur, & vomitiones cit, hæc ille. Vomitorium nuncupatum liquet, quòd vomitiones prouocet. Adde hic loco superpondij, bulborum nomen esse commune his quorum radices sub terra sic crescunt, vt ad nouam quotannis sobolem decerpi aliqua pars possit, vt in lilio, croco, & plæris'que alijs fit.

CAPVT .X.

VTILISSIMVS STOMACHO CIBVS, &c. Hic medicas dotes asparagorum adfert Plinius, alludens vtique ad Dioscoridis assertionem, ita inquiẽtis. Molliunt aluum, & vrinam cient breui coctura asparagi elixi, & in cibo sumpti eorum coliculi, decoctum eorum vrinæ angustijs subuenit. Item felle suffusis, renum doloribus, & coxendicis morbo, opitulatur decoctum morsibus phalangiorum. Ferunt emori canes epoto asparago decocto, medetur item asparagus vrinæ stillicidio. Radix alligata potum'que decoctũ eius in fœminis sterilitatem, in maribus prolifici seminis priuationem facit. Stomacho Plinius gratos asseuerat asparagos. Orminiõ hic Plinius vocat corrudam, hoc est syluestrem asparagum, cuius mentio acta est libro superiore. De asparagis amplius hic animaduertendum, non significare tantum asparagum spinosi fruticis summum coliculũ aut cacumen, quod edendo est, quod'que priuatim cum tota planta asparagus nominatur, sed quæcun'que in oleribus prima ex terra prodeunt ac vidẽtur. Hac vocis acceptione vsus est Paulus Aeginita in primo de asparagis, caput inscripsit, non de his solum quorum hic meminit Plinius, sed vt ille numerat blitti, lactucæ, atriplicis, maluæ, betæ, quorum plantam humidam, asparagum verò siccum esse ait. Contra autem raporum, sinapis, radiculæ, nasturcij. pyretri, brassicæ omnium'que aliorum quæ calida sunt, siccam'que plantam habent. Asparagum verò humidum habere constat asparagi appellatione nihil aliud indicans, quàm germen primum nec dum explicitum in folia earum plantarum. Adde item ritè & asparagum & aspharagum dici consueuisse, Athenienses aspharagum potius dixisse quàm asparagum Plutarchi monumentis traditum legimus, qui in nuptialibus præceptis ait consueuisse Boetios sponsam ad maritum ducere, ἀσφαραγώνια, id est aspharagonia, quod est asparagi spinoso frutice coronatam, vt quemadmodum ex asperiore spina non ingratus cibus homini est asparagus, sic non fugienti neque auersanti coniugi primas coniugij difficultates, & si tunc quid in vxore minus placet, dulce & amabile tandem futurum vxoris contubernium. Hic Plinius asparagos satiuos valere contra elephantiam testatur. Est siquidem elephantia, siue elephantiasis genus lepræ, alij canctum vniuersalem vocant: id fit ex pituita crassa, & bile atra, hi enim humores reddunt cutem ferinam, quando ei hinc nacta nomẽ affectio est Galeno tradente. Efficitur nan'que durior cutis, crassior'que, vt elephanti corio prorsum videatur assimilis, verùm de huius affectionis ratione Paulus Aeginita vberius libro quarto. Corrudæ libro antelato meminimus, asserentes syluestrẽ esse asparagum, quare qui copiosius de hoc volet, reuoluat antelata. Gale. asparagũ desiccare, abstergere, aperire, scriptũ reliquit. Idem secundo ciborũ vrinã ciere testatur, ac pauculi esse nutrimenti. Cæterò elephantiæ meminit Cellsus his verbis,

Asparagi.

Elephãtia.

libro tertio, capite. XXV. Ignotus autem penè in Italia, frequentissimus in quibusdam regionibus, is morbus est, quem græci ἐλεφάντιαν vocant, is'que longus annumeratur totum corpus afficitur, ita vt ossa quo'que vitiari dicãtur, summa pars corporis crebras maculas crebros'que tumores habet. Summa cutis inæqualiter crassa, tenuis, dura, mollis'que quasi squammis quibusdam exasperatur corpus e macrescit, os, suræ, & pedes intumescunt.

CAPVT .X.

APIO GRATIA VVLGO EST. Differre apiorum genera, folijs & caulibus. Esse hoc denso crispo q̃ue & hirsuto folio, illud raro & lato ait Theophrastus octauo plantarum, vt libro superiore à nobis ostensum est: visis generibus ac cultura, expendendæ sunt hic medicæ vires. Dioscorides libro tertio contra oculorum inflammationes cum pane aut polenta valere prodit. Stomachi, inquit, ardores mitigat, mammarum duricies disijcit, vrinam cit, crudum vel elixum, in cibo sumptum, aduersatur venenis potum foliorum ac radicũ decoctum ciens vomitiones. Aluum compescit, valet contra venenata & tussim, hæc de apio satiuo, ex Dioscoride libro tertio. Galenus sexto simplicium, alopecis

Apium apium capiti superpositum prodesse, item lepris testatur. Radicem tritã inter ptarmica, id est prouocantia sternutamenta numerari prodit, valere item doloribus dẽtium, EPVLIS FERALIBVS. Hoc est parentalibus. Epulæ

Feralia. ferales erant quæ in morte parentum fiebant, quæ & parentalia dicebantur.

Ol'atrũ OLVS ATRVM QVOD HIPPOSELINVM VOCAT. Haud desunt qui vocent hoc hipposelinon, apium agreste: est tamen paulò maius apio hortensi candidius'que, concauum habet caulem, excelsum, tenerum, & veluti lineis intersectum, folia latiora semen illi nigrum est, longum, solidum, acre, aromatum modo odoratum, radix illi odorata, intus candida, foris nigra, ori & in cibis grata ESTVR HOC MODO OLERVM. Estur radix cruda vel elixa, semen menses ciet, idem opitulatur stillicidio vrinæ.

Hipposelinon. Dictum hipposelinon, non quòd aliquid habeat commune cum equis, sed quòd magnitudine præcellat hipposelino. Hippomarathrum, hippolapathum & siqua alia huiuscemodi sint commune simile've aut necessarium equis non aliquid habeant, sic dicta sunt, verùm quia altitudine congeneres sibi plantas superarent id nomen sibi inuenerunt, significare enim prozeriorem habitum & maiorem altitudinem, hippo græcorum vocem testantur peritiores. Aliud est genus apij, quod & Oreoselinon græcè, latinè verò montanum, nonnulli petroselinon vocitant: nascitur saxosis & montanis locis vnde oreoselinon, & à petris petroselinon nuncupatum. Hic ciet vrinam, menses item hoc apij genus excitat, miscetur remedijs, quæ calefaciendo sunt, vt ait Dioscorides libro tertio. Est etiamnum genus aliud apij palustre ac aquaticum, ob id quidam hydroselinon, alij eleoselinon vocitant, quod & vires quas habet, satiuum id habere comprobat Dioscorides loco antelato. Plura de horum dotibus afferre non est nostri instituti, quòd videamur libro superiore vberius disseruisse.

CAPVT .XII.

ALIO

ALIO GENERE, &c. Omnibus hoc apiū ſaxatile cognitum eſt petroſilinon dictum quod in petris naſcatur. Trahit hoc mēſes, & vrinā ciet, ſtomachi & craſſioris inteſtini quod colon vocāt inflationibus ac torminibus medetur, miſcetur authore Dioſco. antidotis quę ad ciendā vrinā confici ſolent, valere vomicis, hoc eſt, apoſtematibus mollibus hic Pli. teſtatiſſimum reliquit, paulò mox meminit Ocymi. Eſt equidē ocimo queadmodum & plæriſque alijs in ruris & hortorum diſciplina eadē quæ virtutis humanæ fortuna & ratio, maleficio enim ocimum melioreſcere conſtat, vt à nobis mōſtratum eſt, libro ſuperiore, mira hic de ocimo adfert Pli. in mediū: mira & Theophraſtus, libro quinto plantarum qui ait. Ocimum etiā ſoli expoſitum in ſerpillum tranſit quod ſuperaccedente maiore ſiccitate fit, decreſcit enim folium, & eorum quę ſicciora ſunt maiorem acrimoniā habet odor, quoniā & nutrimentum minus eſt. Ocimum noſtrates baſilicon vocāt defluxa voce ab Hetruria quę ocimum baſilicā quaſi regiā herbā appellat ſtomacho Pli. inutile prodit, & oculorum claritati, quod & cōprobat Dioſco. libro ſecundo, qui de hoc ita agit. Claritati oculorum officit copioſior ocimi cibus, aluum mollit, facit inflationes, vrinā cit, lac prouocat & ægre in ſtomacho mutatur, ſuccus ocimi caligines oculorū abſtergit, ac exſiccat eorū diſtillationes, potum ocimi ſemen quibus atra bilis nocet, anguſtijs vrinæ & inflationibus eſt accommodatum. Diſcrepant Dioſco. & Plin. in quibuſdā. Nam Dioſco. aſſertat Lybes dicere qua die comederit aliquis ocimū ſi à ſcorpione vulneretur eum incolumen euadere, quaſi ocimum habeat antidotū in ſcorpiones. Pli. contra, hic ita inquiens ſi eo die feriatur quiſpiā à ſcorpione qui ederit ocimum ſanari nō poſſe. Item Dioſco. lib. ii. lac prouocare ocimū prodit. Pli. verò prouentum lactis extinguere, cōijcere licet quātum ſit diſſidentiæ inter hos authores. Prodit Pli. ocimū cholericis prodeſſe, hoc eſt, cholera laborantibus. Hic nouiſſe nō obfuerit quid cholera medicis dicatur, quos certè Plinius cholericos vocat: nō quos vulgus bilioſos, & bile abundantes intelligit, ſed à multo bilis fluxu, qui per inferna & ſuperna fiat, malum certè medicis notiſſimū. Quod Celſus, lib. iiii. lōgius deſcripſit, & Galenus in diffinitionibus, & iſagogæ ſua diffiniuit acutiſſimum eſſe cholerā malum, quod cum multa deiectione & vomitu bilis fiat, & in quo contrahātur ſuræ, algeant extrema membrorum, fiantque exigui & incerti venarum pulſus, idem etiam teſtatus eſt, duplex hoc malum eſſe. Et preter id quod Hippo. cholerā ſiccā appellauit, quæ ab iiſdē cauſis & in iiſdē partibus fit, ſed ſine vomitu & alui deiectione, fieri autem in nobis id malum Paulus Aeginita docuit inhærente ciborum in ſtomacho cruditate. Subnectit paulò mox Pli.

Petroſilinon.

Vomica.

Ocymō ſiue baſilicon.

Cholerici.

DIODOTVS IN HEMITRETEIS, &c. Hemitreteus, ſemitertiana febris eſt. Nā grece τριταῖος, hoc eſt, tertiana, ſynochos cōtinua febris fertur: ſicut τεταρταῖος, id eſt, quartana, ἀμφημερινος, id eſt, amphemerinos, hoc eſt, quottidiana, διαλείπουσα, id eſt, dialipuſa, hoc eſt, interuallata, & id genus multa quæ ſuo loco videbimus. ET CONTRA PLISTONICVM, &c. Et cōtra Pliſtonici opinionem, ineptè pliſtonicum morbum putauit Camers ille, qui indicem alphabetarium Plinio admouit. Hic certè Pli. philiſtionē ocimum dediſſe ait cœliacis, & coctum dyſentericis, cōtra opinionem pliſtonici medici, qui ocimū haud propinandum cenſebat dyſentericis, Pliſtonici meminit Celſus, libro primo.

Hemitreteus.

VERRVCAS (inquit Pli.) MIXTO ATRAMENTO SVTORIO. Deluxati quidem codices ceramento perperam habent. Eſt vtique atramentum ſutorium, id quod alij chalcantum vocant hoc in ærarijs fodinis comperitur, hoc indidem, concreſcit, liquaminis modo, Romani quoniam eo tingendis corijs vte-

Atramētum ſutoriū.

rentur, à nigro colore quē reddebat atramētū, & à ſutrinis in quibus coria tractant ſutoriū nominauerūt. ADMISSVRAE tempore. Admiſſura, eſt tempus actionis, qua mares admittuntur ad coitum cauſa gignendi. Et admittere, eſt marē fœminę, aut mari fœminā admouere ad coitum. Hinc Colu. lib. ſeptimo. Patru' me' arietes feros mercatus quoſdā in agros trāſtulit, & manſuefactos tectis ouibus admiſit: hinc admiſſarius equus, aſinus, vel taurus, ad initum electus.

Admiſſura. Admittere.

CAPVT .XIII.

SYLVESTRI OCIMO, &c. Hic rerum naturæ accuratiſſimus Pli. ocimi ſylueſtris meminit, ſunt tamen qui vnum tantum genus aſſerunt. Hic item Erucæ meminit Dioſco. libro ſecundo, ex hac ita. Eruca ſtimulat Venerē, poteſt idem & ſemen, quod ciendæ vrinæ accommodatū eſt, adiuuát concoctionem, ſoluit aluum, vtūtur & ſemine, in condiendis obſonijs, ſeruant'que id vt diutius perennet, aceto lacte've maceratū in paſtillos cōfirmātes. Naſcitur & agreſtis eruca præcipuè in occidentali hiberia, cuius ſemine incolæ pro ſinapi vtuntur. Eſt'que huius erucæ ſemen ſatiuæ illius ſemine acrius, & ad ciēdam vrinam multo efficaciore poteſtate. Euzomon græci erucam vocant, quòd ſit boni ſucci, ac iuris, Galenus medicæ artis accuratiſſimus author, pręcipit non eſſe portulacā aut lactucam edendam ſine eruca, nec erucam ſine portulaca aut lactuca, vt quātū refrigerat altera, & veneri nocet, tātum calore, ac inflāmatione ſua altera in vtra'que re homini ꝓſit, ob id rarēter lactuca ſiue eruca in acetarijs ſumitur, eſtur'què, ſic certè ſuauis ſimul cibus hoc modo fit, & certā ſalutis ſpem homini adfert. Erucā Martialis veneris cōcitatricem carmine hoc iure vocauit. Et venerē reuocās eruca morantem: quare & erucæ ſalaces dictę ſunt. Galenus libro ciborū ventoſitatem gignere, ob id erectionem virgæ ſcriptū reliquit, & ſine lactuca dolorē capitis ingenerare erucam eſitatam teſtatur. Adde hic loco auctarij, ſuccū Erucæ cum melle lentigines abſumere. Econtrario ait Pli. NASTVRCIVM VENEREM INHIBET, Cenſura planè animaduerſa poetæ ſerenda in hortis dixerunt naſturcia dira colubris, hoc certè plus optabile eſt cōtra has peſtes. Claris hiſtoriarum monimētis proditum legimus, perſas ſummo ſtudio naſturcia excoluiſſe maximis'que extuliſſe laudibus, illis olere hoc cū ſale quottidiè veſcentibus, quo, vt auguror, vegetiores illis ineſſent ſpiritus, ſenſus'que. Naſturcio excitante eos, ac torporem animi protrudente. Quā poteſtatem in eo græci animaduertentes. Cardamō id ideo fortè nuncuparūt, quòd cordi cōferat, quod extū id cardiā, vocāt, & animi ſedem habet: plures appellationes habere exploratiſſimum Dioſco. libro ſecundo reliquit. Hiberis enim quod agreſte eſt vocatur, vt liquet Pauli Aeginitæ lectione & Dioſcori. qui ex eius medica vi ita prodit. Naſturcium habet vim calefaciendi: quodcum'que & vbicum'que naſcatur ſemen naſturcij, id calefacit, acre idem eſt, ſtomacho nocet, aluum turbat, ventris lumbricos pellit, Lienes minuit, fœtus in vtero necat, cit menſes, & venerem ſtimulat, lepras & lentigines exterit, potum aduerſatur ſerpentibus, ſuffitu eoſdem fugat, ſanat coxendicis dolores, cum polenta & aceto illitum, ſtrumas pręterea abſumit ex muria illitum; hæc Dioſco. cōijcere licet in quibuſdā Pli. & Dioſco. eſſe diſcordes alter venerem naſturcium ciere, alter cohibere prodit. Item ſtrumas cum muria ſoluere Dioſco. ait. Pli. verò cum lomento, id eſt, farina fabarum.

Eruca.

Naſturcium.

Furūculus.

FVRVNCVLOS CONCOQVIT CVM FERMENTO, Vocant

medicæ

medicæ artis peritissimi furunculos, tumidos abscessus in quocũque loco, ac parte corporis, græci id vocãt φυγέθλα, id est, phygethla, differunt tamen phygethla, à furunculis magnitudine solum. Est ergo furunculus tuberculum acutum cum inflãmatione in carnosis corporis partibus. differt à phymate magnitudine, panos autẽ græci φύματα, id est, phymata, dicunturque ἀφ' ἑτέρου παθέματα, id est, adenum affectiones: sed de his hactenus. illud item adijciem⁹, Carbũculos à Galeno suis in diffinitionibus similem his quę vsta fuerint, exulceratione esse, cui febris & inguina superaccedant. Paulus Aeginita, lib. iiii. agit de his scitè vlcera, his, quę vsta fuerint similia esse dicẽs, vlcera quę carbũculos vocãt. Fieri que carbũculos sanguine in atræ bilis naturã cõuerso cũ inferbuerit, & in aliquã partem coierit, Incipere que in pluribus à pustula ambustis simili, & aliquãdo fine ea, sed à prurítu primo, mox aliquãdo vnã, aliquãdo plures, insurgere pustulas, tenues, milij seminibus similes, quibus se aperientibus ambustis simile vlcus fit, in quo, aliquãdo cinereus, aliquãdo autem niger color fit, à quo colore græci ἄνθρακα, id est, anthraca, id est, carbonẽ vocauerunt. NATVRA EIVS CAVSTICA, Exulcerans, cauterij vim habens. In pręcipuis autem medicaminibus Ruta est. Rutæ quã grecorũ peritissimi peganõ, id est, πήγανον naturã culturãque, lib. superiore profusissimè dissetuimus, hic superest vires medicas palàm facere. Plutarchus, lib. iii. sui symposij Rutã peganon dici prodit à verbo πηγνῦσθαι, id est, pegnyste, quod nihil aliud notat, quàm cõcernere, & quasi in glacięm solidare. Nã & Rutã idem ait siccitate indurare ob caliditatem suã hominis semen, idque absumit, Diosco. à cuius fonticulis omnia ferè quę hic Pli. ait, corriuata sunt. Rutã duũ generum esse, lib. iii. scriptũ reliquit, syluestrẽ & mõtanã. Maior inest acrimonia syluestri, quare dãnatã in cibis prodit. Contra venena rutã dari cum fico aut nucibus iuglãdibus pręcipit idẽ. Folia, inquit, prodesse cõstat cõtra serpentes. Genitura in cibo potuque ruta extinguit, facit ad laterum dolores, ad tussim, spiritus angustias, coxendicis articulorũque dolores. Ventris lumbricos omnes pellit Ruta decocta in oleo. Cõfert oculorum claritati, sanguinis eruptiones ex naribus trita illisque indita compescit. Impetigines sanat cum melle & addita alumine. Ruta emendat alliorum cæparumque halitũ, ac acrimoniam, hæc & multa id gen⁹. Diosco. Plini. in Macedonia nasci Rutam syluestrem ait, iuxta flumen Haliacinon, Diosco. ad Holcymum fluuium ait. Quę, inquit, in Macedonia ad Holcymum fluuium nascitur syluestris ruta mortem in cibo facere statim fertur, &c. cõijciunt ob id legendum plerique eruditorũ Olcymum non Haliacinon, vt plærique legunt. CEPHALEA, Capitis dolores perpetuo durãtes. Nã Cephale caput græcis fertur. Cæterum vt ad scopum veniamus. Rutæ syluestria folia ambustis mederi ait Diosco. libro antelato. Item sanare coxẽdis dolores, & id genus multa quę huic insito addere turgescẽtis esset operæ. VITILIGINES. Hic vitiligines quales sint ex græcorũ decretis nõ fuerit alienum mõstrasse, vitium id cutis ex malo corporis habitu, duũ est generum, quę diuersimodè colores faciunt, ex pituitoso humore cãdidę vitiligines fiũt, ex atra bile, nigrę, quibus hoc aut illo colore decoloretur cutis, & si altius descendentes videas pilos à natiuo colore mutare dicuntur, queãdmodum in ea fit quę leuce fertur, quam Celsus, tertium vitiliginis genus facit.

φύματα.

Carbũculus.

Antrax

Peganon, id est Ruta

Cephalea.

Vitiligines.

PROFLVVIO GENITALI, Seminis fluxui, quia Ruta vt diximus semen absumit, quare id, si fluat compescit. Fluit enim & inuoluntarie quidem, quæ affectio vocatur à schola medicorũ Gonorrhea, id est, fluxus seminis græci enim γονὴν, id est, gonõ sperma, siue γονὴν vocant, hinc agonos, qui sine semine est aspermosque: mirari satis nequeo sciolos medicos gomorrheam dicentes, cuius abũdè Gale. meminit sexto interiorum, ca. vltimo. Fit hęc affectio penuria virtutis retinentis semen,

nentis semen, de quibus alibi fusius. Hic item Pli. Rutam syluestrem prodesse ait Pyxis. Alsiosis. Sunt enim alsiosi qui natura frigent, qui & Rhigosibij, & dysrhigi, vocari cōcinnè solent. Cardamon. PYXIDE CYPRIA, Pyxis vasculum reponēdis floribus, vnguentis, pharmacis aptum. Hic non obfuerit parœmiā subnotasse à cardamo, id est, nasturcio corriuatā. Cardamo similem, vocant, cuius ea natura sit, vt herbarum in propinquo nascētiū humorem ad se vi quadā intima perliciendo eas cogat arescere, quod notat Aristophanes in nebulis qui ait. πάσχει δὲ ταῦτο ταῦτο καὶ τὰ κάρδαμα, id est, patiuntur & hoc quadrat in prepotentes qui suos vicinos deglubere solent, de hoc satis, libro superiore à nobis dictum est.

CAPVT .XIIII.

Mētastrum. MENTASTRVM SYLVESTRI, &c. Dioscori. libro tertio. Mētham syluestrem similem sisymbrio asseuerat, paulò tamen maiorem, hęc omnibus cognita est & quę nō longiore verborum seriè in ea cognoscenda egeat, eam idē esse deterioris vsus satiuā scriptum reliquit. Satiuam mentham græcorum schola hedyosmō vocat: alij malūt minthā vocitare, à nomine Minthes, Quā Plutonis pellicem poetarum fabulæ ferunt, & à Proserpina vt solent semper pellices odisse vxores in hortensem mētham transformatā fuisse narrant, æterno in æterna plāta hominis monumento. Quā vocem Romani magis amantes quòd in ea male habitæ ob amorem, puellæ memoria seruaretur, vna tātū & altera mutatis literis græcorum peritissimi minthem, mētā suā fecerunt, quottidiani vsus in sanitate, & pręsentis in medicina contra tot mala remedij. Mēthæ meminit The. lib. de plātarum histo. VII. ca. VII. Arist. in proble. ait, menthā nō esse edendā in bello neque serendā, quia refrigeret & geniturā absumat. In Achaia Strab. mōtē esse, ait, dictum minthes, à Plutonis pellice, quam Proserpina mutauit in mētham plantam. Ouidius.

, Fœmineos hortos in olentes vertere menthas.

Diosco. libro tertio vires mēthæ inesse calefaciendi, siccādi, adstringendi, sanguinem, ait, ideo sistit potus succus eius cum aceto. Rotundos lumbricos necat, venerem stimulat, singultus præterea, vomitus, fronti imposita dolores capitis sedat. Mammas, quæ à partu tenduntur & lactis abundantia tumentes mitigat. Contra canum morsus illinitur. Coire densarique in caseum lac nō permittit demersis in eo folijs, stomacho grata est, & cōdimētis apta, quę omnia à Pli. prompta sunt in literas hic. ADVERSANTVR SCOLOPENDRIS, Scolopēdræ paulò superius meminimus, asserentes cētipedem marinam dici, sunt & terrestres scolopendrę, ophioctenē terrestrē scolopendrā etiā dictā cōperimus, cuius morsu cōmuniter liuescit in orbē locus & exulceratur, rarissime rubet, sentitur præter hæc, toto corpore veluti pruriginis sensus.

Verminosæ. SVCCVS (inquit Pli.) VERMINOSIS AVRIBVS INSTILLATVR, Aures verminosas gręci, ὦτα σκωληκιῶντας, id est, ota scolecіontas, quod est quasi vermiculantes aures. Fit enim in ea corporis parte tam terrū mali genus, nec aliter quàm ex corrupto cadauere prodeuntes illinc vermes videre liceat.

CVM AMYLO, Amylū authore Diosco. libro secundo. Quod sine mola cōficiatur dictū est. Conficitur id ex trimestri tritico. Madescit triticum quinquies in die mutata aqua, & si fieri potest nocte etiā, cū autē incœperit tenerescere sensim oportet deplere aquam, cum emollitum id fuerit, pedibus est calcandum,

mox

mox superfusa aqua iterum calcandum, postremò qui superuacabunt furfures cribro aliquo suscipiendi sunt, & quod superierit furfuribus purgatum, per colum traiectum quàm primum in tegulis nouis sub ardentissimo sole densandum est humidum enim quàmprimum acescit. Hęc est amyli cōfectio quā annectere libuit quoniam se verbum id sæpius legentibus offerat. QVA DE CAVSA dignior è pulegio corona, &c. Subnexuit post medicas mēthæ vires hic pulegiū, quod nec effectu commodo nobis caret, vt videre est apud Diosco. lib. iii. syluæ medicinalis, cuius decreta adferre nō obfuerit, ad augendā Plinij assertionem. Pulegium, ait, extenuare, calefacere, concoctiones adiuuare, potu menses trahere & secūdas, fœtus que, conulsis succurrere, cum vino venenatorum morsibus opitulari, siccatum tritum que gingiuas firmare per se podagris cōferre, varos emendare, lienosis mederi. Pli. deinde subdit. STOMACHI autē ex aqua intercisiones sistit, &c. Hic Pli. intercisiones stomachi vocat erosiones, vt auguror alludens ad Diosco. lectionē qui pulegium stomachi erosionibus prodesse testatur, quas græci δηγμοὺς, id est, morsus vel erosiones vocant. Subnectit deinde Pli. SEMEN obmutescētibus olfactu admouet. &c. Quasi innuere velit: prodesse animę defectibus, verùm an intelligat eos animæ defectus: qui ex vuluæ strāgulatu prouenire solent est hæsitandum, defectus enim animæ generaliore verbo græci vocant λειποθυμίας, id est, lipothymias. HEPATICIS, Hepatis dolore laborantibus, è quibus diximus. ITEM PVLEGIO EST NEPETAE SOCIETAS, &c. Haud paucos habet Nepeta quam alij calamenthum vocant effectus mortalibus quidē peraccommodos, Cuius scitè ita meminit Diosco. lib. iii. Calaminthē, Romani dicunt nepetam in hoc plantæ genere montana quedam est habens folia ocymi colore subalbido, maiores minores que ramulos, angulosos & purpureum florem, quędam pulegio similis est, maior tamen, vnde & aliqui agreste pulegium vocāt, quòd odore similis illi sit. Hāc Romani nepetā dicunt. Est postremo quedā nepeta similis agresti menthæ, oblōgioribus tamen folijs, omnium folia feruido sapore, & acri gustu sunt, habent que inutilem radicem. Nascitur Nepeta locis cāpestribus, asperis & aquosis, pota succurrit morsibus serpentium, decoctum eius potum pellit vrinam, prodest ruptis, cōuulsis, difficultati spiritus, valet cōtra letalia venena cum vino, cum sale & melle pellit lumbricos, folia concisa & apposita fœtus necāt, menses cient, suffitu serpentes fugant, suggillata emendant, verminosas aures sanāt hæc Diosco. Tria vt cōijcere licet ille Nepetæ genera facit Pli. vnum solum. Nicāder in suis theriacis, duo genera agit, palustre alterum, alterum mōtanū. Subnectit Pli. TVSA Aegylopis imponitur, &c. Aegylops tumens est abscessus in angulo oculi, ad nares ea in parte suppurans, & ante quàm disruptus exulceretur nō Aegylopa, sed anchylopa, vocari produnt, quādo verò disrupto abscessu fistulę modo instillare cœperit, tunc ægylops verus & integer est, nomen à capris illi antiquitas fecit, ega, enim græca lingua id animal vocat, nec aliud græcis significat quàm oculum caprinum. Mox ait Pli. CVMINVM SYLVESTRE, &c. Hic allusit ad Diosco. decreta, ita de cymino siue cumino agentis. Cyminum syluestre plurimum & efficacissimum nascitur in Lycia exiguus frutex est caule dodrātali, gracili, & in eo quaternis quinis've foliolis gingidij modo serratis, &c. Finire singultum idem asserat id, item prodesse testium inflammationibus, valere item contra serpentium morsus, prodesse vesicę stillicidio, calculis, bibi cōtra tormina etiam scriptum reliquit, lib. iii. Satiuum cuminum gratum ori etiam testatus est Diosco. qui prefert cuminū Aethiopicum, cæteris, huic vim inesse calefaciendi afferens. Item satiuum prodesse mire testium inflammationibus, difficultati spiritus, torminibus. Pallorem tamen

Pulegiū

Nepeta

Calamintha.

Aegylops.

Cuminum.

bibentibus ingenerare memoriæ mandauit libro antelato, mirum quod ait Theo. vt à nobis etiã relatum est, lib. VIII. plantarum maledictis cuminũ melioreſcere. AD SECTORES. Sunt enim sectores, qui spe sui lucri bona damnatorum secuti emebant in auctionibus: & deinde pro expensa, aut cõpendio vendebant, dicti sectores, vt quibusdã placet, quòd empta sua prosequantur. Quare à Cicerone M. Antonius sector Põpeij appellatus est, quoniam in auctione Cn. Põ. bona redemit: Vocari etiam cœperunt sectores, qui ex damnatione accusati dimidiũ bonorum expectant.

Assertor. ASSERTOREM, Deffensorem. Nam assertor fertur deffensor, quique in libertatem restituit. CAPTIONE, Fraude.

CAPVT .XV.

AETHIOPICVM, &c. Cuminum Aethiopicum Hippocrates prodente Diosco. Regium vocauit, Pli. hic testiũ tumoribus cuminum satiuum prodesse ait, Diosco. inflammationibus.

Inflammatio. Est autem omnis inflammatio, tumor cũ rubore & soliditate, dolores calentes, dolorũ pulsus, quales in venis sentiũtur, adferens ex eo phlegmone dicta: quòd videatur inflammari locus, latini præsertim Pli. totum hoc genus inflammationis, vt sunt multæ eius notę & euentus nunc inflãmationes, nunc ardores, aliquãdo collectiones, nõnũquàm tumores, vt hic, vocare assolet. Non ob aliã causam quàm, vt Celsus, lib. III. docuit, inflãmationis notas esse quatuor Rubor, Tumor, Calor, & Dolor. Cõmuniter'que accœpta omnis inflãmatio huiuscemodi est. Differt deinde locis, & partibus in quas se insinuarit, habet'que tunc priuatim & ad eã partem contractã diffinitionem, qualis testium inflãmatio est hoc loco, notę autem inflãmationum testium hæ sunt. Factã in scroto inflãmationem cognosci dolore dixerũt medicæ artis peritissimi, qui dolor, si leui cõtactu manus, grãdis excitetur, sentietur'que partis eius feruor & duríties, in scroto factã inflãmationem indicabit. Sin cõtra, nullus ex leui tactu sentietur dolor, sed pactis validius tantum digitis dolor aderit rubor'que, & durities nulla in superficie, sed altius impressis digitis durities tantum sentietur, in testibus factã inflãmationem scire oportet & hæc veterum discrimina, & notæ vtrius'que inflãmationis obseruatæ ab antiquioribus medicis fuerunt. Subdit mox Pli.

Ammi EST cumino simillimum, quod græci vocãt ammi, &c. Meminit ammeos Diosco. lib. III. cuius sententiã Pli. videtur secutus. Diosco. verba super hoc hæc sunt. Ammi quidã æthiopicum, quidem regium cyminum nominãt, sunt præterea qui alterius naturæ æthiopicum cyminum & alterius esse ammi testentur. Exiguum semen Ammi est omnibus notum, multo exilius quàm cyminum, origani sapore, calefacit hoc & est feruidæ naturæ. Bibitur cum vino cõtra tormina, angustias vrinæ, venenatorum morsus, menses idem trahit, sugillata emendat, pallorẽ bibentibus gignit.

Capparis. DE CAPPARI SATIS DIXIMVS, &c. Vsum capparis ante alios cibos in sanitate cõmendauit Paulus Aeginita, Iussit'que sumi ex aceto mulso, aut ex aceto, & oleo. Monuit præterea excitare capparim cibi appetentiam, iecur, lienem'que laxare, & pituitam per aluum deijcere, quę omnia à Pli. sunt scitè animaduersa. in eam etiam it pedibus sententiam Diosco. lib. secundo. Seruatur, inquit, de caule eius in sale ad cibum, ventrem turbat, stomacho cibus noxius, accommodatior elixus quàm crudus. Radix trita vitiligines albas tollit, folia concisa duríties & strumas discutiunt, semen menses trahit, vbi autẽ Pli. ait. FERVNT'QVE .XXV. diebus per vrinã & aluũ totũ lienẽ emitti, &c.

Dioscorides aliter ait. nam semen capparis quadraginta diebus pondere drachmarum duarum cum vino potum absumere lienem scriptum reliquit, quare forsan malè habent codices. XXXV. quando Dioscorides dicat quadraginta, Galenus septimo simplicium, cappari inesse vim purgandi, incidendi, & calefaciendi, laxandi aluos: ciborum appetentiam excitandi. Auicenna libro secundo, radicem capparis resoluere, abstergere, aperire scriptum reliquit, prodesse strumis, easque resoluere, memoriæ idem mandauit. Cortices capparis doloribus coxendicis mederi, paralysi, stupori ferunt qui eius medicas vires sunt experti: Ioannes ille quem mesue vocant, author quidem lectionis commodioris capparim, qua vescimur vt plurimum in obsonijs stomacho haudquanquàm noxiam posteris legendum reliquit, illum citauimus authorem, quòd sit medicis instar enchyridij, gotticus tamen & barbarus, sed doctrinæ commodioris.

Ligusticum.

LIGVSTICVM (inquit Plinius) ALIQVI PANACEM VOCANT. Ligusticum à Liguria vocitatum omnibus est compertum, quòd in Liguria copiosum nascatur. Plebs antiqua ligustici semine pro pipere diu vsa est, hoc est obsonijs aptissimum, vt conijcere licet lectione Columellæ vltimo vltimi capitis libro, docens id ad oxypora misceri consueuisse, qui & libro duodecimo panacem hunc; id est ligusticum autumno seri iubet, miscerique.

Oxypora.

IVBET: OXYPORIS. Oxypora vocant, quòd aceto condita ad intinctus seruarentur. Panacis nomen sibi asciuit ligusticum, quoniam radicē, caulem, & vires similes herculeo panaci habeat, semen calefacit, concoctiones adiuuat, doloribus interaneorum prodest, tumoribus, menses trahit, vrinam cit, stomacho est gratum ligusticum. Pro pipere Dioscorides ligures seminare solitos scriptum reliquit libro tertio. Hic Plinius cunilæ bubulæ vires enodat medicas, ad quarum notionem, expendendum est genus esse origani, de cuius. VI. cap. sequenti fusius.

CAPVT .XVI.

EST ALIA CVNILA, &c. Origani genus aliquod heracleoticū vocitatur, vt liquet dictis Diosc. libro II. Multa certè origani genera colligitur verbis Pli. & Diosco. Theophrastus tamen sexto plantarum duo genera prodit, nigrum quod sterile, candidum alterum, quod ferax & seminis plenum. Colum. ante Pliniū'que, deincepsq; alij tā multa diuersis nominibus & historijs tanta varietate & incertitudine genera origani docuerunt, vt sit arduum his fidem adhibere. Difficillimum vtique est concordem tot veterum scriptorū historiam origani facere, liceret sanè quæ ab ijs tradita sunt, omnia aut saltem plura repetere hoc loco, verùm nec est instituti nostri, nam obstreperę potius linguæ est, quā docentis ingenue. Agemus ob eam rē causam nostram & quo genere laboris huic scriptori hactenus prodesse sumus conati, eodem in origano etiā prodesse conabimur: cuius cum notum sit primum illud genus, quod à cunctis heracleoticū, à gente in qua optimum prouenit appellatur: multis enim locis in quotidiano ciborū & sanitatis vsu est, duo alia genera peritioribus relinquenda censuerim. Heracleoticū ab Heraclia Ponti ciuitate, bonitatis notam & laudem nominis eam inuenit, dictaq; heracleotica herba est, vt gentis cognomine illo à syluestri distingueretur. Nicander in suis theriacis ἡρακλείον ὀριγάνον, id est heraclion origanon propterea vocauit. Cunila autem quam ita vocat Plinius, origanon est, græcis κονίλε, id est conile latinis verò, cunila. Dioscorides libro tertio, origanum calefacere, ideoque venenatorum morsibus aduersari, potum cum vino: cum passo contra cicutam

Cunila. Origanum.

aut opium, & contra gypsum, cum aceto valere scriptum reliquit. Menses trahit origanum, prodest tussi, emendat item origanum suffusos felle, oris vlcera: creduntur scopæ origani stratis subiectæ longius serpentes fugare. Est & syluestris origanus, quam aliqui heracleam panacem vocant, ea est quã cunilam vocatã diximus.

CAPVT .XVII.

Piperitis. PIPERITIS QVAM ET SILIQVASTRVM, &c. Etsi affatim videamur de vi medica origani, loco ita poscente disseruisse, non obfuerit vberius huius meminisse, potissimum illius generis quod trago riganon vocant: relictis alijs generibus, id est onitide, & plerisque alijs. Est enim tragoriganon, astipulante Dioscoride libro tertio, breuis & exiguus frutex, origano agresti vel serpillo folijs & ramulis similis: efficaci ad glutinandum potestate. Plinius alias vires tragorigano assignat, quanquàm Paulus Aeginita libro sexto, omnia origani genera dicat incidere, extenuare, siccare, calefacere, in tertio ordine vires omnium esse similes assertans. Tragoriganon hic Plinius prodesse peripneumonicis, hoc est pulmonis inflammatione laborantibus: hanc græci vocant peripneumoniam, cuius ita meminit Galenus in sua Isagoge. Placet autem aliquibus grauem pulmonum inflammationem peripneumoniã esse, idque grauitate indicatur, aliquibus contra: videtur pulmonem non posse inflammari, sed cum adiacentes & propinquæ pulmonibus partes in hoc malo fuerint, ab eis nomen inuenisse hoc malum: sequuntur peripneumoniam febris, & angustiæ spiritus, lateralis dolor interdum. Paulus Aeginita pulmonis inflammationem apertè hoc malum appellauit, quia plærunque oriatur ex valentiore à capite in eam partem distillatione: aut angina, aut suspirio, aut laterali dolore: sed de his hactenus.

VENENA OPII ET GYPSI. Est opium papaueris liquor, letalis quidem & venenosus, nam qui opium hauserint, inest prurigo, ac sapore adeò grauantur, vt vix expergiscibiles sint. Vt sæpenumero inualescente veneno tanta fiat prurigo, vt qui etiam id hauserit, ea vexatione excitetur, redditur toto corpore opij odor. Dioscorides libro sexto, origanum his prodesse memoriæ mandauit præter notas communes epoti opij à Nicandro frictiones, langorem, soporem, pruriginem toto corpore opij odorem. Numerantur & aliæ, hoc est pallida facies, labrorum igneus color, exigua & frigida respiratio, liuescentes vngues, distortæ nares, concaui oculi. Cæterum venenum gypsi est vt strangulationes faciat, vt scriptum reliquit Dioscorides libro sexto.

LEPIDION INTER VRENTIA INTELLIGITVR. Lepidion alij gingidion vocitant: folia eius exulcerant, authore Dioscoride, cuius assertioni astipulatur hic Plinius, radicem lepidij collo adalligatam dentium dolores compescere prodit Dioscori. libro secundo, Item pellere lepras lepidium. Paulus Aeginita iberida esse lepidium videtur prompsisse in literas, succo lepidij acorem lacti ægyptus, & syria addit. quod & docuit Columella libro tertiodecimo, capite octauo, his verbis. Sunt qui satiui & syluestris lepidij herbam cum collegerunt in vmbra siccẽt, deinde folia eius abiecto caule, die & nocte muria macerata expressa'que. lacti miscent sine condimentis, & salis quantum arbitrantur, tunc cætera quæ supra præcepimus faciunt.

Git. GIT EX GRAECIS, ALII MELANTHION, ALII MELASPARMON. Est git vel melanthion, quod latini vocant nigellam,

cant nigellam, cuius semine panis grato sapore quodam commendabatur: inspergebatur enim ante cocturam illi triticum, quemadmodum & papaueris, dictum id à colore nigro melanthion & melanspermon, ac si dixeris nigrum semen, gratum panificio ait hic Plinius: quod & comprobatur lectione Dioscoridis, ita libro tertio inquientis. Compinsitur id pani gratissimo cibo, fronti contra dolores capitis emplastri modo imponitur, et contra incipientes fellis suffusiones, tritum in naribus cum irino vnguento instillatur. Delet idem lentigines, lepras que, tumores itidem veteres, & durities ex aceto emplastri modo impositum, pellit lumbricos, menses & vrinam ciet, lac prouocat, finit angustias spiritus, fugat id serpentes. Ferunt praeterea largius potum letale homini esse, haec Dioscorides. Galenus libro septimo simplicium, calidum & siccum in ordine tertio scriptum reliquit; id asserens ventris animalia necare, menses excitare, vrinam ciere, auferre dentis dolorem. Hic item Plinius, anisi medicas vires subnexuit assertans prodesse ructui. Allusit hic certè ad Dioscoridis assertionem, de aniso ita agentis. Primam ex gentibus bonitatis aestimationem habet creticum, mox aegyptium, calefaciendi siccandique in vniuersum vires habet anisum, oris halitum commendat, somno dolorem leuat, vrinam cit, & haerentia disijcit, valet contra hydropisim, sitim arcet, confert inflationibus, sistit foeminarum fluctiones, lac proritat, venerem stimulat. Sedat capitis dolores suffitu haustum naribus, quae oia à Gale. sexto simplicium comprobantur. Renibus vesicae que Auicenna prodesse memoriae mandauit, necnon & inflationibus intestinorum, Plinius hic orthopnoeicis prodesse ait. Est vtpotè orthopnoea angustia spiritus, potissimum quando spiritus non nisi recta ceruice trahitur, vt ait Celsus: cum verò spiritus difficultas modica est, & nec ex toto strangulat dyspnoea fertur, cum vehementior & quando spirare aeger sine somno non potest, asthma dicitur, hinc asthmatici sicut orthopnoici & dyspnoici, de quibus ita scripsit Galenus in diffinitionibus suis. Dyspnoici sunt in quibus veluti per angustias elisus spiritus & anima egreditur. Peripneumoniae affatim meminit Galenus secundo interiorum, capite octauo, Difficultates anhelitus plures esse colligitur lectione Auicennae, decima fen tertij, tractatu primo: quare qui de his fusius volet: adeat antelatos authores. Anisũ.

CVM CASTOREO. Castoreum equidem mirè prodest vuluae, nam menses foetus que, ac secundas & pellit, & prouocat, vt ait Dioscorides libro primo, de quo vbi postulauerit rerum series, copiosius differemus. Scribit Strabo tertio georgicon, in fluminibus Hispaniae capi, ponticos tamen fibros caeteris praeferunt, de quibus agendum erit suo loco. Castoreum.

CAPVT. XVIIII.

ANETHVM QVOQVE, &c. Similes anetho vires inesse quales aniso palàm est, quae & comprobantur lectione vberrima Dioscoridis, ita de anetho agentis. Tormina & inflationes finit anethum, cit vrinam, singultus lenit, oculorum claritati officit, & geniturain extinguit. Tollit cōdilomata illitus cremati seminis anethi cinis. Est vtpotè gratum ori & stomacho. Hic Plinius radices anethi illini epiphoris ait, quod nec ait Dioscorides. Paulus Aeginita anethum hypnoticum esse ait, id est somnificum, praesertim libro sexto, quo in loco maturare ait crudos tumores & humentibus vlceribus vtiliter illini, idem libro secundo, capite de vigilia ad conciliãdum somnum anethino oleo Anethũ

ex viribus herbæ vti iussit. Anethum aniceti nomen sibi asciuit, quòd cibi appetẽtiam faciat. Paulò mox meminit Plinius sagapeni, nasci in Italia affirmans. Dioscorides verò libro tertio nasci in media græciæ parte, liquore sagapeni solum vti antiquos animaduertendum, qui (vt ait Dioscorides) facit ad pectoris & lateris dolores, rupta, conuulsa, diutinam tussim sanat: purgat pulmonem, datur comitialibus, lienosis, resolutisque: menses prouocat, oculorum exterit cicatrices.

❧ PAPAVERIS SATIVI, &c. Culturam papaueris, antelato libro satis docuit Plinius, hic vires medicas enodat. Quanta autem papaueris genera sint liquet lectione Theophrasti libro nono plantarum. Dioscorides duplex tantum esse genus posteris legendum reliquit libro quarto: vbi satiuum & syluestre esse dixit: illius semen in sanitatis vsu panibus ammisceri prodit, huius verò hoc est syluestris non, Theophrastus hoc rhoeada vocat libro nono plantarum, simile id esse cichorio syluestri asserens: nasci in aruis, maximè inter ordea, florem habens rubentem, vasculum quantitate vnguis digiti. Dioscorides syluestre hoc nuncupari pithite scriptum reliquit, à dolij forma quasi doliare nominetur. Omnibus autem papaueris generibus inest vis refrigerandi, decocta foliorum ac vasculorum, somnum cient. Bibitur, inquit Dioscorides, decoctum ad vigilias. Emplastra eo facta contra inflammationes valent, & ignes sacros. Datur bibendum nigri papaueris tritum semen in vino contra distillationes in aluum, & muliebres fœminarum fluctiones. Idem contra vigilias, & vbi sopire opus erit, emplastri modo fronti, & temporibus ex aqua imponitur. Eiusdem papaueris liquor maiore refrigerandi, crassescendi, & siccandi vi exigua mensura, erui ferè quantitate sumptus somnificus est, somno dolorem leuat, tussibus subuenit: idem maiore copia potus nocet. Hic liquor probatissimus est, qui gustu sit amarus, & in aqua facillimè liquescens: qui densus ac ponderosus, qui in sole itidem positus diffunditur, & lucernæ admotus non caliginosa ardet flamma. Quique postquàm extinctus fuerit, odoris vim suam seruat, hæc Dioscorides, à cuius riuulis quæ hic ait Plinius videntur corriuata. Tantam sopiendi vim liquori huic quem opium vocant inesse proditum monimentis Plutarchi est, tertio sui sympósij, vt solo halitu, aut odoris fluxu vt sopitos concidisse asserat, colligentes liquorem hunc. Hic mirari subit authorum grauissimorum discordem sententiam de papaueris generibus, Theophrasto, Dioscoridi, ac Plinio tria genera constituentibus. Nicandro autem in suis theriacis duobus tantum assignatis effusissimè libro superiore genera hæc à nobis tractata sunt, quare de his hactenus.

Papauer

❧ QVAS VOCANT LEXIPYRETAS ET PEPTICAS COELIACAS. Contenderim cõcinnius legi lexipyretos, quod notat medicinas febres finientes, dictio composita ἀπὸ τοῦ πυρετοῦ pyretos, quod febris est. Sunt ergo lexipyreti medicamenta, quæ febres finire solent. Cœliacæ verò medicinæ sunt, quæ ad cæliam valent, sicut arteriacæ quæ ad arterias, stomaticæ quæ ad os. Cœliacas pepticas vocauit, hoc est concoquentes, vel (vt ita dicam) digerentes: nam πέπτειν, id est peptin, concoquere ac maturare est, quare in medicina πεπτικά, id est peptica, dicuntur quæ abscessus & collectiones maturant: crebrò tamen peptica dici solent, quæ coctură cibi in stomacho facere solent, quare pepsis concoctio est. Galenus libro simpliciũ septimo, & Auicenna libro secũdo, affatim de papaueris generibus ac viagunt, eos itaque adibit, qui fusius de his volet, idem Galenus libro ingenij sanitatis, opiũ vlcera desiccare memoriæ mandauit.

Lexipyreti. Cœliacæ. Peptica apepsia. Dipepsis. Peptin.

❧ CALIX IPSE, &c. Folliculum ipsum, nam calyx per y folliculum notat, quo fructus plantarum cooperitur.

Calyx.

❧ SCAPO IPSO, Scapum vocant in quo semina quarundam herbarũ

❧ dependent,

dependent, vt in papauere & similibus &c. BAIVLI. Baiulos vocamus negociatores, ac operarios vecturas portantes, & qui praecipuè ligna ferunt, xilophoros scitè dixeris.

CAPVT . XIX .

INTER SATIVA &c. Reliqua hic papauerũ genera Plinius pertractat. Cornicularis papaueris quod ceratim vocant: cuius & meminit Dioscorides libro quarto his verbis. Habet folia colore candido, hirsuta, verbasco similia, per ambitum serrae modo incisuris diuisa, eodem quo agrestis papaueris modo caulem similem habet: florẽ pallidum, fructum breuem, cornu modo inflexum, foenugraeci corniculis similem: vnde & nomen inuenit, in quo semen exiguum est, nigrum, papaueris seminibus simile. Nascitur maritimis asperisq; locis, radix sanat coxendicis dolores & iocinorũ affectiones vsque ad dimidias in aqua decocta, mox pota. Prodest eadem ad crassas, & arenosas, & asperas vrinas. Iumẽtorum albugines, & nubeculas inuncta emendat. Foliorum similitudine decepti aliqui falso crediderunt ex hac glaucium fieri, haec & multa id genus Dioscorides, à cuius conceptaculis, haec quae Plinius hic prompsit in literas videntur detorta, necnon & à penu Theophrasti libro nono plantarum. Nonnulli id paralion vocant, quoniam ad mare nascatur, quam naturae natalitijs que eius notam secuti, latini marinum fabiolum vocarunt. Hoc genus papaueris nasci loco nitroso prodit, quod haud Theophrastus nec Dioscorides memoriae tradiderunt, quare suspicor potius petroso, quàm nitroso legendum, Dioscoride & Theophrasto astipulantibus. Item id papaueris genus suadet dandum ad coxendicis & lumborum vitia, Dioscorides verò ad coxendices, & ad iecinoris vitia. Glaucion à plaerisque vocatum prodit Plinius, vocatum inquàm similitudine, nam folia habet glaucion similia folijs papaueris cornuti, vt testatissimum Dioscorides reliquit, libro tertio. Est glaucion succus herbae syriae, sed de hoc suo loco. Subnectit mox Plinius. HERACLION, VOCATVR AB ALIIS APHRON. Hic allusit ad assertionem Dioscoridis, huius ita mentionem facientis libro quarto. Heraclion papauer dicunt, aphrodesque, caulem habet dodrantalem, breuissima folia, lauariae herbae similia, & circa ea fructum candidum. Tota etiam herba est candida & spumea: legitur semen eius aestate cum toto incremento integrum fuerit, siccatum que ceciderit, prodest comitialibus &c. Theophra. autem ita huius meminit nono plantarum. Aliud est papauer, heraclium vocatur, folium habens struthij, id est lauariae herbae, qua lintea dealbantur, ineunte radice candida in superficie terrae, fructum itidem candidum: purgat per se superna radix eius, vtuntur ea aliqui ad comitiales, in mulsa aqua, haec Theophrastus: lectione cuius liquet Plinium non satis foeliciter ac attentè Theophrasti sententiam traduxisse, vbi abũdè est animaduersum à Leoniceno alijsque. Quod hic Plinius diacodion vocat, neoterici medici nunc diapapauer vocant. Perinde dicas papaueris caput, codias enim id significat, quare propriè diacodion est, quid ex capitibus papaueris fit, potissimum ex semine, vt quibusdam placet. Id etiam asteriacen dicunt, quia codias & astericos capita graeci vocare interdum soleat. Codias.

CAPVT XX.

Tithymalus.

TERTIVM GENVS EST TITHYMALON, &c. Tithymalorum genera tria Theophrastus memoriæ mandauit, Dioscorides ac Paulus Aeginita septē tradiderunt, quorum omnium mētio alibi agetur, verum ne illotis pedibus hoc silentio præterierim, Theophrasti appingā verba, ita de tithymalorū generibus, agentis. Tithymalorum aut maritim⁹ qui coccos vocatur, circinata habet folia, caulem totam'que plantam altitudine ferè dodrantali. Semen candidum, demetitur cum primum incœperit vua maturitate nigrescere, datur'que siccatum semen & tritum tertia ferè acetabuli parte. Qui deinde mas tithymalus dicitur: oleaginum habet folium, tota est planta bicubitalis, lac ex eo in vindemia colligitur, & cum id curauerint vtuntur. Purgat autem magis per inferna, qui etiam myrtytes vocatur: colore candido, folium habet myrto simile, sed in summo aculeatum. Spargit hic per terram viticulas, longitudine ferè dodrātales, quæ annuum fructum alternant: aliæ scilicet nunc, aliæ sequenti anno ab eadē radice exeuntes, & id genus multa. Item horum libro quarto abundè meminit Dioscorides. Subnectit paulò mox Plinius. EST PORTVLACA

Portulaca.

QVAM PEPLION VOCANT, &c. Hic Plinius pepliō, quā & peplida vocat, Galenus syluestrem portulacā innuere videtur, cuius ita lib. quarto Dioscorides meminit. Peplida sunt qui agrestem pottulacam, Hippocrates peplion vocat. Nascitur maritimis præcipuè locis, frondosus est frutex, lactis liquore plenus. Folia habet portulacæ similia circinata, & ex inferiore parte rubentia. Quinetiam sub folijs rotundum eodem quo peplus modo semen habet, sapore feruido: Radix est illi vna, gracilis & inutilis. Libro autem secundo de portulaca ita agit. Adstringit portulaca, capitis doloribus ideo, oculorum, aliarum'que partium inflammationibus, stomachi ardoribus, sacris ignibus, vesicęque doloribus cum polenta subuenit. In cibo eadem dentium ex acriore, acerbo've, alio cibo torpores corrigit, stomachi ardores lenit, veneris impetus inhibet. Succus eius facit ad febres, prodest contra rotundos ventris lumbricos, contra cruenta sputa, intestinorum tormina, sanguinis eruptiones, oculorum medicamentis vtiliter miscetur: inspergitur capitis doloribus cum rosaceo, vel oleo &c. Galenus septimo simplicium, portulacam in tertio ordine frigidam scriptum reliquit. Auicenna libro secundo, succum eius fluxum sanguinis compescere testatus est: prodesse item cholericis, stomachi ardoribus, a iocinoris vitijs, necnon & dysenteriæ conferre, febribus conuenire antiquis. Paulus Aeginita libro sexto eadem confirmat, qui solum satiuæ & non agrestis meminit. Et subdit Pli. VMBILICO PROCIDVO, &c. Procidit enim ac labitur vmbilicus, vt testatissimum reliquit Cornelius Celsus, lib. VII. METRODORVS QVI ἐπιτόμιον τῶν ῥιζοτομουμένων. Hoc est, qui breuiariū de radicibus scripsit. Sunt enim Rhizotomumena, quæ de radicibus quæ secantur tractant, vt alibi à nobis monstratum est. Et subsequitur.

Distillatio.

DISTILLATIONEM toto anno non sentire. Et quia crebrò meminim⁹ distillationū, non obfuerit hic quæ propriè dicantur medicæ artis peritissimis promulgare. Expendendum distillationes generaliore vocis acceptione dici humoris fluxum, quando per palatum in fauces labitur, hoc itē catarrhū vocant, nam distillatio & catarrhus idem sunt, sed quia res nata tulit, vt distillationū notas licuerit appellare, haud obfuerit quid à multis magistris excerpserimus de distillationum discerniculo notare. Distillationes ergo dixim⁹, quas greci sua appellatione catarrhos vocāt, vt enī loco & euētu variat id malū, grauiusq; ideo aut leui⁹ nocet sic diuersis ac discretis remedijs curari ab eo debuisse fatēdū est. Et quoniā de ijs agere semel

Catarrhus.
Reuma
Coriza

incœpimus,

incœpim⁹,nõ pigebit fusi⁹ differere. Primũ authore Gale. in sua Isago. mox Paulo Aegi. i ii. li. medi. quorũ prior ille diuisione hac vsus est. Coriza autẽ branchus & Catarrhus, à capite oriũtur repleto, tũ distillãte aliquãdo in nares, vocaturque tũc id malum coryza; aliquando in brãchõ, brãchusque id dicitur, aliquãdo in pectus, & catarrhus appellatur. Ex his breue malum est facileque habet curã coryza, post eam brãchus, siquidem ab ijs malis exiguus cibus calidaque & frumẽtacea cibaria plærũque liberãt. Difficilis autem curationis & plærumque insanabilis catarrhus est. Ex catarrho enim acri & salso corrosis partibus his, sanguinis excreatio fit, &c. Paulus autem Aeginita, non isdẽ verbis, nec eodẽ modo, de cunctis his decreuisse videtur, cuius hæc sunt verba. Communis omnibus ijs malis est excremẽto si à capite humoris in inferiores partes descensus. qui si in nares ingruit, & per eas fluit coryza nomen est. Si verò per palatum in fauces, catarrhus simpliciter dicitur, si autem hic idem in guttur, & asperam arteriam deferatur, interioreque membranam eius exasperauerit raucedo, tunc sequitur appellaturque Brãchus, siue arteriacum malum, hęc ille. Nunc ad prætextum redeamus Plinij.

CORIANDRVM INTER SYLVESTRIA NON INVENITVR. Coriãdrum nõnulli nuncupatum volunt quasi coriãblõ, hoc est, quasi oculorũ hebetãtem pupillas, alij à Corin quoniã sit plãta olens cimices, hic Pli. Coriandrum syluestre nullũ esse testatur. Nicãder tamen meminit in alexipharmacis suis, quo loco interpres eius syluestri coriãdro veneni maleficiũ inesse ait, Diosco. lib. iii. Sylue medicinalis coriãdri, ita scite, & concinniter quidem meminit, Coriãdrum vires habet refrigerãdi, ideoque cum pane vel polenta illitum sacris ignibus, & vlceribus, quę serpunt medetur, sanat epinyctidas, testium inflãmationes, & carbunculos. Cum lomento fabæ strumas disijcit. Semen eius sumptum cum passo lumbricos pellit, semen auget, maiore tamen copia sumptum mentem nõ leui periculo tentat. Eapropter copiosiorem continuumque eius vsum cauere oportet, &c. Corian drum.

Quod Amphisibænas vocãt. A morsu enim amphisibænę serpentis tumet locus, siccatur, albido colore fit. Fluit aquosus humor ex vulnere, insurgũt pręter hęc veluti in ambustis pustulæ, vt scriptum reliquit Diosco. lib. vi. Nã eadem accidere in morsu amphisibęnæ tradit, sicut in viperæ.

ATRIPLEX ET Syluestre, &c. Gręcorũ peritissimi Atriplicem, Atraphaxin vocãt. Item & chrysolachanõ, quasi dixeris olus aureum, duo esse genera Diosco. lib. ii. scriptum reliquit, agreste, & hortense, aluum id mollit, discutit panos illitum, crudum & elixum: sanat morbum regium potum cum aqua mulsa huius etiã meminit Columella. lib. xii. asserens id ferendũ esse circa calendas Octobres. falluntur qui putãt atriplicem dici herbam, quam vulgo dicunt spinachiam, aliud enim omnino est.

CAPVT .XXI.

IN CONTRARIO IN MAGNO, &c. Censura quidẽ appositissima classicos authores summis maluas extulisse laudibus est in confesso: Hesiodus ille poetarum vetustissimus, in agricolationis, lib. parsimoniam victus extollens. Dimidiũ plus toto esse docuit, magnumque haberi emolumentũ ex victus parsimonia si malua vescaris & Asphodelo, delicatiora verò & ganeata negligas. Ex certè malua, ac Asphodelo, succus exprimebatur, parabaturque, in cibi vsum, ex quo vtilitas profluebat maior, quàm ex sumptuosioribus cibis. Theo- Malua. Asphodelus.

phrastus author memorandæ eruditionis dignum quidē & scitū & memoratu, de maluarum folijs memoriæ mandauit, ea asserens solere conuerti ad solem veluti Heliotropij folia, causamq; circumactionis reddidit, quam ex multo humore eius oleris esse dixit, qui dum vi & calore solis subinde exsugitur: qua parte sol agit in eam folium procliue inclinat. Circūagi folia item maluę prȩter Theo. Columella docuit hoc versu.

Et molochæ prono sequitur quæ vertice solem.

Molochen enim, vel malachen, græci maluā vocitāt, ab emolliendo. Nā maloco grecis, molle latinis dicitur, hinc dicta malacia, pregnantium mollities. Duo tantum esse genera maluarū Diosco. libro secūdo scriptū reliquit, hortense & agreste, illud nōn arborescit, illud vero ò arborescit, illud malachē, hoc altheā. Theophrastus lib. plātarum. ix. Altheā maluā sylvestrē esse cōfirmat. Galenus Anadēdromalachen quasi arboreā vocauit, diximus Altheā dici à ἄλτος quod in medicina pharmacū, ac remediū est & ἀλθαίνειν, verbum quod græcis mederi est. Diosco. Hortēsem stomacho officere assertat, bonā tamen facere aluum, vtilem renibus ac vesicæ, succum apium vesparū crabronū ictibus cōferre. Et si cruda, inquit, cōcisaque ex oleo antea se vnxerit aliquis, nullas eorum insectorū iniurias sentiet, valet ambustis, sacris ignibus, ius prodest venenis letalibus. Althęā autem strumis efficaciter imponit, idē prodit, mā marū inflationibus prodesse, vrinæ stillicidio, ac calculis subuenire. Exterere vitiligines, & torminibus cōferre, Aquā coagulare radicem tritā mistāque, & sub dio per noctem habitā, quod & confirmatum liquet Theophrasti lectione. i x. plātarum. Coagulare, inquit, aquā altheę radicem si quis tritam aquę miscuerit, & sereno cœlo sub dio posuerit.

NEC LAPATIVM DISSIMILES EFFECTVS HABET, &c.

Plura esse Rumicis quam & lapatum alij vocāt genera plura esse, omnibus cognitum est, potissimum ijs qui musarum sacris sunt apprimè initiati quique circa tersatissimorum authorum versantur lectiones. Diosco. lib. i i. inter genera rumicis oxylapathum annumerat: quod & alij acutum Lapathium vocant: nā paulò superius diximus particulam ὀξὺ, id est, oxy: interdum acutum & penetrās notare. Est præter hāc, hortēsis rumex priori omnino dissimilis. Est & tertia agrestis, breuis, plātagini similis mollis, & in terra iacēs. Quarta postremò est, quāquidem ab aciditate saporum oxalida appellāt. Sunt qui eādem etiā anaxyridam, aut agrestem rumicem vocent. Mollit enim aluum cūctarum rumicum olus. ea quā oxalidem vocauimus: bibitur in vino cōtra tormina: & cæliacas alui fluctiones: sanāt omniū rumicum radices in aceto coctæ, mox emplastri modo impositæ lepras, lichenas, impetigines, scabros vngues: loco prius nitro & aceto cōfricato: prosunt morbo regio. Radices item conferunt strumis authore Diosco. lib. i i. Hippolapathon, cuius hic meminit Pli. Maius lapathum dicitur: vires habens quas & alia genera, Hic Pli. vitia stomachi inextricabilia sanari lapathio prodit: intelligens vt suspicor, fastidia stomachi ex repletione, quod & à Dioscori. proditum est.

Melice- ris. RADICES (inquit Pli.) MELICERIAS, &c. Hic animaduertēdum, duo in vlcerum genere à grecis numerari genera ab apibus, & ab earū alueariibus, inuenta appellatione, κήριον, id est, cerion quod fauum notat, & μελικηρίδα, id est, melicerida quę à latinis est dicta meliceris, facto ex cæra & melle nomine. Galenus suis in diffinitionibus. Cærinū, ait, esse vlcus contiguis foraminibus terebratum, ex quibus mellis crassitudine humor excernitur. Idē quoque testatus est Paulus Aeginita, libro secundo. Qui cum egisset de manātibus capitis vlceribus, quæ greci ἀχῶρας, id est, achoras vocāt, statim subiecit quasi de congeneribus in eadem parte malis agens, simile & huic figura, & aspectu malum est, quod fauum dicunt,

quod maioribus foraminibus terebratum mellis modo humorem cõtinet nõ aliter quàm in apium fauis videre licet: Celsus vtrũ'que genus simul miscet, discrimine tãtum allato, quòd, alterum terebratũ, alterum tunica sua inuolutũ sit, ex vtro'que crassitudine mellis aut visci humor fluit & in toto corpore præcipuè in scapulis & pectore vtrũ'que nascitur. Melicerida contra Galenus in capite & in reliquo corpore fieri eodem loco testatus est. Meliceris igitur, sua tunica inuoluitur. Cerion verò terebratum est cõtiguis foraminibus. CANCRENAS ET PTERYGIA. Cangrena morbi species alia à cãcro, quãquàm tamen cãcer, & cãgrena in hoc cõueniãt, quia vtrũ'que carnem exedit, solet hoc morbi genus in partibus prominentioribus enasci. Pterygia digitorum vlcera, quãdo caro ab vngue recedit, malum hoc ab auium alis, quas πτέρα, id est, ptera dicunt, vt enim in illis volantibus ab humeris extensæ aperiuntur, sic carnes ab vnguibus, aut membranæ ab angulo, ac clausura oculorum recedunt. Est certè pterygion in oculi candido exulceratio, vt ait Galenus in sua isagoge. & item & Paulus Aeginita. Sed de hoc alibi fusius differemus.

Cãcrena.
Pterygium.

CAPVT .XXII.

SINAPIS CVIVS, &c. Haùdquanquàm dotibus & clarissimis quidem caret sinape. Nã & sapiẽti Samio quõdam in maximo hortensium genere omnium quibus tantum cum toto discipulorũ grege magister vescebatur honore & præcio fuit sinape, quod & Pythagoram adamasse monimentis proditum ferunt. Laudatur & ab his qui medicas vires quottidie experiri moliũtur, asserentibus nihil aptius ad calefaciẽdũ, siccãdum'que, vnde cõijcere licet, q̃ gratissima obsonia ad intinctus tempore hyemali reddat. Est semen sinapis feruidum ac acerrimum lachrymas excitãs, quod & Columella ostendit hoc versu.

Sinapis

, Se'que lacessenti fletum factura sinapis.

Commouet enim animum ob id lepidissimus ille grecorum comicus, in suos equites commotum, excandescentem, indignabundum, iratum'que Cleonem ostendens, dicebat illum aspexisse sinapi, manifestã hominis irã demõstrãs, nõ obfuerit hic Athenienses annotasse νάπυ, idest, napy sinapim appellare solitos. Huius ita nõ minus scitè quàm cõcinniter meminit Diosco. libro secundo, his verbis. Est sinapi vis, & natura calefacere, extenuare, & extrahere. Commaducatum pituitas capitis per os ducit & purgat. Succus eius dulci aquæ mistus contra tonsillas, & faucium asperitates vtiliter gargarizatur, cit sternutamenta sinape tritum & naribus admotũ, eadem'que ratione comitialibus, prodest vuluæ, succurrit strangulationibus, cõfert lethargicis capite prius raso si illinatur. Fico mixtum subactũ'que mox impositum vs'que dum cutis cruento rubore exulceretur coxendicum dolores lenit. Prodest & lienibus in vniuersum cunctis diutinis doloribus in quibus ex alto in summã cutem, vt fit, per alterius partis vexationem trahere aliquid voluerimus. Sanat idẽ capilli defluuia, purgat faciem, delet suggillata cum melle, vel adipe aut cæra. Ex aceto illinitur cõtra lepras, & impetigines & cutis omnis asperitates, hebetibus oculis confert, & contra palpebrarum asperitates, & id genus multa Diosco. Et subdit Pli. ET VVLVARVM CONVERSIONEM suffitum, &c. Hic hæsitãdum est an cõuersionẽ vuluæ, hoc est, si ita permittamur vti, matricis dixerit Pli, pro strangulatu, cuius iam meminimus. Quod enim eius mali principium est, & causa est, ἀναδρομὴ τῆς ὑστέρας, id est, anadrome tes hysteras, à

grecorũ medicis dicitur, quę vox in superiorem partem motũ, & ascensum notat, vnde fit vuluę, siue matricis conuersio. Adijciã hic quod fuerit auctariũ huic verborum seriei, πνῖγα ὑστερικὴ, id est, pniga hystericē, hoc est, matricis suffocationem, siue stragulationem fieri, corruptione spermatis eiusdem vel menstruorum, aut noxiorum humorum, & corruptorum quidem, & venenosorum, vt scriptum reliquit Galenus sexto interiorum, ca. penultimo. Item pnix hysterica, id est, suffocatio vuluæ fit eleuatione, aut contractione sursum deorsumque ita impellente, illa enim ad stomachum vsque perueniunt, vt idem mãdauit memoriæ, loco, & capite antelatis, hasce ægritudines mulieres patiuntur, exanimesque crebro quasi aspiciuntur, ad quas excitãdas fetidi odores naribus sunt apponẽdi, sicut est assa fetida, adustio coriorum, pẽnarum, & id genus. Item suffumigationes partibus inferioribus imponendæ, schola medicorũ astruit matricē, ita enim vocare locus exposcit, sursum, deorsum, & lateraliter moueri, in quam nõ it pedibus sententia Gale. non quòd neget moueri, sed motum illũ contractionis, & quasi spasmi esse asserit. Nã sanguis menstruorum, & alij humores, qui scaturire solent, ac exterius fluere, retinentur, oppletis & matrice & venis eius, & ita diminuuntur ad longum, aut extenduntur ad latum, sicut fit in spasmo, quia omne corpus neruosum si superflue oppleatur, vel inaniatur fusius quàm fuerit opus, aut extenditur, aut retrahitur, vt ait Galenus quinto morbi, ca. secundo. Iure diximus vuluã odoribus delectari olidis, & fetidis aggrauari, cõtrahitur & fetidis odoribus, quia re si ascẽderit, naribus apponendos odores iubet schola medicorum vt inclinetur, cõtra si plus æquo descẽderit, vt ascendat, partibus inferioribus censet admouendos, ad quę videtur allusisse Pli. quãdo ait. ET VVLVARVM SVEFITV, &c. Verbum tamẽ hic, excitat, videtur intelligi ad obmutescentes fœminas, quę vuluę strãgulatu obmutescunt, veluti epilepsia correptæ, verũ in hoc censuræ legentium linquimus. Auicenna, libro secundo. Sinapi calidum & siccum in ordine quarto alopeciæ idẽ cõferre, Item pituitæ ait. Adde aquã distillatã aurium dolori miro modo prodesse. Item & oleum eius, excitari venerē etiã sinapi cõperio. Hic nõ obfuerit nouisse cur sinapi, tritum cuti que appositum exulceret, deuoratum verò nihil læsionis inferat, quæstionem & ponit, & soluit Macrobius author quidẽ lectionis amœnioris Disario loquente ita, species inquit acres, & calidæ, superficiei cui apponuntur, exulcerãt, quia integra virtute sua, sine alterius rei administratione vtuntur ad noxiã. Sed si in ventrem recepta sint, soluitur vis earum ventralis humoris alluuione, qua fiunt dilutiores. Deinde prius vertuntur in succum ventris calore, quàm vt integra possint nocere. Nunc ad Pli. contextum redeamus.

ADIICITVR CORDYLION, &c. Haud desunt qui putent esse id quod neoterici herbarij carnum vocãt, sed de hoc alubi fusius, subnectit Plí.

Lithanici. AD LITHANNICOS, Sinape hic lithanicis prodesse testatur, verum qui dicantur lethãnici non fuerit alienum dixisse, quo inferre videamur quid lucis pliniano verbo. Lithannicos nuncupatos animaduerto, eos quos calculus diuexare consueuit quasi dixeris calculosos. Nã λίθος, id est lithos, græcis est lapis, hinc lithanici qui calculo laborãt, & lithiasis morbus calcularis, hic hæsitãdum legẽdum ne sit tetanicos potius, quàm, lithanicos, quia subdit mox. Calculos quoque discutit potum ex aceto, & quia subiecit opisthotonicos, aptius legeretur tetanicos. Nam & hæc duo distinxit, iure quidem, quãdo aliud sit tetanus & opisthotonus, vt à nobis promulgatũ alibi est, voto tamẽ legẽtũ hęc reliquimus. Ad neruorũ rigores,

Rigores hic expẽdẽdũ rigores dici cõcretiones gelu quodãmodo factas: vel cõtractiones, & nouisse hic nõ obfuerit græcos tetanõ, rigorẽ appellare simpliciter solitos, sic rigẽtes vocamus, quos rigor neruorũ vexat. Gale. suis in diffinitionibus rigor sic.

descripsit

descripsit. Musculorum neruorum'que omnium toto corpore contentio, & quasi ex genu cōcretio, rigor est. Rigores verò in febribus aliter dicuntur à medicis, qui eam vocem in eo frigore ideo vsurpasse videntur, aut quòd grecorum peritissimi ῥῖγος, id est, Rige frigora dicāt, aut quòd rigor consequens quoddā sit frigoris, verūtamen pro latino rigore animaduertendum siccitatis potius, quàm, frigoris id malum esse, nec aliud latinis rigere & rigores dici, quàm inflexibiles duricies, & sic in frigore aliquādo dicitur, ex cōsequenti eius euētu. Siccat enim frigus, siccitate'que sua membra alioquin flexilia durat, & adstringit. Nec quia concurrant in eundem literarum sonum græcorum ῥῖγος, i dest, rige, & latinorum rigores, ideo significatio rei eadem est. Verùm de his hactenus, subdit Pli.

ADARCA INTER SYLVAS, &c. Adarcæ idem meminit, lib. xvi. cap. xxxvii. inter harundines his verbis adarcā numerās. Est & in Italia nascēs adarcha nomine palustris, &c. Libro verò xxxii. capite. vi. quasi ante latorum oblit⁹, inquit, inter aquatilia dici debet. Calamochnus latinè adarcha appellata, nascitur circa arundines tenues, spuma aquæ dulcis & marinæ, vbi se miscent, his verbis penitus Pli. adarches videtur historiā cōfundere. Satis'que incuriosè de hac disseruisse, nasci in Italia prodit. Diosco. verò libro. v. in Cappadocia. Est adarce velu ti gelata quedā salsugo in humidis, palustribus'que locis proueniens, fit siccatis paludibus his, cōcrescit'que in harundinibus, quare palustre halcyonium vocāt. Vtilis exterendis lepris valet ad impetigines, lentigines, prodest coxendicis doloribus, illi acrimonia non minor, quàm, sinapi est.

MARRVBIVM INTER PRIMAS, &c. Duo esse Marrubij genera **Marrubium.** Diosco. monimētis proditum est, lib. iii. nigrum quod valloten vocat, hoc habet caules quadrāgulos, hirsutos ab vna radice numerosos. Folia eius medentur morsibus canis rabidi, modo emplastri cum sale apposita, reprimunt eadem cōdilomata, cum melle purgāt vlcera sordida, in huius historia, hoc est, marrubij nigri videtur falsus fuisse Pli. lib. xxvii. cap. viii. vbi valloten, id est, marrubium nigrū porrum appellat, vt docuit Leonicenus. Theophrastus, libro sexto plātarum duo item genera marrubij posuit, alterum quod magis herbaceum, magis'que incisuris diuisum foliū habet. Alterū quod rotūdiore & squalidiore folio esset. Diosco. libro tertio Marrubium quod & aliqui prasion vocant, ita describit. Frutex est ab vna radice ramosus, hirsutus, albescens, quadrāgulis caulibus. Folijs humano pollicis similibus, paulò minus quàm rotūdis, hirsutis, rugosis, sapore amaro, semen per interualla in caulibus illi est, nascitur circa areas domorum & inter rudera dantur folia siccata cum melle tussientibus, tabidis'que, dātur mulieribus quę nō purgātur ad menses ciendos, difficili in partu dātur, prodesse item ait, serpētium morsibus, vessicæ ac renibus nocent, laterum dolores leniunt. Succus confert claritati oculorum & felle suffusis infusus naribus. Subdit mox Plinius.

SERPILLVM A SERPENDO, &c. Theophrastus author cōpositissimę **Serpillū** pariter ac reconditissimæ doctrinę clarissimus, libro sexto plātarum duo esse serpilli genera memoriæ mādauit, asserens serpillum autumno plātari debere, & vere, amare'que domos, & hortos, gaudere aquis ac stercoratione, & id genus multaque poterit lector copiosius videre. Nicāder in suis theriacis φιλόζωον, id est, philozoon appellat quòd vitā amet, ideo'que ipsum seipsum noua continuè sobole & propagatione radicat, ab quibusdā cicer erraticum vocatur, à similitudine foliorū, sed hoc potius de syluestri serpillo intelligendum contenderim, quod zigis dicitur, authore Diosco. quod nō per terrā serpere ait, calidius hoc satiuo asserens, si quidem menses trahit potum, cit vrinā, facit ad tormina, rupta, conuulsa, iecoris inflāmationes, potum & illitum capitis dolorē sedat, addito rosaceo, coctum, sedat san-

guinis vomitus

guinis vomitus succus eius potus cum aceto pondere duarum drachmarum.

EFFICAX (inquit Pli.) CONTRA CENCHRIN, Cenchrus, vel cenchris serpēs est maculis multiplicibus variata, quod liquet versu Lucani ita agētis, Pluribus hic maculis variatā tingitur aluum, & quia similis est seminibus milij, quā frugē græci cenchron vocāt, nomen serpenti hoc fecerunt, morsum cenchri sequitur exulceratio, & post tumores subeunti cutem aquæ similes, decidunt carnes & qui ab eo icti sunt fiūt veternosi & sopiūtur. Testatus est Erasistratus iecur, vesicā, crassius'que intestinum, quòd vocāt colon, corrūpi his. Dissectis'que corporib⁹ corruptas inueniri eas partes.

Sisymbrium. SISYMBRIVM SYLVESTRE, &c. Haud desunt, qui vocēt coronā veneris, alij herbā venereā, duo sunt genera alterum, quia cardamo non sit dissimile cardaminē vocāt, quasi nasturciā alterū hortense, hortensi menthæ simile, latiore tamen & odoratiore folio. Semen sisymbrij stillicidio vrinæ cōferre scriptum reliquit Diosco. lib. ii. Singultus hoc sedat, & tormina. Folia emplastri modo frōti apposita capitis dolores cōpescūt, valet ictib⁹ vesparum & apum, sistit vomitiones. Natura syluestri calefacere & vrinā ciere, exterit lentigines, purgat faciem.

Eclegmata. SEMINE (ait Pli.) FIVNT ECLEGMATA. Sunt enim eclegmata quę linguntur magis quàm deuorātur, & retēta ore, aut linguę imposita subdita've paulatim tabescunt.

Blitum. BLITVM INERS, &c. Iure iners blitum vocat, maledicebatur enim quondam hominum ignauiæ ex hoc olere & in accusanda, ridenda've alicuius socordia, & inutilitate despectiorem blito vulgus appellabat. Est tamen edendo, vt ait Paulus Aegineta libro sexto, humectat, quare aluum soluere ait.

CAPVT XXIII.

Meu. MEV IN ITALIA, &c. Est meu, quod à Diosco. meō vocatur. In Macedonia, inquit, & Hispania meō nascitur quod Athamanticum vocant. Caule aniso simili crassioris tamen aniso, bicubitali aliquādo altitudine, tenuibus radicibus, quę in aqua decoctæ & sine coctura tritæ cōtra adstricta renum vitia, & vesicæ vtiliter bibuntur, prosunt stomachi inflationibus, torminibus, strāgulatui vuluæ, articulorū doloribus, dolores tamen facit potū vltra quàm deceat; hæc Diosco.

Foeniculum. Fœniculum nobilitauere serpentes. Hæc à Nicandro in suis theriacis videntur excerpta. Quo tempore, inquit, arescentium squāmarum senectute torpidus & segnis ingrediēs, verna'que tempestate cauum suum fugiens hebetibus oculis cęcutit, verum depastus fœniculi ramus, comosus, celerem & clare lucis eum efficit. Diosco. libro tertio marathron, id est, fœniculum lactis copiam præbere testatus est, decoctum comæ, ciere & vrinam ait, confert & fœniculum potum cum vino morsibus serpentium, menses ciet, Radices sanant morsus canum rabidorum, si cōcisæ sint, cum'que melle modo emplastri positę, succus claritati oculorum prodest. Subdit Plinius.

EST ET IN HOC GENERE SYLVESTRE, &c. Agreste marathron Diosco. cōfirmat hippomarathron esse, libro tertio grādeest hoc, Radix valet stillicidio vrinæ, menses eadem ciet, semen & radix sistunt aluum, subueniunt serpentium morsibus, calculos frangunt, purgant suffusos felle.

Ophiaca. OPHIACA, De serpentibus, Ophis serpens græcis est.

Canabis. CANABIS, &c. Duplex esse canabis genus testatissimum reliquit Diosco. lib. iii. Syluestre lenire inflāmationes, tumores discutere, disijcere lapidosas durities prodit satiuam, quam

schœnostrophō,

ſchœnoſtrophon vocant, quòd ſit vtilis texendis funibus, genituram idem extinguere hominum prodit, ſuccum'que viridis canabis inſtillatum auribus ad earum dolores valere. FERVLA (inquit Plinius) SEMEN, &c. Græcorum peritiſſimi narrheca ferulam vocant, eius medula medetur cœliacis, & ſanguinem expuentibus, ſanguinem item narium ſiſtit, ſemē bibitur contra tormina, ciet ſudores. Caules ferularum ſeruantur in ſale, vt ait Dioſcorides libro tertio. Condiebātur certè quondam ſeruabantur'que ferulæ caules toto anno ad cibos, vt proditum eſt memoriæ à Columella decimotertio libro rei ruſticæ, capite ſeptimo. Nec fuit hic vſus parum laudandus, & ſi copioſior eius cibus capitis dolores faciat. Primas enim menſas in acetarijs, ſecundas verò cum obſonijs cocta multa frugalitate inſtruebat, eadem ſenectuti & à longa valetudine ſe recolligentibus auxilio fuit & eſt, quoniam nulli frutici lenitas maior & lenitate ligni firmior durities & rigor, quam ob cauſam libero patri, & ſileno, alijs'que numinis eius comitibus fuit dedicata, & conceſſa vt infirmos in ebrietate pedes leui hoc pedamento regerent. Eadem imperij notam pedagogis & inſigne dedit, ferulę'que minaces ſceptra pedagogorum, vt ait Martialis, regium honorem & maieſtatem illi addiderunt, vt quales voluit antiquitas reges eſſe in legibus, & minis aſperos, in pœnis verò mitiores, & parum nocentes: tales ferularum ſuarum lenitate pedagogi in pueros ſuos eſſent, metuēdos'que ſe potius quàm nocentes oſtenderent, ne dum cultus ingenij queritur, corpori iniuria afferatur, ſed de ferulæ dotibus hactenus. Subdit Plinius. DE CARDVORVM SATV, &c. Carduum græcorum aliqui ſcolymon, alij pyxacantham vocant: latinorum aliqui ſtrobilum. Habet carduus folia ſimilia chamæleoni, nigriora tamen & craſſiora, folioſum & oblongum caulem erigit, in cuius ſummo ſpinoſum capitulum eſt: radicem habet nigram craſſam'que, quæ graueolentes alarum hircos & reliqui corporis viroſum odorem emplaſtri modo impoſita emēdat, idem etiam in vino pota prodeſt. Pota item copioſam graue'que olentem vrinam pellit, coquitur pariter atque eſtur modo aſparagi. Eſt enim carduus planta, quam vulgo vocamus artichaudum, alij chamæleonem, grecè cynaram: qua vocis acceptione vſus eſt Colu. MVRICATIS CACVMINIBVS. Aculeatis, ac modo muricum formatis. Suntque murices inſtrumenta ferrea, quæ à noſtratibus chalcitrapæ dicuntur.

CAPVT .XXIIII.

SED ANTE. &c. Et quia hic Plinius rerum naturæ conſultiſſimus theriacæ meminit, non fuerit alienum quid ſit propriè theriaca memoriæ mandare, etymon ne ſit à θήρια aut θήρασ. i. theria, vel theras, quę gręcis idem ſunt. Sunt enim theria beſtiæ, & potiſſimum quadrupedes, poetę enī græcorum feras quadrupedes, vt ſunt leo, vrſus, & id genꝰ theras vocant, quo fit vt θηριοδήκτουσ, id eſt theriodectos vocēt aliqui beſtiarū morſꝰ, peritiores tn̄ venenatorū morſꝰ: nā et græcorū medici, & qui de venenatis in ea gēte egerūt, quod neglexerunt, aut nō licuit latinis facere, alterā ex vocibꝰ illis ſuis θήρια ſcilicet, ictu, aut morſu venenū relinquūt, vocauerūtq; theria, & in cōmentarijs ſuis ea aīalia ītelligi voluerūt, quæ nō minꝰ, ſed aliter q̄ quadrupedes illæ ferociores homini nocēt, q̄ vnguibꝰ, & morſu leo, dēte lupus, & vtroq; telo vrſus, mortē adferunt tātulo ictu, aut morſu eadem hæc facerent, vna'que hac ratione Nicander theriaca opus ſuum inſcripſit, non quia de maioribus quadrupedibus illis, ſed de venenatis omnibus, in eo doceret, vnde veteres medici antidota, theriaca vocauerūt, non quæ morſibus: aut ſectionibus leonum, ſed quæ venenatorum animalium maleficio aduerſantur: ſed quia Arabes

Theriaca.

viperam vocabulo vt assolet detorto deluxato'que, thiron vocant nomine generis speciei imposito, nam θηρίον, id est therion, feram vocant. Porrò quę à Serapione de thiro obseruata, de vipera rectè pronunciari ex Dioscori. Gale. & Paulo Aeginita recognoscim⁹: quoniam verò medicorum pomeria aliquo modo sumus ingressi. Pergamus porrò in hasce cõmentationes congerere, quæ vellicatim hincinde præcerpsimus. Igitur in eorundem viretis amœnioribus theriacam obseruauimus bifariam intelligi, nam vno modo ac propriè dici theriacã animaduerto, quæ ex therio, id est vipera confici assolet, alteram verò sine permixtione, id genus. Quando autem simplicia item theriaces nomine vocari reperias, nam Auicenna secundo canonis, capite de squilla. Theriaca est, inquit, aduersum venenosa, item de opoponace. Cum aristolochia, inquit, pota theriaca est, sunt qui non ideo dici theriacen putent, quia therion, id est vipera permixtionem ingrediatur, sed quia aduersus theria, hoc est feras veneno imbutas præsentissimum sit remedium, aut aduersum venenata, vt Plinius hic indicat. Hanc autem theriaces confectionem liquet venenatis aduersari, nam si delitescentẽ rerum hic appositarum energiam, dotem'que conspectius scrutari, & indagine quidem altiore liceat, percipiemus nil venenatis impendio officere. Est à nobis paulò superius ostensum serpillum, authore Dioscoride, Theophrasto, & Nicandro morsibus venenatorum subuenire, item mira est vis aduersum viperas, phalangia, scorpiones, chalcidicas, lacertas, serpẽtes omnes, opoponaci, hoc est succo panacis Herculei, vt Diosco. libro tertio scriptũ reliquit, necnon & Theophrastus nono plantarum. Vtuntur, inquit Theophrastus, eo cõtra phalangia, viperas, serpentes, lacertas, chalcidicas, bibendo in vino, & priuatim contra viperę morsus acescenti vino miscentes &c. Milio etiam vis est extenuandi, nihil'que ad concipiendum retinendum'que calorem aptius eo esse memoriæ mandarunt nonnulli: cit enim vrinam, & torminibus est conferens, vt prodit Dioscorides libro secundo. Trifolium nec est sine viribus, nam & venenatorum morsibus conferre, Dioscorides libro tertio scriptum reliquit, necnon & ante Dioscori. Nicander in suis theriacis: Item Paulus Aeginita libro sexto. Plinius etiam libro sequenti, eadem vis est fœniculo, anetho, aniso, apio, vt suis locis videbimus. Porrò qui de thiriaca amplius volet & venenatorum ratiocinatione, adeat Leonicenũ libro quo carpere enixissimè molitur Pliniũ, in quo scitè plæris'que in locis taxat, alijs verò nõ satis accuratè in eum nititur, vt Politianus scriptum reliquit. Ego enim scita illius prætereo silentio, quòd persuasum habeam vnumquem'que lectorem ingenuum, ac politioris literaturæ sititorem illius monimenta habere, tutari enim Plinij partes omnes, sicut non constitui, sic nec abnegaui, vbi tamen hæsitandum maximè est, malo parum & scitè, quàm multum & oscitanter dicere. In quibus enim erit locis summa dubitatio, candidè monere est consilij nostri, sumus enim mortales, humana nõ diuina minerua loquentes.

Commentariorum in vicesimum Plinij Secundi, Naturalis hystoriæ, scriptoris argutissimi,

FINIS.

IN VICESIMVM PRIMVM PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE, ARGVTISSIMI SCRIPTORIS LIBRVM, STEPHANI AQVAEI BITVRICENSIS, VIRI AEQVESTRIS, COMMENTARIA.

CAP. I.

IN HORTIS SERI ET CORONAMENTA, &c. Coronarũ vſus veteribus fuerunt perfamiliares haud quidẽ propter voluptatẽ, verũ ob odoris neceſſitatẽ, in cœnis eñi epulis, cõmeſſationibus, ſacrificijs, põpis, lætitiaq; frequentes, hanc in coronis ob odoris ſolam neceſſitatẽ à veteribus queſitã teſtatus eſt Plutar. iii. ſui ſympoſij. Nec hunc vſũ voluptatis cauſa tantũ, verũ ad firmitatem vegetioresq; & tranquilliores ſenſuũ noſtrorum habitus & motus, quare à Catone præceptũ eſt, ſub vrbe coronamentorũ omne genus eſſe ſerẽdũ. Theoph. itẽ. vi. plan. nõ ab re plantas coronarias pertractaſſe videtur, quarũ naturã duplicẽ intelligit, alterã ſcilicet ex nectẽdi facultate, alterã ex odoris, alias plãtas ad coronas ſolũ aptas ob odorẽ, alias folia habere coronis aptiſſima ait, vt in malobathro, in alijs tota materia idonea ad id eſt, vt in ſerpillo, inula, ſiſymbrio. Et ꝙ aut totę plãtę aut earũ partes aliquę odoratę ſunt: itẽ ꝙ ſolent necti in coronas, coronariæ plantæ dictæ ſunt. Eſtq; odoris bonitas pręcipua coronarij nominis & honoris cauſa: accedit verũtamẽ & alia nõ penitus negligẽda cauſa, & ab eodẽ Theop. pluribus locis ſignata, quæ ex nectẽdi facultate eſt, nã vbi breuitas aut rigẽs duritia fuerit, quę flecti necti've nequeat: & ſi odoratiſſimũ aliquid ſit, coronarij nominis & honoris nota ſignari nõ poterit, idq; eſt quare Theop. φρυγανικὰ. i. phryganica, hoc eſt fruticoſa, στεφανωματικοῖς, i. ſtephanomaticis, hoc eſt coronarijs, aliquãdo cõiũxit, fruticoſi generis odoratas plãtas deſcribẽs, quarũ ramuli lõgitudine ſua adiuuãte, natiuo lentore in coronas flecti & circũagi poſſunt, q̃ oĩa ſuo loco reddentur.

φρυγανικά. Phryganica.

CAPVT .II.

TENVIORIBVS, &c. Claris hiſtoriarũ monumẽtis pditũ eſt antiquos tenuioribus coronis vſos, quas & ſtrophia appellabãt, & diminutiua forma ſtrophiola, qua vocis acceptione & vſu tãtũ iter ſacra & honores bellicos vtebant̃ antiqui: nã & diximus lib. vii, coronas militia inſignibus datas viris: coronas inq̃ frõdibus cõpactas, gramine, nõ floribus. Inoleuit tãdẽ mos vt florũ coronis vteremur, q̃ à ſerẽdo. i. texẽdo ordinãdoq; ſerta dicta ſunt à digeſtis ordinatisq; inuicẽ floribus frõdibusq;, quibus coronę fieri ſolebãt. QVOD apud grę. Nã græci nõ floribus, ſed ramis & frõdibus i ſacris certaminibus vtebãtur. i. corona laurea, quercina, hederacea: poſtea ex igenio Pauſię pictoris, ex floribus diſcoloribus q̃dã cõpactę ſunt coronę. Pauſias eñi ſycionius pictor egregius fuit, vt videbimus: q cũ glycera a-

Coronę

mica coronarum è floribus odoribusque præstantioribus vsum comperit, cui⁹ meminit Ouidius cũ ait. Vel cum pausaica torpes insane tabella. Tabella cuius dicta est stephanoplocos .i. coronas texens, στέφαν⊙ enim, id est stephanos corona, πλέκω rexo, qui item eas texunt idem sunt nomen sortiti, sicut qui amant, dicuntur philostephani, quo nomine verres à Cicerone notatur. QVA pinxit ipsam, &c. Qua tabella pinxit amicam. RAMENTO è cornibus tincto. Rasura, siue tenuissima particula. APPELLATIO corollis, &c. Corolla parua est corona: quare Propertius ait. Me iuuet externis positum languere corollis. Itẽ corollaria minutiores coronæ dicuntur, qua vocis acceptione vsus est Suetoni⁹ in augu. inquiens. Itaque corollaria & præmia alienisque muneribus ac ludis, ac crebra & grandia de suo offerebat. Sunt etiam corollaria ea quæ addita sunt præter quàm quæ debita sint, tanquàm auctarium & superpondium. Fecit hoc verbum gradũ a dagio, quod est decertare ad corollas, quo rectè vti possum⁹, vbi quis in primo nullo modo indeficiens puluere, patienter integrum rei cuiuspiam laborem subit, nec desinit prius quã finem imposuerit. Cæterum expendendum hic moris fuisse antiquis in compotationibus coronas gestare, vt Aristophanes in equitibus testatur. Et Plautus in pseudo. Quid (ait) ego video cum corona ebrium. Et Ouidius.

Philostephani.

Corolla

Corollaria.

Decertare ad corollas.

, Ebrius incinctis philira conuiua capillis
, Saltat, & imprudens vtitur arte mero. Item Martialis.
, Pinguescant nimio madidus mihi cauus amomo,
, Lassenturque rosis tempora sutilibus.

Hic nouisse non obfuerit, quare antiqui coronis è frondibus ramisque arborum potius quã florũ coronis vti cõsueuerint: nam palàm est antiquos in certaminibus coronis frondium vsos: quod innuit hic Pli. quãdo ait. ARBORVM enim ramis, &c. Sunt profectò qui eã rei proferãt rationẽ, quòd floreæ coronæ puellares colludentibusq; virgunculis aptiores ac mulieribus sint, quã philosophico congressui. Alij verò ex folijs coronas improbãt omnino: alij summa ratione coronas potissimum in cõuiuijs instituisse astruunt, siquidẽ Dionysium produnt cum vinũ cõperisset potentissimum medicamentũ, itẽ & iucundissimũ habitum, inde fuisse nõ incelebrẽ medicum. Itẽ discumbentes qui se forte inuitarent plusculũ, hædera ornassent coronaq; insita frigiditate vini potentiã retunderet, minusq; inde afficerentur bibentes, ebrietatis vi restricta, hæderæ vi frigorifica. Cæterò eadẽ ratione in conuiualẽ lætitiã corollæ admissæ sunt, per docẽt experimẽta, qua vi sensus concutiãtur, vbi hausti vini liberius vapor cerebrũ hominis cœperit ferire ac forare, propterea sapientiũ curiosa solertia sciens esse in rerũ natura antipathiã .i. contrarietatẽ dissidẽtiãq;, quãdo nihil placuit esse sine pari, flores capiti circũponendos præcepit, quorũ defluxus aduersus impetũ ebrietatis cõmuniret. Calidi siquidẽ flores, poros seu meatus patẽtiores laxioresq; reddũt, frigidi verò sua vi cõtemperãt, vt scãdẽtes percutiant vapores, sicut viola atq; rosa. Porrò & florũ quorundã odorib⁹ in ambitu cerebri fusis, sensorij repurgantur meatus: proindè coronas floreas è collo propẽdentes, græcorũ aliqui hypothymidas vocant à (vt autumandũ est) vaporãdi vsu, quòd coronæ in sacris certaminib⁹ vsum habuerint, satis testãtur Hermonẽses in Græcia Chthoniæ deæ sacra obeũtes. Festa itẽ quæ dicũtur chthonia .i. χθόνια: tẽpore enĩ æstiuo coronas implicãt ex flore, quẽ vocãt comosandalõ, adiecero etiã in theatri scenæ delitias flores ac crocũ obrepsisse et odoramẽta, quare cecinit Hora.

Hypothymides.

, Necnon crocum floresque perambulet Attæ
, Fabula, si dubitem clament, perijsse pudorem.

Cæterò auctarij vice addam, quia strophiorum meminimus, strophia dicta à στρόφειν, id est strophin: quod est circumagere, vertereque, quòd vertendo necti soleant.

CAPVT

❧ CAPVT TERTIVM. ❧

Corona rũ origo

CRASSVS DIVES, &c. Et qui in coronarum rationem diuertimus, non obfuerit sciſſe nouiſſe'que earum originem & repertorem primum, Atheneus author plurimæ & quidem vberioris lectionis Dionyſium è mari Erythreo ſcribit primam coronam ex pampino aduexiſſe. Cum'que ex vino immodicè ſumpto capita tentarentur, inuenta ratio vt vitta premerentur, adſumpta hæderacea corona, quæ prompta omnibus erat, eo pacto capiti medẽdo, paulatim deinde creſcente luxuria, eam varijs floribus intexuerunt. Aechylus ait, quòd in honorem & ſimilitudinem vinculorũ Promethei, primo corona fuerit reperta: ob id coronarum in ludis eam rationem originem'que tradidere, Prometheũ cum Ioui parcarum ſortem patefeciſſet, de Thetidis filio, quẽ patre illuſtriorem cecinerant, vinculis liberatum, ea tamen ratione vt anulum lapide & ferro compactum geſtaret, ne omnino pœna videretur exolutus. Simul etiam coronã habuiſſe ſcribunt, vt ſe victorem impune peccaſſe oſtenderet, quo factum ſit, vt in maximis lætitijs victores coronis inſignes viſendum caput circũferrent, id quod in ludis conuiuijs'que licet animaduertere: initio ergo tam tenui, illuc etiã progreſſa eſt ambitio, vt nõ ij modo qui gymnicis certaminibus certarent ac vincerent, coronas acciperent, ſed etiam præcones cũ cæteris impoſuiſſent coronas victoribus, eorũ'que magna voce nomina pronunciaſſent, cum & ipſi ante ludorũ miſſionem coronis itidem donari ſolerent. Itẽ & in ſcæna quo'que actores coronis adornabãtur. Progreſſa eſt & coronarum argentatarum ambitio, quas primo Craſſus ille Romanorum ditiſſimus ludis ſuis dedit. Acceſſerunt itẽ Lemniſci, vt hic ait Pli. quos cęlare pulcher Claudius docuit. Bracteas phyliræ dedit. Phylira arbor quam nos tiliam vocamus, ex huius arboris tenuiſſima membrana, quæ inter corticẽ & lignũ eſt: coronæ fiebant antiquitus, item & ex ea arbore, quare cecinit Hora. i. carminũ. , Diſplicent nexæ phylira coronæ. Et Ouidius. Ebrius incinctis phylira cõuiua capillis. Aliquando phyliræ pro capillamentis & tenuiſſimis pilis ponuntur, vt videbimus aliubi. Cæterùm ne omiſiſſe videamur quod videatur annotatu dignum, lẽniſcos, ſic enim ſcribendum cõtenderim, animaduerto dici faſciolas eſſe dependentes à coronis, vti Feſt[9] ſcribit, quas cęlare ſiue ſcalpere docuit Craſſus, ac ſignare. Et ait Pli.

Phylira

Lẽniſci

Corona ti ſerui.

❧ SERVOS ſuos mittebant, &c. Seruos coronatos intellige venditioni expoſitos. Coronati enim ſerui vẽdebãtur & ſub corona qui in bello capti erãt ſicut pileati, quare qui emebat coronã, ſeruum emebat, quia ſemper coronati erant capti bello, quare parabat pecuniã, quare Pli. ait qui coronã ipſe parit, pecuniã've.

Pergula

❧ E PERGVLA. E loco multis lateribus aperto, aerem'que excipienti ac porrecto, quale eſt deambulatoriũ. ❧ SVARIO cognominabatur, &c. Hic cui[9] lib. vii. meminimus, larium, de quibus libro. ii. egimus: nõ eſt enim noſtri concilij iterare ſi fieri poſſit, quæ à nobis ſunt promulgata: quare locorũ, vrbium, inſularum'que nomina ſi ſe nobis ſuggeſſerint omittemus, itẽ medica vocabula, quod ſatis libro antelato de his diſſeruiſſe arbitremur.

Pactilis

Salij.

❧ PACTILI coronæ. Ordinatæ, cõiunctę. ❧ SALIORVM ſacris, Id eſt ſacerdotum Martis, nõ eñ ad ſaliares cœnas verbũ retulerim, ſed ad ſacra ſacerdotum martis, qui ſalij dicti ſunt, ꝙ in portandis ancilibus ſaltare ſolerent, vnde Liuius ait. Numa ſalios. xii. Marti gradiuo legit, tunicæq; inſigne dedit, & ſuꝑ tunicã æneũ pectori tegmẽ cœleſtiaq; arma quæ ancillia appellãtur ferre, ac per vrbem ire canentes carmina cũ tripudijs ſolẽnique ſaltatu iuſſit: ab ijs dictæ ſunt ſaliares cœnæ, id eſt profluentes, opiparæ, dapſiles, pollucibiles, ganeatæ, copioſæ'que.

Saliares cœnæ.

SVTILIBVS MOX: &c. Sutilibus scribe. Sutiles coronas antiquitus honore habitas testatur carmen Martialis quando ait. Lassentur'que rosis tēpora sutilibus. LIBROS ANTHOLOGICON. Hoc est de florum ratione: ἄνθος enim, id est anthos, flos est, λόγος, ratio.

Antho logicō.

CAPVT .IIII.

Rosa.

ROSA NASCITVR SPINA, &c. Etsi cōstet quàmplurimos flores sibi inter coronas locum asciuisse, rosa tamen palmam obtinere videtur, quæ nedum valetudinis inserta primo fuit coronis, verū & voluptatis, quod satis liquet carmine Flacci inquientis. i. carminum.

, Persicos odi puer apparatus
, Displicent nexæ phylira coronæ
, Mitte sectari rosa quo locorum Sera moretur.

Auxerunt profectò rosarum nobilitatem græcorum poetæ, sophistæ'que & quasi ad honorem & gratiam non satis illis essent, odor & color, totius'que floris egregia quædam maiestas, quam nullibi natura speciosiorem magis'que amabilem fecerit, diuinos profectò poetę natales rosis dederunt, fingentibus alijs in dearum iudicio, quod ad scamandrum, à Paride quondam factum est, à Venere rosam primum inuentam, eo'que coronatam flore iudici & aduersarijs deabus adeò tunc placuisse, vt venereæ rosæ libenter subijciētes, Pallas galeam, Iuno regium diadema, quibus instructæ & ornatæ ad iudicium venerant, amorum gratiarum'que omnium numini ęquo animo cesserint. Alijs miserabiliore fortuna canentibus veneris sanguinē, puniceo colore quę prius candida erat floruisse rosam, cum amato à se Adonidi cōtra martem zelotypum deum & riualem dea opem ferret, quo animo per syluam festinā te dea, vulnerato à spina pede, qui diuinus ex dea effluxit sanguis candidam antea rosam puniceo colore infecit, alijs tradentibus ex sanguine adonidis rosam. Quæ omnia hæc græcam fidem secuti aliquot poetæ latini rem antelatam illustrarunt suis carminibus: quare Martialis in epigrammate suo de rosis cecinit. Si, te semper amet venus memento. Et Homerus ille Mantuanus in hortulo. Syderis & floris est domina vna dom⁹. Nec aliud in Claudiano indicat versus. Sic fata cruoris carpit signa sui. Genera rosarum multa Theophra. describit, de quibus dicem⁹ pauldò mox. FASTIGIATO. Erecto cortice. DEHISCIT. Seaperit, pandit, exponit, dilatat. IN CALYCIS medio, Calyx hic foliculū est, quo rosa cooperitur, Calyces in herbis operimenta sunt, quibus fructus arborū aut aliarum plantarum çooperiuntur. LVTEOS apices. Hic vocat summitates illas luteas quæ quodā modo exuperant rosam. Sunt enim crocei ij apices, siue illa capillamenta eminula. TROIANIS temporibus Homero teste, &c. Nam Homerus meminit rosei olei quando ait ῥοδόεντι δὲ χρῖεν ἐλαίῳ. Hoc est roseoq; vnxit oleo. COLLYRIIS imponitur. Imponi solet succus rosarum medicaminibus oculorum affectorum inflammatione aliqua. Refrigerant enim rosæ, adstringunt potissimum recentes. Succum harum mirè aptum circūlitionibus scribit Diosco. lib. i. Cōfert itē quod ex siccis rosis in vino decoctis expressum profuerit capitis doloribus, aurium, gingiuarum, intestinorum, vuluę, sic vt penna inungatur, aut clystere infundatur: ipsæ etiam rosæ sine expressione aliqua tusæ, mox'que illitę, præcordiorum inflammationibus, humenti stomacho & igni sacro medētur. Cremari etiam solent rosæ ad venustandas palpebras, capita rosarum pota fluentē aluum compescunt, vt ait Diosco libro antelato. A GRAECIS lychnis. Græci λυχνίδα στεφανωματικήν, id est lychnida stephanomaticē, id est lychnida coronariā

Calix. Collyria lychnis

herbam

herbam hanc vocant aliqui, de qua alibi agendum erit. ❧ MVSCETON. Quasi à viuiradice dictum, moscena enim græcorum aliqui viuiradicem vocant. De satione autem Rosæ & Violæ ita meminit Columella, libro rei rusticæ tertio, ca. xxx. Violā qui facturus est: terram stercoratā & repastinatā minimum altè pedem in puluinos redigat: at'que ita plantas hornotinas scrobibus pedalibus factis ante calen. Martias habeas, semen autem violę sicut olerū duobus temporibus seri tur, verè, & autumno, colitur autem eodem modo quo & cętera olera: vt runcetur, vt sarriatur, Rosam surculis & fruticibus disponi conuenit per sulcos pedales, fodi ri omnibus annis ante calen. Mar. & interputari.

❧ CAPVT .V. ❧

LILIVM ROSAE, &c. Ex veneris sanguine rosam na tam: fabulares poetas dixisse paulò superius conuulgaui mus. Et quoniā in lilio cādidus color esset, ex Iunonis la cte natum alium hunc florem finxerunt, ne voluptatum omnium numini in ruris & hortorum honore cederet Iouis & soror & coniunx. Natum'que ferūt cum dormiente dea, admoto vberib⁹ eius hercule vago: & incerto suctu diuinū lac in terrā decidisse: eā'que ob causam Iunonis rosa à qui busdā lilium dictum est: nō floris, sed potestatis ęqua duarum dearum inter se cō paratione, ob item nobilitatem dictum volunt regium florem, Pli. liliū folijs esse striatis foris, testatur & effigie calathi, vt palàm est: vocatur & Lilium, Callirion, id est, speciosum lilium, græci κρίνον, id est, crinon vocant lilium, lilij verò florem κρινάνθεμον, id est, crinanthemon. Hic nouisse non obfuerit lirium dici pro lilio, vt Theophrastus innuisse videtur sexto plantarum, quando ait. ὁ δὲ νάρκισσος ἢ τὸ λείριον οἱ μὲν γὰρ τοῦτο οἱ δὲ κρίνο καλοῦσιν: quæ nihil aliud volunt sibi quā Narcissus verò aut lirium, hi enim sic, illi eo nomine vocant, qui plura volet, adeat Theophra. eo quo diximus loco. Striata lilij folia hic ait Pli. hoc est, cōcaua & strijs distincta, strias Victru. in lignis columnarum'que operibus vocat concauitates, scapturas'que emi nulas, & lineas cauitatibus distinctas, siue sulcos ac conualeculas angustas, vt est vi dere apud Victruuium, libro secundo.

Lilium.

Callirīō κρίνον.

Striata folia.

❧ CAPVT .VI.

VIOLIS HONOS PROXIMVS, &c. Sunt & inter herbas coronarias Violę. Detulit profectò in hoc flore cā doris multum antiquitas, earum multa esse genera testatur Theo. Leucoiorum enim nomine in grecis omnes iudicā tur violæ hæ: quę primę flores suos proferunt, vbi mitior & tepidior aer fuerit ab hyeme statim: vbi asperior & frigi dior, postea: vbique aut per ver primæ noui anni aduentū nunciātes, plures'que nō vno ramulo tātum, sed vno pedi culo florentes: quę causa fuit vt à quibusdā polypheræ inter alias dicerentur. Flo rent enim passim triplici colore cādido: luteo, & purpureo, additur & quartus: ceru leus, Lutheum colorem intelligo croceum: græci violas, ἴα vocāt, florem verò quē omnes Iesiminum appellamus colore cādido, violis figura, nō dissimilē violā anti qui vocabāt. ❧ VESTIS IANTHINA. Huius vestis meminit Martialis. Coccina formosæ donas & ianthina mœchæ.

Violæ.

Polypheræ.

Lutheus color.

Iāthina vestis. IANTHINA, Violacea. PROXIMA (ait Pli.) EI CALTA EST. Hæc odoris præstantissimi fertur violæ'que non dissimilis, cuius etiam meminit Columella, libro rei rusticæ. xi. his verbis.

, Iam rosa distendat contorti stamina iunci
Caltha. , Pressa'que flameola rumpatur fiscina Calta
, Fer Calathis violam, & nigro permixta ligustro
, Ponatur viola & nimium rosa plena pudoris.

Bacchar. BACCAR QVO'QVE RADICIS, &c. Baccharem iure coronariā herbā appellauerimus, est enim herba fruticosa, aspera habens folia, magnitudine inter violā & verbascum: hāc Diosco. libro syluæ medicinalis tertio coronariā vocat. Bacchar asarum dicitur, ab alijs Rustica nardus: dictum ἄσαρον, id est, asarum quasi ἀσάρωτον, id est, asaroton: quod est, quod in ornatum nō veniat: & quo ornari nequeamus. Plutarchus tertio sui symposij. Bacchar inter coronamenta iure poni scriptum reliquit, fit & ex eo vnguentum, vt ostēsum à nobis est: quod baccharium dici potest, bacchare frons antiquitus cingebatur in fascinationes, quare Homerus ille Mātuanus ait. Bacchare frōtem cingite, ne vati noceat mala lingua futuro. (Baccharium.) CROCVM (ait Pli.) SYLVESTRE OPTIMVM, Fabulares poetæ Milacem virginem in crocum mutatā ferunt, quod & Naso in suis trāsformationibus posteris legendum reliquit, quando cecinit.

Crocū. , Et crocon in paruos cum milace flores.

Laudat imprimis crocum corycium, à Corico monte Ciliciæ, post corycium: in cylicio mōte olympo laudatissimum est, quod testatur Diosco. lib. primo, quādo ait. Probatissimus in medicinę vsu Corycius ex Cilicia, recens, qui floris sui bonitate rubet. Secundę bonitatis, id est, qui ex olympo Lycię monte adfertur. Tertię deinde, qui ex Aegis ætholiæ vrbe. Cyrenaicus autem & Sicilię cēturupinus olerum modo seritur. In Sicilia viribus & potestate ignauior, &c. Et paulò inferius subdit. Adulteratur crocus admixto tuso crocomagmate, quod crocini vnguenti fęx & recrementum est: adulteratur itidem defruto inspersus, adiecta ad grauitatē & pōdus argenti spuma aut plumbagine: melior qui friabilis, integer, manus inficiens hæc Dioscrides.

CAPVT .VII.

TROIANIS TEMPORIBVS, &c. Vetustas coronamentorum liquet: ac floribus honor: qui temporibus Troianis viguit. Est certè hyacinthus flos ruber ex herba eiusdem nominis nascens: à similitudine, cuius rubeæ vestes (Hycinthinæ vestes.) hyacinthinæ dictæ, quare Persius cecinit. Hic aliquis cui circa humeros hyacinthina lęua est. Fingunt poetæ hyacinthum puerum ab Apolline dilectum & interfectum, conuersum denique in florem, vnde in eo primæ literæ inscriptæ cernuntur, ai, quę vox lugubris. Huic Apollo apud Ouidium. Flos'que nouus scripto gemitus imitabere nostros. & alibi, ipse suos gemitus floribus inscribit & ai flos habet inscriptum, funest a'que litera dicta est. Scribunt item Aiacem in eiusdē florem conuersum, dum in patientia prælati Vlyssis seipsum interemit: cuius nomen similiter in principio literas, ai, habet: quare Ouidius ait. Litera communis medijs puero'que viro'que inscripta est folijs: hęc nominis, illa querelę, de his floribus Verg. intellexit quādo ait. Dic quibus in terris inscripti nomina regū, Nascūtur flores. De Loto abundè Theophra. quarto plantarū. (Rhizothomos) RHIZOTOMOS,

Quasi radices

Quasi radices secãs dicta. SIC (ait Pli.) APVD Græcos Poliõ herbã, &c. Leonicenus Pli. hic incessit quod nõ polium, sed tripolium legendum sit, & incõcinè ea assignasse polio, quãdo prȩstitisset Tripolio attribuisse. Sunt item qui vitio vertent Gazȩ, qui apud Theophrastum, vt Pli. traduxerit: quãdo traduxit hȩc nono plãtarũ καὶ ὥς διηφάσιν τὸ τριπόλιον καθ᾽ ἡσίοδον μουσαῖον, &c. quod sic vertit. Adde poliũ quod Hesiodo & Musæo authoribus ad omnẽ rem seriã magnique faciendã perutile prȩdicatur: quãdo nõ polium, sed tripolium legendum esset. Folia enim tripolij mane candida: meridie purpurea, sole occidente cerulea aspici Theo. quo diximus loco testatur, & quod à Dioscoride cõfirmatur, lib. iiii. quãdo ait. Fertur flos eius ter quotidie mutato colore videri: matutino enim albet: meridiè purpurescit: vespere fit ceruleo colore: quæ enim hic Polio Plini. tribuit, Diosco. nõ attribuit quando lib. iii. dicat. Polium: sunt qui teuthrium: qui melosmõ: qui veliõ vocent, mõtanum in polio alterum genus est quod Teuthriũ vocãt, eoque tantum vtuntur. Exiguus & gracilis frutex est: colore candido. Poliũ.

CAPVT .VIII.

LVXVRIA VESTIBVS, &c. Plura vestium genera, earumque luxuriã & varietatem, lib. viii. fuisse edocuimus. VNVM IN COCCO, Nihil profectò prȩciosius & in maiore fortuna honestius, quàm coccum: quo reges quõdã à priuatis distinguebãtur: nũc verò nobilitas vix à plæbe discernitur: in precio & honore habendũ nũc granũ, cuius meminit Theophrastus, lib. iii. plantarum, & de quo alibi agemus: hic Pli. coccum accipit pro grano eo quod in rosis micat. Coccũ. TYRIAS DIBAPHASQVE, &c. Purpuras bistinctas quarum meminimus, lib. viii. Amethyston, violaceum, color amethystus nõ ebrius, ratio nominis est quòd cum vsque ad vini colorẽ accedat, prius tamen quàm id deguftet: in violã desinit Amarãtho. Columella amarãthos ferẽdos hortis censet eos immortales vocãs hoc versu. Amarãthi.

, Et male damnati mœsto qui sanguine surgunt.

Eacij flores immortalesque amarãthi: ab immortalitate enim dicti quòd nõ marcescat. CYANI COLOS, Cyaneus color ceruleus HOLOCHRYSI, Quasi tota ex auro. PETILIO, petili? quasi exilis. PASTILLICANTIBVS, Legerim rectius patulicãtibus, id est, se aperiẽtibus, patulicare apertũ fieri. CHRYsocome siue chrysitis. Diosco. lib. iiii. eã etiã vocat chrysanthemon: inter flores cõmẽdari solet, aut in genere violarũ. Vocatur & à Pli. aliquando Iouis flos. Cyani colos.

CAPVT .IX.

ET FERE PERACTIS, &c. Peractis floribus quos gratos hominibus & voluptificos & coronis aptos dixit: ad coronarum genera reuertitur. Rhododendrõ, id est, rosa & arbor ῥόδον, id est, Rhodõ rosa, δένδρον dendros arbor. Cyclaninum à rotunditate vocãt id, ἀπὸ τοῦ κύκλου, id est, ab orbe cyclaninum, id est, orbicularem dixerunt. Sunt tamẽ qui cissanthemõ vocent ab hedera quam grȩci κίσσον, id est, cisson vocãt, meminit huius Plini. xxv. item & abundè Theophrastus nono plantarum, & Diosco. lib. iii. Rhododẽdros.

FOLIO

Trifolium.

FOLIO CORONAT TRIFOLIVM, &c. Hic trifolij tria genera fecisse cōijcitur Plí. quãdo tamen Nicander vnum esse dicat, quod pluribus nominibus censeatur: quando ait. Sumito trifolium, quod menianthes aliquis. Aliquis verò tripetalō vocat: sub enim vocis varia acceptione & diuersis nominibus vnū intelligi sæpius liquet, quod & cōfirmat Paulus Aeginita, lib. vi. agens de trifolio his verbis οἱ δὲ ἀσφαλτιον οἱ δὲ ὀξυτρίφυλλον οἱ δὲ μενιάνθες, quorū sensus est. Trifolium quod alij asphaltiō, alij oxytriphyllō, alij meniãthes vocant: de quo alibi fusius. Myophono, id est, muricidę à muribus dicta.

Sertula cāpana. Mellilo ton.

E, FERVLIS ET CORYMBIS, &c. Hoc est, ex ferularū corymbis sertulam campanam. Celsus etiam sertulam campanam melilotō vocat. Cato nulla vsus diminutione sertam campanicam vocitauit.

CAPVT .X.

TOTIDEM ET ORIGANO, &c. Horum alibi meminimus, quare raptim de his agemus. Qui græci phlox, id est, φλὸξ, hoc est, flamma, Helenium. Nunc inulam campanam vocant: duo eius genera, vt diximus. huius affatim meminit Diosco. libro primo.

Dodrãtales. Alsiosa

DODRANTALIBVS RAMVLIS, Cubitalibus ramulis, Alsiosa, frigidæ naturæ: aut frigidis locis gaudentia.

CAPVT .XI.

Sãpsuc⁹

AMARANTHVM, &c. Sunt qui obstrepant verbis satis incōcinnis amaracum & sampsucum idem esse asseuerātes: quid nihilosecius discerniculi habere videntur: tum quòd Galenus, tum Paulus Aeginita seorsum de vtraque re egerunt, aliasque in medicina vires alterutri assignarūt. Amaracum calefacere in tertio: in secūdo verò ordine siccare dicētes. Sampsucum extenuandi discutiendique vires habere, & in tertio ordine calefacere & siccare. Contra Pli. sentit vt suis videbimus locis. Nihil enim certius Pliniana hac lectione est. Nam quod Aegyptum & Syriam vocare dixit, Siculos amaracum appellitare significat: mox capite. xxii. Sampsucum siue amaracum in cypro laudatissimū & probatissimum ait esse. Columella item quando ait. Grataque iam veniant hilari sampsuca canopo: peregrina voce Romanā amaracū appellauit Diosc. lib. iii. In Sicilia Amaracum dici Sampsucum testatus est: quare nec esse discrimen nisi appellationis inter sampsucum & amaracum liquet. Nunc amaracum, siue sampsucum maioranam vocamus: de quibus alibi. NYCTIGRETON, Sic dictam quòd noctu luceat. Phlogion: quasi flammea: diximus phlox verbum: flammā notare.

Auemone.

AVEMONE. Duo sunt eius herbæ genera: quorum Diosco. libro. ii. affatim meminit, dictā auemonem à vento spirante quo tunc dehiscit: sunt qui vocent papauerculum, alij phœnicida: à colore, nasci in hordeacea segete & triticea cōstat: maio mense floret: puniceo colore: genus auemonarum diuisum esse in coronarias scilicet & medicas auemonas cōstat: idque iudicat Theophrastus, libro sexto plantarum, quo loco de coronarijs herbis agens ait. Ex floribus autem prima prodit viola, vbi mitior aer fuerit ab hyeme statim: vbi autē asperior, postea: alicubi etiam vere ipso: mox statim subiecit: eæ autem quibus ad coronas

vtũtur:lõgo interuallo cæteros flores prẹueniũt:post hæc floret narcissus:& agrestis bulbus. Texũt enim hũc aliqui in coronas:post hos floret œnãthe:nigra viola:& ex syluestribus helechrysus, & auemona: quẹ lemonia, id est, pratensis vocatur:genus'que vnum anemones coronarium facit in pratis nascens, syluestris generis:quod Plí.testatur hic quando ait. Deinde alterum genus anemone quẹ lemonia vocatur : sed de his suo loco agemus vbi medicæ vires tractabuntur : de quibus Theophrastus eo quo diximus loco.

CAPVT .XII.

VERVM HORTIS CORONAMENTIS'QVE, &c. Columella, lib. Rei Rust. x. pastionum apum ita nõ minus scite quàm festiuiter meminit. Probatis apibus destinari debent pabulationes, Eẹque sint secretissime, & vt noster præcipit Maro viduẹ pecudibus, aprico & minime procelloso cœli statu.

, Quo ne'que sit ventis aditus:nam'que pabula venti
, Ferre domum prohibent, ne'que oues, ne'que hẹdi petulci
, Floribus insultent:aut errans bucula campo
, Decutiat rorem: & surgentes alterat herbas.

Eadẽ'que regio sit fœcũda exigui fruticis, & maxime thymni aut origani, aut tymbræ:vel nostratis cunilẹ:quam satureiam rustici vocãt: post hæc frequens sit incrementi maioris surculus, vt rosmarinus: & vtra'que cytisus.

ARBORES verò sunt aptissime ziziphus, &c. De quibus videmur prosusissime differuisse, lib. x i. De apum autem morbo ita Colu. eodem libro habet pestilentiæ rara in apibus pernicies, nec tamen aliud quàm quod in cætero pecore præcipimus: quid fieri possit nõ reperio, nisi vt lõgius aluei trãsferatur. Morborũ autem facilius & causæ inspiciuntur: & inueniuntur medicinæ. Maximus'que, vel minimus annus earum labor est initio veris, quo tithymali floret frutex : & in quo amara vlmi semina sua promunt. Nam tithymalus quo'que maiorum animaliũ ventrem soluit. Deinde subdit. Nos magis ne intereant quẹ deinceps dicturi sumus ægris examinibus adhibenda censemus. Nam vel grana mali punici tusa vino amineo cõspersa, vel vuæ passæ cum rore pari mẽsura pinsitæ & austero vino insuccatæ dari debent: & id genus multa quẹ libro vndecimo egimus.

CAPVT .XIII.

IANTVM'QVE PABVLVM REFERT, &c. Tabificum nasci mel ad Herculeam põtietiã testatur Dioscorides, à cuius riuulis hæc defluxa videtur:qui de hoc ita agens, libro secũdo ait. Quod in sardinia ab apibus mel fit ex absynthij pabulo amarũ, asperam discolorem'que seu à sole cutem vultus'que maculas omnes emendat: fit & in Heraclea ponti ab apibus mel tempore aliquo, quod propria quorũdam florum potestate comedentes in furorem cum sudoris copioso defluxu agit. Qui ad sanitatẽ deinde restituuntur rutæ thynnorum'que salsæ carnis cibi & mulsi potu. Habet hoc mel acrimoniam sternutamenta olfactu mouens: ad quẹ omnia Pli. allusit quando ait. Mel venenosũ.

MELLA quo'que venenata fiant Heracleẹ ponto, &c.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

ALIVD

ALIVD IN CRETA MIRACVLVM, &c. Hæc
fermè omnia à nobis, libro vndecimo promulgata ſunt,
quare ne videamur palinodiā cecinisse omittemus. De al-
uearijs autem collocandis Columella, libro rei ruſt. x. ita
agit. Sed quoniā plæris'que videtur iſtud operoſum qualia-
cū'que vaſa placuerint collocari debebūt, ſuggeſtus lapide'
extēditur per totum apiarium, per tres pedes altitudinis, to
tidem'que craſſitudinis, extructus is'que diligēter opere te
ctorio leuigatur, ita ne aſcenſus lacertis anguibus've alijs'que noxijs animalibus
Cæra. præbeantur, hæc ille. CAERA (inquit Plinius) Hic videtur alluſiſſe
ad Columellæ placita, quæ de cæra facienda ſunt. Expreſſæ fauorum reliquiæ
poſteaquàm diligenter aqua dulci perlutæ ſunt in vas æneum conijciuntur, & in
quas quis'que voluit formas aqua prius adiecta diffunditur: eam'que cōcretam fa-
cile eſt eximere, quoniam qui ſubeſt humor, nō patitur formis adhærere, hæc Co-
lumella. EX ALTO PETITA, Ex longinquo aut profundo mari pe-
tita: diximus, lib. xiiii. altum lōginquum notare. Subdit Pli.

OPTIMA QVAE punica vocatur, &c. Dioſco. libro ſecundo Ruffam
& leniter pinguem, odoratam, purpuram'que laudat cæram, ponticam, & creticā.
Quę, inquit, natura exalbida pinguis fuerit cęra; ſecundę bonitatis probationē ha-
bet. Dealbatur porrò Cæra hoc modo. Eligitur in eo genere quę candidior & pu-
rior fuerit, deraſa'que in ramenta in nouum cōijcitur fictile, mox ſuperinfuſa ma-
ris aqua, quæ ſatis ſit, modico nitro inſperſo coquitur. Cū'que bis aut ter inferbue-
rit amoto ab igne fictili, & dum refrigeretur demiſſo, cæræ paſtillum eximito.

CAPVT .XV.

SEQVVNTVR HERBAE SPONTE NASCENTES,
&c. Et quia herbarū vis medica aliubi tractāda à nobis eſt
ſubſultim raptius'que de his agemus: quòd etiā pars earū oſtē
ſa à nobis ſit. Hic ſolum Pli. meminit earum'quę non ſemine
aliquo & quæ nullo hominis cultu induſtria'que naſcuntur: in
Fraga. quarum numero ſunt fraga: quę paſtores decerpere ſolēt, mo
ra etiam ſunt ſponte naſcentia. Item Ruſcus, quē oxymerſmē
appellant alij. Batis etiam in eo genere eſt quam alij Chritſmō, alij crithamon vo-
cant. Columella vocat olus chordum, quòd tarde & ſero appropinquente vinde-
mia cōdiatur: duplex genus eius eſt ſylueſtre & hortenſe. Columella, libro. xiii.
cōdituræ aptam batim, cap. xiii. ſcriptum reliquit. Sed de hac eius'que genere &
medica dote aliubi. Dioſco. petroſis naſci locis, ait, quod de perſonacia hic agit &
de alijs obiter diſſeram, quòd aliubi acturus monebimus ſolum perſonaciam her-
Perſo- bā antiquoſq; ea fuiſſe vſos ad perſonas, vnde puto dictā: in theatris em̄ ea vtebā-
nacia. tur. Eſt enim foliorum tanta perſonaciæ amplitudo vt longe maius quàm huma-
na facies ſpatium capiat, quare in theatris pro perſona vtebantur, vnde ſibi nomen
aſciuit ab vſu perſonæ. Proſopida, ſiue proſopon: quod notat laruam ſiue perſonā:
de qua aliubi fuſius: de cantalide, ſcandice, parthenio, corcoro, paulò poſt agemus:
item Cnico: cuius ſemine oleum fit, vt dicemus libro vigeſimotertio. Sunt qui
crocum Saracenum vocent Cnicū. Theophraſtus ſexto plantarū duo genera eius
facit, ſylueſtre & ſatiuum: quod agit etiam hic Pli. id de Aphace agit, Theoph. in
aruis nō hortis naſci teſtatiſſimum reliquēs: de hac libro vigeſimoſeptimo, ca. v.
agemus. Subdit Plinius.

ACETABVLIS purpuream in flore fundentibus, &c. Profunditatibus concauitatibusque modo poculorum formæ orbicularis sine marginis latitudine, de quibus egimus alibi. FIMBRIATIS. Modo fimbriarum formatis, distinctis flexuris minutis.

Fibriatis.

CAPVT XVI.

CARDVVS FOLIO, &c. Carduum similem chamæleoni Teophrastus, itẽ & Diosco. libro tertio faciunt, hæ enim omnes herbæ quarũ hic meminit Pli. inter aculeata à Theophra. numerãtur, quare quibusdã Pli. inesse folia cuspidata, quibusdã muricata testatur, tũ hic, tũ alibi muricata voco, non ea quæ solum sunt modo muricis, vt voluit Hermolaus, sed ea quæ triangulo cuspidato ornantur, sicut eryngus & id genus. Nam murex præter notam significantiam esse triangulus ferreus, quem nostrates chaussas trapas vulgo vocãt: cui⁹ multitudine vtimur ad castellorum vrbiumque defensionem, eosque viæ spargimus, quo hostes ad ingressum impediantur, eorumque pedes infestentur. Nolo tamen dici non posse folia cardui muricata, pro asperis, nam palàm est muricem significare acumen ac asperitatem, quod liquet carmine Vergilij libro quinto, quando ait. , Et acuto murice remi, Obnixi crepuere.

CAPVTT XVII.

MVLTIS HAEC, &c. Sunt certè herbæ quibus æterna iuuentus est, id est semper vel virentibus vel comantibus: sicut est adiantos herba, quam nunc scioli pharmacopolę vocant capillum veneris, alij polytrichon, de quo paulò mox agemus loco poscente. Item cynops, quam herbam iure dixeris canis oculum, & alia quæ ab vulpe quem alopecẽ græci vocant, alopecutos dicitur, id est cauda vulpis: item perdicium, quod alij parthemium vocant, expendendum hic à Theophra. quæ sequuntur de ægylope esse eruta: item ferè omnia hæc ex lib. octauo planta. & quinto de causis, cuius verba sunt. Sed proprium hoc bulbi est, non nasci simul ex totis seminibus, sed alteram eius partem eodem, alteram sequenti anno qualem ægylopẽ dicunt & loton: ad quæ allusit Plinius quando ait. Aegylopa nõ nisi post annum &c. Cæterò quod ait de gladiolo, Theophrastus gladiolum herbam ait florere cum œnanthe nigra, viola, helychryso, limonia, anemone, & hyacintho. Theophrastus non gladiolum sed xiphion vocat, quod nihil aliud quã gladius est: de quo & alijs herbis qui volet, adeat Theophrastum, eo quo diximus loco. De asphodelo & Hesiodi placitis, agemus libro sequente.

Polytricon.
Capill⁹ Veneris
Cynops

CAPVT XVIII.

SIMILIA PRAECIPIT, &c. Mago subaudias præcipit iuncum Iulio mense secari ad radicem &c. Iunci plura esse genera tum Theophrasti, tum Diosco. ac Plinij lectione liquet, quæ hic particulatim tractanda sunt. Iuncus simpliciter ita nuncupatus, angulosos odoratus, porri folia habet, graciliora tamen & longiora, caulem cubitalem aliquando maiorem, angulosum odoratum iunco, quem schęnum vocant similem, nascitur cultis aquosis quidem

Iuncus.
Schœnos.

locis. Radix iunci ea probatur quæ maximè ponderoſa, denſa, craſſa, non facile fragilis, aſpera, & cum acrimonia odorata, ſicut ea quæ affertur ex Syria & cycladibus inſulis. Radix iunci calefacit, aperit, vrinam cit, contra calculos veſicæ bibitur, contraque ſcorpionum ictus, trahit menſes, vuluas calefacit; farina eius oris vlceribus confert, & his quæ paſcendo ſerpunt inſpergitur, miſcetur emplaſtris, quæ ſunt calefaciẽtia. Fertur & altera anguloſi iunci radix in India naſci zingiberi ſimilis, quæ commanducata amareſcit, qua quamprimum glabreſcunt inunctæ corporum partes piloſæ. Quod hic Pli. oxyſchænum vocari ait, acutum iuncum intellige, vt vox

Melancranis. oxy indicat. MELANCRANIS. A nigrore dicitur, ex quo vaſa piſcatoria fieri ſolent, quę naſſas vocant. VNCIARVM LATITVDINEM. Pollicariam latitudinem. IVNCI TRIANGVLI CYPERON, &c. Expendendum aliud cyperon, aliud cypirum & cype-

Cyperõ Cyperis Cyper⁹. ris. Cyperus iunci genus, anguloſi caulis, odorata radice: quem Cornelius Celſus libro tertio, cap. xxi. quadratum iuncum vocat. Cypirus verò planta eſt paluſtris. Cyperis verò à veteribus dicebatur radix cyperi. Cæterò non defuerunt qui vocarint cyperum eryſiſceptrum, item & aſpalathum nulla rationis nota, quando vt ex vtriuſque hiſtoria patet nihil ſimile inter ſe habere cyperus, & aſpalathus: alter enĩ in genere iuncorum vitilium modo lentus folijs porraceis, alter in fruticum ordine aculeatus & lignoſus, & quàmuis in medicina pares habeant aliquas vires: nam calefaciunt, vrinam cient, oris vlceribus mederi dicuntur, non tamen in omnibus reſpondent nec idem ſunt, vt conijcere licet lectione Dioſcoridis libro primo. Quod autem Plinius hic, indicam eſſe quę cyperis nuncupetur, effigie zingiberis, Dioſcorides nõ cyperida, ſed cyperum ait eſſe, quando ait. In India naſci zingiberi ſimilis quæ commanducata areſcit, & luteum croci colorẽ reddit &c. Verùm his raptim pertractis roſarum liliorumq; & narciſſi medicos effectus, dotesque inclytas nũc pertractemus, ac de his agamus.

CAPVT .XIX.

VINVM QVOMODO FIERET, &c. Libro. xiiii. de roſeo actum eſt, nunc Plinius medicas roſę vires hic explicat. Dioſco. libro ſiluæ medicinalis, de vi medica roſarum hæc agit. Conficiuntur hoc modo, quas rhodidas, id eſt paſtillos roſeos dicunt. Sumito recentes roſas, nullo alieno humore madentes, cum languere iam etareſcere incœperint: põdere drachmarum quadraginta, nardi indicæ drachmas. x. myrrhæ ſex, & trita omnia hęc ſimul ĩ paſtillos formato &c. Et paulò ſuperi⁹ de roſis ait. Refrigerãt roſæ, adſtringunt recentes, ſiccæ efficatius &c. CALLYPLEPHARVM. Id eſt medicamentum oculorum aut palpebrarum ad eas conuenuſtandas. Expendendum hic græcos βλέφαρα, id eſt blephara eſſe, quæ nos cilia vtrinque oculum in ſomno & in occurſu noxæ alicuius claudẽtia appellamus, & βλεφαρίδας, id eſt blepharidas, quas nos palpebras & in extremo ciliorum margine natos pilos, quibus in vidẽdo noſtrę lucis radij diriguntur, quæ ergo honeſtant, cum oculos, tũ palpebras eisque decorẽ inferunt caliplphara dicũtur, κάλλος enim id eſt calos, pulchritudo eſt. MAXIME (ait Pli.) ALBAS. Albæ interdum fluctiones mulieribus contingũt, quas medici non naturales dicunt. Cremari item Dioſco. libro. i. roſas teſtatur ad honeſtandas cinere eo palpebras. Roſarum poſtremo capita pota fluentem aluum & ſanguinis excreationes compeſcunt. Ad quæ alluſit Plinius, quando ait. Capita

Diapaſmata. pota ventrem & ſanguinem ſiſtunt. DIAPASMATA. Aſpergines ſicci & in puluerem triti medicamẽ

ti alicuius

ti alicuius, quæ totis corporibus aut eorum partibus fouendis, siccandis, laxandis molliendis, adstringendis, odorandisque aliquando insperguntur.

LILII RADICES, &c. Diosco. libro. III. de his habet. Serpentium morsibus subueniunt emplastri modo imposita folia, medentur ambustis, vulneribus prosunt cum sale & aceto cōdita. Cremata radix & cum rosaceo cocta ambustis medetur, muliebres locos mollit, menses trahit, & vlcera ad cicatricem perducit, vitiligines & lepras exterit: faciem emendat & erugat, hæc ille. Subdit mox Pli. SVCCVS QVI FLORE expressus est, alijs mel vocatur, alijs syrium, &c. Ego non syrium, & si omnes codices ita habeant, susinum vel lirinū lego, vt docet lectio Diosco. ita habentis. Coronarius hic flos est ex quo vnguētum fit, quod lirinum susinum've dicunt. NARCISCI (ait Pli.) DVO GENERA, &c. Lilio congenerem narcissum multi antiquorum fecere, quamobrem Theophra. VI. plantarum ait. Narcissus autem aut lirion, sunt enim qui hoc & qui illo nomine appellent, manifesto argumento similem lilio narcissum esse, ex quo lirion: qua voce veteres lilia appellauerunt. Dictum narcissum à narce, qua voce græcorum peritissimi torporem indicāt. Ob id Plutarchus tertio sui sympofij ait. Et narcissum appellauerunt, quasi neruos hebetantem, & torpidas facientem grauitates: quapropter Sophocles magnorum deorum, id est subterraneorum coronamentum eum vocauit, quòd scilicet defuncti & morte torpidi torpido flore meritò coronarentur. Meminit scitissimè narcissi Theophrastus sexto plantarum, his verbis. Narcissus verò aut lirium, sunt qui hoc aut illo appellent, folium asphodeli figura proximum terræ habet, latius tamen quàm asphodeli, & quasi liliaceum, caulem nudum habet folijs, veruntamen herbaceum, in summo cuius flos est: semē veluti in vasculo membrana clausum, grande, nigrum, & figura oblongum: id decidens sponte sua germinat, veruntamen id colligentes etiam in terra depangunt. Serunt & radicem quam habet rotundam & carnosam, serotinus flos est, post arcturum enim & circa æquinoctium floret &c. Cuius lectioni Plinius videtur refragari, quòd faciat tot diuersa genera, item quòd ponat id quod purpureum & croceum est florem esse, quæ tamen legentibus censenda relinquo. Radicem narcisci Dioscorides libro quarto, potam vomitiones ciere prodit. Facit etiam ea radix ad ambusta cum melle trita, prodest articulorum doloribus, surculos parti corporis fixos extrahit cum farina loliacea: cum eruo & melle sordes vlcerum purgat, hæc Dioscorides. Subdit paulò mox Plin. SEMEN VIOLAE SCORPIONIBVS ADVERSATVR, &c. Nunc violarum medicas vires Plinius nobis palàm facit, quas nec particulas esse constat, anima duerso potissimum delitescente effectu. Dioscorides eo libro, quem de vi herbarum posteris legendum reliquit, de violæ vi hæc agit. Differentia generis in flore, qui in aliquibus candidus, in aliquibus luteus, alijs purpureus. Probatissima in medicinæ vsu viola est, que luteum habet florem: eius siccati flores decoquuntur, faciťque decoctum ad muliebres locos, ducuntur'que insidentibus in eo fœminis menses, & eo tum locorum inflammationes curantur, minuunt lyenem, radices conferunt podagris, cum aceto modo emplastri positæ, hæc ille. Lectio Mesues testatur violas bilem soluere aluum'que. BACCHAR IN MEDICINAE VSV EST, &c. Radicem bacchatis decoctam in aqua, conuulsis mederi Dioscorides libro tertio scriptum reliquit: item difficultati anhelitus, tussi, angustijs vrinæ, menses prouocare ait prodesse morsibus venenatorū folia contra capitis dolores valere, oculorū iflāmationes sedare, cōciliare somnū, māmas à partu tumētes sanare: itē sacros ignes. Hic expedēdū Pli. de asaro loq: sed gallico verbo bacchare vocasse, nā Dio. li. I. de hoc agens ait. Asarū sunt q̄ rusticā nardū appellēt,

Narcissus.

Asarū.

aa ij galli

galli baccharem, Romani perpenſam. Paulò autem inferius Pli. de aſaro differit, diſcreuitque aſarum ab bacchare: & apud Dioſco. duo eſſe conſtat. Calefacere enim aſarum, vrinam ciere, menſeſque, item prodeſſe hydropicis ſcriptum reliquit.

Spatici — SPASTICIS. Alij ſpaticis legunt. Spaſtici dicũtur, quibus eſt aliquid conuulſum, ſpatici verò, qui maligno ſpiritu correpti ſunt, ſubito ſe mouentes: legerim enim ſpaſticis, non ſpaticis: quod Dioſcorides dicat valere, ruptis, conuulſis, ex alto præcipitatis, de bacchare agens libro tertio.

CAPVT .XX.

Nardus — ET QVONIAM QVIDAM, &c. Actis ruſticæ nardi viribus medicis, hic pandit gallicæ nardi ſaluberrimos effectus. Hanc naſci in Liguriæ alpibus Dioſcorides libro primo memoriæ mandauit. Naſcitur, inquit, gallica nardus in Liguriæ alpibus, ab incolis gentis ſuæ vocabulo gallica appellata. Naſcitur & in Iſtria breuis & exiguus frutex, qui vna cum radicibꝰ carpitur, & in manuales faſciculos ligatur: folia habet oblonga, colore ſubflauo, lutheum verò florem. Probatiſſima ea eſt quæ recens, odorata, non facile fragilis. Prodeſt iocineris inflammationibus, felle ſuffuſis: ſtomachi inflammationibus cũ decocto abſynthij pota: lyenis, renum, veſicæque vitijs miſcetur malagmatis potionibus & vnguentis quæ calefaciẽdo ſunt. Sunt qui hãc nardum gallicam lauendulam vocitent. CROCVM CVM MELLE, &c. Crocus, ait Dioſco. libro. i. maturat, mollit, adſtringit leuiter, vrinam cit, bonitatem coloris amabilem facit, arcet crapulam, cum paſſo potus inungitur contra oculorum diſtillationes, venerem ſtimulat, ſacrorum ignium inflammationes inunctus lenit. Aurium remedijs vtiliſſimus eſt: croci radices cient vrinam. De crocomagmate ante paulò mox. Fit, ait, crocomagma expreſſis crocini vnguẽ

Croco= magma — ti aromatis & in paſtillos conformatis. Eſt illi vis & natura exterere, quæ claritati oculorum officiunt, vrinam cit, mollit, maturat, calefacit. Huius etiam meminit Celſus libro quinto. IRIS RVFA MELIOR QVAM

Iris. — CANDIDA, &c. Iris ſibi aſciuit nomen à ſimilitudine arcus cœleſtis, qui iris à græcis dicitur, item vrania, id eſt cœleſtis. Alij hanc herbam conſecratricem vocauerunt: quare græci cathœronta dicunt, id eſt purgantem. Solebat enim purificationibus adhiberi, gladiolus item fertur. Gaza pugionem traduxit. Hæc enim calefacit, extenuat: eſt tuſſibus vtilis, humores non facile excreabiles extenuat. Purgat biliosa, ſomnum conciliat, lachrymas ciet, torminibus medetur, cum aceto morſibus venenatorum prodeſt, lienoſis confert, ciet menſes. Infunditur clyſtere contra coxendicis dolorem, explet fiſtulas, mollit ſtrumas, vlcera purgat, lentigines tollit, hæc Dioſcorides libro primo.

Polium — POLIVM CONTRA SERPENTES, &c. Eſt enim polium, exiguus & gracilis frutex, colore candido, altitudine quantum à ſummo pollice ad extremum minimum digitum explicita patet humana manus. Semine plenus habet in ſummo corymbi figurã, capitulum paruum cano hominis capillo ſimile, grauiter cum ſuauitate aliqua odoratum. Eſt & genus alterum, ſed non tam valido odore. Dioſcorides libro tertio, bibi efficaciter in morſus venenatorum memoriæ mandauit, mederi item ſuffuſis felle, id eſt morbo regio affectis, nocere ſtomacho, & capiti dolores facere, ciere menſes, venenata incenſum vel inſtrata abigere, emplaſtri modo impoſitum vulnera glutinare. Haud omiſerim, quod Theophraſtus plurimæ lectionis author ſcriptum reliquerit de

polio.

polio. Is primo de plantarum historia, quod ad seruandam rem domesticam perti-
neat polio tribuit, vt vestibus interpositum ab insectis quæ eas erodendo dehone-
stant incolumes seruet. CONDILOMATA. κονδυλώματα, id est cōdiloma- Cōdilomata.
ta, sunt morbi, vt ait Iulius Pollux, qui solent nasci circa coronam ani siue podicis:
sunt certè tubercula inflammata, nec propriè condilomata dixeris hęmorrhoides,
sed tumores eminentes. Celsus libro sexto tria morborum genera esse, quæ podex
recipit, prodit primum rhagada, quando pluribus locis cutis scinditur. Secundum
condyloma tuberculum inflammatum, hæmorrhoides vltimum, quum ora vena-
rū sanguinē fundūt. QVOD (ait Pli.) ALExipharmacon vocant, ἀλεξιφάρμακα, Alexipharmacon.
id est alexipharmaca: dicuntur quę sunt contra veneficiorum noxas. Credimus itē
ritè alexipharmaca dici posse amuleta, & quæcun'que fenestris ostijs'que domorū
aut cubiculorum, aut ante domum suspensa vel apposita veneficiorum omniū ma
leficia arcere dicuntur, quare Theophrastus nono plantarum de tripolio agens hæc
protulit, εἰς περίαπτα καὶ ἀλεξιφάρμακα τοῖς σώμασι καὶ ἐν ταῖς οἰκίαις, quorum sensus est. Ad
amuleta & alexipharmaca in corporibus & domibus, nam superius paulò dixerat
ἀλλὰ τὰ εὐηθέστερα καὶ ἀπιθανότερα, τὰ περὶ τῶν περιάπτων καὶ ὅλως τῶν ἀλεξιφαρμάκων λεγομένων τοῖς τε
σώμασι, quod latinè est. Illa autem minus credibilia & fatui hominis erunt, quæ
amuletis & quæ veneficijs aduersantur tam corporibus quàm domibus alligata &
apposita, quemadmodum authoribus Hesiodo & Museo dicunt tripolium ad om-
nia quæ digna studio sunt vtile esse. Quod enim Theophrastus tribuit tripolio Pli.
polio assignat. CYTINVS, &c. Flos mali punici, sed de hoc libro Cytin°.
xxiii. agemus. HOLOCHRYSOS MEDETVR, &c.
Sunt qui legant heliochrysos. Dioscorides libro quarto herbariæ doctrinæ, helio-
chrysum amaranthum dici quibusdam, item & chrysanthemon scriptum reliquit,
morsibus serpentum subuenire hanc, item menses ciere, coxendicibus conferre scri
ptum reliquit. Cæterum non pauxilla hæsitatio lectoribus occurrit harum vocum
sonus, id est helichrysum, heliochrysum holochrysum. Plinius hoc libro, ca. xx- Helichrysū.
v. heliochrysum eandem floris aurei plantam appellat. Habet certè vtrius'que vo
cis certam primum ex natura causam, tum ex græcis scriptoribus atque Theo-
phrast. quorum illi helichrysum, Theophrastus verò heliochrysum in historia
plantarum nominat. Diuersitatis causam putarim, quòd qui helichrysum vo-
cant aquosis & palustribus locis, quæ græcorum multi dicunt ἕλη nascentē flo-
rem indicant, qui verò heliochrysum quoniam ἥλιος, id est elios, sol græcis est ad so
lis repercussum aurea luce fulgentem significant, sunt tamen qui vtro'que modo e-
nunciatum hunc florem à palustribus locis dictum fuisse velint, ne'que ἡλιόχρυσον,
id est eliochrysum, qua voce sol dicitur, sed ἑλειόχρυσον, in qua voce loci palustres
audiuntur scribendum contendant. Theophrastus harum plantarum ad extremū
sexti meminit, & multo profusius libro nono, qui ait, gratiam & vitæ gloriam sibi
etiam acquirit, qui helichrysi flore coronatus vnguento ex auro, quod ignem non
senserit insperget se. Habet autem helichrysus florem auri colore, candidum foliū,
coliculum tenuem, & duram radicem in superficie terræ, eandem'que gracilē, vtun
tur ea contra venenatorum morsus cum vino, hæc ille. Subdit mox Plinius.
CHRYSOCOME RADIX, &c. Alludit ad assertionem Dio- Chrysocome.
scoridis libro quarto inquientis. Habet calefaciendi vim & adstringendi, iocinero-
sis & peripneumonicis accommoda est. Sumitur ea etiam in mulso elixa ad mulie-
brium locorum purgationem. MELILOTOS QVOQVE
&c. Meliloton paulò superius vocauimus sertulam campanam, herba vulga-
ris. Hæc, authore Dioscoride, libro tertio, adstringendi vires habet, mollit in-
flammationes pręcipuè oculorum muliebrium, locorum'que sedis. Item & testium

fanat melíceridas cum aqua. Lenít ftomachí dolores, ín vino elixa cruda've: finit dolores aurium fuccus eius expreffus cum paffo, auribus inftillatus. Quinetiã capitis dolores leuat cum aceto aut rofaceo infperfus. AD PROCIDVAM SEDEM, &c. Sicuti procidentes fœminarum locos díximus díci. Sic authore Celfo inteftinum quoddam aut quid fimile fedi, id eft podici: contiguum decidere folet, quod euenit crebrò pueris ob conatum nimium: hanc procidẽtiam vocat Pli. fedem prociduam, græci enim ἐξομφάλους, id eft exomphalos, id eft procidentes vmbilicos dicunt, fiquidem procidít homini vmbilicus ficut fedes, fit qúe hoc aut difrupta eo loco interiore membrana, quæ interaneis omnibus extẽfa adiacet, greci hanc peritoneon vocant. Procidẽte'que illa aut omento aut inteftino, & nonnunquàm ociofo humore vmbilicum fubeunte: aliquando etiã caro eodẽ loco augetur. Sed redeamus ad rem.

CAPVT XX.

Trifolium.

TRIFOLIVM SCIO CREDI, &c. Huius capítibus elapfis meminim⁹, ei⁹ genera defcribẽtes, lectioni quidẽ multorũ authorũ Plí. refragatur: nã Nicãder in theriacis vnũ effe trifoliũ: quod pluribus nominibus cenfeatur ait. Paulus itẽ Aeginita libro. vi. memoriæ mandauit. Herba omnibus nota trifolium. Diofco. libro. iii. femen et folia bibi cõtra lateris dolores, vrinæ anguftias, comitiales, muliebrium locorũ ftrangulatus, hydropifin fcriptum reliquit: menfes etiam eadem trahere. Oportet inquit, feminis foliorum quatuor dare drachmas. Succurrunt & venenatorũ morfibus folia trita, in aceto mulfo pota. Retulerunt quidã fi totius fruticis, radicis fcilicet & foliorum decocto foueantur, factos ex ferpentium morfibus finiri dolores, fed poft curationem hanc, fi quis vlcus habens eodem illo decocto foueatur, eadem pati quæ patiebantur, qui in venenatorum morfu curati eo antea fuerant. Dãt quídam etiam in tertianis bibenda cum vino trita folia trita aut totidẽ femina, in quartanis verò quatuor, veluti earum febrium circuitus finientia, mifcetur antidotis radix trifolij, hæc Diofco. ad cuius lectionem allufit hic Plinius. THYMVM COLLIGI, &c. Herbariæ difciplinæ peritiffimi profeffores duo in genera thymum diuidunt, candidum & nigrum. Theophra. miras laudes thymo eo quem de plantarum hifto. libro. vi. legendum reliquit affignat: necnon & Homerus ille Mãtuanus libro geor. quando ait. Redolent'que thymo fragantia mella. Nec folũ pareris illa rerum natura thymum peraccommodum genuit apibus, fed & hominib⁹ pabulum & medicum cibum fieri voluit. Hic Plí. item & alíubi quæ de thymo dixit, à fontibus Theophra. haufit. Cęterò funt thymí apppellationes aliæ: epithymis & thymion: folo declinationis nomine diuerfæ, antiquæ & ipfæ. Siquidẽ Theop. genere neutro dixit, fic etiã fœminino genere epithymida, alij herbã fcilicet intelligentes. Aegyptij item ftephanẽ, id eft coronam appellarunt. Herba hæc vulgaris & omnibus nota, cibarijs accõ moda, nafcitur petrofis & fterilibus locis. Diofco. libro herbariæ medicínæ. iii. decoctũ thymi cum melle difficultati fpiritus, & nõ nifi recta ceruice fpirantibus prodeffe tradit, pellere item alui lumbricos, mẽfes, fecundas, & fœtus. Habet & ciendæ vrinæ vim. Mixtus thymus melli in eclegmate excreabilia facit pectoris vitia, concretũ fanguinem deijcit, tollit vlcera fui nominis, hebetibus oculis in cibo fumptus opitulatur. hæc Diofco. Et fubdit Plinius. HEMEROCALLES, &c. Serebatur profectò quondam hemerocallis æmulus cum tota planta lilio flos, nunc inter fegetes nafci confpicitur, minor quidem

Thym⁹

nor quidem longe lilio, figura penè illi idē, differt tantum quòd in lilio floris folia cum tota se in calathum aperuerunt resina à superiore parte se inuertunt: & hoc dū florescat recta diu rigent: quare ob similitudinem lilij, quidam syluestre lilium appellarunt. Diosco. libro tertio. Radicem tritam & cum melle in lana appositā sanguinem educere testatus est: folia'que cōcisa modo emplastri imposita mammarū inflammationes oculorum'que lenire: eadem ambustis prodesse.

HELENIVM (ait Pli.) AB HELENE, &c. Hanc herbam nunc vocamus Inulā campanā. Herba certè omnibus fermè peculiaris, varijs nominibus dici liquet Diosco. lectione: qui lib. I. hanc vocitari interdum Nectareā, ait, interdum symphitō: medicā radicem. Cleoniā Apuleius item eo cōmentario quē de viquarūdam herbarum stilo cōmisit, Chironiā Panacem vocat. Decoctum Inulæ campanæ authore Diosco. vrinā & menses pellit: radix cum melle ruptis, cōuulsis, inflāmationibus & venenatorum morsibus confert nō parum: eadem condita in pastillos stomacho grata est: facit ad cruenta sputa. Contra venenatorum morsus prodest. Refert & aliam nasci in Aegypto inulam herbarius Crateias: cubitalibus ramulis. ABROTANVM, &c. Dioscorides etiā duū generū esse scriptum reliquit abrotanū. Duum, ait, lib. III. generū frutex est: alterum fœmina, quod arborescit albicantibus folijs, incisuris minimis, siriphij absçynthij modo circa ramulos diuisis, floribus plenum, nascitur æstate odoratum cum grauitate aliqua & gustu amarum. Mas alterum vocatur, sarmentosum, absynthij modo fruticosum, semen vtrius'que succurrit nō nisi recta ceruice spirantibus: tritum & aqua potum, ex oleo idem in febrium accessionibus, cum tremore algētibus inungitur, fugat idem serpentes lectis stratum & ad suffitus incensum. Cum vino potum valet ad morsus serpentum: & priuatim scorpionibus. Contra oculorum inflāmationes cum decocto cydonio malo aut pane emplastri modo imponitur. Discutit panos: & id genus multa Diosco. cui hic astipulatur penitus Plinius.

CAPVT .XXII.

LEVCANTHEMVM, &c. Diosco. libro tertio Sampsuci ita meminit. Sampsucum quem Romani Maioranā vocāt, probatissimum Cyzenū & Cyprium: fruticosa herba est secūdæ bonitatis, prorogatiuā habet Aegyptium: serpit per terrā hirtis & circinatis folijs, nepetę similibus odoratissima: calefaciendi vim habens: & coronamentis apta. Folia eius siccata delent sugillata: menses item apposita trahunt: & cōtra ictus scorpionum ex aceto & sale imponuntur. Item contra tumores: cum polenta verò contra oculorum inflammationes. Decoctum Maioranæ contra vrinę angustias & tormina valet: hęc ille.

CAPVT .XXIII.

ANEMONAS CORONARIAS TANTVM DIXIMVS, &c. Duplex esse anemonarum genus cōijcere licet lectione Diosco. libro secūdo hæc inquiētis. Duplex anemone est, syluestris altera, cultis locis nascens altera. Rursus quæ cultis locis prouenit multiplex est: puniceos aliqua habet flores, albidos aliqua & lactescentes: purpureos aliqua, folia coriandri omnes habent tenuissimis incisuris diuisa, ad terram

inclinata, coliculos lanuginos, tenues, in quorum summo papauerum flores, & in medio nigri aut cærulei coloris capitula, habẽt vtra'que acrimoniam, ideo'que radicis earum succus naribus instillatus ad capitis purgationes facit: pituitã trahit radix earum cõmãducata oculorum inflãmationibus valet: sordida vlcera purgat. Cum ptisana cocti earum caules: & folia lactis abundantiã in cibo faciunt, trahunt menses: lepras illiti pellunt, &c. Theophrastus harum affatim sexto plantarum meminit: à colore phœniceo, id est, purpureo anemonem phœnicida vocitarunt aliqui. PAPAVER QVOD RHAEADA, &c. De hoc egimus, libro decimonono.

CAPVT VIGESIMVMQVARTVM.

OENANTHAE HERBA, &c. Hæc œnanthe alia est ab ea, de qua à nobis actum est in vitiũ genere. Hæc enim de qua nunc agitur in herbarum censu à Theophrasto inter coronarias herbas & flores, qui secundi per ver florent numeratur, nõ enim dicta hæc est, quòd sit flos labruscæ, sed quòd candidus illi flos racemi, vt in labruscæ specie sit: amat hæc tepidiora loca. Hãc Diosco. libro secundo. Cerascomen vocat, item & leucãthum, quod florem album habeat: bibi semen vtiliter & folia in mulso ad eijciendas secundas asserẽs. Radicem etiam cũ vino contra vesicę stillicidia pari vtilitate bibi. Et quia Heliochrysi meminimus, nihil hic à nobis agetur.

CAPVT .XXV.

HIACYNTHVS, &c. Diosco. Hyacinthum vacciniũ latinis dici scriptũ reliquit, libro quarto. Romani, inquit, Vaccinium dicunt, Bulbo folia similia habet: gibbosam comam sustinet, purpureo flore plenam. Radicem bulbosam. Quæ inflantibus ex vino albo emplastri modo imposita pubertatem coercet: nec patitur erumpere, sistit ea pota aluũ, vrinã ciet & morsibus phalãgiorum subuenit: semen cæliacis prodest: purgat'que cum vino potum fellis suffusiones. HYSGINVM, Hysginum: color coccineo similis, vnde græci hysginobaphas vestes appellãt: hysgino tinctas.

LYCHNIS (ait Plí.) QVO'QVE, &c. Lychnis noctu fulgere creditur, herba est coronaria, nascitur locis humentibus, hic flos à Theophrasto ad extremum sexti de plantarum historia, primus inter æstiuos flores numeratus. Hanc flammeam hic Plin. vocat à fulgore quem noctu proferre dicitur, modo lychni, id est, lucernæ. Diosc. Athanathum florem vocat, id est, immortalem, quòd longissimè à prima æstate ad extremum autumnum floreat, flores huius cõtra scorpiones bibi testatur Diosco. syluestrem idem efficere testatus est, semẽque eius per inferna bilem trahere: hic Plinius Asianos boliten vocare ait, Diosco. bellariã dici asserit, quare putarim rectius legi ballarin, vel bellaryon: à similitudine fortasis herbæ quæ ballaris dicitur, est'que ea, quam aliqui herbam Trifoliam vocitant authore Hesichio.

CAPVT .XXVII.

ET VINCAPERVINCA, &c. Alij Alexandrinam laurum vocãt:alij laureolam,ſiue lauraginem,virgas ex ſe profert ſingulares, multiſ'que ramulis cubitales, lęuore graciles & rectas. Fructũ fert rotundum, rubẽtem,folijs adnatum:capitis doloribus authore Dioſc.& ęſtuãti ſtomacho cõciſa folia emplaſtri modo impoſita ſuccurrũt:ſedãt tormina cum vino pota: ſuccus eius cum vino menſes cit, & vrinam, Chamedaphnen vocatam putarim quòd humilis & terreſtris ſit. Theophraſtus ad extremum tertij de hiſtoria plantarum huius meminit: cuius lectionem ſi quis examinate perpenderit Chamedaphnẽ fructum folijs adnatum ferre leget: quod longe abeſt ab herba quam diximus vinçã peruincã. Nõ enim eſt vinçaperuinca ĩ vſu ciborũ, quod veteres medici grecorũ in camedaphne fuiſſe ferunt. Nam Paulus Aeginita, libro ſexto comedi ſolitã tradit.

Laureoli.

Chamę daphnē

RVSCI RADIX, &c. Ruſcum vocamus ſylueſtrem myrtum, Radicem gramini ſimilem Dioſco.lib.iiii.teſtatur,ſapore acerbo amareſcente'que: folia bibi cum vino ad ciendas vrinas ſolita tradit:ducendoſ'que menſes,& in veſica calculos,proſunt certè eadem ſuffuſis felle,& vrinæ ſtillicidio,& capitis doloribus,caules eius eduntur pro aſparagis qui cient vrinã. Theophraſtus,lib.iii.plantarum huius meminit,eam vocãs cuſpidatã myrthum: hæc fert baccas rubentes, quas pueri ex eius folijs decerpunt,ceu coralijs per ludum ſe ornãt:hæc item ſuſpẽdi ſolet in carnario ne mures pernas, aut carnem edãt:nõ audẽt enim mures penetrare cacumina. Murina enim à muribus ſpina dicitur,id eſt,myacantha.

BATIS (ait Pli.) QVOQVE ALVVM MOLLIT, &c. Batis ea eſt herba quam græci Crithmon vocant:frutici hæc eſt ſimilis,& in duos folioſos ramulos diuiſa herbula batis eſt:cubitali altitudine,naſcitur locis petroſis,& maritimis locis,folijs pinguibus,portulacæ foliorum figura,fructum fert roſmarino ſimilem,mollem, odoratum, rotundum. Decoctum radicis & foliorum prodeſſe vrinæ anguſtijs & morbo regio Dioſco.memoriæ mãdauit,lib.ii.idem menſes trahere,comedi olerum modo & condiri ſale. Columella vocat batim,olus chordum,quòd ſero proueniat.

CAPVT .XXIX.

ANTHALII QVOD, &c. Dioſco.libro tertio hãc vocat varijs nominibus,quibuſdã dici florem cãpeſtrem,alijs leucãthemõ, alijs anthemida aſſerens: duo'que eius genera ponens,alterum lenti folia ramoſ'que ſimiles habens: radicẽ gracilẽ breuẽ'que, naſci in ſabuloſis, apricis locis, guſtu ſalſo. Alterum ramis folijſ'que chamępitio ſimile eſſe hirſutius & aſperius. Radicem huius potã drachmarum põdere vrinæ anguſtijs prodeſſe teſtatus eſt. Renum item doloribus ſubuenire, Muliebrium locorum inflammationes mollire radices,cũ lacte & roſaceo. Quę verò chamępitij ſimilis eſſe dicitur comitialibus,cum aceto mulſo bibitur vtiliter authore Dioſco.cuius lectioni penitus hic Pli.applauſit.

CAPVT .XXX.

CONTRA PARTHENIVM, ALII LEVCATHEN, ALII AMARACVM VOCANT, &c. Sunt qui vocent parthenium florem campestrem: alij anthemida, alij camæmalum, est herba odore viroso: gustu'que amaro: potest, inquit, Dioscori. libro quarto, sicca in aceto mulso vino've addito sale potabilem, pituitam'que modo epithymi per inferna trahere, prodest suspiriosis & ijs quos bilis vexat: fouentur decocto eius insidentes fœminæ contra muliebrium locorum duricies & inflammationes: & sacris ignibus & inflammationibus, emplastri modo, cum floribus imponitur.

CELSVS APVD NOS PERDICIVM ET MVRALIVM, Celsus, libro tertio perdicij meminit, sed de hoc alibi.

CAPVT .XXXI.

TRYCHNON, &c. Strychnos iure vesicarias herbas appellarimus, sicuti Gaza apud Theophrastū fœliciter vertit, duo genera strychni sunt, alterum quod est furorem faciens: alterum saporem, vt coniicere licet lectione Theophrasti nono historiæ plantarum. Halicaccabum vesicarium iure appellatum dixerimus, sed hic hesitandum, sit ne solanum, idem quod strychnum, quoniā Cornelius Celsus vltimo secundi libri capite, cum numeraret, quæ reprimunt, simul & refrigerant, ait. Siser apium solanū quem strychnum græci vocāt: intelligebat profecto Celsus herbam hanc quę refrigeraret & nō strychnum qui ca lefaciendo est. Meminit Dioscori. libro quarto. Solani vesicarij, id est, halicaccabi quādo ait. Est & alterum Solanū quod priuatim halicaccabum quidem verò vessiculam vocant: fructus eius ciet vrinam: suffusiones fellis emendat: & paulò superius de Solano agēs, ait. Strychnum nigrum hortensem sunt qui satiuum pro hortensi vocant, Romani Strumum aut cacubalum appellant, nō adeò est grandis frutex, solanum quod edendo est folia habet ocymo maiora latiora'que. Et paulò mox subnectit. Refrigerandi vires habet. Eam'que ob causam folia emplastri modo imposita sacris ignibus conferunt & capitis doloribus, stomachi ardoribus subueniunt, &c. Quod autem Plini. cognominatum vocat Manicon furiosum & insaniam, quam Maniam vocant intellige, vbi verò de soporifero, quod & Dorycnion appellat, plura esse solanorum genera docuit & noster Theophrastus, inquiens, solanorum autem somnificum, alterum furiosum, alterum Rubens sanguinis modo radicem habet somnificum: quo autem tempore effoditur candidam, fructum grano quod tingendo est rubiorem, liquet item Dioscoridis verbis plura esse genera, Plinius non distinxit doycnium ab alijs solanorum generibus, nec fecit aliam plantam, quòd solanum idem sit. Dioscorides tamen plantam per se facit. Paulus Aeginita, libro sexto dorycnium ait plantam esse similem papaueri, ac mandragore suo quidem temperamento quod est frigidum admodum, quare venenum est si plus nimio accipiatur.

Solanū.

CAPVT .XXXII.

CORCORVM ALEXANDRINI CIBI HERBA EST CONVOLVTIS FOLIIS AD SIMILITVDINEM MORI, &c. Olus hoc satis vile, sed medicas vires habens. Cæterum de cnico: planta hæc habet folia oblonga, incisuris diuisa, aspera, aculeataque, caules cubitales, florem croco similem, vt scriptũ reliquit Dioscorides, libro sexto. Sunt qui hanc vocent Crocum sarracenum. Theophrastus de hac affatim libro sexto plantarum, semen habet candidum, ruffumque, oblongum, angulosum: quo in obsonijs vtuntur. Tunditur id, daturque expressus ex eo succus, ad purgandam aluum in aqua dulci aut esculento gallinacei iure. Dioscorides stomacho nocere scriptum reliquit, eo quo diximus libro: & ex eo fieri offulas ad molliendam aluum. Cæterò quod Plinius facit ægyptiam hanc herbam, Theophrastus in græcia non minus, quàm in cæteris locis nasci memoriæ mandauit, libro de plantarum historia sexto. Corcorus.

❧ Caput sequens nihil habet suscedinis, quare à nobis omissum.

❧ CAPVT .XXXIIII.

ET QVONIAM IN MENSVRIS QVOQVE AC PONDERIBVS CREBRO GRAECIS NOMINIBVS VTENDVM EST, INTERPRETATIONEM EORVM SEMEL IN HOC LOCO PONEMVS. Dragma attica ferè eni attica obseruatione, &c. Nihil de mensurarum ratione agendum censui: quòd Budæus nostræ gentis ingeniorum vertex, elegantiarumque obseruantissimus & reconditioris doctrinæ accuratissimus ita de his egerit, vt nihil desyderari possit.

❧ Commentariorum in Vicesimumprimum Plinij Secundi, Naturalis hystoriæ, scriptoris argutissimi,

❧ FINIS. ❧

IN VICESIMVM SECVNDVM PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE, ARGVTISSIMI SCRIPTORIS LIBRVM, STEPHANI AQVAEI BITVRICENSIS, VIRI AEQVESTRIS, COMMENTARIA.

COMPLESSE POTERANT. &c. Maximum naturæ rerum parentis opus. xx. libro dictûrum se pollicebatur iure quidem, animaduersis scilicet dotibus innumeris, quibus scatent plantæ ignobiles, & quasi abiectui habitæ, quę profecto à Pli. dicta sunt, poterant complesse, quæ pollicitus erat, plantarum miros effectus coniectanti sese plura suggerunt dicturo de his. Nam & si causa odoris, aut cibi, aut decoris plantæ antelatæ natura nobis sint datæ, restant quæ non minore potentia sint insignitæ, de quibus nunc agendum particulatim.

CAPVT PRIMVM.

QVIDEM ET FORMAE, &c. Tanta mortalibus cura fuit in corporum decore agendo, variando, fingendo formandoque, vt mos fuit quibusdam, corpora sua succo plantarum inficere, quo vel terrori essent alijs, vel decorem sibi parare possent. Testatur Iulius ille Cæsar suo commentariorum libro. Britannos vltro se glasto herba solitos inficere, hoc quę cerulęo fieri colore, quod confirmat hemistychion Proper. hoc. Pictóque britannia curru. Strabo, libro. xv. Indos asserit se varijs coloribus tingere ornatus gratia.

CAPVT .II.

IAM VERO INFICI VESTES, &c. Cocco insignia ac ornamenta militaria quę paludamenta iure appellarimus tingi solita memorijs veteribus proditū esse palàm est: de hac vestium luxuria colorequę & infectione meminimus alibi. Item de conchylio & murice. Subdit deinde Plinius. QVO FRVGI MVNDOS EXCVLPAT VSV, &c. Horum sensus est. Galliam transalpinam quę tingit herbis conchylium & purpuram minore impendio, & periculo id facere, quia non ex alto, siue longico ea petat vt cæteri mortales,

mortales, sed in sicco carpat non in mari, vnde muliebris ornatus, id est mundus, paratior & frugalior appareat: quod verò dicitur vsu alioqui fulgentis, intelligi debet, consuetudine ipsa effici vt vestes etiam ignobilibus pigmentis infectæ niteant & fulgeant. Subdit paulò post Pli. ALIVNDE SAGMINA, &c. Sagmina dicta quasi sanctimina, vocabantur'que verbenæ herbæ puræ, quæ ex loco sancto, id est arce aut ara accipiebantur, à consule prætore've aut legatis proficiscentibus ad fœdus agendum sanciendum've, aut bellum indicendum: verbena enim coronabātur fœdera facturi vel bella indicturi: vnde Tit. Liuius libro ab vrbe condita primo ait. Fœcialis ex arce graminis herbam puram attulit, postea regem interrogauit, iubes ne me rex cū patre patrato populi albani fœdus ferire. Sagmina inquit rex te posco. Rex ait, purā tollito &c. Nulla profectò herba in toto herbarū censu Romanæ nobilitatis maior habetur q̄ verbena, hac enim antiquitus domus purgabatur, familia lustrabatur, & Iouis mēsa ad sacrificiū & epulas verrebatur. CLARIGATVM. Clarigare est clare voce repetere, qua vtebatur pater patratus, nam cum Romani bellū alicui indicere volebant, pater patratus proficiscebatur ad hostium exercitum, & præfatus quædam solemnia verba, clara voce et alta dicebat, se bellum indicere ob idoneas causas. Hinc clarigatio hostium declaratio, præter id etiam, clarigatio accipi solet pro talea nummaria, quæ principis vel reipublicæ edicto conceditur, vt Hermolao placet.

Sagmia

Clarigare.

CAPVT IIII.

CORONA QVIDEM, &c. Corona graminea dicebatur quæ ab vniuerso exercitu seruato, seruatori dabatur, vbi obsessor aliquis seruasset: fiebat ex quocun'que herbæ genere. Coronarum abundè harum meminimus libro septimo, quare foret superuacaneum de his hic disserere. Sequentia capita illibata omittemus, quòd eorum aliubi fuerit facta mentio, id est libro septimo.

Eryngium.

CAPVT VII.

ET CLARA, &c. Eryngij caulem (mirum dictu) si ex grege, ouis, capella've aliqua, morsu ore desectū sustulerit, totus statim grex subsistere dicitur: relicto'que pascēdi studio, nouo veluti spectaculo attonitus, non prius rem admirari desinere, quàm accedens pastor caulem illum abstulerit: authores huius rei sunt Aristoteles & Plutarchus. Cæterò vt ad medicas eryngij vires accedamus, herba est ingenere aculeatarum, quam Dioscorides libro tertio myracanthum vocari, item & Romanis capitulū cardui, folia'que eryngij recipi in cibos, olerum modo sale condiri, huic est radix longa, lata, foris colore nigro, intus candido, pollicis crassitudine. Nascitur hæc campestribus locis & asperis, habet calefaciendi vim: pota menses & vrinam ciet, tormina & inflationes discutit, cum vino bibitur contra venenatorum morsus & venena epota, Radix eius pota ex dulci aqua comitialibus fertur prodesse.

CAPVT VIII.

X HIS CANDIDAM, &c. Diosco. eo quo diximus loco, eryngium siue eryngen Hispanorum lingua centũ capita dici testatus est, & effectus eos quos retulimus eryngiũ habere: nec profectò sunt diuersæ plantæ, sed solum vocum acceptionibus erynges siue eryngia appellare possumus: græci enim ἑκατόκεφαλον, id est ecatocephalon à numero capitum dicunt, albam eryngen intelligẽtes talem, qualem variare florem aut caput, iam Dioscori. ait. Est, ait, earum color modò viridis nunc pallidus, nunc candidus, idem aliquando cæruleus inuenitur &c.

CAPVT .IX.

Athan⁹ VNT QVI ACHANON, &c. Paucas achano esse vires medicas constat, quã maximas verò glycyrrhyzæ, cuius meminimus raptim quidem libro .xi. ea est quam alij dulcem radicem vocant, alij scythicam radicem, vt Theophra. neoterici herbarij liquiriciam satis ineptè & barbarè, frutex est breuis, bicubitalib⁹ ramulis, in quibus sunt densa folia lentisco similia, pinguia, tactuque glutinosa, vt testatissimum reliquit Dioscori. libro. iii. cap. vi. Prodest radix æstuanti stomacho, pectoris vitijs & iecoris, vesicæ scabritijs, renũ doloribus, si cum passo sumatur, arcet sitim famem'que, radix siccata trita'que oculorum pterygijs prodest. Theophrastus nono plantarum huius ita meminit. Dulcis & scythica radix, quam aliqui euthyglyciam vocant, nascitur circa meotim paludem: vocat idem hanc adipson, quòd videlicet sitim sedare dicatur, quæ enim adipsa, quæ alima essent diximus libro. xi. cap. vltimo: cur item glycyrrhyza diceretur. Cellsus solum dulcem radicem vocat, cæteris appellationibus omissis libro quidem quinto, cap. xx. Plinius hanc plantam esse folijs echinatis prodit, quę folia echinata vocat, non ex figura, sed ex spinarum similitudine tantum sic appellat. Subdit mox Plinius. IDEO COMMANDVCATA STOMATICE EST, &c. Sic enim legi debet, & non stomachice, græcorum enim peritissimi σόματικα, id est stomatica dixerunt quæ ori inseruiant, σόμα enim, id est stoma, os dicitur latinis: σόματιχα verò, id est stomachica, quæ stomacho: qualia autem stomatica essent, Galenus in sua Isagoge ait. Sunt autem stomatica, id est oris medicamenta hæc quæ gingiuis cruentis prosunt: putrescentibus, cruentis, corrosisq; dẽtibus.

Adipsõ

Echinata.

Stomatice.

Stomachicæ.

CAPVT .X.

Tribuli. RIBVLI VNVM GENVS, &c. Sunt qui vocitent hanc plantam caput bouis, id est bucephalõ, quòd formam eius referat duobus cornibus & tricuspidem figuram ostendat. Duplex genus esse Diosco. libro quarto, cap. xvii. scriptum reliquit, alterum portulacæ folijs simile tenuioribus tantum: alterum aquaticum comam tantum supra aquam extollens, ambo refrigerare ac adstringere, inflãmationibus omnibus imponi, gingiuas cum melle sanare vl cera'que, pulices necare, decoctio eius letalibus venenis prodesse, & cum vino bibi. Cæterò quod Pli. ait Thraces equos tribulo saginare, hæc à Dioscori. penu videntur eruta. Qui, ait, saginant Thraces etiã strymonis fluuij incolæ viridi tribulorũ herba equos suos, fructũ verò dulcẽ & nutriẽdo aptũ sibi pinsunt, pro pane eo vtẽtes.

CAPVT .XI.

STOEBE, QVAM ALIQVI, &c. Alludit hic Pli. ad lectionem Theophra. vi. de plantarum histo ria ea comemorantis, id est, phleō inter aculeatas plātas nu merantis, & inter eas quæ folia secundum spinas proferunt: quales in palustribus tribulus. Stœben libro primo plātarū inter fruticosa, & quæ carnosum folium habent ponentis. Plutarchus inter palustres plantas numerauit phleon in na turalibus causis. Phleon dictam volunt aliqui ob fructus se minis'que copiam, quibus abundat. Stæben verò quoniam ad στιβάδας, id est stibadas, hoc est thoros: ea vterentur antiqui, tam facili lentore, vt vestes ex ea fierent, vt author est Herodotus. Folia huius adstringunt, & semē, ob quam causam intestino rum torminibus decoctum eius clystere infunditur, & purulentis auribus instillatur: compescunt folia sanguinis eruptiones emplastri modo imposita, vt scriptum reliquit Dioscorides libro quarto, cap. xiii. Stœbe.

CAPVT .XII.

HIPPOPHYES IN SABVLOSIS, &c. Hanc tritius nunc vocamus lapaginem siue lapulam minorem. Plinius Diosco. videtur secutus, qui etiam hanc maritimis & sabulosis dicat nasci, fruticē'que esse densum, frondosum. Theo phra. sabuloso sed tenui solo nasci testatur, quando ait. Singulari radice nititur in terra hippophaes terrestris, & caules per terram spargit, per æstatem germinat & floret: permanet viridi folio vsque ad pleiadem autumni, sabulosum & tenue solum amat. Diosco. succum purum per se seruatū biliosa per inferna purgare testatus est, pondere quidem integri oboli cū aqua mulsa. Plinius hippophaes verbum ab hippo, quod equus est deductum vult, Paulus tamen Aeginita ab ὑπὸ, id est hipo, vt conijcere licet lectione illius libro sexto. Lappago. Hippophyes.

CAPVT .XIII.

VRTICA QVID ESSE, &c. Et si constet vrticam asperam pungentem'que & tactu difficilem, nihilosecius re medica non caret: hanc græcorum aliqui ἀκαλύφην id est acaliphen vocant, quò d pungat quidam. Dioscorides libro quarto duplex esse genus edocuit, & vtrius'que fo lia addito sale emplastri modo impōsita rabidorum canum morsibus mederi, item sordidis vlceribus, luxatis, linosisq; imponi cum cæra: sanguinis per nares eruptiones compesce re, concisa folia eius mox cum succo suo naribus indita: eadem menses cient, semen venerem stimulat, prodest lateris dolori, aluum ambæ vrticæ molliunt, succus gargarisatus vuam in faucibus reprimit. Vrtica.

CAPVT .XVI.

LEVCANTHAM, &c. Ea est planta, quam nos spinam albā vocamus: hæc commanducata dentium dolores sedat, decoctum eius cum vino pondere trium cyathorum medetur laterum doloribus ac coxendicis, vt scribit Dioscorides libro tertio.

CAPVT .XVII.

Helxine HELXINEM ALIQVI PERDICIVM, &c. Varijs nominibus vocitatam hanc plantam veterum authorum testimonijs liquet, nã & Dioscorides libro quarto quibusdam alitin, quibusdam amelxinem, sydepritim, polyonymon dici scriptum reliquit. Nicander parthenium vocauit in suis theriacis, item perdicium vocatam ferunt, quòd perdices ea præcipuè vescantur. Paulus Aegineta libro sexto duas Helxines esse demonstrat, hanc purgare testatus, adstringere'que, quod & eadem asseuerat Dioscorides, eo quo diximus loco. Habent, inquit, folia refrigerãdi vim & adstringendi. Ea propter sacris ignibus emplastri modo imposita medentur, ambustis'que tumoribus, furunculis & cũctis inflammationibus, inunguntur etiam succo eius vtiliter sacri ignes addita cerussa, quinetiam contra diutinas tusses, cõtra tonsillas inflammatas. Cornelius Celsus secundo libro, muralem hanc herbam vocat, quoniam parietes & muros natalẽ

Parietaria. locum sibi fecerit, quare irrepsit vt nunc vocetur parietaria. Cæterò ad calcem huius capitis, nonnulli sparganoptes, alij splachnoptes: de quibus suo loco agemus.

Astericum. Quod hic de asterico ait Plinius, nonnulli hanc herbam inguinalem vocant, quòd contra dolorem inguinum prosit, hũc'que tollat si fuerit alligata inguinibus, authoribus Gale. & Paul. Aegini. Dioscori. libro quarto, cap. c x i.

CAPVT .XVIII.

Chamæleon. CHAMAELEONEM, &c. Duplex esse gen? chamæleonis, scriptũ reliquit Diosco. libro tertio album & nigrũ, illud ixiam vocari, hoc aliquando pancarpon, aliquãdo ocimastrum. Chamæleonem album nunc vocant carduum minorem, qui ait ixiam deriuata à visco appellatione. Chamæleonem aliqui dixerunt, quòd viscum quibusdam locis ad radices eius adnatum inuenitur, quo pro mastice mulieres vtuntur. Folia habet carduo, quem scolymum vocant similia. Radicem in pingui solo crassam, quæ acetabuli mensura pota latos ventris lũbricos pellit, datur contra hydropisim, cum vino pondere drachmæ, tumores enim minuit, bibitur decoctum eius contra vrinæ angustias, quinetiam canes, sues, mures'que in polenta simul omnibus maceratis hydrelęo enecat, hæc de chamæleone albo. Nigrum autem chamęleonẽ is vlophonon vocat, quòd exitium prębeat. Cynozolon, quòd canes occidat in pulte si sumatur. Decocto huius chamæleonis colluí dentes esse vtilissimũ, memoriæ mandauit Diosco. cũ sulphure'que vitiligines decorem'que & asperã ceu à sole cutẽ emẽdat, vt prodit idẽ, cur autẽ chamęleõ dicatur, testatur, ꝙ scilicet colorẽ cũ terra variantibus folijs mutet, nã sicuti à nobis dictum est, chamæleonem lacertã varijs se trãsformare coloribus, sic ob varietatẽ coloris hæc planta sibi chamæleonis nomen asciuit.

CAPVT .XX.

Coronopos. ET ANCHVSAE RADIX, &c. Theophrastus libro octauo plantarum, hanc herbam coronopodi, id est herbæ quam cornicis pedem aliqui, alij sanguinariam Apuleius autem eo libro quem de vi quarundam herbarũ posteris legendum reliquit, crus galli vocat: quam & Theophrastus humi caulescere testatur, de qua Leonicenus egit in Plinio. Nicander anchusam similem lactucæ ait folijs. Anchusæ radicem Dioscorides habere vim adstringendi,

scriptum

scriptum reliquit libro quarto. Facit, inquit, ad ambusta, vetustaque vlcera in oleo addita cæra decocta, sanat eadem sacros ignes emplastri modo imposita, cum polenta. Ex aceto autem vitiligines leprasque exterit, fœtus apposita extrahit, decoctum eius datur felle suffusis lienosisque. Sistunt folia aluum, cum vino pota. Cæterò plura esse genera conijcere licet verbis Plinij: item Dioscori. eo quo diximus loco, item & libro. XXVII. vbi meminit lycopsidis, quę species est anchusæ, quam ab ijs discreuit, vt videbimus aliubi.

CAPVT .XXI.

EST ET ALIA HERBA, &c. Onochelos herba, quam labrum asini iure dixerimus, quam verò hic Pli. anthemida siue anthemin vocat, ea est quam nunc camomillam vocare solemus: herba certè ad multos mortalium vsus potens, omnibus nota planta. Theophrastus libro octauo plantarum, crebrò anthemon vocat, Dioscorides anthemida: & ab alijs dictam refert chamæmalon, alij melanthemon. Habere vim extenuandi calefaciendique testatus est, fœtus ea educi mensesque ac calculos, radices herbaque ileosis & inflationibus dantur, fellis suffusiones hęc emēdant, ciēt vrinam, & id genus multa. Onocheilos.

LOTON QVI ARBOREM PVTANT, &c. De loto arbore à nobis actum est libro. XIII. Nunc agēdum de loto herba, quam quidam vocitant tripodion. Eius plura esse genera Theophrastus docet, item & Dioscorides libro quarto, satiuum & syluestre: illud hortis nasci, hoc incultis locis, illud oculorum repurgare nubeculas, argemata, albuginesque succo suo: syluestrem verò adstringere, & vesicæ doloribus mederi, simileque esse trifolio folijs. Lotos.

HELIOTROPII MIRACVLVM (inquit Plinius) SAEPIVS, &c. Huius meminimus libro vicesimo, cum de intybis ageremus, verùm non obfuerit hic meminisse eorum, re ita poscente. Duo heliotropij genera Dioscorides libro quarto esse memoriæ mandauit, maius, quod & dicitur scorpiuron, aut scorpiotonon: alij herbam solarem à solis figura dicta herba. Heliotropion, inquit Dioscorides, quod ad motum solis eiusque inclinationem folia eius circumaguntur, ocimo habet folia maiora tantum, pilosioraque & candidiora, fasciculus ex herba hæc decoquitur, decoctumque eius bilem & pituitam per inferna educit, bibitur contra scorpionum ictus, facit item sterilitatem, aliqua parte adaligatū Heliotropion. Quinetiam ferunt ante accessiones febrium cum vino pota, quatuor folia heliotropij semina quartanas: tertianas verò tria, febres finire, podagris vtiliter imponuntur. LVXATIS. Capiti doloribus. MENSES EADEM ET FOETVS CONCISA TRAHVNT. Hic expendendum heliotropion, heliotropon, & heliopon voces esse heliotropio communes, dictas certè à solis voce, significareque priores duas, id est heliotropion, & heliotropon, quod ad solem se vertit; heliopon verò quod solē aspicit. Quam rationem Varro primo rei rusticæ libro, capite. XLVI. heliotropium describens sic vocari ait, quòd solis ortum spectat, & ita eius sequitur iter ad occasum, vt semper eum spectet. Minus autem heliotropium placuit quibusdam vocare scorpiurō: quorum omnium Paulus Aeginita libro sexto affatim meminit. Heliotropiũ. Scorpiuron.

SYRIASIN, &c. De hac actum est libro vicesimo.

ALIVD (ait Plinius,) ADIANTO, &c. Hæc fermè omnia quæ hic Plinius ait, à Theophrasti officina, demanare videntur.

Adiantos.

is libro plantarũ. viii. Et quod adiãto accidit, neque enim madet folium eius aqua cõspersum, neque humoris aliquid in eo vestigiũ remanet, vnde & nomẽ factũ illi est. Eadẽ prodidit Nicander in theriacis inquiens. ἄχρας ἐν δ' ἀδίαντον ὃ δ' οὐκ ὄμβροιο ῥαγέντος λεπταλέον πίπτον οὐρανόθεν πετάλοισιν ἐφίζει. Quorum sensum si quærat aliquis, hic est. Purumque adiantem in quo nec descendente imbre minimum è cœlo cadens stillicidium folijs insidet. Cæterò Theophrastus, eo quo diximus loco, de adianto hæc agit. Genera autem eius, alterum quidem candidum, alterum nigrum, vtrunque tamen explendis in capite capillis vtile, in quem vsum oleo confricatur. Nascuntur aquosis locis, & vt opinantur multi facit ad vesicæ stillicidia, quod vocatur trichomanes, hæc Theophrastus. Haud desunt siquidem qui adianton, euenotrichon, vel (vt vsitatius scribitur) ebenotrichon vocent, quod pharmacopolæ nunc vocitant capillum Veneris. Decoctum adianti bibi ad suspiriosos vtiliter Dioscorides. Bibitur, inquit libro quarto, in angustia spiritus, suffusis felle prodest, vrinæ angustijs, lienosis. Frangit calculos vesicę, succurrit venenatorum morsibus emplastri modo imposita herba, explet alopecias. Addito vino fluentem capillum compescit. Facit & ad gallos & coturnices, pugnaciores enim eos reddit. Ouibus vtile est adiantum, circaque earum oulia seritur &c. hæc Dioscorides. Omitto quæ de adianto Ioannes Mesue scriptum reliquerit, & Galenus contentus antiquioribus ijs authoribus. Callitrichon Plinius vocat, quod capillum honestet: Polytrichon item à capillorum multitudine, quam effectu suo tribuit.

CAPVT .XXII.

Picris.

PICRIS AB INSIGNI, &c. Huius ante latis meminimus, quare de ea nihil agetur. Cæterò paulò mox asphodeli meminit hic Pli. Est enim asphodelus herba, quã nos hastulam regiam vocare solemus: folia habens porro similia, radices illi sunt plures & oblongę, glandibus similes, sapore acri, vi & natura calefaciendi. Vix vtpote quis credat in cibos & sanitatis vsum venisse quondam asphodelũ, tam alienus nunc homini cibus, inter tamen medicamenta magis quàm olera. Theophra. asphodelum mandi pręter Hesiodum scriptum reliquit, octauo historię plantarum, quo loco bulbosas omnes radices, earumque discrimina percurrens inter eas quę edẽdo sunt, asphodelũ numerauit, quã doait, ἐδώδιμοι δὲ οὐ μόνον βολβοὶ καὶ τὰ ὅμοια τούτοις, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἀσφοδέλου ῥίζα quę latinè sonãt, mandũtur autẽ non solũ bulbi & similia bulbis, verum etiã asphodeli radices. Et quia hic Plinius Hesiodum citat, afferentem asphodelum mandi solitum, non obfuerit adferre Hesiodi carmen, ad hoc non parum faciens. Meminisse tamen primò iuuabit poetam hunc libro agricolationis, magnum emolumentũ haberi ex victus parcimonia si vescamur malua & asphodelo, delicatiora verò habeamus abiectui. Hesiodi versus sunt hi. οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς, οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ. His enim constat maluam, item & asphodelum in cibi vsum fuisse, exprimebatur enim ex ijs duabus herbis succus, sicque parabatur ad vsum. Adijciam loco auctioris lectionis Platonem, tertio legum Epimenidem scripsisse modico & interim vilissimo cibo fuisse contentum: constabat enim is ex asphodelo et malua. Porrò medicas vires asphodeli ex placitis Dioscori. erutas adferamus is eo libro, quẽ de herbaria doctrina posteris legendum reliquit. Radices asphodeli vtiliter bibi ad ciendos menses scriptum reliquit. Item & vrinas: laterum doloribus cõferre, tussibus, cõuulsis, ruptis, põdere drachmę in vino potas, vomitiones adiuuare.

Asphodelus.

uare. Dari & cõtra serpentium morsus, põdere trium drachmarum, sordida vlcera purgare, explere capillorum defluuia ferunt, inquit Diosco. asphodeli radicem veneris fastidia facere. Testatur id etiã herbarius Crateias, & preter hæc finire podagræ dolores drachmæ põdere cum vino potã radicem, hęc ille: cui astipulatur Pli.

DEFECTIS CORPORIBVS, &c. Pusillis & defectum animi patientibus quem λιποθυμίαν, id est, lipothymiã: græci vocãt. Subdit deinde Plinius.

EST ENIM SVO NOMINE HALIMON, &c. Halimon varijs appellationibus dici cõijcere licet lectione Diosco. libro primo, qui hãc dici, ait, herbam quãdo'que solis coronã Romanis albucum: quibusdam regiã herbã. Est enim frutex rhanno similis: siue spinis, folijs oleæ, sed latioribus, nascitur sepibus maritimis. Coquuntur folia eius olerum modo, authore Diosco. in cibos. Radix lenit tormina drachmę põdere in aqua mulsa pota: prodest cõnuulsis, lactis abundantiã facit. Pli. Aureonẽ quãdo'que vocitat. Meminit huius herbę Paulus Aeginita, lib. i. Aluum deijcere, ait, halinõ salsilagine quadã & amarore leni. Theophra. lib. iiii. de historia: & quinto de causis plantarum halimo herbę enecandi vim propinquas plantas assignat, quod autem Pli. ait hic existimasse quosdã asphodelũ ab Hesiodo halimõ vocari, ideo factum esse autumarim, quòd vter'que in sepibus nascere-tur, & Hesiodus in cibis etiã asphodelum laudauerit cum ait, quod superius paulò citauimus, id est, nescire gentes quanta in asphodelo & malua vtilitas sit.

ACANTHOS (ait Pli.) EST TOPIARIA HERBA, &c. Haud desunt qui acanthum vocitent Herpecanthã quòd serpendo crescat, spinę aut aculeata herba & topiario operi idonea, quare aliqui acanthatopiã, id est, spinã topiariam vocitarunt. Hanc nasci petrosis locis humentibus'que testatur Dioscorides. Acãthũ
Folia inquit, libro tertio, habet lactucæ, latiora, longiora'que, erucæ modo incisuris diuisa, nigrescentia, semen fert oblongum, & luteũ, capitulũ thyrsi figura. Radix eius prodest ambustis: pota vrinã pellit, aluũ sistit: quod Pli. hic hãc dici vestientẽ,

CREPIDINES, &c. Vocamus enim crepidines extremas oras alicuius rei, Crepidines.
proprie tamen crepidinem diximus oram terræ, quam terra alluit, ex hoc appellata quòd ibi aqua alluens currit: & per translationem vocamus crepidinem loci alicuius editioris extremitatem, altitudinem'que abrupti saxi, vnde Vergilius.

, Forte ratis celsi cõiuncta crepidine saxi. Diximus hanc idoneã herbam operi topiario. Est'que illi topiarium opus & plãtarũ topiariũ genus, quod historiali opere in omnes formas virens & viuens trahitur, cum animalia naues'que & alia huiusce-modi fronde virẽtia grata cõformãtur, in quo genere acanthus: buxus, hædera'que sunt: meminit foliorum acãthi Victruuius, lib. iiii. Porrò quòd hic Pli. acanthũ dici ait pęderota: putarim sic dictam quòd à pueris ametur. Nã vox illa amorem puerorum, vel quòd à pueris ametur significat: quod autem Melãphyllum vocat à nigrore foliorum factum est nomen. Nam μέλαν, id est, melã, nigrum diximus φύλλον, id est, phyllon, folium. Subdit Plinius.
Opus Topiarium.
Pęderota.
Melamphillon.

BVPRESTIN MAGNA, &c. Quare nomen sibi asciuerit vox satis indicat & eius nominis animal, cuius meminit idem author, lib. xxx. cap. iii.

ELAPHOSCON, &c. Hanc herbã alij Ceruiocellum vocitãt, est similis rosmarino, vel fœniculo, caulis illi geniculatus, folia habẽs latitudine duorũ digitorum: longitudine multo maiorã. Semen anetho simile ferunt authore Diosco. lib. iii. ceruos serpentium morsibus resistere, herbæ huius pabulo, ideo'que semen eius contra eorum morsum in vino vtiliter dari.

SCANDIX QVOQVE (ait Pli.) Diosco. lib. ii. hanc dici herbã scanariam testatus est: acrimoniam'que aliquam habere & esui aptam. Estur, inquit, cruda, vel cocta, soluit aluum, stomacho est vtilis, vrinam ciet: bibitur ad dolores renũ, Scãdix.

& vesicæ decoctum eius. Hæc est Scandix quę toties Athenis in theatro plausum & risum excitauit, quãdo in comœdia lepidissimi poetæ Dicęopolis ex agro in vrbem profectus rudis homo ab Euripide eam humiliter supplicans peteret σκάνδικά μοι δὸς μητρόθεν δὲ δεγμένος, nouerãt omnes profecto olus hoc, vile ac vulgare memineranťque poetæ illius matrem quottidie in vrbem veniẽtem vendito eo olere filium in summa paupertate theatro & spectaculis educasse. Mater euripidis ob id dicta λαχανόπολις, id est, olera vendens & euripidem à scandice cognominatum ferunt σκανδικοπώλιν huius rei meminit Aristophanes in Comœdia, cui est titulus ἱππῆς, Cuius rei Pli. meminit. EST ET CAVCALIS, &c. Daucum

Caucalis. agrestem nonnulli vocitant, hanc herbam Theophra. libro plantarum octauo spõte in aruis nasci caucalida testatus: folia apio similia. Dioscori. lib. ii. scriptum reliquit, vrinãque ciere. Meminit huius Gale. asseuerans similem esse dauco sapore & viribus meminiťque Nicander.

Syllibũ. SYLLIBVM (inquit Pli.) CHAMAELEONTI, &c. Est enim latior spina chamæleoni albo: folia similia habens, estur inquit Diosco. libro quarto: ea nuper nata cum sale & oleo elixa, vomitiones facit potus drachmæ põdere cum mulsa aqua radicis liquor. ALIO NOMINE LIMOMON, &c Theophra.

Lymoniam. Limoniam sic enim vocat fœminino genere, libro sexto plantarum inter genera anemonarum, quarum meminimus numerat: betæ folia habere scriptum reliquit Diosco. lib. iiii. semẽque tritum in vino põdere acetabuli cœliacis prodesse, & torminibus intestinorũ: nascique in pratis & locis palustribus: sed quod hic Pli. ait de scolymo intellige hac voce carduum. Nam Diosco. virosum odorẽ emplastri modo impositum carduum emendare memoriæ mãdauit, libro tertio. Radix, inquit, copiosam graueque olẽtem vrinã pellit: coquitur preterea; esturque asparagi modo, non multo ante nata & adhuc tenera cardui herba. Theophra. Radices mandi, etiam carduo florente testatus, notus omnibus est carduus, id est, scolymus vulgo artichaudum vocant, ait Plinius.

Alæ. GRAVEOLENTIAM ALARVM, &c. Alæ homini sunt, qua parte brachium humero iungitur, ex interiore parte, in quibus nõ aliter, quàm in pectore pubes aliqua nascitur, odoris plærumque virosi: quare dictum, Cubat hircus in alis: valle sub alarum trux habitare caper, &c.

Sõchos. ESTVR SONCHOS, &c. Inter aculeatas herbas, sed non simpliciter à Theophrasto Sonchus numeratur, sexto libro plantarum: aculeatur enim sonchus postquàm indurvit, ac cœperit arescere, duo esse genera constat verbis Theophra. Plini. q; Dioscori. videtur tria protulisse, libro secundo, quando ait. Sonchi duplex genus: alterum agrestius, alterum aculeatum tenerius, alterum & quod edẽdo est vis & natura refrigerare adstringereque mediocriter, ea propter emplastri modo imponitur ad ardores stomachi & inflammationes: succus eius abundãtiam lactis facit. Quinetiã muliebrium locorum inflammationibus in lana positus succurrit. Contra Scorpionum ictus Sonchi radix & folia opem ferunt. Est præter hæc tertium sonchi genus tenerum arborescens latiore folio.

CONDRILON (ait Pli.) SIVE CONDRILE, &c. Diosco. libro antelato etiam appellari quibusdam cichoriõ prodidit memoriæ. folia, inquit, habet similia agresti intybo, ideoque agrestis intybi speciẽ aliqui esse eam dixerunt. Tota tamen tenuior est: inuenitur que in imis ramulis eius, fabæ magnitudine gummi mastichæ simile. Quod tritum & cum myrrha in linteolo quantitate oliuę fœminis subditum, menses cit, ipsum verò vna cum radice tusum mox in pastillos cũ melle formatum additoque nitro dilutis aqua pastillis vitiligines exterit. Est & alterum genus folium habens veluti circũrosum, oblongum per terrã stratũ, &c.

Ad quę

Ad quę omnia Pli. allusisse videtur. INTER EA QVAE TEMERE, &c. Iure gulæ sunt à Pli. boleti irritamenta appellati: cum homini dati natura non sint cibi causa, quare iure Martialis cecinit.

, Dic mihi quis furor est turba spectante vocata
, Solus boletos Ciciliane voras
, Quid dignum tanto ventri que gulæ'que precabor
, Boletum qualem claudius edit edas.

Medicato certè boleto Claudium enectum testantur historiæ. Testis item Tran. in Claud. Tacitus tamen veneno necatum prodit ab Agrippina opera prægustatoris Claudij. Hic Pli. Neronem Agrippinæ venenum vocat, sicut boletos terris venena vocat. Item terris venenum Neronem ob truces res ab eo gestas.

VOLVAM ENIM, &c. Id est, inuolucrum illud album in oui speciē boletos prorumpentes tegens. Volua.

SI ENIM CALIGARIS, &c. Caligares claui, à caligis militaribus, quibus suffigebātur sunt profecto ferme cōgeneres boleti, fungis, hoc discrimen comperio, quòd boleti minus sint nocentes: quare Paulus Aeginita, primo libro de his differens ait, οἱ δὲ μύκητες ψυχροί τε εἰσὶ καὶ φλεγματώδεις καὶ κακόχυμοι τούτων δὲ αὐτῶν, &c. Quę nihil sibi volunt latine quàm fungi verò frigidi, pituitosi, & mali succi sunt: omnium minus nocētes sunt boleti ad summum elixi: qui (verò de fungis intellige) amanitæ dicuntur, secundum post boletos ordinem habent, à cæteris abstinendum est: plures enim eorum mortiferi sunt. Quin & boleti ipsi si minus elixi comedantur periculi mortis'que causam habent, hæc Paulus. Caligaris claui.

CAPVT .XXIII.

FVNGORVM NATVRA, &c. Paulum discerniculi esse inter boletos & fungos putarunt, sed liquet esse fungos multo nocentiores, nō tamen omnes noxij esse succi Flaccus noster mōstrauit suo carmine, Pratenses cæteris præferens quando ait. Pratensibus optima fungis natura est, alijs male creditur, fungi proculdubio quos græcorum peritissimi vocarunt μύκητας, id est, mycetas duplici differentia discernuntur: aut enim edendo sunt aut letales. Fiunt'que multifariā letales authore Diosco. lib. iiii. quoties aut clauis rubiginosis, aut putridis pānis, aut serpentium latibulis & cauis adnascuntur, aut arboribus priuatim noxios ferentibus fructus, habent qui tales sunt. Lentorem quendā: relicti que cum è terra auulsi fuerint putrescentes corrumpuntur, difficilis sunt cocturæ in stomacho strāgulatus adferentes hæc Diosco. Boletos quidā volunt dictos ἀπὸ τῶ βώλου, id est, à bolo dictos: græcis enim bolos nō tātum glebā, sed priuatim rubricam illā qua pictores aurum operibus suis inducūt, à quo colore boletos nominatos volūt: integri que quales hausti fuerint plærum'que cum reliquis excrementis redduntur, authore Diosco. IMBRE ET SILPHION, &c. Silphio: græcis, latinis verò laser, vel laserpicium. Maspetō verò caulis eius dicitur: qui authore Diosco. similis est ferulæ, folia habens apij, semen verò latum & quasi foliaceum, Radix illi est calefaciendo, ægre in cibo cōcoquitur, vesicę nocet, strumis tamen cū cæra coēcta medetur, Ex oleo cōtra sugillata emplastri modo imponitur, Tollit sedis excrescentias in malicorio cum aceto elixa & imposita, pota eadem venenis aduersatur, vtuntur ea etiā ad intinctus, miscent'que ex sale grato sapore cibos cōmēdantē. Colligitur ex silphio liquor, scarificatis caule & radicibus. Habet'que primā bonitatis æstimationem Silphiō

tatis æstimationem

tatis æstimationem, qui nō adeò ruffo colore est: qui lucem transmittit, qui myrrhā olet firmo'que odore sentitur. Damnatur cōtra, qui porraceo colore viret, aspero'que gustu est, Laser Cyrenaicus si tātillum etiā ex eo aliquis in os sumpserit toto corpore sudoris modo humiditatem cit, adeò leui odore, vt exiguum tēpus odor in ore eius qui sumpserit sentiatur. Sunt qui priuatim Silphiū caulem vocent. Radicem verò Magyderim, folia vero maspeta ex Diosco. penù hæc. Laserpiciū, siue, vt alij volunt, Silphium, nostri recentiores herbariæ artis professores assam fœtidam vocant. Hanc'que varijs corporis vitijs prodesse testati sunt, vt etiam conijcere licet lectione Diosco. Silphio miras assignantis dotes medicas: quas omnes non collibuit hic appingere, rati id prolixius quibusdam videri plusquàm par sit. Item quòd alibi meminerimus, nō tamē obfuerit in medium adferre quę de laserpicio dixerit Theophrastus, libro de historia plantarum sexto. Habet (ait) Silphiū numerosas radices & crassas, caulem qualis in ferula est: & crassitudini illi æqualē, folium quod Maspetō vocāt: apio simile, semen latum foliaceum'que. Caulem nō vltra annum prorogat queadmodum & ferula, vere'que primum folia & maspetum hoc profert: quo oues mirifice purgantur, & pinguescunt egregia odoris suauitate carnes cōmendās, post hęc caulem profert quocum'que modo aptum cibis. Tostus siquidem & elixus estur, ferunt'que quadraginta diebus corpora purgare. Distillat duplicem liquorē silphium, à caule alterum, ab radice alterum, vocāt'que hunc à caulibus cauliā, à radicibus illum Rhizam. Habet radix corticem nigrum auferūt'que in vsu eum, sunt & radicum sectionis'que mensurę quędā, quibus quātum oportet cædunt, reliquū ad sectiones seruātes. Ne'que enim in secādo errare, ne'que vltra quàm cōstitū est oportet secare, corrumpitur enim at'que putrescit si aliter fiat. Curāt autem apud Athenas Silphium ferentes hoc modo. Cum in vasa illi cōiecerint farinam illi miscent, multo'que tempore cōmouent, ea'que cōtractatione colorem cōtrahit, ratione'que hac curatum incorruptum'que permanet, proprium illi est cultos odisse locos. Lybiæ latos occupat campos, siquidem spatio vltra stadiorum quatuor millia nascitur, copiosum'que prouenire ab hesperidū hortis ad syrtim. Narrāt Cyrenæi septem ante conditas Cyrænas annis apparuisse, Ex quo autem ædificata est vrbs trecenti intercesserunt anni, magistratū athenis gerēte simonide, hæc Theo. & id genus multa, quæ curiosus lector si volet videbit, ad cuius assertionem Pli. hic allusit, vt videre satis est.

Syntec xis. SYNTECTICIS, &c. Animi defectione vel corporis laborantibus. Syntectici, qui hac, ob diutinos morbos afflictantur, syntexes paulò mox verbo vtetur Pli, syntexes defectiones animi aut corporis intelligens.

CAPVT .XXIIII.

NON ESSET MELLIS, &c. Claris historiarum memorijs proditum legimus Cyrnios, hoc est, Corsicæ insulæ populos esse πολυχρονιωτάτους διὰ τὸ μέλιτι ἀεὶ χρῆσθαι, hoc est, assiduo mellis vsu esse duturnioris vitæ, dona profectò cœlestia mella censura decenti ab Homero nostro Mātuano dicta constat. Eà proculdubio melli potestas est, vi quidem cælesti coalita, & naturæ potentia inenarrabili. vt citra putrefactionem corpora seruet, quod Papinij versus

Mellis vis medica. ostēdunt, qui cadauer Alexandri melle litum incorruptum seruatum canant: eos subijciam. ne quis me somniasse putet. Duc & ad Emathios manes, vbi belliger vrbis Cōditor, hybleo perfusus nectare durat, Interrogatus autem quodā Demo-

pacto ſanum quis poſſet agere, ſi interna, inquit, melle rigaris: oleo extima. Ille verò Democritus, cum ingruerent theſmophoria ne domum funeſtaret, rogatus dies aliquot vitã produxiſſe dicitur ſola mellis anaphora, id eſt, euaporatione. Cæterò vt attingamus vires medicas Dioſco. libro ſecundo ait, melli ineſſe vim exterẽdi: aperiendi: purgandi & in ſummum humores proritandi: ideoque ſordidis vlceribus prodeſſe aſſerũt, ſanantur, inquit Dioſco. impetigines decocto cũ liquido alumine, melle inunctæ, ſanantur eodem pedũ claui, pediculos & lendes inunctu necat, purgat quę claritati oculorum officiunt, medetur faucium vitijs, tonſillis, anginis, idem vrinam cit. Cõtra fungorum maleficia & canis rabidi morſus eſt bibendum. Crudum autem mel omne inflat, aluum & tuſſim proritat, ob quam cauſam deſpumato vti oportet, emendat cutis aſpredines à ſole factas, hęc Dioſco. cui plane aſtipulatur hic Pli. INDICATIONEM, &c. Rei præcium indicaturã.

Anaphora.

AQVA MVLSA, &c. Aquam mulſam dici & melicratõ, Hydromel quę mõſtrauimus, nunc ſupereſt eius medicos videre effectus. Hanc decoctã Dioſco. lib. v. aluum mollire & vomitiones ciere ſcriptum reliquit. Vtimur, inquit, in tuſſientibus pulmonarijs, & his quos multo ſudore diffluentes videmus. Damnatur vetuſtior in inflammationibus & corpore adſtrictis: cõficitur autem ad vnam mellis mẽſuram duabus cœleſtis aquę veteris miſtis & inſolatis, quidam ex fonte aquam miſcentes ad tertias decoquunt & reponunt, cõfert hæc his qui puſillis venarum pulſibus multaque infirmitate corporum ſint, hæc ex prõptarijs Dioſcori. Subdit Pli.

Vis Aquæ Mulſæ.

QVOS ILLI DIXERE MICROPSCOS. Pli. Micropſychos vocat quos Dioſcori. μικροσφύκτους, id eſt, microſphyctos & ἀσθενεῖς, id eſt, aſthenes: quos vulgo vocamus delicatos & puſillæ cõplexionis μικρόφυκτοι, id eſt, microphycti & micropſychi voces potius ad corpus, quàm ad animum rẽferẽdas cõtẽderim. Pli. tamen ad animum potius quàm ad corpus rettulit, quòd, puto, ety mõ ita poſtulet. Nam ψυχὴ, id eſt, pſyche anima dicitur, hinc micropſychia puſillanimitas, ſed hoc paruum eſt: quare ad alia recurrendum: meminimus enim aquæ mulſę, id eſt, hydromelis, item & mulſi, lib. xiiii, hoc eſt, quare hic nõ immorandum cenſuerim.

Microſpſichi.

ADNEXA CAERA EST, &c. Cæram quam græcorum peritiſſimi Cęrõ vocãt, cõſtat medicæ dotis visque nõ eſſe expertem. Maturãdi enim abſtergendique vires habet: cuius ita non minus ſcitè quàm feſtiuiter meminit Dioſcorides, libro ſecundo. Probatiſſima cæra quę mediocriter ruffa & leniter pinguis eſt, odorata: cum mellis aliquo halitu, & pura. Nationibus probatur põtica, & cretica. Quę matura exalbida pinguisque fuerit, cæra ſecundæ bonitatis probationem habet. Habet omnis cæra calefaciendi vim: mollit mediocriter expletque, & cõtra inteſtinorum tormina in ſorbitiones additur, ſumpti etiam milij magnitudine, decem cæræ grumi in caſeum coagulati lac nutricum prohibẽt, hęc Dioſco. ad quem alluſit hic Pli. quando ait:

Ceræ vis.

ADVERSATVR LACTIS NATVRAE, &c.

CAPVT. XXV.

IMPRIMIS SAPIENTISSIMA, &c. Frugum quæ edendo ſunt medicas vires dicturus à ſiligine auſpicatur, quę tritici genus, vt docuimus ſuperioribus. Non caret & Triticũ medicina: cuius genus eſt duplex authore Dioſco. libro ſecundo. Probatiſſimum, inquit, in ſecũda valetudine ſanis corporibus in vſu triticum eſt recens, quodquòd luteo eſt colore, Laudatur poſt hoc trimeſtre. Qui fit ex ſimilagine panis nutriẽdo magis eo eſt, à quo nihil excuſſum in cri

Triticũ medicina.

bro fuerit,

bro fuerit, Eiusdem trimestris tritici farina cum apollinaris herbæ succo, cõtra intestinorum inflationes vtiliter illinitur, & id genus multa.

Olyra. OLYRAM, &c. Theophra. cõgenerem tritico olyrã esse testatus, semen eius antiquiores græci figura inter triticeum & hordeaceum tradiderunt, haud defuerũt qui ausi fint: siligini similem asseuerare. Siligo tamen secundæ conditionis triticum est, vt cõijcere licet verbis Columellæ: cuius verba hæc sunt. Tritici genera plura cognouimus, verùm ex ijs maximè serendum est, quod robus dicitur, **Siligo.** quoniã põdere & nitore prẹstat. Secunda cõditio est habẽda siliginis, cuius species in pane prẹcipua põdere deficitur. Diosco. lib. ii. Olyrã esse ex eodem genere sicut zea sit. Quod Pli. hic Atharam vocat: ea est sorbitio liquidiori pulticulẹ similis, inflãtibus peraccõmoda, pulticulã iure dixeris hãc. Paulus Aeginita, lib. vi. eadẽ, **Zea.** memoriæ mãdauit. ZEA QVAM, &c. Zeam alij semen vocant, duo sunt genera zeẹ, alterum simplex & vnius tãtum grani, alterũ quod dicoccum vocant, id est, duplicis grani. Nutrit magis quàm hordeum, suauis est in cibo, authore Diosco Theophrastus similem tritico facit: hanc frugem speltã vocant nunc huius abundè Theophra. octauo de plãtarum historia, de qua à nobis alubi actũ est.

Aera. Aerina, Farina ex æra, id est, lolio. Diosco. farinam lolij vlcera quẹ serpũt exedũtque cum sale & raphanis impositã cõpescere, ait, libro secundo. Feras impetigines lepras'que cum vino & sulphuræ admixto aceto sanare. Cũ colũbino fimo lini que **Puls.** semine in vino coctã strumas deijcere, & cõtra dolores coxẽdicis emplastri modo positam, in aqua mulsa decoctam. PVLTE CORPVS, &c. Id est, crimno: puls mirificè nutrit, sed difficile in stomacho cõficitur, quẹ ex zea facta est puls maiore vi in reprimenda aluo est. Fiebat enim antiquitus ex hordeo: quod vox **Crithos** Crimnõ indicat dicta ἀπὸ τοῦ κριθοῦ, id est, ab hordeo. Paulus Aegi. mirifice nutrire, **Alica.** libro sexto scriptum reliquit. ALICA RES ROMANA EST, Græci alicam χόνδρον, id est, chondron, vocant: fit authore Dioscori. libro secundo ex zea, efficatior est in nutriendo quàm oriza: aluum magis adstringit, stomacho'que magis cõmodata, In aceto cocta ex eo inuncta alica lepras tollit, scabros pellit vngues, abscessus oculorum sanat: contra intestinorum tormina clystere infunditur.

PANICVM DIOCLES, &c. Panicum alij Elymon vocant, numeratur inter frumentacea. estque simile milio, minus tamen quàm milium nutrit, & adstringit, authore Diosco. Theophr. Panicum Melinem, siue melinõ vocat. Subdit **Sesama** deinde Plinius. SESAMA TRITA IN OVO, &c. Sesamum stomacho nocere Diosco. lib. ii. scriptum reliquit. Facere'que grauitatem spiritus, prodesse auribus inflammatis contusis'que: nec minus ambustis, morsibus stelliomum subuenire. Cum rosaceo dolores capitis à solis æstu factos lenit. Fit ex eo oleũ quo Aegyptij vtuntur, hẹc Diosco. Subdit Plinius.

SESAMOIDES A SIMILITVDINE, &c. Duplex genus etiã Dioscori. fecit: maius quomodo antyciricum vocauit folia longa, habens florem candidum, radicem gracilem inefficacẽque, semẽ sesamo simile, gustu amarum: purgat superiorem ventriculum semen id, põdere quãtum tribus digitis capi possit, pituitam bilem'que educit. Paulus Aeginita huius rei ita meminit σησαμοειδὲς τὸ μέγα ὅπερ ἐν ἀντικύρους ἐλλέβορος ὠνόμασαι διὰ τὸ ὁμοίως ἐλλεβόρῳ καθαίρειν αὐτοῦ τὸ σπέρμα, quẹ significant latine. Sesamoides maius quod palàm elleborus nominatur, quia eius semen pariter elleboro purgat. Minus autem sesamoides nasci asperis locis Diosco. prodit, semen eius cum aqua mulsa pituitam educit. Cẹterò expendendũ hic male legi, quod sequitur. GRANVM SESAMAE DATVR IN VINO DVLCI AD DETRACTIONES, &c. Legerim non sesamæ vt passim legitur, sed Sesamoides, vt lectio Diosco. indicat.

HORDEVM

HORDEVM OPTIMVM, &c. Hordeum quod græci chrithen, id est, χρίθην vocāt candidissimum, laudabilius est, quod significauit cum Homerus, tum Dioscorides libro secundo, minus nutriendo quàm triticum hordeum est. Hordeacea ptisana ad acrimonias omnes, faucium asperitates & exulcerationes, quibus & triticea accommodata est, maiore in nutriendo & adciendam vrinā potestate. Proritat & lac hordeacea ptisana, cum fœniculi semine cocta & in sorbitione data, vrinam euocat, abstergit, tumores præter hęc etiam maturat, farina hordeacea discutit cum fico & aqua mulsa elixa tumores omnes & collectiones, cum pice & resina, & columbino fimo durities mollit. Expressus cum aqua hordeaceæ farinę succus, mox cum pice & oleo coctus suppurationes adiuuat, ipsa farina cum myrti baccis vino'que aluí fluores compescit, vt scriptū reliquit Dioscorides. Hic non obfuerit annotasse farinam hordeaceam dici græcis non solum ἄλφιτον, id est, alphiton: sed ὠμήλυσιν, id est omelysin. AMYLON HEBETAT OCVLOS, &c. Amylum dictum sic est, quòd sine mola conficiatur, probatissimum quod ex trimesti tritico cōficitur, natione creticum aut ægyptium, vt prodidit memorię Dioscorides libro secundo. Cōficitur ex trimesti tritico hoc modo. Madescit triticum quinquies in die aqua mutata, etiam si fieri potest nocte, cum autem incœperit tenerescere sensim: oportet aquam deplere: ne simul quod quæritur ex tritico vtile defluat. Cum deinde emolitum penitus teneritudinem contraxerit depleta aqua pedibus calcandum, mox superinfusa iterum aqua, calcandum iterum est. Postremò qui superna tabunt cribro furfures excipiendi, & quod superest furfuribus purgatum per collum traiectum quàm primum in tegulis nouis sub ardentissimo sole densandum. Hoc valet ad oculorum distillationes eorum'que pustulas. Sistit sanguinis excreationes, lenit faucium vitia, obsoniis item miscetur & lacti, hæc ex Dioscoride.

Hordeū

Amylū

QVIN ET AVENAE FARINA, &c. Haud medico vsu caret auena, quod græcè αἰγίλωψ, id est ægylops dicitur, quibusdam bromon. Sunt tamen qui inter bromon & auenam dissidentiam ponant aliquam: alterā in frugum, alteram in herbarum genere discrimina ponentes, toto enim genere et partium notarum'que differunt, culmum enim habet auena, bromon verò est herbula. Credendum igitur bromon ab ægylope aliud esse, nam Paulus Aeginita seorsum de vtra libro sexto agit, & vtrique quæ sua sunt assignat. Farinam auenæ si ex ea puls fiat, tussientibus prodesse tradit. Cæterum Paulus Aeginita bromon similem hordeo viribus testatus est. Aegilope verò discutiendi vim habere, quibus facile coniectu duo hæc esse diuersi effectus, item notæ diuersę: bromon ergo iure frugē id est auenam appellaris. Aegilopa verò inter herbas numeraueris. A Theophrasto tamen ægylops nihil esse videtur, quàm auena. Quæ enim de ægylope ab eo octauo plantarum, & quinto de causis hæc sunt. Sed proprium hoc bulbi est non nasci simul ex totis seminibus, sed alteram eius partem eodem, alteram sequenti anno qualem ægylopem dicūt & loton. Verba cuius mutuauit Plinius libro. xxi. capite. xvii. quando ait. Mirum loton herbam & ægylopa non nisi post annum è semine nasci. Pli. tamen nunc frugis genus facit ægylopa, nunc festucæ, quæ miro legentes modo perturbant, quare suspicari licet ægylopa frugem auenam esse, Gale. est sententia hæc de ægylopa, auenā significans libro. i. alimētorū. In triticea & hordeacea fruge cum impedimento aliquo infœliciter egerit in loliū alterū, alterū in ægylopē sępe mutari, quod passim in re rustica iactatur. Iudicēt nūc legētes pro suo captu de ægylope et auena. PANIS IPSE QVO VIVITVR, &c. Tot ferme panis genera esse quot fruges cōstat, & quot gētes, quot ganeæ, tā varie disciplina panificii cōstāte. Post eñ farinā furfures sūt, quorū duplex & gen⁹ & di-

Auena.

Furfur.

ſcrimen: alterum quod craſſioribus ramentis, alterum quod tenuioribus, ex his fieri panem conſtat: item ex farina excuſſa cribro, triticeo primas partes aſſignarunt veteres, quem & Paulus Aeginita ſiligineum vocat, quòd ex ſiligine, quæ omnium tritici generum firmiſſima eſt conficeretur: poſt hunc ex ſimilagine quē ipſe vocat σεμιδάλιτιν, id eſt ſemidalitē: & tertium genus, quod Galenus συγκομιστὸν & ab eodem Celſo. αὐτόπυρος, id eſt panis, in quo ipſum totum eſt triticum: συγκομιστὸς verò, id eſt ſyncomiſtos: ſignificat panem in quem omnia ſimul ex tritico collata ſunt. Cibarius item panis à Celſo dicitur, quem putarim eſſe eum quem Paulus Aeginita ῥύπαρον, id eſt rhyparon vocat, quod eſt ſordidum, ſiue furfuraceum: quem & appellauerimus πιτυρίαν. Subdit Plinius.

Faba. QVI VOCATVR ANTOPYROS, &c. Id eſt conſtans ex ipſo toto tritico, vt diximus. AVXILIATVR ET FABA &c. Faba quæ græcè κύαμος, id eſt cyamos dicitur non vacat medica dote. Etſi pythagoricum dogma ea veſci nos prohibeat, ventrem inflare fatendum eſt, ac ægrè concoqui, ſed ecce, quid præter hoc præſtet. Decocta cum cortice ſuo in aceto tormina inteſtinorum ſedat in cibo ſumpta, prodeſt eadem cœliacis, vtilis eſt contra vomitiones, minus inflat authore Dioſco. diffuſa in coquendo priore aqua: viridis faba ſtomacho nocet inflatque, farina eius per ſe et cum polenta vulnerum inflammationes mitigat illita, cicatrices ad colorem reducit. In mammis lac coagulari prohibet: vino eadem macerata oculorum ſuffuſionibus medetur: tinguntur fabarum decocto lanæ. Subdit Plinius. NAN'QVE SOLIDA, &c. Hoc eſt faba cum ſua cute, corio, grano, ſemine. Solida enim ſic intelligi debet, vt differat à freſa. LOMENTO QVO'QVE, &c. Farina fabæ.

Fabalia. FABALIVM, &c. Fabalia, fabarum frutices, ſiliquæque.

LENS OPTIMA, &c. Paulus Aeginita libro ſexto, totum corpus lentis ſiccare & aluum ſiſtere. Cibū lentis oculorum aciem hebetare Dioſc. lib. ii. ſcriptum reliquit, ac ægrè concoqui cum ſuo cortice aluum compeſcere: adſtringendi enim vis eſt lenti, grauia & tumultuoſa inſomnia facit lens: neruis, pulmoni inimica. Podagræ dolores lens decocta lenit, & cum polēta emplaſtri modo impoſita cruſtas erumpit & vlcera purgat. Quinetiam in aceto decocta, durities & ſtrumas diſcutit, prohibet ne mammis lac coagulari poſſit, ex Dioſco. penu, ad quē penitus applauſit hic Pli. ELELISPHACON GRAECE, &c. Apuleius eo libello quem de vi herbarum quarundam poſteris legendum reliquit ſaluiam etiam eleliſphacon vocat, item varijs alijs nominibus, quæ ne longiores ſimus omittamus. Dioſcorides tuſſilaginem quibuſdam dici aliſphacon, alijs ſphagnon teſtatus libro tertio. Non dignum omiſſū quod Apuleius eo quo diximus loco, genitalium prurigines decocto foliorum ramulorumque ſaluię finiri memorię mandauit. Theophra. libro ſexto plantarum huius abundè meminit, & Dioſco. libro. iii. ſed de hoc loco ſuo agetur. CICER SYLVESTRE, &c.

Cicer. Cicer, authore Paulo Aeginita, ſoluit aluum, is libro primo plura eſſe genera ciceris innuiſſe videtur, necnon & ipſe Theophra. libro de hiſtoria plātarum nono, inquiens. Differentiæ cicerum plures, magnitudine, figura, colore, & ſapore &c. de quibus libro. xviii. abundè differuiſſe videmur. Paulus Aeginita ſemen augere cicer teſtatus, eo quo diximus loco. Quod & Galenus ſexto ſimplicium tradit, græci ἐρέβινθον, id eſt erebinthon cicer vocitat. Eſt & genus ciceris, quod Plinius vocat hic arietinum, cuius vel meminit Dioſcorides libro ſecundo, his verbis. Arietinum cicer appellatum, datur ad ciendas vrinas, cum roſmarino decoctum contra fellis ſuffuſiones & hydropiſin, renes tamen & exulceratam veſicam lædunt. Coctum cicer cum eruo teſtium inflammationes ſanat, cum hordeo verò aut melle,

contra

contra scabies, impetigines & mala vlcera valet: ad quæ omnia allusit hic Plinius.

DE (ait Plinius) ERVO QVAEDAM, &c. Eruum quod græci ὄροβον, id est orobon vocant, efficax ad multa dicitur. Paulus Aeginita contra hominis morsum, qui venenosus est eruum conferre testatus. Dioscorides eruum capiti in cibo sumptum officere, aluum turbare, sanguinem cum vrina educere ait: coctū tamen boues saginare, farina eius lentigines & faciei maculas erugat: sistit eadē vlcera quæ pascendo serpunt, mammarum durities mollit, carbunculos rumpit, prurigines compescit. Eruū. Orobō.

ATROPHA APPELLATA, &c. Qui enim non nutriuntur, & si eos constet edere, ἄτροφοι, id est atrophi dicuntur. Quoties enim non alitur homo, & naturaliter semper aliquibus decentibus, nullis verò in eorum locum subeūtibus, summa macies oritur quam duobus modis veteres fieri dixerunt, aut cum aliquis fastidiens minus, aut auiditate nimia plusquàm debet, assumit: ita quòd vel deest infirmat: vel quòd superat corrumpitur, hocque mali genus græcè ἀτροφία dicitur, & in eo constitutos græci ἀτρόφους, id est atrophos dixerunt, latini cibum non sentientes. Celsus libro tertio genus tabis esse prodit, & atrophia in oculis dicitur etiam. Galenus in sua Isagoge ait esse, quoties ex longa valetudine, aut incerta aliqua causa oculus, quasi à sede sua motus, mox subsidēs, excitato in radicibus eius dolore minor fit & parum videt. atrophi Atrophia.

LVPINI QVOQVE, &c. Lupinum lumbricos necare pellere'que prodit Dioscorides, decoctum lupinorum cum pipere & ruta contra eosdē valet: vlcera hoc decocto fouentur vtiliter, ipsum etiam decoctum pellit fœtus, & menses. Lupinorum farina purgat faciem, liuores'que omnes. Cum polenta lenit inflammationes, panos'que mitigat: lupini elixi & illiti strumas discutiunt, carbunculos rumpunt, triti cum aceto cibi auiditatem excitat. Subnectit Plinius. Lupin⁹.

IRIONEM INTER FRVGES, &c. Irionis historiam ancipiti sensu classicorum authorum tractatam conijcio, nam quidam inter fruges, alij inter olera irionem collocant, inter fruges Theophra. & Pli. inter olera Paul. Aeginit. ponentibus. Frugem esse Theophrastus libro de historia plantarum nono, docet his verbis. Aestiuarum autem milij scilicet & panici caulis harundinaceus siue culmus est. Sesami verò & erysimi ferulaceus. Ex quibus ratiocinari licet in censu frugum irionem numerari iure posse, & ex culmo inter olera non posse, quare Plinius Theophrasti dogma sequens libro. xviii. capite septimo, irionem inter fruges numerauit. Contra non in eam pedibus it sententiam Dioscorides, nec Paulus Aeginita ille libro secundo hic primo testantes olerum genus irionem, magna inter graues authores discrepantia. Contenderim tamen Theophrasti & Plinij assertionem sequendam. Cæterò vt ad medicas vires decurramus. Semina irionis bibi vtiliter contra venena letalia, Dioscorides libro secundo tradit, eadem valent cōtra testium inflammationes, & mammarum, emplastri modo imposita, extenuant calefaciunt'que, distillationibus vtilia sunt, vt Dioscoridis lectio docet: cui hic Plin. astipulari videtur. Irio.

ORMINIVM SYLVESTRI, &c. Orminium herba, folijs marrubio similibus, caulem habens quadrangulum: hoc satiuum est, syluestre verò rotundum semen habet, satiuum autem diuersum, id est oblongum & nigrum. Dioscorides libro tertio, semen ad venerem ciendam prodesse scribit, si cum vino potetur, id cum melle purgat albugines oculorum, vlcera'que cum aqua modo emplastri impositū tumores discutit, & surculos extrahit. Quinetiam herba ipsa eodem modo imposita idem præstat. Theophrastus frugum generi adiungit hoc, eum'que sequens Plinius libro decimooctauo, capite decimo & septimo, item & hoc loco. Ormi-nium.

DODRANTALI ALTITVDINE, &c. Cubitali altitudine

Loliū. ❧ INFOELIX DICTVM A VERG. LOLIVM, &c. Loliū quod ęra dicitur, & si ab Homero Mantuano inter fruges dicatur lolium, fœlicia quædā tamen præstat mortalibus. Infœlix, ait Vergilius, lolium et steriles dominātur auenæ Ex hac fruge fit farina, quæ compescit vlcera pascendo serpentia, id est phagædenas. Gangrenas eadem mitigat, & impetigines & lepras cum sale & raphanis emplastri modo imposita, cum vino & colūbino fimo linique semine cocta, strumas discutit: adiuuat conceptus cum bitumine aut myrrha, aut croco incensa suffitu.

Orobāche. ❧ OROBANCHEN APPELLAVIMVS, &c. Alij nunc erui anginam vocant. Est enim orobanche cauliculus semipedalis aliquando maior, rubens, pinguis, hirsutus, tener, & sine folijs Radix illi digitali crassitudine, creditur inter legumina nata orobanche, ea'que strangulare, vnde & nomen, estur oleris modo per se, asparagi modo decocta. Theophrastus octauo de historia plantarum, & quinto de causis, inter nocentes plantas numerat orobāchen, quòd legumina cirris suis circumligando necet. Pli. hic hanc etiam cynomorion vocat, à similitudine genitalis canis. Cæterò paulò superius legitur. ❧ IN CACVMINIBVS DEPENDENTES PARVVLAS VELVT LOCVSTAS HABERE, &c. Ego non locustas vt passim legitur, lego. Est enim mihi codex vetustissimus manu exaratus, vbi legitur aristas: quod conuenit lectioni Dioscoridis de ægylope libro quarto differentis. Sunt qui legant lobas,

Loba. aduerte lobam vocari milij panici, & id genus racemum: nec iuuabit aliquem locustam dixisse accipi pro summitate germinum. Legerim igitur lobas, vel aristas.

Zithū. Subdit Plinius. ❧ ZYTHVM IN AEGYPTO, &c. Vetus dogma ex frugibus fieri pocula est, quorum ad ebrietatem non minor quàm vini etiam vis, nec nostra ætas eadem sibi parare his locis desueuit quibus negata vina. Zyth⁹ quondam fuit, qui ex hordeacea fruge madida, fieret. Diodorus Siculus cōfectionis huius etiam in gentium historia meminit, item & vt diximus libro .xiiii. Columella hoc carmine. Iam siseri assyrio'que venit quæ semine radix, Secta'que præbetur madida saciata lupino, Vt pelusiaci proritet pocula zithi. Zythus habet acrimoniam quandam, quoniam ex corruptione factus, frigidus, quoniam acorem habet, ideo'que mali succi testantur eruditiores. Ciet vrinam zythus, renes & neruos lædit, inflationes excitat, & malos in corpore humores, vt scriptum reliquit Dioscorides libro secundo, qui confi cere et alia pocula ex fruge occidētalem gentem asserit, Hiberiam scilicet, Britaniam.

❧ Commentariorum in Vigesimumsecundum Plinij Secundi, Naturalis historiæ, scriptoris argutissimi,

❧ FINIS. ❧

IN VICESIMVM TERTIVM PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE, ARGVTISSIMI SCRIPTORIS LIBRVM, STEPHANI AQVAEI BITVRICENSIS, VIRI AEQVESTRIS, COMMENTARIA.

PERACTA CAEREALIVM QVOQVE, &c. Vbertim rerum satiuarum ac eorum quę ad cibi vsum pertinent dote medica enucleata, decenti censura nunc vitiũ medicos effectus auspicatur. Creduntur profectò iure alteram humanæ vitę partem necessitatem'que vites explere, quarum genera libro. xiiii. à nobis monstrata sunt. & quãuis viniferę vitis quam græci ἄμπελον οἰνοφόρον, id est vitiferam vitem dicunt plura esse genera constet: sunt & alia quæ sponte sua & sine hominis cultura nascuntur, medicinæ tantum inseruientia, quæ similitudinem aliqua gentium adoptione in nomen vitium vites receptæ sunt, quare cum Pli. ait. Ne'que vt tellus omnia per labores, aranda tauris, teren da areis &c. De sponte nascentibus vitium generibus, vitiũ inquã nomine, & nõ viniferarũ intelligit, de quibus particulatim agendũ est. CAEREALIVM. Cerealia. Cærealia quæ ad cærerem pertinent, hinc arma cærealia apud Verg. pro instrumẽtis quibus panis tractatur, quare cærealia quæ ad sationem spectãt, & quæ ad vsum cæreris. Sacrificia etiam deæ illius dicebantur, quæ alio verbo temosphoria.

NON CESSIT HIS POMONA, &c. Dea pomorum non cessit cęrealibus. Pomona, pomorum dea dicitur, hoc est omnium fructuum esui aptorum, siue mollium siue durorum. Pomona. PENDENTIBVS, &c, Sequentibus, id est vitibus, & his quæ hic tractanda sunt. IIS QVAE LONGIVS AB COELO ABESSENT, &c. Hoc est plantis, è quibus cibus homini primo fuit, vt diximus. PASCIQVE, &c. Perinde ac si dicat mortales sine fruge viuere, quòd tot herbæ, holera, & id genus sint humano esui peraccommoda, adeò vt absque frugibus vi ctitari possit. IMPRIMIS DEDIT, &c. Pomona imprimis vitibus artes & etiam effectus medicos dedit, vt videbimus. EGO SVCCVM VINI, &c. Hic non vitem sed pomonam puta colloqui, vitis enim nõ palmas nec plures varietates gignit, quæ certè (de vinifera intelligo,) hominis cultura semper indiget, sicuti tellus, sed pomona quæ omnium fructuum domina genuit suos flores plantis adhærentes, gignit poma, gignit flores, gignit varietates penè innumeras, quæ nulla humana cura, cultura've egent, Scite etiam de vitibus syluestribus intelligi potest, non de domesticis.

FOLIO VITIUM ET PAMPIMO, &c. Folia profectò vitis concisa emplastri modo imposita, capitis dolores, & stomachi inflammationes cũ polenta Diosco. lenire scribit libro. v. Celsus folia vitium aqua frigida tincta prius, magnis stomachi ardoribus modo emplastri imposita prodesse, item peste laborãtibus memoriæ mandauit libro tertio. Habent enim folia vitis vim refrigerandi, adstringendi'que. Potus qui ex his expressus fuerit succus, intestinorum tormininb' cruentis sputis, cibum in stomacho non continentibus, prægnantium fastidijs, varijs'que et absurdis rerum in cibo earum appetitibus succurrit. Gummi autem earũ lachryma calculos pellit, impetigines tollit: oportet tamen locum antea confricasse. Sarmentorum cinis luxatis, idem & viperarum morsibus opitulatur, cum rosaceo & ruta: lienis inflammationibus emplastri modo impositus medetur, hæc Diosco. à cuius riuulis hęc omnia Pli. videtur expilasse.

Vitis medicina.

INTETRIGINES, &c. Mala quando membra simul interteruntur & confricantur, potissimum sudore.

Intetrigo.

CLAVICVLAE, &c. Capreoli, id est colliculi intorti in vitibus, græci capreolum: helicen vocãt.

Clauiculæ.

OMPHACIVM AQVA FIERET, &c. De hoc iam egimus, superest medicam vim referre, illud enim vt scripsit quã scitissimè Diosc. libro. v. probabilius est omphacium, quod fuluo erit colore, egregiẽ adstringens & linguam erodens. Tonsillis vuę, oris vlceribus, diffluentibus humore gingiuis, et purulentis auribus cum melle, passo've prodest. Cum aceto autem fistulis vetustis, vlceribus & his quæ pascendo serpunt. Clystere infunditur contra intestinorum tormina, cõtra'que muliebres fœminarum fluctiones, facit omphaciũ ad oculorum claritatem, scabris genis, & angulorum in oculis erosionibus vtile est, & id genus multa. Diosc. eo quo diximus loco, cuius assensui Pli. astipulatus est hic.

Omphacium.

OMPHACIO COHAERET OENANTHAE, &c. Diximus œnanthẽ florem labruscæ vitis medicis esse solum, illius enim flore solum antiqui medicę professores vsi sunt. Nascitur probatissima in Syria, Sicilia, & Phœnice, adstringendi vis illi natura est, ea propter stomacho vtiliter bibitur, vrinam cit; aluum sistens, & sanguinis excreatus, inspergitur odori capitis ex aceto rosaceo, viridis pariter at'que sicca imponitur eadem emplastri modo ad arcendas cruentorum vulnerum inflammationes, & incipientes oculorum fistulas, imponitur oris vlceribus, & his quæ in genitalibus pascendo serpunt, pessulis etiam additur ad coercendum fœminarum sanguinem. Contra oculorum distillationes & stomachi ardores, cum vino hordeacea'que polenta emplastri modo imponitur, eadem diffluentes gingiuas sanat, vt author est Dioscorides libro quinto. Paulus etiam Aeginita meminit hujus rei quando ait. ὁδὲ Διοσκουρίδης ἑτέραν ὑπογραφῇ ταύτῃ, quod est. Dioscorides autem aliam describit œnanthen contrarias huic vires habentem, ideo'que secũdis, stillicidio vesicę, & fellis suffusionibus eã mederi ait. MASSARIS TANTVM, &c. De hac egimus libro. xii. cap. vltimo.

CAPVT .I.

MATVRESCENTIVM, &c. Non sunt vuæ energiæ medicæ exortes, nam ad multos mortalium vsus pollere tradunt authores, in quorum albo Dioscor. non vulgaris ac plæbeiæ authoritatis author est, innumeras dotes vuis assignans, & quaspiam etiamnum noxas: vuam enim ventrem turbare, si recens sumatur scriptum reliquit, libro quinto; innocentiorem verò siccam asseuerans vuã, & eam quæ pependerit diu, stomacho ea commoda est, appetentiã

cibi reuocat,

cibi reuocat: vtilis est, quibus est corpus infirmũ. Ollares in vinaceis seruatas vuas in cibo quidem & ori suaues gratas'que esse memoriæ mãdauit, vesicã tamen & caput infestare, sanguinẽ expuentibus vtiles, seruari idem passas in cœlesti aqua exiguo vino, vt vinosæ fiant, siticulosis, ardentibus, & diutinis febribus vtiles, intestinorum torminibus, cœliacis, fœminarum fluctionibus, earum decoctum confert: vinaceorum etiam nuclei adstringẽdi vim habent, stomacho'que vtiles sunt frixi, idem triti & pro polenta emplastri modo impositi intestinorum torminibus, cœliacis, & stomachi resolutionibus medentur. Cæterò qui plura de his volet, adeat Dioscoridem, à cuius fonticulis hæc quę Pli. ait hic, deprompta sunt. vuarum passarum cõfectionis meminimus, lib. xiiii. quare hic nihil agetur. Vuarũ vis.

VVAE THERIACAE: De hac, libro. xiiii.

ASTAPHISAGRIA SIVE STAPHIS, &c. Staphida syluestrẽ vuã passam græci solent vocitare, latini verò vuã taminiam: & paulò tritius herbã pedicularem, alij pituitariã. Est profectò proprie astaphis vua passa, ex cuius similitudine hæc syluestri tãtum habitu ab ea discreta est, & quia pediculos occidit, pedicularem vocarunt, & pituitariam, quòd pituitam vehemẽter educat. Pli. Astaphisagriæ, libro. xxvi. etiã meminit, ca. xiiii. describens vires vuæ taminiæ, quæ enim staphisagriæ sunt, taminiæ vuę ascribit: quare nec facile est eius placita cõferre, nã hic falso dici vuã taminiã Astaphida testatur, & tamen æquas viribus facit. Cæterò vt effectus medicos referamus Diosco. habere grana eius trita cum mulsa aqua numero decem aut quindecim potestatem vomitoriam memorię mãdauit. Trita eadem cõtra morbum pedicularem, quẽ phthiriasin vocant valere, In aceto elixa cõtra dolorem dentium pręsenti remedio esse. Trahere pituitam etiamnum testatus, lib. iiii. Astaphis.

AMPELOS AGRIA, ἄμπελον ἀγρίαν, id est, ampelon agrian: græca lingua vitem syluestrem nuncupat. Expendendum hic, hanc vitem non eam esse quã vocitant labruscam, & si nomen syluestris vitis sibi asciuerit, illa enim sola cõsitionis priuatione à reliquo genere vitiũ differt, hæc enim, id est, ampelos agria, quoniã similitudine fertur racemosi fructus & viticularum, inter vites numeratur à Plinio: vtra'que enim ampelos agria dicitur: quare Plini[9] causam nominum interdum potius, quàm rerum rationem sequens his vocibus vtitur, & bis diuersis locis de eadem syluestri hac vite agit: hic videlicet: & inter vites. xxvii. verò capite. vii. inter herbas, ampelos agria profectò non iure numerari debet inter vites: sed nominis ratione potius, quàm rei, ita in vitium numero censenda est. Nã theophrastus nono plãtarum inter peucedanum daucum, dracũculũ, herbas, hæc vitis numeratur, & non inter vites: cuius verba hæc sunt: θερμαντικὸν δὲ καὶ δριμὺ καὶ ἡ τῆς ἀμπέλου τῆς ἀγρίας ἡ ῥίζα διὸ καὶ εἰς φίλωθρον χρήσιμον καὶ ἐφηλίδας ἀπάγειν ὁ δὲ καρπὸς φιλοῦσι τὰ δέρματα τέμνεται δὲ πᾶσαν ὥραν ὀπώρας δὲ μάλιστα: quorum si quis velit sensum, hic est. Calefacit acris'que est & syluestris vitis radix, eã'que ob causam depilando est & cutis aspredines exterit, fructu depilantur coria. Ceditur quo'que quocũ'que tempore, sed pręcipuè autumno, hęc ille. Cęterò Dioscorides, cui hic astipulatur Pli. de hac vite agit. Lõgas ampelos agria viticulas modo vitis vinum ferentis mittit, lignosas, asperas, rimosi corticis folia hortensi solano similia habens, fructum mittit exiguis vuis similem cum maturescit rubentem. Rotũda & in orbem circũacta acinis eius figura est. Radix eius datur contra hydropisin, datur decocta in vino coo, acini eius repurgant asperam, ceu à sole discolorem cutẽ, omnes'que alias maculas. Condiuntur sale ramuli eius & seruantur ad cibos. Ampelos agria.

VVAM GRAECI AMPELOLEVCEN, &c. ἀμπελολεύκην, id est, ampeloleuce vitis est alba, similis vitibus ferè viniferis, spinas & aculeatos frutices in spinis alligans, quod liquido monstrauit Colu. quando cecinit

, Quæque tuas audax imitatur nysia vites
, Nec meruit sentes, nam vepribus improba surgens
, Archadas indomitas'que bryonias alligat vlmos.

Ophiostaphilis. Psilothron. Paulus Aegini. libro primo, germina huius vitis stomacho grata scriptum reliquit, nunc passim vocitāt hanc brioniā albam, hæc varijs nominibus dicitur Ophiostaphylis, id est, vua anguina. Item psilothron, id est, pillos euellens, folia brioniæ huius cum sale putrescentibus vlceribus conferunt imposita modo emplastri. Radix ait Diosco. lib. iiii. cutem repurgat erugat'que Lentigines & cicatrices nigras cū eruo & fœnugræco emēdat, delet suggillata & digitorum pterygia cōpescit, inflationes discutit, & abscessus erumpit, Trita fracta ossa extrahit. Datur comitialibus bibenda drachmæ pondere quottidiè ad annum, datur attonitis. Fœtus eadem in vtero necat, secundas extrahit, pota vrinā ducit Eclegma ex ea cum melle tussientibus prodest & suspiriosis, datur in dolore laterum, Lienē minuit, trium obolorum pondere triginta diebus cum aceto pota: succus facit lactis abundantiā: & id genus multa Diosco. cui Pli. applausit hic.

Nigra Brionia. ALIA VERO NIGRA, &c. Est & nigra brionia: quam nōnulli vitem chironiā vocāt: habet folia similia hederæ, vt scriptum reliquit Dioscori. lib. iiii. Fructus illi racemosus est, à principio viridis, cum verò maturuit niger. Radix foris nigra, buxei coloris intus. Huius enim caules in prima germinatione olerū modo in vsu sunt, menses & vrinam educentes, minuentes'que lienem. Comitialibus vertiginosis prosunt, hęc de vite nigra. deinde paulò mox subiungit Diosco. faciūt ad iumentorum ceruices, cū exulceratę fuerint nigrę brionię folia, in quem vsum ex vino emplastri modo imponuntur. Item & luxatis. Porrò expendēdum hic plures authores pares vtrius'que brioniæ vires dixisse, ob id Paulus Aeginita ait, Nigras cicatrices delet brioniæ radix albæ & nigræ in oleo decoctę, &c.

Mangonizat. MANGONIZAT CORPORA, Polit, erugat, cōponit & vendibiliora laudabiliora'que facit. porrò, quod Pli. hic Chironiam vocat: putarim ita dictum à Chirone peritissimo medicinæ, qui iumentorum vlceribus ex ea primo mederi inuenerit. Musti vis. MVSTA, &c. Vitium medicis dotibus adfabre promulgatis, vini nunc miros effectus pandit. Mustum omne stomacho afferēs inutile, quod & Diosco. libro quinto memoriæ mandauit. Neruos, ait, & sensoria alia vetusta vina lædunt, Gustu tamen iucundiora sunt, Inflat nouum, ægre cōcoquitur, grauia & tumultuosa insomnia facit, vrinā'que magis pellit. Digeritur facile albū, tenuè & stomacho est accōmodatum. Crassum, nigrum est, & ægre cōcoquitur, facit idē ebrietatem & corpus auget. Subdit Pli. A BALNEIS, &c. Post balnea diximus, lib. xiiii. Vinum lætale. FALERNVM, &c. Huius ita meminit. Quod in Italię primam bonitatis æstimationē habet phalernon ab incolis vocatur: in vetustate sua cōcoctionem magnopere adiuuat excitantur eo venarū pulsus, aluum sistit: accōmodatum stomacho est: vesicæ inutile, ac hebetibus oculis. Albanum phalerno crassius est, stomacho nocet, aluum mollit: concoctionem nō adeò adiuuat. Dulce cæcubum est Albano crassius, corpus cum amabili coloris bonitate auget: concoctionem tamen impedit Austerum præcipuè surrentinum est: hęc ille. IN LACVBVS, In prælis. VINVM IEIVNOS, &c.

Ad procinctum tēdere. Quia hoc à Tiberio inuentum, vt vidimus. xiiii. libro. AD PROCINCTVM TENDENTIBVS, Ad præparationem expeditionem'que aliquam tendentibus. MARMORE ENIM & Gypso, &c.

Vinum gypsatum. Diosco. gypsatum vinum vesicæ & capiti inutile scriptum reliquit: contra tamē venena cunctis alijs vtilius. Quæ pice picearum'que resina condita fuerint vina, calefaciendi vim habent & concoctionem adiuuant, sed sanguinem expuentibus

inutilia,

inutilia, hæc ex Diosco. promptarijs: qui cumulatissimè de his disserit eo quo diximus loco. VELVTI E NAPIS, &c. Diosco. ita vinum ex napis conficere docet. Tūdito naporū drachmas duas & in musti sextarios quatuor demittito, Vtile hoc cibum in stomacho nō cōtinentibus: armorum'que & equitandi multo labore defatigatis. ET PALMEVM, Dolores capitis etiam Diosco. facere vinum palmeum testatur, esse'que distillationibus vtile, id adstringere, cæliacis prodesse. ACETO SVMMA, &c. Acetum quod græci ὀξὸς, id est, oxos vocitāt, vires habet nō aspernabiles. Adstringit enim authore Dioscori. lib. v. & refrigerat sanguinis eruptiones, potum compescit. Idem cibarijs cōcoctū alui fluctionibus accōmodatum inflammationes arcet. Cōpescit procidentes fœminarum locos. Compescit diffluentes & sanguine manātes gingiuas, facit ad ea quę pascendo serpunt: sacros ignes, vlcera serpentia, lepras, impetigines. Melle miscetur acetum, delent'que inuncta eo sugillata. Contra capitis dolores cum rosaceo in spongia aut lana imponitur. Necat instillatum aurium vermes: panos reprimit. Lenit pruritus, facit ad venena letalia calidum potum mox vomitionibus redditū, Prodest anginis, reprimit distillationes: hæc Diosco. Quod hic Pli. Cōtra aspidas de aceto refert, eadem etiam Cornelius Celsus.

Aceti vis.

CAPVT SECVNDVM.

ACETVM SCYLLINVM, &c. Aceto scyllino vis incidens est: id gingiuas reprimit, & firmat, dentes'que: oris graueolentiam emendat validiorem clariorem'que vocem reddit, datur comitialibus, vertiginosis, melācolicis, muliebrium locorum præfocationibus, lienibus tumentibus: doloribus coxendicis, vegetum corpus reddit, & coloris bonitatem illi acquirit. Confert oculorum claritati. Nocet autē neruorum infirmitati, Dioscori. CORTINA, &c. Vase: in quo pigmenta aliquando lanę, & id genus tinguntur, vel decoquuntur.

OMNIA OXYHALMAE CONTINGVNT, &c. Oxyhalme fiebat quōdā aceto & muria mixtis: hæc cōfectio sistit sanguinis eruptiones factas ex calculis à vesica extractis: prodest canum rabidorum morsibus. Clystere infunditur exulceratis intestinorū torminibus. verūtamen oportet statim lac superinfundere, exterit capitis manantia vlcera, Diosco. lib. v.

Oxyhalme.

PYTOCAMPAS, &c. Erucas in pino nascentes: πιτύς, id est, pitys: pinus Cāpę erucę, id est, vermes arborum frondes erodentes de quibus diximus. Cupas: maiora vini vasa. ERGO fæci vini tanta vis, &c. Fex, quam græci τρύγα, id est, triga vocant, barbari tartarum, vsus medicos scitù quidem dignos habet: sciunt pharmacopolæ comburendi modum, quare omittemus. Est illi vis & natura validissimè adurere, exterere, & ad cicatricem perducere, adstringere, siccare. Cruda fęx per se & cum myrtho tumores reprimit in aluum & stomachū emplastri modo imposita sistit. Item & muliebres fluctiones, panos nōdum exulceratos discutit. Contra copiam lactis & eius impatientes mammas ex aceto inungitur. Cremata autem fęx pellit scabros vngues cum resina, & ex lentiscino oleo per integram noctem capillum ruffat, Lauatur cremata fæx, miscetur'que oculorū medicamentis, nō aliter quàm cinerula quę spodion dicitur: oculorum albugines & cicatrices exterit. Subdit Plinius: CELERRIME EXANIMATVR, &c. Hoc est, euanescit nisi diligentissimè cooperiatur.

Pytocampe.

CAPVT .III.

Olearũ vis medica.

OLEARVM PROXIMA, &c. Olearum genera aliquot esse lectum est, syluestrem oleam. Sudas, Agrippum vocant, alij Agrieleam, alij Cotinũ. Est & olea quę ab Aristo. Callistephanos dicitur: hui⁹ folia cõtrario modo quàm in alijs se habent, extra quidem, non intus albent: verùm de his multo fusius egimus, lib. x v. sufficiat dixisse: nũc verò tractasse partes medicas Diosco. libro doctrinæ herbariæ. Folia agrestis oleę vim adstringendi habere & eadem concisa illita'que sacros ignes & vlcera quę serpunt cõpescere tradit, ea cum melle sordida vlcera purgant. Panos, collectiones'que ex eodem melle discutiunt, desquamatam à capite cutem glutinãt. Cõmãducata oris vlceribus cõferunt: idem valet succus aut decoctum eorum. Succus is sistit sanguinis profluuia & fluctiones muliebres appositus, antiquas distillationes reprimit.

CARBVNCVLANTIBVS, Patientibus carbunculos, quos antraces vocamus. EXPRIMITVR AVTEM SVCCVS, &c. Allusit ad Dioscori. assensum: inquientis. Est colligẽdi ex agrestis oleę folijs succi ratio hæc. Tũduntur folia, tusis'que vinum aut cœlestis aqua inspergitur, siccatus'que in sole succus: in pastillos cõformatur, &c. Deinde subdit. Sanant & vtrius'que oleę oliuæ illitę furfures, & quę pascendo serpũt. Quod verò in oliuarum nucleis clauditur cum farina & adipe pellit vngues scabros. Et subnectit Plinius.

Colymbades.

COLYMBADES, &c. Fuit certè quodã multiplex olearum cõditura accersita'que aliorum saporum cõmendatione placebat, quod alioqui ingratum habuisset in cibis vsum inter eas. Colymbades dictæ fuerunt: quę tritiore appellatione halmades etiam dicebãtur: quę nomen à sale habuerunt: halas, enim gręci dicũt sal. Colymbades autem quoniã in sua natarent cõditura sic dictę quasi submergẽtes, siue vrinantes κολύμβαν enim vrinare apud græcos est, quare vrinantes natantes've iure dixerimus: has purgare etiam sordida vlcera colymbades scriptum reliquit Diosco. primo libro, confirmant colymbades dentes mobiles.

Amurca.

DE AMVRCA, &c. Amurca: quam gręci ἀμοργην appellant: nos amurcam aut sedimentum olei: vires habet medicas, vt raptim, lib. x v. vidimus. Adstringit amurca: eas quę vires habet quas lycium de quo libro proximo. Miscetur authore Diosco. oculorum medicamẽtis: inueterata hæc vires acquirit: infunditur eadem sedi, genitalibus, fœminarum exulceratis locis: iumentorum scabies cum lupinorum & camæleonis herbæ decocto sanat: fouentur eadem vtiliter recenti tantum podagrę, & articulorum dolores. Quinetiam corio illita corporiue imposita tumores hydropisis reprimit: ex Diosco. riuulis hæc.

CAPVT .IIII.

Oleastri vis.

OLEASTRI FOLIORVM NATVRA, &c. Miscuimus superiore capite vires foliorum oleastri oleę folijs, quare de his satis sit disseruisse. Quod de spodio, siue cinerula foliorum oleastri ait, idem scribit Diosco. libro primo, quando ait. Cremantur ad cinerulam quam spodion gręci dicunt oleastri, folia cum floribus, cremãtur ante in crudo fictili opericulato, luto'que vndique circũlito ore eius vs'que ad fictilis cocturam tum vino restringuntur: iterum'que eodem modo cremãtur tum cerussæ modo lauatur cinis, & in pastillos confirmatur: habes pares vires quas habet spodium. Et subdit Plinius.

OLEVM TAMEN EIVS, &c. Oleum profecto quod ex oleastro fit,

maiore adſtringendi vi in ſanitatis vſu ſecundam habet probationem & laudem. Cõtra enim capitis dolores roſacei modo accommodatum eſt: fluentem capillum cõpeſcit: furfures, manãtia capitis vlcera, ſcabies & lepas exterit. Caneſcunt authore Dioſco, libro primo, tardius etiam qui eo quottidie inunguntur.

NOMAS praua vlcera. VTILISSIMVM, &c. Omphacinũ oleũ, cuius cõfectionis meminimus, vtile cõficiendis vnguẽtis, ſtomachum adſtringit: gingiuarũ tumorẽ reprimit, dẽtes ſi ore cõtineatur, cõfirmat: & ſudores cõpeſcit. Quo vetuſtius, eo medicinę vtilius, Calefacit cõmuniter omne oleũ: authore Dioſco, libro primo, aluum mollit, datur cõtra letalia venena: ſic vt cõtinuè bibatur & vomitionibus reddatur. Datur item cõtra tormina vtiliter in calida potione, ruta in eo decocta cyathorum ſex pondere ventris lumbricos pellit, clyſtere infunditur ileoſis: vetus omne oleum maiore vi calefaciendi diſcutiendique eſt. — *Nome.*

MELLIS ACAPNI, Mellis ſine fumo, acapna lib. xi. diximus quæ ſine fumo ſunt. Et ait Pli. OLEVM CICINVM, &c. Vocatur etiam aliis Ricininum. Cici enim quodã fruticem aliqui dixerunt: quem multi grecorũ Crotona, Romani verò Ricinum vocarunt. Cæterò quod ad medicã pertinet vim. Cõtra capitis manãtia vlcera valet: ſcabies, ſedis inflãmationes, aurium dolores inſtillatum: pellit potum ventris lumbricos, vt prodit Dioſco. libro primo. — *Vetus oleum.* — *Oleũ Cicinum.*

ELLYCNIA, Lucernæ. OLEVM AMYGDALINVM, &c. Facit hoc ad dolores & ſtrangulationes vuluarum inflãmationesque earũ, facit ad capitis dolores illitum; auriumque dolores inſtillatum: vrinę anguſtiis, calculoſis, ſuſpirioſis: lienoſisque. Emẽdat vultus maculas: exterit manãtia capitis vlcera cũ vino, vt Dioſco. ait. — *Oleum Amygdalinũ.*

OLEVM LAVRINVM, &c. Laurinum oleum quod græci dicunt daphninõ: calefacit, mollit, laxat, laſſitudines recreat: vtiles cunctis neruorum malis: febrium horroribus: aurium doloribus inſtillatum. Cõtra renum ex frigore dolores, potum tamen nauſeam facit: authore Dioſco. — *Oleum laurinũ*

MYRTHEI OLEI RATIO, &c. Oleum myrtheum adſtringit, indurat, ob id his quę inducẽdis cicatricibus cõficiuntur vtiliter miſcetur, facit ad ambuſta, capitis manãtia vlcera, furfures, puſtularum eruptiones, intertrigines, rimas, Cõdylomata: laxatos articulos. Cõpeſcit ſudores, hæc ex Dioſco. penu. — *Oleum myrtheum.*

EX CNIDIO GRANO, &c. Id oleum potũ in aluo ducẽda vim habet.

EX lentiſco, &c. Dioſc. id prodeſſe cõtra lepras, cõpeſcere ſudores, miſceri peſſulis, acopisque ſcriptum reliquit libro primo. Acopa: dici ea quę cõtra laſſitudines cõficiuntur diximus, quaſi dicta cõtra κόπους, id eſt, copos, hoc eſt, labores. — *Acopa.*

BALANINVM, &c. Alluſit ad Dioſco. de hoc ita agentem: oleum balaninum vultus maculas, lentigines, varos, & cicatricum nigredinem exterit: aluum ſoluit: ſtomacho nocet: inſtillatur aurium doloribus, ſonoribus ſibilisque cũ adipe anſerino. Seſaminum eaſdem habet vires: fiebat balaninum oleum è glãde vnguentaria, quã græci appellãt myrobalanõ: de qua paulò inferius agetur. — *Balaninũ oleũ*

MALOBATRI QVOQVE, Huic ineſſe vim: vrina ciendi, Dioſco. memoriæ mãdauit, lib. i. Prodeſt, inquit, oculorum inflammationibus in vino decoctum, &c. HYOSCIAMVM, Hyoſciaminum oleum, ex hyoſciamo herba, quã iuſquiamum ſcioli dicũt, mollit: miſcetur peſſulis, facit ad aurium dolores: in molliendo vtile Rhaphaninum, Dioſcori. vultus ſcabrities emendare, teſtatur. Paulus Aeginita contra omnes pediculos valere prodit.

ELEOMELI, Eleomel calefacit priuatim inungitur cõtra ea quę oculorum claritati officiunt: prodeſt neruorum doloribus: de hoc alibi egimus. — *eleomel*

NOBILITAS PALMIS, &c. Palma: quã græcorum peritiſſimi φοίνικα, hoc eſt, phœnica vires habet medicas non paucas: potiſſimum ægyptia: quę verò in Arabia — *Palma.*

in Arabia natæ palmæ ob odoris bonitatem ad vnguenta exprimebantur myrobolani, facto ex vnguento & glande nomine appellatę sunt: quãuis tamen myrobalanos glãdes vocat Pli. à græcis enim primis huiuscemodi nominum authoribus ratio accipienda est: à quibus communi appellatione cũcta hæc genera balani quõdã dicebãtur: cõmuni glãdis voce nõ vnum hoc genus tãtũ, sed plura alia indicãtibus. Expendendum item nõnullos arborem palmã: fructũ verò palmulam dixisse. Laudatur autem Thebaicę in ęgypto, quare palmiferas poetę iure Thebas nuncuparũt: cõperimus fructus earum dictos Thebaides. In palmarum item cacumine medulla quędam est: quã alij cerebrum palmæ vocitãt, meminit huius Gale. secundo de alimentis. Et in præceptis sanitatis Plutarchus: idque capitis dolorem inducere tradens: adijciam loco authoris lectionis: palmæ quam marem intelligunt fructum dici ψῆν, id est, psen. Fœminæ fructum balanum, vnde verò balani propendent. Spathe, id est, σπάθη: dicitur, de quo mox, verùm vt ad medicos effectus recurrat nostra series, palmulas Diosco. stringendi vim habere tradit. Aluũ inquit, & fœminarum fluctiones sistit in austero vino pota: sistit & hęmorrhoidas & vulnera cõglutinat illita. Thebaicarũ verò decoctum sitim in febre sedat. Quę verò à puniceo colore phœnicobalani dicũtur, adstringũt, maiore vi recentes quã siccæ capitis dolores faciunt, & si maiore copia edãtur, inebriant: siccæ sanguinem expuentibus in cibo pręcipuè prosunt. Item cõtra intestinorum tormina: illinũtur eædem vtiliter cõtra vesicę vitia, cum cotoneis malis & labruscę floribus cõfecto oleo, subacta cæra, idque possunt præsertim quę in palmularum genere à noxa & dolore capitis, quem faciunt Caryotides dicuntur: hæc ille & id genus multa.

Myrobalanus

Cerebrũ palmæ.

CAPVT. V.

PALMA QVAE FERT, &c. Cortex palmæ quẽ veteres græci elatem, vel spatem vocãt, medicas vires habet dignas quidem scitù. Plinius enim hic spathẽ, siue elatem palmarum proprium habere genus credidisse videtur spathẽ, siue elatẽ hic operimentum & inuolucrum esse fructus palmarum adhuc florentium: qua vocis nota, nihil intelligi potest: quàm quod ad palmæ genus aliquod pertineat: sed eius partem, qua antequàm deflorescat palma futurus eius fructus clauditur & inuoluitur. Porrò Theophrastus secundo plantarum, de palmis agens: quãdo genera earũ distingueret mascula à fœmina differre dicebat, quòd mascula prior florem in spathe ferret. Spathẽ appellans corticem. Galenus spathẽ tenerum palmæ germẽ, Iulius autem pollux ad finem primi libri Spathem vocitat, vnde palmulę dependent: meminit vocabuli Elate Isichius primã palmę germinationem vocitãs elatem. Cæterò vt hæc omittamus prodentes vires medicas. Paulus Aeginita, lib. vi. spathem siue elatem maximè adstringere testatus est, quod & Diosco. scribit, libro primo. Vires, ait, adstringendi habet, sistendis his quę pascendo serpunt accommodatas. Laxatos cõfirmat neruos. Denigrat capillũ decoctum eius, si cõtinuè eo abluatur. Potũ idem vesicæ renũque tum vrinę malo & interaneorũ vitijs prodest, distillationes in muliebres locos reprimit. Tener idem cum resina cæraque fructus impositus viginti diebus scabiem sanat.

Cortex palmæ. Spathe.

Elate.

CAPVT SEXTVM.

PROXIMAE VARIETATES, &c. Ineſſe malis omnibus frigidam & excrementoſam humiditatem & quæ in eorum cenſu tenera & aquoſa ſunt frigidiora cæteris, & humidiora claſſicorum authorum lectione liquet. Dulcia autem aquoſis nõ tam manifeſte frigida ſunt, auſtera dulcibus frigidiora, minuſque humida, acida frigida vim quę incidẽdi habẽtia. Acerba aliqua qualia cotonea & ſtruthia ſunt frigido & terreſtri temperamento, aluum cohibẽt & vulnera conglutinant, adſtringunt vehemẽtius acerba quàm matura, vt ſcriptũ reliquit Dioſco. Cotonea, ait, ſtomacho accommodata ſunt, & vrinam cient, toſta mitiora fiũt, cœliacis inteſtinorum, torminibus, ſanguinem excreantibus, choleris vtilia. Prodeſt ſuccus crudorum in difficultate ſpiritus, non niſi recta ceruice ſpirãtibus, aſperguntur eorum decocto procidentes fœminarum loci. Quæ autem fuerint melle condita & ſeruata cotonea ipſa quidẽ vrinam cient, quæ in melle coquũtur, ſtomacho vtilia ſunt & veſcendo grata, verùm in adſtringendo poſſunt min⁹. Cruda autem cataplaſmatis ad adſtringendam aluum, contra ſtomachi ſubuerſionem & ardores, mammarum inflammationes, duros lienes & condylomata miſcẽtur. Fit præterea vnguẽtum ex cotoneis, quod à malis melinum vocant: quę ſtruthia vocant, ſunt minus vtilia: quæ verò à ſapore mellis, mellimela vocant, aluum molliunt, ſtomacho nocent, ſiticuloſa æſtuoſaque ſunt. Quæ ferunt orbiculata, aluum cohibent, ſtomacho grata, vrinam proritant, ſylueſtria vernis ſimilia adſtringunt, hæc ille. STOMATICE. Medicamentum oris vitijs aptũ, de qua voce diximus, vbi ſtomatica & ſtomachica diſtinximus. PVNICA ACIDA, &c. Omnia granata, id eſt punica mala ſtomacho vtilia eſſe ſcriptum reliquit Dioſcorides. Punicum malum, ait libro primo, non nutrit: quæ punica acida ſunt ſtomachi ardoribus proſunt, reprimunt & vrinam cient, vinoſa medicas habent vires. Acidorum acini in ſole ſiccati, tum obſonijs concocti aluum ſiſtunt, diſtillationeſque in ſtomachum. Idem cœleſti aqua madẽtes ſanguinem expuentibus vtiliter bibuntur, proſunt torminibus: punicorum verò flores quos cytinos vocant, adſtringunt, ſiccant, reprimunt, glutinantque vulnera, decocto eorum dentes mobiles cõfirmantur. Ferunt quidam nullam oculorum lippitudinem ſenſurum eo anno hominem, qui quantumuis exiguos tres punici mali flores deuorauerit. Cortices quos mallicorium vocant, adſtringunt. Porrò hic expendendum flores punicorum dici cytinos, punicorum inquam non ſylueſtrium ſed ſatiuorum domeſticorum've. Florem verò agreſtis balauſtium vocari animaduerto: differunt enim genere, & natalibus, ſed non viribus: cytinos putarim dictos à verbo κύτος, id eſt, cytos: quod in ambitu & ſuo tumore aliquid capere dicunt. Cæterò balauſtia, id eſt flores ſylueſtris punici adſtringunt, eoſque effectus medicos habent, quos cytini, & hypociſtis.

Punica.

Cytini.

Balauſtia.

CAPVT VII.

PIRORVM OMNIVM CIBVS ETIAM VALENTIBVS ONEROSVS, &c. Pirorũ infinita penè genera eſſe conſtat, quę ab antiquioribus rei ruſticæ ſcriptoribus tradita ſunt, vt alibi à nobis oſtenſum eſt. Nunc ſupereſt medicam vim eorum, & noxam pandere, adſtringunt enim omnia pira, ideoque ad cataplaſmata quæ diſcutiendo ſint, vtiliter illis vtuntur. Quinetiam decoctum

ſiccorum & ipſa in cibo aluum ſiſtunt, ieiunis tamen ſumpta nocent. Omnium pirorum ligni cinis fungorum ſtrangulationibus manifeſtè ſuccurrit, vt memoriæ mandauit Dioſco. ❧ CRVSTVMINA. A Cruſtumino oppido, ea pira ex parte rubent. ❧ FICI SVCCVS LACTEVS, &c. Alluſit ad Dioſco. aſſertionem inquientis. Sylueſtris & fatiuæ fici animalium coaguli modo lac coagulat, idem coagulatum modo aceti ſoluit. Eſt illi vis exulcerandi & aperiendi, aluum ſoluit. Fœminarum locos laxat, menſes trahit, podagris illinitur cum farina fœnugræci & aceto. Impetigines ſanat, lepras exterit, ſcabies, manãtia capitis vlcera cum polenta emẽdat, ſuccurrit ſcorpionum ictibus vulneri inſtillatum, canum'que morſibus, & omnibus quæ morſu ictu've venenum relinquunt. Prodeſt & in lana eo madente dentium doloribus, in cauis eorum indita, vt ſcriptũ reliquit Dioſcorides libro primo. Cæterò non obfuerit hic annotaſſe, folia fici græcis dici θρία, id eſt thria. Ficui item bonitatem quam iure dixerim euchymiam, eo probãt iudicio, quoniam adnata illi ruta dulcior euadat. In pharo inſula legimus ficos rubentes vocari hæmonias. Theophraſtus præcones prodromos appellat, ſed quid tam extra oleas euagamur? quando de his plura libro. xv. dixerimus: ergo iure ad medicinam curramus. In fatiuis fici maturæ recentes'que ſtomacho ſunt noxiæ: aluum ſoluunt, papulas & ſudores prouocant, ſitim arcent, & calorem extinguunt. Siccatæ fici quas caricas vocant, nutriunt corpus, calefaciunt, afferunt ſitim, aluum ſoluunt: ſtomachi tamen diſtillationibus inimicæ, eædem gutturi faucibus veſicæ renibus amicæ, vtiles ſuſpirioſis, comitialibus hydropicis. Decoquuntur cum hyſſopo caricæ, purgantur'que illo decocto pectoris vitia diutinis tuſſibus et antiquis pulmonis vitijs accommodatæ ſunt. Cõtra tormina vtiliter clyſtere cum ruta decoctæ infunduntur, ſtrumas emolliunt, panos maturant, additis radice iridis aut nitro, aut calce, repurgant cum malicorio digitorum pterygia. Caprificorũ autem groſſi extrahunt oſſa cum folijs papaueris, cum cera verò ſtrumas ſoluũt, hæc Dioſcorides, & multa id genus: cuius ſententiæ applauſit hic Plinius.

Cruſtumina. — θρία. — Caricæ

❧ QVAS STEGNAS VOCANT, &c. Galenus inter febrium genera ſtegnas, id eſt conſtringentes annumerat, etſi tamen propriè ϛέγνα hoc eſt ſtegna, adſtricta dixerimus: omnia ſcilicet illa, quorum impedimento vrina, aut difficulter, aut tardis per interualla tẽporis ſtillis, aut nulla fluit, ſiue ea in renibus, ſiue in veſica ſint. Porrò adde Celſum libro primo, febres adſtrictas appellaſſe eas, quæ nihil ex ſe remittunt: quod genus Galenus libro diffinitionum ita finit. Adſtrictam eſſe febrem quæ fluidæ ſit contraria, nihil'que ex ſe remittit, qualia ſunt aluus, vrina, ſudor, pituita oris, & ſi qua alia in homine naturæ impetu pelli conſueuerunt: vox enim hæc, id eſt ϛέγνα, à fictilibus translata, in quibus græci ϛέγνα dicunt, quæ nec curta, nec rimoſa, aut vitio aliqua raro infuſos humores non remittunt, ſed retinent. ❧ ALVTA. Pellicula tenui. ❧ LYCIO. Filo. ❧ GROSSI. Ficus qui non maturuerunt ſic dicuntur etiam antequã matureſcant. ❧ THYMOS, &c. Thymos vocant excreſcentias carnoſas, quæ in maribus in genitalis glande, aliquando in caule fiunt: in fœminis verò eodem loco non adeò condylomatis diſſimiles ea in parte factis. Celſus inter verrucarum genera etiam ponit. Thymus rubet aliquando, aliquando albeſcit. Galenus libro quem paulò ſuperius citauimus ſic thymum finit. Aſpera carnis excreſcentia thymus eſt, quæ fit in genitalibus & ſede.

Stegnæ febres. — Aluta. — Groſſi. — Thym⁹

❧ PRVNI FOLIA, &c. Prunus quam græci κοκκίμηλον, hoc eſt, coccimelam dicunt, non energia medica caret. Folia eius coquuntur vino, colluũtur'que vtiliter contra tõſillas & diſtillationes. Gũmi prunorum glutinat, prodeſt ad frãgẽdos calculos veſicę cũ vino ſi bibat: pdeſt puerorũ impetiginib⁹ cũ aceto.

Pruni.

❧ Fructus

Fructus autem potissimum qui damasceni dicuntur stomacho prosunt, aluumque cohibent, vt scripto mãdauit Dioscorides libro primo. Galenus libro septimo simplicium, non ea ait, nam & damascena pruna aluum soluere scriptum reliquit, sed minus quàm alia. Deijciunt certè aluum pruna, sed copiosius recentia, siccata minus. Paulus Aeginita, decocto prunorum gutturis inflammationes sedari memoriæ mandauit libro sexto. VTILIORA PERSICA, &c. Persica stomacho accommodata Dioscorides prodit, foliaque arborum sicca et trita sanguinis eruptiones sistere. Retulerunt arborem lætalem esse in perside translatam, deinde in ægyptum mutatã natura salubrem, & edendo factam fuisse, vt ait Dioscorides. Theophrastus de hac arbore abundè libro quarto, de qua egimus libro. XV. Quòd fructus sint grati cibo, docuit Columella de arbore hac agens his versibus.

Stipata calathos pomis quæ barbara Persis
Miserat, vt fama est patrijs armata venenis.
At nunc expositi paruo discrimine læti
Ambrosios præbent succos oblita nocendi.

Plutarchus in Iside & Osyride, hanc arborem sacram in ægypto fuisse testatissimũ reliquit, quæ omnia fusius tractata sunt à nobis libro quo diximus.

MORA. Morus, quam μορέαν, id est morean græci vocant, arbor nota omnibus, de qua alibi egimus. Eius poma aluum soluere & stomacho nocere præter Pli, Dioscorides tradit. Succus eius in vase æneo decoctus aut insolatus, naturã & vim acquirit stringendi, additoque illi exiguo melle facit ad distillationes, & ad ea quæ pascendo serpunt, & tonsillarum inflammationes. Augentur autem eius remedij vires alumine scissili, galla, myrrha, & croco, item tamari &c. semine iridis radice, & thure. Cortex mori aqua coquitur, decoctumque illius aluum soluit, lumbricos pellit, aduersatur aconito: folia eius medẽtur ambustis si concisa sint, & oleo illita, hæc Dioscorides. ARTERIACAE, &c. Medicamentum arteriæ pollens, sicut stomaticæ ori. PANCHRESTOS. Hoc est medicamentum omnibus conducibile. SPATHA PERMISCENTES, &c. Instrumẽto, hoc est rudicula, qua vtimur in versandis rebus quæ coquuntur, pharmacopolæ scioli nunc spathulam vocant vulgo. CERASIA ALVVM MOLLIVNT, &c. Cerasia aluum mouere, & recentia maximè posteris legendum reliquit Dioscorides libro. I. Siccata verò aluum sistere, vtile contra diutinã tussim in diluta vini potione haustum cęsarorum gummi. Cutis item colorem commendare, facere ad oculorum claritatem, ciborum appetentiam excitare, prodesse calculosis testatus est. Paulus autem Aeginita eo libro, quem de medica, deque virtute plantarum scriptum reliquit, aliter de cerasiis agit, nam monet quæ dulcia sint citissimè dilabi, austera verò vtiliora esse, acida ob incidendi vim quam habent phlegmaticis prodesse. MESPILA, &c. Haudquanquàm dotibus claris carent mespila, vt conijcere licet lectione Theophrasti, libro tertio. Mespilus enim adstringit, stomacho vtilis, aluum sistit. Est & alterum mespili genus, quod vocãt setanium: adstringit etiam mespilum, hic fœminino genere dico secutus Theophrastum. Cęterò de verbo lema, est propriè seuum, lachryma crassior, quidam eo nomine pro lippitudine accipiunt, & oculorum sorde, vnde verbum græcum λημᾶν: quod est oculis laborare, nonnulli grana parua, sicca, duraque interpretantur in oculis quæ visuntur, gramias dicunt.

Mora. Spatha. Cerasia.

CAPVT .VIII.

NVCES PINEAE &c. Purgatos pineę nucis nucleos in cibo sumptos, aut cum passo, aut cucumerum seminibus potos, vrinam ciere testat⁹ Dioscorides est, vesicę, renum'que acrimonias hebetare, stomachi erosiones lenire cũ succo portulacæ, infirmitatem virium roborare, corruptos humores retundere. Totas verò nuces pineas ab arbore decerptas recentes'que contusas & in passo decoctas, tussibus vetustis & phthisi accommodatas esse scriptum reliquit, si ex decocto trini quotidie bibantur cyathi.

Amygdalæ. ❧ AMYGDALAE AMARAE, &c. Paulus Aeginita libro primo medicinæ, radicem amaræ amygdalæ contra malum valere cutis colorem. Ad id etiam facit quod Galenus sexto simplicium scribit de radicibus amygdalæ, item & Dioscorides libro primo quando ait. Concisa decocta'que amarę amygdalæ radix asperam & discolorem ceu à sole faciem emendat, præstant idem & nuces ipsæ illitæ. Appositę eędem menses euocant, capitis doloribus succurrũt, fronti temporibus'que ex aceto aut rosaceo illitæ, somno dolorem leuãt in cibo sumptę, aluum molliunt, conciliant somnum, vrinam cient, & contra sanguinis excreationes cum amylo & menta sumuntur, linguntur'que contra inflammationem pulmonis. Calculosis cum passo prosunt, item vrinę angustijs iocinerosis, tussientibus, inflammationibus intestini quod colon dicitur: arcent amygdalæ ebrietatem, quinque vel sex in cibo sumptæ, dulces minus quàm amaræ efficaces sunt, vulpes si cũ aliquo eas amaras comederint, enecant, quod à Pli. est animaduersum quando ait. Vulpes'que si ederint eas &c. ❧ NVCIBVS GRAECIS. Quæ essent nuces græcè diximus libro. xi. ❧ NVCES IVGLANDES: &c. Nuces iuglandes quas græci κάρυα βασίλικα, id est carya basilica vocant, ęgrè concoqui nocere'que stomacho, bilem augere, capitis dolores facere, tussientibus inutiles testatissimum reliquit Diosco. libro. i. Aduersari tamen lætalibus venenis si sumantur cum ruta & caricis, cum cæpis & melle, eædem canum morsibus medentur, sedant tormina cum putamine suo crematæ & hominis vmbilico impositæ, putamen earum crematum sistit menses: recentes nuces minus nocent. Nuces verò auellanæ, quas alii qui ponticas vocant, aliqui leptocarya, id est minores nuces, stomacho nocent, tritę tamen & in mulsa aqua potæ, diutius tussibus medentur, vt Diosco. ait. ❧ SANCTVARIIS, &c. Arcanis locis.

Pistacia ❧ PISTACIA, &c. Pistacia in Syria potissimum nasci pineis nucleis similia, stomacho'que vtilia, contra serpentium morsus accõmodata, siue per se siue cũ vino sumantur testatissimum reliquit Dioscori. Paulus Aeginita libro. vi. non tantũ stomacho grata, sed præter hæc iecur laxare tradit. ❧ CASTANEAE, &c. Castaneas stomachi & vẽtris fluctiones sistere, aluum ciere, carnes alere, sanguinem excreãtibus prodesse memoriæ mandarũt receptissimi authores. Siliquas verò quarum hic meminit Plin. stomacho inutiles recentes dixerunt, aluum ciere, siccatas verò sistere, & tunc stomacho vtiliores, ciere vrinam, has quasdam κεράτια, id est ceratia vocant. ❧ SVDOR CORNI, &c. Fructum corni adstringere, fluoribus alui prodesse, intestinorum'que torminibus prodit Diosco. qui verò ex incẽsis folijs exudat humor cõtra impetigines inũgitur. ❧ FERRVGO. Rubigo. ❧ ARBVS siue vuedo. Vuedonis ructũ capitis dolores facere, stomacho'que nocere prodit Diosco. lib. i.

Laurus. ❧ LAVRVS excalfactoriam, &c. Laurus quã gręci Δαφνὴ dicũt vires medicas habet scitù quidẽ dignas, vtraq; enĩ laur⁹, siue ea quę folio est latiore, siue quę tenuiore, calefaciẽdi vim habet, ob id decoctio earũ vuluarũ malis succurrit. Adstringũt viridia folia, prosuntq; cõcisa mox illita vesparũ apiũq; ictib⁹, vt scriptũ reliquit Diosco.

❧ Cum pane

Cum pane itidem polenta've illita inflammationes leniunt, eadem deuorata stomachum mitigant, vomitiones tamen cient baccæ magis quàm calefaciunt. Ob id concisæ cum melle vel passo in eclegmate contra pthisin valent, prosunt'que nõ nisi recta ceruice spirantibus, exterunt vitiligines, cortex lauri vtrius'que calculos frangit, fœtus in vtero enecat, iocinerosis prodest trium obolorum pondere potus.

CAPVT IX.

MYRTHVS SATIVA, &c. Myrthus quam greci μυρσίνην, id est myrsinen vocant adstringit. Medicinę vtilior satiua nigra myrthus, quàm candida, & in eo genere multo magis montana: semen tamen infirmius fert. Datur semen myrthi viride pariter at'que succus in cibo sanguinem expuentibus, & contra vesicæ erosiones. Facit ad eadẽ & ex viribus baccis expressus succus stomacho, & vesicæ, vrinæ'que ciendæ accommodatus, denigrat capillum seminis decoctum. Idem in vino elixum vlceribus in extremis membris illitum medetur, imponitur oculorum inflammationibus, lenit'que eas, folia myrthi concisa & ex aqua illita humidis vlceribus prosunt. Prosunt et sacris ignibus, testium inflammationibus, condylomatis, epinyctidibus: & vlceribus quę serpẽdo, eorum crematorum cinis ambustis confert. Quod verò myrtidanum dicunt, magis quàm myrthon adstringit, vt scriptum reliquit Dioscorides, qui de his abundè libro primo agit. Cæterò palàm est duo esse myrthi genera, nigrum & album, vt conijcere licet verbis Columellæ, libro rei rusticæ. xiii. capite. xxxviii. qui abundè cõfectionis myrtidani meminit. Syluestris item myrtus quæ græcis dicitur ὀξυμυρσίνη, id est oxymyrsine, quam & alij ruscum appellitant, alij myotacantham. Oxymyrsine dicta est, quòd acuta sit, cuspidatus enim ruscus est, id est oxymyrsine. Fert hæc fructum in medio folio hærentem, asperis locis nascitur, folia rusci & fructus cient vrinam, ducunt menses, frangunt in vesica calculos, prosunt felle suffusis, vrinæ stillicidio, capitis doloribus, vt scripto mandatum esse à Dioscoride liquet. Myrth'

QVOD LIPARAS VOCANT, &c. λιπάρας, id est liparas vocamus emplastra leuia, quæ Celsus libro quinto, ab euentu & potestate sua dicta indicat, sicut græci à substantia, qua præcipuè constarent liparas vocarunt, λίπα, hoc est lipa, vocant græcorum poëtæ oleum, adipem, omneq́ue vnguentum: quare quæ oleo, adipe, cæra, resina, & id genus constant, lipararitè dixerimus. Liparę.

Commentariorum in Vigesimumtertium Plinij Secundi, Naturalis historiæ, scriptoris argutissimi.

FINIS.

IN VICESIMVM QVARTVM PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE, ARGVTISSIMI SCRIPTORIS LIBRVM, STEPHANI AQVAEI BITVRICENSIS, VIRI AEQVESTRIS, COMMENTARIA.

CAPVT .I.

NE SYLVAE QVIDEM, &c. Patens illa rerum natura nedum ignobiles, & interdum abiectui habitas plãtas, herbas've humiliores dotibus adornauit medicis, verùm his iunxit syluas & arbores horridiores, mortaliũ consulens commoditatibus, miraculis'que arbores insigniuit, concordiæ videlicet & discordię vi animaduersa. nam veluti libro. xx. diximus, natura non solum animatis indidit diſſidentiam, verùm & plantarum generibus, vt de filice, vt de braſſica, vt de vitibus, vt de harundinibus, probauimus, eo quo nunc diximus loco. Alludit enim hic ad sympathiam, cuius affatim meminimus libro. xx. quare de his plura in medium adferre vacantis putarim lectionis, & operæ leuioris, nã molem hanc mundi concordia, & diſſidentia, & agnatione quadam, hoc est sympathia, architectatam constat, adeò vt non coniјcere aliquid liceat, quod careat contrario, ac non habeat cui aduersetur. argumento sunt morbi, qui plures nõ sint, quot medicinæ, virtutes, quot vitia, & vt paulò humiliora dicamus. Quercini inest in oleam diſſidentia, eous'que vt si in eadem foſſa plantentur, vt hic ait Plinius, ambę morianrur: item braſſica in vitem, filix in arundinem, amara in dulcia, dulcia in amara, venena in venena, In animalibus denique mira est hæc diſſidentia, vt libro decimo vidimus.

CAPVT .II.

Lot' arbor.

LOTVM HERBAM, &c. Vagum profectò per herbas & arbores aliquot nomen loti est: de herbę medica vi egimus, de arboris nusquàm. Est enim planta grandis lot' arbor, fructum pipere maiorem ferens, dulcem, grauiter odoratum, stomacho vtilem, aluum stringens, vt scriptũ reliquit Dioscorides libro primo. Decoquuntur ramenta ligni decoctum'que bibitur, & clystere infunditur contra intestimina, & fœminarum fluctiones. Ruffat capillum, & fluidam aluum compescit.

CAPVT .III.

GLANS INTRITA, &c. Quercus quem dicunt græci δρῦν,id eſt,dryn:vires habet medicas & ſcitũ & memoratũ dignas. Omnis enim quercus adſtringendi vires habet:idque maximè poteſt,quod inter corticem & lignum membranæ ſimile clauditur. Nec minus quod inter corium glãdis & carnem interpoſitum eſt: decoctum harum mẽbrarum prodeſt cœliacis. Item & cõtra inteſtinorum tormina,& cruenta ſputa: eaſdẽ vires habent glandes,vrinã ciẽt, dolores capitis in cibo faciunt:vtiliter tamen comẽduntur cõtra ea quæ morſu ictu ve venenum relinquũt:precipuè toxico valere dicuntur. Crudæ glãdes & conciſæ inflãmationes leniunt illitæ,ſanãt cum adipe ſuillo ſalſo durícies maleficas, vt annotatum comperio à Dio.lib.i. Querc⁹ Glãdes

CAPVT. IIII.

EADEM ET ILLICI, &c. Iligneæ radicis corticẽ Dioſcori. donec flacceſcat in aqua decoctum integram noctẽ illitum cimolia creta ante confricatum capillum denigrare memoriæ mandauit. Folia autem tuſa cõciſa ve tumoribus maximè cõferre. Quod autem hic Pli. de cocco,id eſt,grano,quod tingendo eſt,eadem Dioſco.lib.iiii. Theophraſtus coccum naſci in ilice teſtatiſſimum reliquit,libro de hiſtoria plantarum tertio,quando ait καὶ ἡ πρῖνος τὸν φοινικοῦν κόκκον, &c. Hoc eſt, Et ilex puniceũ coccũ:verum de hoc lib. xvi. egimus:quare pergamus ad rem, adſtringendi vim habet granum hoc neruorum vulneribus accõmodatum:in quem vſum tritum id cum aceto emplaſtri modo imponitur. Ilícis vis.

GALLAE GENERA, &c. Galla quam græcanica vocat lingua cecida, id eſt,κηκῖδα: ad mortalium commodos vſus data eſt: eius plura genera. Immatura vna dicitur ſolida nec perforata, altera leuore & foraminibus differt: omnibus immaturam præferendã cenſet Dioſco. adſtringunt gallæ: excreſcentia cami ũ reprimunt:& vlcera oris. Medius gallæ nucleus canis dentium inditus dolores eorũ ſedat:gallæ in aceto maceratæ tingunt capillum. Cœliacis ſunt vtiles & torminibus inteſtinorum in vino aut aqua tritæ & illitæ, hæc ex Dioſco. riuulis:qui duo tãtum genera facere dicitur. Theophraſtus verò, libro plantarum tertio plura:quem author noſter ſecutus eſt, vt conijcere licet. Paulus Aegini. prodeſſe gallas fluidis omnibus affectionibus ſcriptum reliquit. Gallarũ vis.

VISCVM E ROBORE, &c. Theophraſtus ſecundo de plãtarum cauſis viſci meminit abundè, vt à nobis tam monſtratum eſt. Varijs enim græcis appellationibus viſcum vocatũ cõperio: ἰξὸν,id eſt,ixon. HYPHEAR, ſtelida. Hyphear & ſtelida ferunt naſci in abiete & picea. Viſcum verò in quercu terebintho alijſq; multis. Porrò quod ad vim ſpectã medicã: viſco vis diſcutiẽdi: molliẽdi, extrahẽdi, ſanat epinyctidas, abſceſſuſque alios, hoſque mollit cum thure & cum hoc vetuſta vlcera ſanat, miſtum calci aut fæci, acquirit & auget. Viſcũ.

CAPVT .V.

FAGI FOLIA, &c. Commãducata fagi folia gingiuarum & oris vitijs cõferre teſtati ſunt teſtatiſſimi authores, quod de cupreſſo quam græci κυπάρισσον, id eſt, cypariſſon vocant folia cuius bibi vtiliter cum paſſo & exigua myrrha cõtra diſtillationes in veſicam & vrinæ anguſtias Dioſco. poſteritatem docuit. Pilulas cupreſſi etiamnũ bibi cũ vino, cõtra ſanguinis excreationes, inteſtinorum tormina, fluoreſque alui, ſcriptum reliquit valere. Item non niſi cer- Fagi folia.

uice recta ſpirãtibus. Duritꝭes mollire cum fico tuſas: ſcabros vngues in aceto decoctas pellere, ad ea omnia poſſunt folia: cõciſa folia vulnera glutinãt, cũ aceto cõciſa capillum denigrãt, ſanguinem ſiſtunt, ſacris ignibus cõferunt. Item carbunculis, oculorum inflãmationibus: poſtremò Cupreſſum omnes refrigerare teſtantur.

Cupreſſus. Quod de Cedro ait hic Pli. nihil ex eo monemus, preterquàm quę Theophraſtus tertio plãtarum plura genera faciat. Duorũ, inquit, generum cędrum aliqui faciunt Lyciã & phœniciã à regione diſtinguentes, alij vnã tantum eſſe dicunt, Iunipero ſimilem: folijſque maximè differre, quę in cędro dura in acutum deſinentia & ſpinoſa ſint, in Iunipero tantũ molliora. Videturque Iuniperus Cędro celſior eſſe. ſunt preterea qui appellatione alterã ab altera nõ diſtinguãt, ſed vtrãque appellitẽt cædrum: nõ ſimpliciter, ſed addiecta aliqua nota cædrum oxycædrum, id eſt cædrum acutam vocitent, hęc illę. Cęterò quod medicamen habeat, agendum. Nicander in Theriacis Cædrum venena torum morſibus cõferre memoriæ mãdauit. Dioſco. Cędrinum liquorem: craſſum pellucentem firmo odore nõ diffluentem maximè probat huic vis: vt viuentia (mirum dictũ) corpora corrumpat, defuncta verò incorrupta ſeruet: quã ob cauſã m cadauerum vitã plerique dixerũt, Albugines oculorum exterit & cicatrices. Necat aurium vermes, cum aceto inſtillatus, & cum hyſſopi decocto earũ ſonos ſedat, cauis dẽtium eos quidem frangit ſi inditus fuerit. Genitalibus ante coitum inunctus ſterilitatem facit, inunguntur eorum anginæ tõſillarumque inflammationes, opitulatur morſibus ceraſtæ. Contra leporem marinum cum paſſo vtiliter ſumitur: pulmonum vlcera purgat & ſanat, cyathi vnius põdere hauſtus, lumbricos ventris & fœtus emortuos infuſus clyſtere pellit.

CAEDRIDES Autẽ Cędri fruct⁹ dicũt, calefaciẽdi vi habẽtes, ſtomacho inutiles, tuſſientibus tamen, cõuulſis, ruptis, & ſtrãgurię veſicę opitulãtur, mẽſes ciẽt cum trito pipere poti, fugant ſerpẽtes cum adipe cerui aut medulla inũcto eis hominis corpore, quę omnia à Dioſcori. penũ defluxa ſunt: cuius ſententię hic Plini.

Galbani vis. penitus aſtipulatur. Porrò quod de Galbano ait, ſubſultim de hoc paucula ſufficiat ſubnotaſſe quò d alibi eius meminerimus, probatiſſimum refert Dioſco. lib. iii. eſſe quod thuri ſit maximè ſimile, grumoſum, purum, pingue, minimè lignoſum, nõ nimis liquidũ, nec aridum, adulterari id, lomento & admixta reſina ſcriptũ reliquit, Galbano natura feruens eſt: Extrahit, diſcutit: menſes fœtuſque ſuffitu ſubditum trahit, delet lentigines. Toxico aduerſatur cum vino aut myrrha potum: eodem modo pellit fœtus mortuos. Imponitur contra lateris dolores. Comitiales & ſtrãgulatu vuluas affectas emẽdat. Theophraſtus odoratũ naſci id in ſyria tradit.

CAPVT .VI.

Ammoniacũ. SIMILIS AMMONIACI NATVRA, &c. Ammoniaco ineſſe vim molliendi, calefaciendi, diſcutiẽdi, diſſoluendi etiã ſcriptum reliquit Dioſco. & oculorum claritati cõferre: eorum albugines, ſedare dẽtium dolores accenſum prodidit memorię: pulmonibus prodeſſe, pleureticis: vrinę cruetæ, lieni, iſchyadicis: calculos item extrahere cũ melle, duricies emollire. Cæterò de ſtyrace: cuius etiã meminimus, non obſuerit dicere ad memoriam refricandam lectoris ſtudioſi Plinianæ lectionis. Paulus Aeginita, lib. iiii. lachrymã arboris cotoneo malo ſimilis ſtyracha prodit, Ruffum, pinguẽ reſinorum probãs maximè: huic vim calefaciẽdi, molliẽdi, maturãdi, ineſſe Dioſco. libro primo memoriæ prodidit, facere ad tuſſim, raucedinem, amiſſam vocem duratis præcluſiſque

Styrax.

vuluis

vulnis vtilem. menses appositu trahere, aluum molliter lenire, cum terebenthina resina, miscere emplastris quę discutiendo sint. Porrò quod de spondilio agit perpendendum, id alio nomine dici verticillum, alijs asterion, phalagium alijs: nõnullis herbã rutinalem, folia habet platano quadãtenus similia: ad panacis foliorum figurã accedẽtia. Caules habet cubitales, fœniculo similes paulò tamen maiores, flores palescentes cãdidos'que: semen in summo semini seselis simile, semen id potũ, per infernã pituitã pellit: ipsa herba medetur pota iocinerosis, ictericis, difficulter spirantibus, comitialibus, semen herbę illius sopitos suffitu excitat. Radix datur suffusis felle, ramẽta eius fistulis prosunt si colligata sint, vt scriptum reliquit Diosco. libro tertio. Hæc herba dicta spõdyliõ à similitudine spõdylorum qui sunt tereti structura aliquo modo caua. Quod de Terebintho ait hic Plin. pene omne à Diosco. Theophrasto'que videtur demanatum. Dioscori. fructui folijs'que terebinthi vim inesse, ait libro primo adstringendi: fructus eius estur, stomacho tamen nocẽs, vrinã cit, calefacit'que, qui liquor ex hac manat mollit, calefacit, repurgat, disijcit, vrinã cit: maturat aluum, mollit, glutinat palpebras. Cum atramẽto sudorio & nitro valet contra lepras, Inuncta ea resina doloribus lateris prodest, siue imponatur. Nascitur liquida resina ex picea arbore & theda: de qua ca. sequenti agemus. Subdit Pli. ❧ CHAMOEPITIS, &c. Hęc dicitur quibusdã Ainga: alijs bryonia syluestris habet folia similia sedo: multo tamen tenuiora, est odore piceę flores gerit colore luteo, paruos: folia eius sanãt ictericos pota in vino, septem diebus dãtur eadem, ijs quibus affectum est hepar, angustias vrinæ patientibus, renũ doloribus medentur, potissimum cõferunt torminibus, valent cõtra aconitum: decoctũ herbæ discutit mãmarum duricies. Est & altera Chamæpitys ramis cubitalibus florem habens candidũ, flosculos luteos: quę pariles effectus quos habet altera habet.

❧ CVM HONORE ET PITYVSA, &c. Hanc alij viticulam quidam Canopicon. Hanc'que inter lactarias herbas numerant: caulem hæc mittit cubito maiorem, intersectum multis geniculis, folijs tenuibus & acuminatis, flores habet paruos, colore purpureo. Semen latum figura lentis Radix per inferna purgat pondere duarum drachmarum cum aqua mulsa: hęc ex Diosco. ex cuius lectione conijcere licet Plinium aliter differuisse de hac: nam inter arbores, non herbas numerat. Diosco. verò inter herbas & quidem lactarias, id est, tithymalorũ genera: magna discordia inter grauissimos authores. Pli. cõgenerem facit pity, hoc est, piceæ pityusam, certè occasione id Pli. fecisse: nõ re ipsa autumarim: hoc tamen legentibus reliquendum censeo arbitrarium. Et subdit Plinius. Canopicon.

❧ PICEA ENIM PINGVEM, &c. Pitys quę latine picea dicitur. Cortex huius adstringit: prodest si teratur vlceribus in summa cute. Item ambustis cũ spuma argenti & thuris mãna: itẽ ipse tritus cum atramento sutorio vlcera quę serpũt cõpescit: fœtus & secũdas suffitu pellit, aluum sistit, pot⁹ & vrinam cit. Subnectit Plinius. ❧ LIQVIDA E THEREBINTHO, &c. Nedũ Terebinthus fert medicas vires sola verùm & fundit resinam varijs morborum generibus accõmodata. Arboris fructus & folia & corticem vim adstringẽdi habere prodit Diosco. lib. i. Estur Terebinthi fructus stomacho tamen nocet, ciet vrinam & calefacit: venerem adiuuat. Cõtra phalangiorum morsus valet, Resina eius antecedit reliquas: post hanc lentiscina est: quam Mastichem vocant, tum quę ex picea distillauerit: & abigua: post has numeratur quę ex theda fluxit & pinea. Omnis enim resina mollit, calefacit, collectiones repurgat: vrinam cit, maturat aluum, mollit: ex thęda autem & pinu & cupresso minore efficacia dicitur resina. Fit & ex larice, vt hic docet Pli. quam ritè appellarimus larignam. Victruuius nec ab re laricem, lib. secundo laudauit his verbis. Larix verò qui nõ est notus, nisi his municipalibus qui Picea. Terebinthus.

❧ sunt ad

sunt ad ripam fluminis Padi. & littora maris Adriatici, folijs est Pini similibus: habet'que resinam liquidam, mellis attici colore, quę & medetur phthisicis. Terebinthinæ Resina abundè etiam meminit Theophra. libro de historia plantarum tertio. Item & Diosco. eo quo diximus loco: qui Terebinthinum maximè probat Resinam, quę ex Iudęa, Cypro, Aphrica, Syria & insulis Cycladibus proueniat.

CAPVT .VII.

Pix.

PIX QVOQVE, &c. Quam appositissimè Pli. Resinis cōiunxit pices & quodāmodo congeneres fecit. Paulus Aegini. Siccas pices nō eiusdem esse effectus cum liquidis prodidit: siccas secundo ordine desiccare asseuerans, Liquidas'que siccis impensius calefacere: siccas glutinandis vulneribus aptiores liquidis: ad omnia tamē liquidas efficatiores. Diosco. picem splendore: læuore, puritate probari memoriæ mandauit, libro primo. Pix liquida, ait, facit contra medicamenta lętalia: contra'que purulentas excreationes: tussim, suspiria, & quæ ægre ex pectore excreantur: cyathi pondere cum melle lita. Inungitur præterea contra tōsillarum inflāmationes: anginas'que, strumas erumpit, cum hordeacea farina, & vrina pueri impubis decocta. Vtilis eadem est cōtra pedum rimas, cū melle purgat vlcéra, & explet. Cum passa vua melle'que carbunculos & putrescentia vlcera disrumpit & scarificat. Sicca autem eodem authore, quā aliqui palimpissam, quasi iterum coctam picem vocāt: probatur quę est pura pinguis'que: odorata, resinata, leniter rutila, talis lycia est & brutia. Calefacit hęc, mollit, & ad supputationē perducit: furunculos & panos discutit, vlcera explet, miscetur præterea pix sicca emplastris vulnerarijs, hæc Diosco. cuius assensui astipulatur penitus hic Pli.

EST ET PISSASPHALTOS, &c. Sic enim vocatur picibitumen: cuius ita meminit Diosco. libro primo, vocatur & in bituminis genere Pissasphaltus quasi picibitumen dicas, ex pice & bitumine re & rei appellatione. Nascitur ad Apolloniam quę in epiro est, fluminum quę impetu ex ceraunijs montibus delatū in littora eructatur, glebarum modo concretum, odore picis bitumini mistæ: hæc ille. Expēdendum hic Pli. hoc interdum vocare picem fossilem: cum tamen fossile & liquidum cōuenire nō possint, nam quod fossile dicitur, duri semper aliquid habet: liquidum verò minimè. ZOPISSAM, &c. Derasam nauigijs cum cæra Resinam zopissam vocāt, alij hypochyma: habet hęc vires discutiendi.

CAPVT OCTAVVM.

Vires platani.

PLATANI ADVERSANTVR, &c. De platani dotibus affatim disseruimus nunc vires medicas expendere licet, & eas palàm facere. Folia Platani tum illita, tum in vino decocta oculorum distillattiones compescūt: eorum'que tumores & inflāmationes leniunt. Corticis decocto in aceto dentes in dolore colūtur. Potę cum, vt ait Diosco. libro primo, platani pilulę omnium morsibus serpentium succurrunt. Cum adipe eadem folia ambustis prosunt, lanugo foliorum & pilularū oculis nocet & auribus si dilapsa sit. FRAXINVS QVAM VIM, &c. Dioscori. folia fraxini viperarum morsibus subuenire memoriæ mādauit, libro primo. Succum'que foliorum potū ad idem prodesse. Cinerem verò corticis fraxini crematā ex aqua

inunctam

inunctum pellere lepras. Pota autem ligni ramenta letalia esse ab eo proditũ est.
POPVLI ALBAE, &c. Cortex profecto populi albæ vnciæ vnius pon=
dere prodest stillicidio vesicæ & coxendici. Creditur (ait Diosco.) idem potus cũ
muli renibus sterilitatem facere eam habent potestatem folia pota cum vino post
purgationem. Cõtra auriũ dolores tepidus eorũ succus vtiliter instillatur. Testa=
ti aliqui sunt nigræ & albæ populi cortices in exigua fragmenta sectos mox in ster=
coratis hortorũ areis satos quacũ'que anni tẽpestate fungos qui edẽdo sint gignere.
VLMI ET FOLIA, &c. Vlmus quàm græci πτελέαν, id est, ptelean vo= Vlmo=rũ vis.
cant. Haud quaquàm medico caret vsu. Folia enim vlmi, cortex'que & Rami ad=
stringunt, folia cõcisa & aceto illita lepris medentur, vt scriptum reliquit Dioscor.
libro primo. Vulnera eadem glutinãt: multo'que magis cortices, Crassior eiusdem
cortex cũ vino, aut aqua ambobus'que frigidis põdere vnciæ potus pituitã trahit.
Humor qui in prima foliorum productione in folliculis eius inuenitur cuti nitorẽ
inunctus adfert: cum verò aruerit in bestiolas culicibus similes resoluitur. Pro ole
ribus noua etiã vlmi folia obsonijs adijciuntur, has bestiolas Theophrastus Cnipes
vocat: sicuti è caprificis similes ijs psenes idẽ nuncupat. Ceterò quod de Tilia Pli.
hic ait: expendẽdum Tiliã ad multa prodesse. Nã folia eius authore Diosco. libro
primo, faciunt ad omnia quæ adstringẽda sunt: præcipuè oris vlcera: in quẽ vsum
cõmãducãtur & eorum decocto colluuntur: quod etiã potũ vrinã & mẽses trahit.
SAMBVCVS HABET, &c. Sambucus quam græci ἄκτεν, id est, actẽ Sãbu=cus.
vocant, vires habet ad medicinam has. Folia tria, quatuor've, aut quin'que, aut sex,
aut septem per interualla ex virgis exeuntia: iuglãdi nuci similia habet. folia, vt ait
Diosco. libro quarto siccant, adstringunt, refrigerant & aquam è corpore pellunt:
stomacho tamen nocent: purgãt pituitã & bilem elixa modo olerum. Radix sam=
buci in vino decocta hydropicis prodest: prodest item contra viperarum morsus,
Fructus eius in vino potus ad eadem valet, Inunguntur eo capilli, vt nigrescant, fo=
lia sambuci tenera & recẽtia cum polenta emplastri modo imposita leniunt oculo=
rum inflãmationes, vlcera cauernosa glutinãt, podagris prosunt, cũ taurino adipe
emplastri modo imposita. Sambuci affatim Theophrast. tertio de plantarum hi=
storia meminit: duplex esse sambuci genus palàm est: alterum multo exilius te=
nuius'que quod vocat Ebulum: cuius agetur mentio poscente loco. Hic Pli. mino=
rem vocat Sãbucum, quod nos Ebulum hic diximus. Ebulus enim est Sãbucus mi= Ebulus.
nor pari les habens vires cum sambuco, vt testatissimum reliquit Diosco. lib. iiii.
IVNIPERVS, &c. Diosco. author nõ dilutæ ac plebeiæ auctoritatis, Iu=
niperum ad multa prodesse libro primo tradit. Semen stomachi, pectorum, lateris
doloribus cõferre: maximè inflationes lãgores'que discutere, tussibus prodesse: il=
litum idem semen tumores sistere, vrinã ciere: potũ item cum vino albo cõuulsis,
ruptis, torminibus, ischiadicis, conducere. Contra serpentes item valere, Porrò,
vbi legitur in pricipio capitis. MELANDRIAS VETERES, &c. Sũt qui
legãt Melanias, id est, nigricias, siue maculas nigras: de Melãdrijs alibi diximus.

CAPVT .IX.

SALICIS FRVCTVS, &c. Salix quã græca lingua Salix.
ἰτεὰν, id est, iteã vocat hos habet effectus: adstringũt eius fo
lia. Item semen & cortex & succus, vt scriptũ reliquit Dio=
sco. libro primo. Folia salicis cum pipere exiguo & vino cõ
cisa pota'que cõferunt ileosis: per se etiã cum aqua sumpta
cõceptus prohibent: semen salicis prodest sanguinẽ expuẽ=
tibus, præstat idem cortex: qui etiam crematus tum aceto
maceratus clauos & callos illitus pellit. Colligitur ex salice

succus

succus inciso cũ flore cortice: qui ex eius interiore parte cõcretus inuenitur. Est'que illi vis exterendi quęcunque claritati oculorum officiunt, vt ait Diosco. eo quo diximus loco: de salicis generibus alibi disseruimus, quare præstat ad viticis vim progredi. Vitex græci ἄγνον, id est, agnõ vocãt. Item ligõ, alij agonõ: alij paulò tristius salicem amerinã. Est enim illi, vt prodit Diosco. natura adstringendi calefaciendíque. Semen enim eius potum venenatorũ morsibus succurrit: medetur lienosis: & hydropicis, lactis abundãtiã facit: trahit'que mẽses in vino potum põdere drachmæ, extinguit tamen genitura: caput infestat: potum cum pulegio cit mẽses. Capiti dolores illitũ soluit: veternosis & phreneticis cum aceto & oleo inspergitur, folia fugant venenata, serpẽtes abigunt & valet cõtra eorum morsus. Testiũ durities cũ butyro & folijs vitigineis molliunt, Sedis rimas mitigat semen ex aqua illitum, additis folijs, idem luxatis & vulneribus medetur. Agnos autem, id est, castus frutex dictus est gręcis: quoniã in Thesmophorijs castitatem mulieres custodientes folijs eius cubitus sibi sternebãt: hæc ex Diosco. riuulis. Ligõ etiã græcorũ aliqui viticem, hoc est, vt verbo neotericorum medicorum vtar agnum castũ vocarunt, quòd vox ligõ græcis sit cõmunis omnibus, quibus in rustico opere ad vincula vtimur: quales salices omnes sunt, genistæ, vlmi, ericæ & id genus. Hic non obfuerit annotasse, quę Paulus Aegini. libro primo memoriæ mandarit: is enim pręcipit vna cum refrigerantibus herbis viticis ramulos substernendos his qui vel somno, vel vigilia copiosiore seminis fluxu abundãt, quod & Pli. Symbolice intellexit impetus veneris viticem inhibere referens.

Vitex.

ERICEM GRAECI, &c. Ericem cõgenerem ferè vitici cõstat. Hanc tamirici similem plęrique eruditiorum testãtur: quare in genistarũ genere syluestri ponunt. Theo. libanotidi non absimilem tradit. Paulus Aeginita hãc vires habere discutiendi ait. Comã erice Diosco. florem'que morsibus serpentium mederi scriptum reliquit libro primo. Quod de sparto & genista hic Plini. ait, abundè à nobis actum, libro. xix. Nunc superest genistę quam spartum alij vocant vires medicas enucleare. Diosco. lib. iiii, Flores genistę semẽque eius in mulsa aqua põdere obolorum quinque purgare per inferna veratri modo, sine periculo scriptum reliquit: per se semen cum aqua mulsa idem præstat. Quin etiam maceratis in aquas virgis eius, mox tusis & expressis cõtra anginas, coxendicis'que dolores succo illo cyathi pondere ieiunis poto auxiliantur. Subdit Plinius.

Eryx.

Genista.

QVAM ET TAMARICEM, &c. Tamarix siue myrix Cœliacis, fœminarum fluctionibus: suffusis, felle & phalãgiorũ morsibus subuenit suo semine: id tumores illitum reprimit, vt prodit Dioscori. libro primo. Coquuntur in vino folia tamaricis, eorum'que decoctum lienem minuit. Colluũtur eo decocto dẽtes, fouẽtur'que. Ligni etiã cinis fœminarũ fluctiones sistit appositus. Fiũt, ait Diosco. ex tamaricis ligno calices à quibusdam: quibus lienosi in bibendo vtuntur vtilissimo eis, vt credunt in hac materia potu: quare scitè animaduersum cõperio à Columella, sues splenis dolore nõnũquàm infestari: qui & libro rei rusti. octauo: præcipit tunc canales fabricãdos ex tamaricis ligno ad potandũ pascendnm've. Nicãder in Theriacis. Tamaricis ramos item fruticem manu tenentes vaticinio magis aptos scriptum reliquit, quando ait. Sumito pręterea myrices fruticem vatẽ inter viuentes honoratum: in qua apollo coryphęus vaticinia posuit & iura mortalium. Hinc ferunt solitos magos virgis myrices vsos, vt conijcere licet lectione Herodoti. Cęterò quod Plini. ait. Tamaricem nasci in Aegypto & Syria: hoc ex penũ Diosco. erutum videtur: qui ait. Nascitur satiua quedã tamarix in Aegypto & Syria in cæteris agrestis similis, sed semine gallæ simili, quod gustum inæqualiter adstringant, & vice gallæ oris oculorum'que medicinæ & cruentis sputis in potione

Tamarix.

accommodatum

accommodatum sit,hæc ille libro. i. In compositionibus enim conferentibus oris
vlceribus,quas aliqui antheras vocare volunt,& vnguentorum quorundam confe
ctiones. valent enim folia tamaricis,ad ea quæ vocāt apthas,id est vlcera oris. Cor
nelius Cellsus libro. vi. cap. xi. harum compositionum quas vocant antheras me= Anthe=
minit,vbi agit de vlceribus oris,adijciam verba illius loco superpondij. Si,ait, iam ras.
crustas habent,quales in adustis esse consueuerunt adhibendæ sunt compositiones
quas græci ἀνθήρας vocant. Iunci quadrati,myrrhæ sandaracæ singulorū p. iiii.* ἀνθήρας.
aluminis portiones pares,hæc ille. Antheras putarim dicta quasi medicamēta flo=
rida,nam ἀνθέρον floridum vocant græci.

CAPVT .X.

HEC VIRGA, &c. De silere & virga sanguinea à no Siler.
bis actum est aliubi,item de ligustro: cuius medicæ vires re=
stant. Paulus Aeginita,conferre ijs quæ ad lienem conficiun=
tur scriptum reliquit ligustrum: folia adstringere Diosco. me=
moriæ etiā mādauit libro. i. Decocto enī foliorū ligustri am
busta vtiliter fouentur,eadem folia concisa succo'que lauariæ
herbæ madentia rufiant capillum: sedat capitis dolores conci=
sus flos & ex aceto fronti illitus. Cæterò de alno arbore. Ferunt eius folia aqua co=
cta tumores pellere. Quod autem hic Pli. de hedera agit, idem à Diosco. relatum
est. Faciunt, inquit, nigræ hederæ corymbi & succus, corporis languorem turbant
que mentes largius sumpti. Natura omnium hederarum in medicina acris adstrin
gunt neruis nocent. Flores cuiuscun'que generis trium digitorum carptu, intestino
rum tormina bis per diem cum vino poti emendant. Quinetiam cæra excœptivti
liter ambustis illinuntur: medentur lieni tenera folia in vino decocta, omnium ge=
nerum vlceribus est, & quæ etiam cacœthe, hoc est dolosa vocant, ambustis'que in
vino decocta folia medentur. Cient menses corymbi hederę appositi vel triti, dra=
chmæ pondere idem post purgationem poti fœminis sterilitatem faciunt. Pedicu
li foliorum hederæ vuluis appositi inditi've naturalibus, menses & fœtus trahunt,
depilat lachryma hederæ, pediculos'que inuncta enecat, hæc Diosco. & multa id ge
nus: quæ reuoluet lector si volet. Affatim etiam Theophra. tertio de plantarum hi
storia meminit, vt aliubi docuimus: quod enim genus hederæ Pli. chrysocarpō vo
cat ab aureis corymbis siue fructibus vox deflexa est, veluti aureum fructum aut se
men dixeris, græce χρυσόκαρπον, id est chrysocarpon. Quod verò genus erythranū
vocat à colore corruatum putarim verbum, quod rubore quodam sit insignitum.
Cæterò quod de cisto agit lis magna inter grauissimos & reconditiore literatura vi Cistō.
ros insignes, nam Leonicenus Pli. placita amarulente incessit: authorem facilè tuta
ri est, animaduersis quæ pluries diximus, vocis videlicet non rei veræ aut nominis
diuersæ appellationē & affinitate, tum potentiæ, tum figuræ, tum similitudinis.
Dioscorides libro primo ciston nasci asperis locis petrosis've scriptum reliquit. Fo
lia habens in orbem circinata nigra hirsuta: flores punicæ figuræ, in fœmina verò
candidum colorem. Habet enim cistos vim adstringendi, ideo'que concisi & in vi=
no austero bis per diem poti flores intestinorum torminibus conferunt: cōpescunt
& vlcera quæ pascendo serpunt. Cū cæra verò conducunt ambustis & veterib⁹ vl
ceribus medentur. Hypocistis nascitur ad radices cisti, quidā hypocistida cytinos Cytinos
vocant, nā Paulus æginita quod cisto adnascitur cytinos vocat, à similitudine cyti Hypo=
norū punicæ. Tria genera hypocistidos colorib⁹ distincta memoriæ mādauit Dio cistis.
sco. lib. i, distincta inquā, ruffo, viridi, & cādido. Succ⁹ ex hypociste de colligitr sicut

ex acacia, habetque pariles vires, quas acacia adstringit, & siccat hypocistis: prodest cœliacis, intestinorum torminibus, sanguinem expuentibus, & fœminarũ fluxionibus pota clystere've infusa. Porrò quod de chamæsso, hoc est hedera terrestri, testantur eruditiores lieni mederi, vt conijcere licet lectione Diosco. libro. i i. Et subnectit Pli. SMILAX QVOQVE, &c. Nicophoros hæc fertur, quòd victores ea coronarentur, & eam gestare consueuerunt victoriam deportantes ob id victoriam ferens dicta. Porrò quod Pli. hic duum generum smilaces ait.

Smilax. Hortensis smilax folia hæderæ habet, molliora tãtum, graciles caules, & in caulib⁹ capreolos propinquis fruticibus se implicantes, tanto vndique incremento, vt scænas etiam & tentoria inumbrent. Siliquas fert fœnugræco similes, longiores tantũ crassiores'que, in quibus semina animalium renibus similia: ciet hæc vrinam, facitque grauia insomnia, vt memoriæ mandauit Diosco. libro. i i. Est & smilax que aspera vocitatur, quæ canis sentis vocitatur: hæc aduoluitur arboribus supra infraq; se circumagens: fructum fert vuæ ac racemi modo, qualis est quem græci vocant epiphyllida. Folia eius prosunt venenis lætalibus. Affatim huius meminit Theop. libro tertio de plantarum historia. Diosco. libro quarto quæ etiam hic Pli. ait commemorat quando ait, Traditum præterea est si tritum eorum aliquid nuper genito infanti bibendum detur, nullum illi postea nociturum venenum. Est & arbor smilax, quam taxum vocant alij, sed de hac alibi.

CAPVT .XI.

Harũdo HARVNDINIS GENERA, &c. Meminimus harundinis alibi, sed nũc eius vires medicas dotes amplectentes commemorandæ sunt. Plura esse harundinis genera monstrauimus: vt conijcere licet lectione Theophra. Est & harundo quæ in sæpibus enasci solet, cuius radix per se & vna cum bulbis illita surculos & cuspides extrahit. Cũ aceto verò luxata et lumborum dolores lenit, eius etiam folia conferunt sacris ignibus concisa viridia & imposita vim quam aduersus filicem libro. x x. diximus, cum de sympathia ageremus. Ea harũdo quæ donax à Pli. à Diosco. sic vocatur, quæ propè fluentes aquas nascitur. Crassior, inquit Diosco. libro. i. quædam etiam & concaua propè aquas nascens, quę donax dicitur, ab aliquibus autem cypria &c. PAPYRVS, &c. Conge-

Papyr⁹. ner profectò harundini papyrus est, habet enim papyrus laxandis fistulis vsum in medicina, vt scriptũ reliquit Diosco. libro. i. Habet radix eius aliquid quod nutriẽdo sit, commanducantes'que eam ægyptij succum tantum deuorant, reliquum corpus expuentes. Cinis papyri crematæ, vlcera oris quæ serpunt compescit: vt ait

Ebenus Diosco. libr. i. EBENVM, &c. Est ebeno egregia vis in exterẽdis his quæ claritati oculorum officiunt. Facit præterea ad eorũ distillationes & pustulas. Crematur ebenus in crudo fictili donec tota in carbones transierit, lauaturq; plumbi modo. vtilis hæc contra oculorum aridas lippitudines, & scabies, vt ait Dioscori. eo quo diximus loco. RHODODENDROS, &c. Hæc heriò etiã græcis dicitur, latinis item rhododaphne. Hæc est folijs amygdalæ, longioribus tamen & asperioribus flore rosarum figura, fructum fert nuci amygdalæ æqualẽ: radix illi acuminata, longa, lignea, gustu salsa. Eius folia iumenta, quadrupedesq; enecant, vt scriptum reliquit Diosco. libro. i i i i. Porrò quod hic de rhu agit Pli. expẽ-

Rhũ. dendũ Theop. i i i. de histo. plãta. rhũ in preparãdis corijs plãtã esse vtilẽ, habereq; vsum etiã i obsonijs, duũq; esse generũ fœminã & masculũ, & ob id semẽ ferẽte &

sterili

sterili ethruria fœmina tãtum & sterilem cognoscit. Meminimus huius lib. xiii. cap. vi. vbi retulimus Pli. à Theophra. fontibus è verbo ad verbum illud eruisse. Cęterò hic Pli. medicã vim pandit, asseuerans rhum nasci in argillosis locis, Dios. autem petrosis, cuius ita non minus scite quã festiuiter meminit. Plantæ semẽ est quę coriaria rhus appellatur, nomẽque id inuenit quòd coriarij spissandis corijs eo vtuntur. Est autem arbuscula in petrosis nascens, altitudine ferè cubitali, in qua ob longiora sunt folia, leniter rubẽtia, per ambitum serrata. Fructus illi racemosus, dẽsus: folia adstringendi vires habent. omnibus vtilia, quibus & acacia: denigrãtur eorum decocto capilli, contra intestinorum tormina clystere eadem infunduntur, cõpescũt digitorum pterygia, prodest semẽ cœliacis & torminibus, albas fœminarũ fluctiones sistit, hæc Diosco. & multa id genus libro. i. Scisse hic non obfuerit sicuti scioli medici nunc rhum vocent, id enim solent communi voce sumach vocare. Et subnectit paulò post Pli. ERYTHRODANVS, &c. Theophra. ereuthodanum vocat, nullo significationis discrimine. Siquidem erythron greci rubrũ ereuthros verò ruborem. Hanc neoterici rubeam tinctorum vocitant: duplex eñ à Diosco. libro. iii. fertur. Syluestris altera, satiua altera: radix eius vrinam cit, eãque ob causam suffusis felle cum mulsa aqua vtiliter bibitur, coxendicis doloribus & resolutis, copiosam & crassam ducit vrinã, aliquando etiam sanguinem: succurrit viperarum morsibus radix: rubiæ succus minuit lienes semen in aceto mulso potum: quinetiã apposita radix fœtus fecundos & menses trahit, authore Diosco. Rubea tictorũ

QVI ALYSSON VOCATVR. Herba alysson est, folia habens circinata, quibus semen est in latitudinem se æqualiter explicãs, vt testatissimum reliquit Diosco. libro. iii. sed de hoc aliubi agemus loco postulante aptius. APOCYNI SEMEN, &c. Apocynum nonnulli vocãt brassicam caninã: frutex est virgis longis, vitilium modo lentis graueolẽtib9, non facile fragilibus: folia habẽs hederæ similia, molliora tantum, & in summo cacumine acutiora, vt memoriæ mandauit Diosco. libro. iiii. Enecant folia eius eodem authore canes, cũ adipe pani cõmista, & illis apposita enecant & lupos & vulpes, pantheras que. Hic dictã apocynon, quòd canes abesse faciat. Paulus Aeginita libro. vi. cynomoron item vocat, hoc est canum mortẽ, quòd eos celerrimè necet. EST ET ROSMARINVM, &c. Libanotis, id est rosmarinus duum est generum, fœcunda fructũq; ferens alia. Quæ secunda diuisione, duo item genera facit, eam quæ zea aut cãpsanema vocatur, cuius fructus vocatur canchris, de quo hic agitur, hic que astipulari videtur lectioni Diosco. libro tertio, de hoc agentis. Herba omnium generum, inquit, concisa & modo emplastri imposita sistit hemorrhoidas, sedis inflãmationes lenit, cõ dilomata que et strumas maturat, nec facile maturescẽtes abscessus, purgãt vlcera cum melle siccatę omniũ radices. Torminibus medentur & cõtra serpentũ morsus bibuntur cum vino, menses & vrinam trahunt. Facit ad oculorum claritatem succus addito melle inunctus, semen rosmarini comitialibus opitulatur, & vitijs pectoris vetustis. Datur idem cum pipere & vino contra morbum regium, sudores idẽ cit oleo inunctum. Quod verò cachrys in eo dicitur, hoc calefacit, siccat quę ea propter miscetur his quæ exterendo sunt, hæc Dios. HERBA SABINA. Sabina herba quæ græcè dicitur βράθυς, id est bratys, scitũ notatu que dignos effectus habet. Est enim duum generũ, alterũ folijs cupressi spinosius tamen graui odore feruidę que naturæ. Alterũ genus tamaricis folio est, folia vtriusq; cõpescunt vlcera quæ serpunt, illita inflãmationes leniunt: carbunculorum crustas ex vino imposita exterunt, pellunt emortuos partus, vt ait Diosco. libro. i. hausta vel suffita, miscentur vnguentis folia, quæ calefacienda sunt. Rosmarinus.

CAPVT XII.

Spina arabica. SPINAE ARABICAE LAVDES, &c. Spina arabica quæ etiam acanthis dicitur, hoc est ſpinula, albæ ſpinæ ſimilis dicitur:aſtringit hæc,ideo contra mulie-
Spina alba. bres fluctiones,ſanguinis excreationes, & in alias corporũ partes diſtillationes, vtilis radix eius eſt,vt prodit Dioſco. libro tertio. Non vacat etiam vi medica leucacantha, hoc eſt ſpina alba,commanducata enim dẽtium dolores leuat, medetur potum cum vino decoctum eius pondere trium cyathorum vetuſtis laterum coxendicisque doloribus,ruptis & cõuulſis. Poteſt et omnia eadem ſuccus radicis,vt ait Dioſco.eo quo diximus loco. Porrò quod de acã-
Acãthũ tho agit,perpendẽdum duum eſſe generum,ſatiuum & ſylueſtre. Acanthus enim ſatiuus hortis naſcitur,humentibus locis,folia habet multo quàm lactucæ latiora, longioraque nigreſcentia. Radices luxatis ambuſtisque medentur emplaſtri mo-do impoſitæ:potæ verò vrinam pellunt,aluum ſiſtunt,vtiles ſunt ruptis,conuulſis que. Eſt & ſylueſtre genus,quod ſimile eſt carduo,quæ planta eſt par viribus,easq; habet,quas acanthus,vt prodit Dioſco. libro tertio: meminimus acanthi libro. xx-ii.quare de hoc hactenus. Quod de acanthio ait aduertendum, acanthium ſimi-le eſſe ſpinæ albæ,cuius folijs fieri veſtes bombicinis ſimiles prodit Dioſco. lib. ter-tio:cuius lectioni penitus applauſit Pli. hic, qui radicem ait opiſtotonicis,hoc eſt ri-gentibus in ſcapulas conferre potam. ❧ EST ET ACACIAE, &c.
Acacia. Naſci etiamnum Dioſco. libro. i. in Aegypto acaciam teſtatiſſimum reliquit. Eſt enim ſpina arboreſcens,fruticoſa, nec in altũ recta creſcens,flore albo,ſemine ceu lupinorum candido,in ſiliquis clauſo,ex quo ſuccus exprimitur,ſiccaturque in vm bra ex maturo niger,ex immaturo ruſus:probatur qui rubore languido, & vt in a-cacia eſſe poteſt odoratus. Naſcitur præterea ex hac ſpina gummi, adſtringen-di refrigerandique vires acacia habet. Succus enim acaciæ accommodatus oculo-rum medicinæ eſt. Prodeſt item ſacris ignibus,pernionibus,malis vlceribus, digi-torum pterygijs:ſiſtit oris vlcera,procidentesque oculos, compeſcit fœminarum fluctiones,procidentes vuluas,fluidamque aluum clyſtere infuſus,capillum deni-grat. Eſt autem gummi acaciæ vis opplendi ac obſtruendi. Naſcitur & altera aca-cia,vt ait Dioſco. eo quo diximus loco,in Cappadocia,Põtoque,ægyptiæ acaciæ ſi-
Leucophea. milis,multò tamen breuior,quæ etiã adſtringit. ❧ LEVCOPHEA, &c. Hoc eſt fuſca,ſiue albo & nigro miſta. Eſt enim leucopheus propriè natiuus co-lor,ex albo & nigro miſtus:nam λευκόν,id eſt leucon, album græci dicunt: phæum verò,id eſt φαιόν,medium. Alij etiam leucophum pro colore albo natiuo dicunt.

❧ CAPVT XIII. ❧

VLGARIS QVOQVE, &c. De aſpalatho multa ſe nobis dicẽda ſuggererẽt,niſi huius alibi facta fuiſ ſet mentio. Hic tamen non obfuerit perpẽdiſſe aſpalathũ,
Aſpalathum. quibuſdã dici eriſiſceptrum,itẽ ſphagnon, etiãnũ diaxi-lon,vt conijcere licet lectione Dioſco. libro. i. Aſpalathum dictum quibuſdã volunt,quòd aculeatus frutex modo gla dijs aculeis ſuis pungat & vulneret: diaxilon verò dictum, quaſi medio lignũ,quòd lignoſus ſit, ſic ſibi nomen ab ſy-ris aſciuit. Naſci in Syria & rhodo teſtatiſſimũ reliquit Dioſcorides libro primo: hoc ſpiſſandis vnguentis vnguentarij vtuntur. Eſt & alterum genus candidum,li-gnoſum,& ſine odore:quod inutile habetur. Eſt autem aſpalatho natura & vis ca-lefaciendi & adſtringendi. Siſtit aluum decoctum aſpalathi potum, item ſangui-nis excreationes. Soluit præterea vrinæ anguſtias.

OZENAS, &c. Plinius enim hic vlcera tetra oris sanare ait diaxilon, vlcera inquam ea quæ græci aphthas vocant. Sunt enim oris, authore Gale. in suis diffinitionibus vlcera, non profunda, quæ maximè pueros infestant. Paulus Aegi- nita primo libro, alias albescere, alias rubescere itidē aliquas aphthas nigro colore, quæ lætales sint. Cæterò quod Pli. ait ozenas aspalathum sanare: perpendendum ozenas, authore Galeno libro suarum diffinitionum, profundas in naribus exulcera tiones esse, ex quibus odor fetidus & mirè ingratus halitus sentiatur. Paulus Aegini ta, eas in genere exedentium vlcerum constituit. Celsus in ozenis crustas fieri scri- ptum reliquit. Cæterò quod de pyxacantho agit animaduertendum, nomen hoc congruere licyo, quod & buxeam spinam aliqui vocant, de quo capi. sequēti agem⁹ fusius. PORRO, paliuri hic meminit. Nō bfuerit nouisse semen paliuri tritū tussiē tibus prodesse, vt proditum à Dioscori de libro. i. est. Frangit enim semen id vesi- cæ calculos, valet contra serpentium morsus, folia eius adstringunt, potum eorum decoctum aluum sistit, vrinam cit, venenatorum morsibus succurrit, discutit pa- nos & tumores. Theophra. etiā paliuri vsum esse vtilem tussiētibus prodidit, si eo semine vtatur quis: verba eius sunt. Et paliurus in siliquis quibusdam semen habet, in quibus tria quatuor've semina sunt, quibus ad tussim medici vtuntur tundentes, habent enim lentorem & pinguedinem lini semini similem &c. Porrò quia taxi meminit, taxum græci smilaca, id est, σμίλακα vocāt. Magnitudine est folijs abieti similis, de qua alibi egimus, quare non vberius agetur. Subdit autem Plinius.

Aphthę Ozenę. Paliur⁹. Taxus.

NEC RVBOS, &c. Rubus quem græci vocant βάτον, id est baton, latinorum aliqui cynosbatō, siue sentem caninam. Rubus enim capillum denigrat authore Dioscori. bibitur ad sistendam aluum ramorum eius decoctum, muliebres idem cohibet fluctiones: prodest serpentium morsibus, folia eius commanducata, gingiuas confirmant, oris vlcera sanant: compescunt vlcera quæ vocant herpetas, id est serpēria. Capitis vlcera manantia & procidentes oculos sanant: sanant etiam- num condilomata, hemorroidasque emplastri modo imposita. Prosunt eadem fo- lia cibum in stomacho non continentibus, item cardiacis: fructus etiam rubi aluum sistit, idem potest flos eius in vino potus, vt scriptum reliquit Diosco. libro quarto. Porrò hic nouisse non obfuerit batos commune græcis ruborum omnium nomen dici: vbi verò quid additur discrimen fieri, vt cynosbaton dicunt, id est sentem ca- nis, chamæbaton, paruum & humilem rubum. Ob id Colu. sentem non rubum sæ- pius vocitat. Chamæbaton verò diximus appellitandum humilē & terrestrem ru bum. Theophra. plura ruborum genera esse memoriæ mandauit, libro planta. iii. quando ait. Ruborum itē plura genera, præcipuā verò habent differentiam, quòd alter recta in altitudinem erigitur, alter deorsum & in terrā vergit, & cū primū ter ram attigit iterum radicatur, vocantque hunc aliqui humilē siue terrestrē rubum. Qui vero cynosbathos, hoc est canis sentis dicitur, fructū fert rubētē punicę cytino similē, estque inter fruticē & arborē medi⁹, punicę similis, folio viticis: hęc Theop.

Rubus.

CAPVT XIIII.

CYNOSBATON QVAM ALII, &c. Haud desunt qui vocitent hanc oxyacantham, id est acutā spinam, multo nunc tritius vocamus omnes sentem canis. Est enim sentis canis similis paliuro, vt proditum memo- riæ est à Columella libro rei rusticæ duodecimo. Dicta & hæc est cynorhoda, hoc est canis rosa, quia flos eius sit roseus. Est enim frutex maior, arborescit enim. Fo- lia hæc longiora quàm myrthus habet, spinas in virgis

duriſſimas,florem candidum ferens. Aluum ſiſtit fructus eius ſiccatus in vino, deinde coctus & potus, vt ait Dioſcorides libro primo. Et ſubdit Plinius paulò poſt.

Idæꝰ rubeus. ❧ IDAEVS RVBVS, &c. Græci rubum ideum βάτον ἰδαῖον,id eſt idæum vocant:ſic enim dictus idæus,quòd in Ida mõte naſcatur copioſior, vt prodit Dioſcorides libro quarto. Flos eius tritus cum melle oculorum inflammationibus prodeſt,ſacros ignes extinguit. Subdit deinde Pli. ❧ INTER GENERA RVBORVM RHANNOS, &c. Rhannum ſunt qui vocent leucacantham,hoc eſt ſpinam albam. Eſt enim rhannus frutex naſcens circa ſepes, rectis virgis:folia habens parua,oblonga,mollia, modicè pinguia. Eſt & rhannus alia candidior, vt ait Dioſco. libro. i. Folia earum plãtarum faciunt ad ſacros ignes illita,& ad ea vlcera quæ ſerpunt. Fertur (ait Dioſcorides) præterea rhannus ramis eius pro foribus vel feneſtris omnium veneficiorũ arcere maleficia. Quod ab Ouidio animaduerſum videtur quãdo ait. Sic fatus virgam qua ſtrigis pellere poſſet,

Rhānꝰ.

, A foribus noxas,hæc erat alba dedit, Virgaque ianalis de ſpina ſumitur alba. Spinam profectò albam Ouidius vocat his verſibus rhannum,nam authore Dioſco. dicitur leucacantha,id eſt ſpina alba. Porrò,quod ait hic de lycio,lycium vocant nõnulli pyxacantham,id eſt buxeam ſpinam. Eſt enim arbor tricubitalibus virgis, et aliquando maioribus,circa quas folia ſunt denſa buxo ſimilia. Fructum fert piperis figura,colore nigro,amarum,& cum leuore denſum,corticem pallidum,diluto lycio ſimilem. Colligitur ex ea ſuccus cum frutice,radicibusque, & cũ diebus aliquot in aqua maduerint decoctis,tum exempto ligno:iterum eo qui ſupereſt liquore ad craſſitudinem mellis decocto. Probatiſſimum lycium quod igne accenditur,& cũ extinguitur, ſpumas rubentes agit:foris nigrum, ruffum intus,quando frangitur, huic vis adſtringendi eſt,exterit,vt ſcriptum reliquit Dioſcorides libro primo,quę claritati oculorum officiũt: palpebrarum ſcabies prurigineſque & diutinas diſtillationes ſanat. Facit ad purulentas aures, tonſillas,exulceratas gingiuas,labrorum ſciſſque rimas datur ſanguinem expuentibus,tuſſientibuſque. Prodeſt contra canis rabidi morſus,magnitudine fabę deuoratum,aut in aqua potum, ſiſtit fœminarum fluctiones appoſitum. Fertur etiam lycium indicum ex frutice qui lonchytis dicitur. Eſtque lonchytis ſpina ramis rectis,hæc Dioſcorides. ❧ OPORICE &c. Medicamentum à pomis arborum fructibuſque:hic ſatis enodat Plin. quid ſit,quare ad alia recurrendum.

Oporice

❧ CAPVT .XV. ❧

Teucriũ

CHAMAEDRIS HERBA, &c. Teucriam herbam hanc dictam volunt,nonnulli à teucro,qui vires eiꝰ primum expertus dicitur,vocatur ea trixago,et chamędris. Eſt enim herba virgata,vt prompſit Dioſco. libro tertio, tenui folio hęc figura ciceris. Naſcitur plurima in Cilicia, hęc minuit lienes egregiè,cum poſca pota, linitur & lienoſis ex aceto additis ficis. Contra venenatorum verò morſus ex aceto tantum. Cæterò quæ propriè trixago dicitur: naſcitur aſperis locis,& petroſis. Eſt enim frutex breuis, carpenda eſt ſuo ſemine herba prægnans. Hæc authore Dioſcoride libro tertio, tuſſientibus prodeſt, duratis lienibus, vrinæ anguſtijs, hydropicis. Menſes hæc trahit & fœtus, lien ẽ minuit cũ aceto pota, contra venenata bibitur cũ vino. Purgat vetera vlcera cũ melle. Hanc dictam chamedryn notandum, quòd ſit humilis & terreſtris quædam quercus. Porrò paſſim chamædropem hic legitur,legerim chamærope,non chamædropẽ,vetꝰ.

❧ enim lectio

enim lectio sic habet: ita dictã quòd humi serpat. Meminit huius Theophrastus, libro nono plãtarum inquiens. Trixaginis autem folia vulneribus ruptisque prosunt: in quem vsum ex oleo trita imponuntur, prosunt & vlceribus depascentibus: purgat bilem semen eius, confert oculis, oportetque tritum folium ex oleo illis admouere, hæc ille. Chamædaphne, cuius hic Pli. meminit: quę terrestris laurus, vel tritius vincaperuica dicitur: vires habet medicas. Capitis eñ doloribus & æstuãti stomacho cõcisa eius folia, emplastri modo imposita succurrunt, sedãt tormina cũ vino pota. Succus herbę potus cum vino menses & vrinas trahit, vt ait Dioscori. libro quarto. Meminit & Chamædaphnes Theo. tertio plãtarum. Cibis autẽ gratam Paulus Aeginita, libro sexto ait. Item & libro primo quãdo asseuerat asparagum, id est, germẽ nouellum & summũ chamędaphnes nutrire & vtiliter comedi posse. Porrò hic Chamæsyces meminit: est enim humilis & terrestris ficus, vt vox indicat: profert enim ramulos per terrã stratos, lacte plenos. Ramuli eius cõcisi & in vino pro pessulis appositi dolores muliebrium locorũ finiunt. Item modo emplastri positi tumores, verrucasque tollunt authore Dioscori. libro quarto: prodest ictibus scorpionum, oculorũ caliginibus, suffusionibus, cicatricibus, & nubeculis. Est & aliud ea quę Chamæcissos dicitur, id est, hedera terrestris & humilis: quę & Chamęleuce dicitur: alij siluaticã hederã vocant. Cõtra coxendicis dolores trioboli põdere in aqua cyathis tribus quadraginta diebus folia eius vtiliter bibuntur, vt ait Diosco. libro quarto. Hic perpendendum & si vox Chamęcisson hederę notam significet: nõ tamen intelligendum penitus eam esse hęderam, sed herbam cultis locis nascẽtem: hederaceis folijs: à quorum similitudine hæderæ nomen sibi asciuit. Et subdit Pli. CHAMAEPEVCE, &c. Dioscori. libro quarto Chamæpeucem doloribus lumborum conferre scriptum reliquit. Quod ampeloprason vocat, nomen à vite sumpsit, quia in vinetis, vt ipse ait, nascatur. Item & à porro vox deflexa. Et subnectit Pli. QVAE STACHYS vocatur, &c. Est enim frutex æqualis marrubio, vt memoriæ mãdauit Diosco. lib. iii. calefacit ideoque potum foliorum eius decoctum menses & secũdas pellit: nõnulli aiũt abortum facere. Pli. lutea folia habere testatus. Diosco. verò: candida magno inter graues authores discrimine. CLINOPODIVM, Hoc nõnulli ocimastrum, quare à Pli. ocymoides dicitur: meminit huius Diosco. lib. iii. asserẽs hãc: ruptis cõuulsisque cõferentem, venenatorum morsibus eius decoctũ prodest. Itẽ vesicæ stillicidio: trahit menses, fœtusque, & verrucas pellit eodem authore. Et subdit Pli. paulò post. ITALI CENTVNCVLVM VOCANT, &c. Varijs appellationibus hãc dictam cõijcere licet lectione Diosco. lib. iii. hãc herbam etiam Gnaphaliõ vocãtis, cõferre eius folia, ait, intestinorum torminibus, herba hæc tomento apta est, & lectis accõmoda.

Chamę cissos. Chamę leuce.

Stachys

GRAECI AVTEM CLEMATIDEM, &c. Nasci hanc in ægypto Diosco. testatissimum reliquit, lib. iiii. folia eius sedare muliebrium locorum dolores cum lacte aut rosaceo prodit. Cõmãducata eadem dẽtium dolores mitigãt. Cõtra venenatorum morsus vtiliter imponuntur. Clematida dictam nõnulli volunt, à verbo Clema: quod viticulam, alij capreolum vocant, vel flagella, qualia in cucurbitis alijsque herbis, per terram iacentia. Clema enim iure flagellum, ac fermentum dixerimus. Cęterũ sunt & alia Clematidis genera. Nam & Clematis alia quę viticulam ex se mittit rubẽtem, vitilium modo lentã, folium habet quod acerrimum gustu sit, & exulceret, circũuoluit sescanditque arbores. Tritũ semen eius in aqua mulsa potum per inferna bilem, ac pituitam trahit, pellũt lepras emplastri modo imposita folia, ipsa cum sale lepido cõditur ad cibos. Hic nõ obfuerit perpẽ disse Apuleium eo libello, quem de herbarum vi scriptũ reliquit chamædrym in

Chamę dris. Chamę pitis.

puluerem redactum mollissimum: vino veteri datā prodesse veneno. Itē̄m podagræ necnon & conuulsis ruptisq́ue, is etiam Chamæleam hepaticis cōferre testatur: si ex ea cum vino bibatur succus. Chamæptyn etiam ait, torminibus conferre Chamædaphnem verò aluum soluere.

CAPVT .XVI.

EST ET ARON, &c. Aron cum dracunculo satis incuriose Plí. conijcere licet cōfundere. Nam & libro. xix. inter ægypti hortensia numerat, capite. iiii, quando ait. Est & iter genera bulborũ quod in ægypto Arō vocāt, &c. quę certè magis dracunculo quâm aro congruere vidētur, hoc tamen Plí. auguror fecisse, causam similitudinis. Nā & Aron dictum dracunculum quibusdam testatur Dioscori. libro secundo. Sunt, inquit, qui dracunculum appellent: folia dracũculi minora tātum habet: nec adeò maculosa. Cādida illi radix ad dracũculi radicem accedens: folia Ari cōdiuntur sale ad cibum: per se etiā siccata elixa've comeduntur. Radix cũ fimo bubulo emplastri modo imposita podagris prodest: hęc ille. Porrò: animaduertendũ hic dracũculi genus esse duplex, maius, & minus, illud dracũtiam maiorem, hoc minorem dixerunt. Maior enim dracunculus authore Diosco. lib. ii. nascitur locis vmbrosis, circa sepes, caulem habet rectum, bicubitalem baculi crassitudine, abundāt in eo purpureæ maculæ. Radici huic inest vis calefaciendi: prodest tosta, vel elixa tussi, ruptis, cōuulsis, distillationibus capitis, pota eadem cum vino venerem stimulat: cōcisa ea cum melle mala vlcera purgat, odor radicis aut herbę recentis abortiuum facit, id etiā pręstāt triginta grana seminis eius. Ferunt pręterea nō vulnerari à viperis eos, qui manus dracunculi folijs cōfricauerint, aut radicem eius effossam manibus gestent. Minor autem dracũculus: folia hederæ habet grādia & in folijs albescentes maculas: caulem rectum, vario colore, anguium modo maculosum, intercurrentibus purpureis guttis, baculi crassitudine, semen habet in summo racemosum. Radix illi rotunda, bulbosa, similis raphano. Semen eius, vel succus aurium dolores finit instillatus, appositus item naribus polypum cōsumit. Triginta grana seminis pota in posca abortus faciunt. Ferunt pręterea odorem, vt ait Diosco. cum defloruerint flores nuper cōcœpti fœtus abortiuum esse. Radix calefacit, suspiriosis subuenit, tussi, ruptis, cōuulsis, distillationibus. Adiuuat præterea pectoris excreationes tosta, vel elixa: venerem stimulat cum vino pota, hęc Diosco. & id genus multa. Meminit pręterea Theoph. octauo plātarum, quid ponens discerniculi inter arō & dracũculũ, quādo ait. Dracunculi autem radix: vocāt enim & aron dracunculum quēdā, quoniā vario caule sit medicaminibus apta in cibos nō venit, &c. Cæterò fit dracōtee, siue dracũculi mentio apud Apuleium libello quem de vi herbarum posteris legendum reliquit. Radix, inquit, draconteę cum axungia pisata & in malagma redacta ossa fracta de corpore extrahit: eadem in vino pota valet contra omnia venena, ea enim discutit. Et subnectit Plinius EST ET ARIS QVAE, &c. Hæsitādum hic legendum ne sit. Arisaron an aris. Diosco. Arisari meminit, sed nō Aris. Arisarum inquit, exigua herba est: radicem oliuæ figura habet, maiore acrimonia quàm arō, sistit vlcera quę pascendo serpunt, fiunt ex ea collyria contra fistulas efficacissima, hęc ille, libro secundo. Paulus Aeginita, lib. vi. Arisaron asseuerat multo breuius aro: qui nō arin, sed arisaron nuncupat, quare suspicarer potius legendum Arisaron quàm arin. Et subsequitur Myriophyllon.

QVOD

QVOD NOSTRI MILLEFOLIVM, &c. Millefolium herba nota omnibus, Apuleius in codicillo herbario vocari hāc etiā ait, stratioticen, achillion, melophyllō, myriophyllō. Achilē inuenisse testatur, quare achilliō vocatā puto. Achiles, inquit, inuenit, vnde vulnera ferro percussorum sanauit: ob id achillea vocatur, hac sanasse dicunt Telephonē: Radix cōmāducata valet cōtra dolores dentis: cum axungia pisata, & imposita vulnera sanat: hęc ille. Haud desunt qui hanc etiam vocent supercilium veneris. Diosco. arcere vulnerum inflāmationes prodit, lib. iiii. bibitur herba cum aqua & sale præcipitatis ex alto. Subnectit Plinius.

PSEVDOBVNION, Pseudobunion mendax & falsum bunion, hoc napū vox esse indicat. Est enim authore Diosco. lib. iiii. Frutex dodrantalis napi folia habens acria. Ramuli cum aqua poti tormina, vesicæque stillicidia, & lateris dolores finire dicuntur. Quin etiam strumas discutit pseudobunion, cum aqua & sale emplastri modo impositum. Cæterò quod Pli. hic de myrrhide agit, quę & myrrha quibusdam fertur. Herba est cicutę folijs similis: radicem habet longam, teneram, rotundam, odoratam, quę suaui gustu etiam estur, hęc phalangiorum morsibus in vino pota succurrit: purgat deinceps, authore Dioscoride, à puerperio fœminas: educit menses, datur tabidis in melle elixa sorbenda. Ferunt præterea aliqui, bis ter've pota in vino quotidie radice eius, incolumes à pestilenti morbo seruari qui biberint. Hæc enim sibi myrrhę aut myrrhidis nomen asciuit ab odore myrrhę. Et sequitur.

ONOBRYCHIS FOLIA, &c. Astipulatur Pli. lectioni Diosco. inquiētis. Onobrychis lenti folia similia habet: longiora tamen, caulem dodrantalem, puniceum florem, radicem paruam, nascitur humētibus locis, potest herba cōcisa emplastri modo imposita panos disijcere. Eadem contra vrinæ stillicidia vtiliter bibitur & cum oleo ciendis sudoribus inungitur: hæc Dioscori. Hic non obfuerit nouisse Onobrychin aliud esse, quàm quę vocatur onochelos, id est, labrum asini: & si etymi pars ab asino defluat.

CAPVT .XVII.

IN PROXIMO HERBARVM, &c. Nihil agendum hic constitui quòd portentosa & citra fidem sint hæc: prætereundaque, quòd incognita omnia sint & pijs auribus trasilienda.

CHIROCINETA, &c. Hoc est, volumina quę manu religiose mouerentur, tractarenturque ad vim magicam, ἀπὸ τοῦ χειρὸς, id est, à manu & κινέω, id est, moueo: hinc κινετὸς, hoc est, mobilis, & χειροκίνητον, id est, chirocineton, hoc est, manu mobile. Fuit profecto commentariolus à Democrito editus, qui Chirocineton dicebatur, cuius meminit Victruuius, libro nono.

THERIONARCHA, &c. Id est, bestias necantia. Iure enim Therionarcha appellaris, quę bestias, siue feras torpescere faciūt. Aglaophatin, id est, admirationem hominum facientem herbam, vocant.

CAPVT .XVIII.

CRIPHIAM MVLTI, &c. Quod hic de Lanaria herba agit, hæsitandum eā intelligat eam quam struthion vocauimus, vel radiculam, cuius alibi meminimus. Stratiotes autem herba non ea est intelligenda, quam millefolium diximus & si Stratiotes dicatur, sunt enim genera plura

nominis. Est enim stratiotes aquaticus, stratiotes dictus quòd aquis supernatat, & sine radice viuit: sed o simile folium habens, & is est cuius meminit Pli. quando hic ait. Est ea in ægypto & nili inundatione nascitur aizoo similis, &c. Huius etiã meminit Dioscori. libro quarto asseuerans huic vim inesse refrigerandi. Sistit, inquit, sanguinis in renibus eruptiones potum, vulnerum inflammationes arcet, sacros'que ignes & tumores ex aceto modo emplastri impositum.

CAPVT .XIX.

HERBA IN CAPITE, &c. Multa hic Plinius ait, quę legentibus non parum admirationis allatura puto: quę subsultim, raptim, vel potius non tractanda sunt. Porrò quod de Tordylo herba ait, sunt qui putent potius Gordilon dici quàm Tordilon, vt ex lectione Pauli Aegini. conijcere licet, libro sexto, qui gordylon non Tordylon vocat, quod Pli. refert in montibus nasci: eadem etiam Dioscori. libro tertio. Nascitur, inquit, in Amano monte breuis & fruticosa herba, bibitur contra vrinæ angustias: menses cit, ducendis'que prodest, Radix adiuuat pectoris excreationes. Subdit Plinius.

GRAMEN IPSVM, &c. Gramen quod à capris Aegicon à iumentis amaxitim aliqui vocant vires habet medicas, vt videre etiam est apud Dioscori. libro quarto: à cuius fonticulis hausisse videtur hæc Plini. qui glutinare vulnera radicem graminis modo emplastri impositam ait, potum decoctum radicis facit ad tormina: prodest vrinæ angustijs & lapidosa vesicæ excrementa frangit. Cæterò quod ait nasci in Parnaso gramen: intellige gramen quod harundinaceum vocat, græci calamogrostin. Hoc enim enecat in ciboiumenta: præsertim'que in Babylone secus vias, vt etiam memoriæ mandatum est à Diosco. eo quo diximus loco. Non tamen iumenta dixit Pli. sed Camelos: qui ad vecturam sunt idonei: gramen hoc cit egregiè vrinam: vomitiones & aluum reprimit. Porrò quod de fœnugræco ait eadem testatur Diosco. asserens huic vim inesse molliẽdi, dissoluẽdi, siccãdi, succũ'que decocti fœnugræci fœminarum pluribus malis subuenire: farinam'que eius cum hordeo, aut lini semine decoctã aqua vuluarum cruciatibus opitulari: & id genus multa.

Vicesimi quarti Finis.

In Vicesimum quintum Plinij, Stephani Aquæi viri equestris. Scholia.

CAPVT PRIMVM.

IPSA QVAE NVNC DICETVR, &c. Et quia multarũ meminimus herbarum salutigerarum nõ obfuerit nunc earum inuẽtores, ac viriũ medicarum enarratores admouisse, priscorũ certè plurimis nihil intentatum inexpertum'que fuit illis consulentibus humani generis saluti. Hi se viribus perscrutandis herbarum addixerunt, toto'que vt dicitur pectore delitescen-

tem energiam indagarūt:repertā poſteris palàm fecerūt nō inuidētes poſteritati.

CAPVT .II.

MINVS HOC QVAM, &c. Hoc eſt, Romani minus quam iuſtū eſſet celebrauere ea quę inuenerunt de herbarū dotibus medicis, de'que plantarum effectu: humano generi peraccōmodo. Hanc enim primā curā Cato primus inter romanos ſuſcepiſſe dicitur: qui nedum medicam ina homi nibus vtilia, ſed & bobus patefecit: vt videre eſt in eo libel lo, quem de re ruſtica poſteris legendum reliquit: poſt hūc C. Valgius. Dei de Pōpeius Leneus. Ante hos Mithridates de his ſcripſerat: qui vt lib. xxiii. vidimus antidotum ſingulare in veneni omne genus cōpoſuerat: nouiſſe perfecte herbas ſatis apparet eo antidoto ab eo dicto Mitridatium: quo plerique nunc ad venena vtuntur. Porrò quod Pli. ait de ſanguine anatum pōticarum Dioſcorides etiā anatum ſanguinem ait miſceri ſolere antidotis: de quo ſuo loco agemus. In hac diſtinctione herbariorum mirari ſubit Pliniū non meminiſſe Dioſcoridis, à cuius prōptarijs multa deſumpſiſſe videtur. Non deſunt tamen qui dicant Plinium nō legiſſe eius monumenta/quod eorum nō meminerit: quòd ita nō ſemper cum illo cōuenit in multis, vt docuimus: Fuit tamen Dioſco. antiquior Plinio. Nā Areus ad quem ſcripſit librum ſuum, ſapiētia clarus vir fuit, Plutarchus in. M. Antonij vita Areum Alexandrinum philoſophum refert, quem ob ſuam ſapientiam profectus Alexādriā Auguſtus Cæſar nauali bello fuſis fugatis'que ad Actium Antonio & Cleopatra multifecerit ornarit'que & in primo honore inter alios profeſſores, quos tunc Aegyptus audiebat habuerit: verba Plutarchi hæc ſunt Ingrediebatur verò Cæſar ciuitatem philoſopho Areo colloquens, &c. Is enim Areus fuit, cuius cādori Dioſcorides librum dicauit: porrò græci aliquot ſcriptores Dioſcoridem Cleopatrā ægyptiā reginam ſecutum fuiſſe narrant: quare ſatis liquet ſæculo fuiſſe Antonij, ac Auguſti: vnde ratio perſuadet Pli. multi vt credant legiſſe Dioſcoridem. Mirum tamen eſt nomen illius ſuppreſiſſe quādo eorum omnium meminerit, à quorum penū aliqua deſumpſit: cenſenda hęc reliquimus peritioribus. Ceterō de Mithridate Aulus gellius, li. xvii. noctium atticarum, & Vale. lib. ix. Porrò Hermolaus Barbarus Dioſco. & Pli. fuiſſe ſynchronos cenſet, nec Pli. Dioſcoridis legiſſe monumenta. Subdit Plinius.

Anatū ſanguis.

CERTE Quid nō repleuere fabulis Colchis Medea, aliæ'que, in primis Italia Circe, &c. De his ſcitè meminit Theophraſtus. ix. de hiſtoria plātarū, ca. xv.

CAPVT .III.

NEC BESTIARVM SOLVM, &c. Non ſolum animalia noxia nobis adferūt aliqua verūetiā: aquę quarundā regionum: ſicuti aqua huius fontis, cuius hic meminit Pli. Victruuius, libro octauo, Suſis refert fonticulum fuiſſe ex quo, qui bibiſſent dentes amitterent: eiuſmodi fontis meminit Strabo, lib. xvi. Cæterò non tamen in Germania, ne'que ex vitio aquę tātum: ſed in Arabia & ex regionis fru ctibus mala hęc eueniſſe referens. Vocat autem hic Plini. ſtomacaccen, hoc eſt, græce σομάκακκὴν, id eſt, ſtomacaccen oris reſolutionem quādam. Scelotyrben verò, id eſt, σκελότυρβὴν crurum reſolutionem: ſtomacacce in

Stomacacce. Scelotyrbe.

medicina

medicina gręcorum nō legitur, tamen oris vitium significare etymon monstrat, quod σόμα, idest, stoma, os dicatur. Strabo tamen videtur explicuisse παράλυσιν περὶ τὸ σόμα, id est, oris paralisin. Porrò scelotyrbe resolutionis genus est: cuius meminit Galenus in diffinitionibus his verbis. Scelotyrbe genus est resolutionis, qua totus homo ingredi nequit, sed aliquādo sinistrū latus in dextrum: aliquando dextrum in sinistrum, circūfert, aliquādo crus post se trahit: hæc igitur impedimenta eundi Pli. cōpages vocat: quibus genua crura ne impediuntur ad quę valet herba britānica: quā refert Dioscori. lib. iiii. etiam prodesse tonsillis, & ad ea quę in ore serpunt: folia habere syluestri rumici similia: nigriora tātum hirsutiora'que radicē tenuem breuem'que: sapore adstringente.

CAPVT .IIII.

AVDATISSIMA HERBARVM, &c. Moly herba cantatissima apud Homerum: qua Mercurius Vlyssen contra veneficia Circes armauit. Decima enim Homerus Odysseę rapsodia sic huius herbæ meminit: ὣς ἄρα φωνήσας πόρε φάρμακον ἀργεφόντης ἐκ γαίης ἐρύσας καὶ μὴν φύσιν αὐτοῦ ἔδειξεν ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε γάλακτι δὲ ἔκελον ἄνθος μωλὺ δὲ μὶν καλέουσι θεοὶ χαλέπον δ᾽ ἔτ᾽ ὀρύσσειν ἀνδράσι γε θνητοῖσι θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται: quorum sensum si quis curiosius quęrat is erit: sic igitur dicens dedit medicamen Mercurius ex terra trahēs, & mihi naturā ipsius mōstrauit. Radix quidem atra erat: flos lactens. Moly autē hoc dicunt dei: arduū autem fodere mortalibus viris, dij autem possunt omnia. Porrò huius herbæ etiā poetæ plures meminisse dicuntur: sicut Ouidius in sua metamorphoseos ędítione quando ait.

, Pacifer huic florem dederat cyllenius album
, Moly vocant superi nigra radice retentum.

Theophrastus nono de plātarum historia abundè meminit, referens hāc herbam, prodesse cōtra excātationes & veneficia: astipulatur autem Theo. Homero. præterquam dicat radicem nō difficulter effodi. Cæterò sunt qui Moly putent rutā syluestrem putarim tamen generis sui herbam esse: vocari rutam syluestrem in Galatia ac Asia quod manifeste docuit Paulus Aeginita, libro sexto quando ait. Moly quod agrestē rutā aliqui vocāt. Cæterò quod ait de Peonia herba hic Pli. peoniæ nomen sibi asciuit à Peone medico inuentore: glycysidem alij, à dulcedine nuncupāt: alij peutorobō, quasi quinqueruum: alij theodonion, quòd auxilium diuinum videatur polliceri. Item Aglaophotis, à lucis splendore. Huius affatim meminit Theophra. lib. ix. de plantarum historia, à cuius fonticulis hæc, quę hic de ea agit Pli. desumpsit. Diosco. duo genera facit, masculinum & fœmininum: illud habere folia nuci iuglandi similia trahit: hoc verò smyrnij mōdo secta folia: valere contra dolores alui: prodesse felle suffusis, doloribus'que vesicæ. Item contra phantasmata
Phāni. nocturnas'que illusiones: quas Plinius hic phannos vocat. Sunt enim hic phanni ludibria, ac phātasmata quę dormientibus aliquādo eueniunt: quæ elegāti verbo di-
Ephaltes. xeris Ephialtas. Est enim ephialtes quādo aliquis in quiete putat se inuadi & ab aliquo cōprimi: suffocari que, alio vocabulo pnigalion dicitur à suffocatione fit hoc
Incub⁹. malum in cōtinua crapula, & stomachi cruditate, neoterici medici incubum vocāt id malum: accidit in eo constitutis difficilis motus torpidus in somno sensus, suffocationis, in mente obuersatio: & veluti ingruentis mali alicuius occupatio: sequitur
Panaces clamoris, ac vocis frustratio & sermo indiscretus. Cæterò panaces dictæ herbæ

quia ad omnia valeant omnibusque medeantur, à πᾶν, id est pan, quod omne est, & ἀκέσις, id est acesis, quod medela dicitur, & ἀκέω, medeor. Herculeus panax ab Hercule heracleus dictus est, de cuius generibus abundè Theophra. ix. de planta. hist. meminit. Est & aliud genus à Chirone chironeum dictum, nam primus chiron in pelio monte inuenisse fertur, authore Nicandro, qui ait, πρώτην μὲν χείρωνος ἐπαλθέα ῥίζαν ἑλέσθαι κενταύρου κρονίδαο φερώνυμον &c. hoc est, Primam quidem chironis medicã radicem sumito Saturni centauri nomen habentem, quam chiron quondam in vinoso vertice montis pelij inuentam ostẽdit. Aliud genus asclepium dictum est ab Aesculapio, de quibus abundè eo quo diximus loco. Theophra. & Diosco. lib. iii.

CAPVT . V.

LINOZOSTIS SIVE PARTHENION, Linozostis herba, quã alij mercurialem, nã grçci ἑρμοῦ ποαν, id est hermipoã dicunt, id est Mercurij herbam. Hæc omnibus nota, sexu discernitur: fœmina ocimo folia similia habet, ramulos geminatis geniculis semẽ fert fœmina racemo sum & multum, mascula iuxta folia exiguum, rotundũ, binum testiculorum specie dependens. Soluit commodè aluum mercurialis, etiam si in cibo sumatur, authore Diosco. libro. iiii. Creduntur præterea fœminæ mercurialis herbæ, folia trita tum pota, aut post purgationes fœminarũ genitalibus apposita, vt fœminæ concipiantur facere: masculæ verò contra mares, vt scriptum reliquit Diosco. cui videtur astipulari hic Pli. ALII (ait Pli.) SIDERITEN, &c. Sideritin sunt qui appellãt heracleã, alij solanum. Habet (authore Diosco. libro. iiii.) folia marrubij lõgiora tantũ ad saluiæ aut quercus figurã accedentia. Paulò tamen minora hæc glutinat vulnera, inflãmationes arcet. Est & alia sideritis, gracilibus ramulis bicubitalibus. Tertia est quã crateias heracleam pariter vocat, in parietibus ac vinetis nascẽtem. Sideritin dictã dicunt, quòd glutinandis vulneribus apta sit, à ferro quasi dictam. Porrò achillea cuius hic meminit Pli. alio vocabulo myriomorphõ dicitur, ab alijs chiliophyllõ, id est millefoliũ, itẽ stratiotis, hoc est militaris herba: glutinat hęc etiã vulnera, authore Diosco. Et subdit Pli. INVENIT & teucer, &c. Teucriũ herba à teucro nomẽ accepit. Est enim herba virgata, minuit hęc lyenes, cõtra venenatorũ morsus prodest, authore Diosc. lib. iii. Porrò quãdo Pli. ait, SPARGENTEM iũcos, &c. Vocat enĩ iũcos virgulas lẽtas ac flexiles. SPLENION (ait) quibusdã vocatur, &c. Spleniõ dictũ est quia spleni medeatur, alij scolopẽdriõ vocãt, alij asplenõ, triti⁹ scolopẽdriã, cuius meminit Theop. ix. de plãt. hist. Folia eius in aceto decocta prosunt volẽtibus minuere lyenẽ, cõferũt etiã hęc folia fellis suffusionib⁹, singultuiq; ac calculos vesicę frãgũt, authore Diosc. libro tertio. VNVM (ait Pli.) genus hellebori melãpodiõ, &c. Gen⁹ enĩ nigrũ hellebori dicit melãpodiõ. Plurib⁹ i nominib⁹ à Dios. appellatũ polyrhizõ. i. multiplicis radicis: itẽ melanorhizõ. i. nigræ radicis, & id genus multa, quę Dios. iiii. docet, de helleboro agẽs. Porrò hic Pli. prœtidas. i. filias prœti, lacte caprarũ pastarũ helleboro sanatas à furore ac phrenesi quadã testatur. Nõ graues authores Pli. & Victr. cõueniũt hic nõ helleboro sed potu aquę cuiusdã fõtis filias prœti sanatas tradit, li. ar. viii. ca. iii. his verbis. Ad eũ autẽ fontẽ epigrãma est in lapide inscriptũ hac sententia versib⁹ gręcis, eã nõ esse idoneã ad lauãdũ, sed etiã inimicã vitib⁹, ꝙ apud eũ fontẽ Melãp⁹ sacrificijs purgauisset rabiẽ prœti filiarũ, restituissetq; earũ virginũ mẽtes in pristinã sanitatẽ: gręcũ ad hoc est. φεῦγε δ' ἐμὴν πηγὴν πισάμπελον ἔνθα μελάμπους λουσάμενος λύσσης προιτίδας &c. Hæc Victru. qui non cõuenit sententiæ Plinianæ. Diosco. Pli. secutus videtur: ille enim sic de helleboro nigro agit. Melã-

Mercurialis.

Sideritis

Heraclea.

Teucriõ

Iunci.

Spleniõ

Melampodiõ.

Elleborum.

Helleborũ nigrũ

podion veratrum nigrum eſt, quoniam creditur melampus paſtor quidam furẽtes Proeti filias primus eo purgaſſe, & ad ſanitatem mẽtis reſtituiſſe, hæc ille. Hæc autem grauiſſimorum authorum diſcrimina cenſenda peritioribus relinquo. Ducit menſes veratrum album, fœtus in vtero appoſitus necat, authore Dioſco. lib. quarto. Sternutamẽta cit, mures necat, miſtum melli cum polenta, minuit carnes, ſi cũ his decoquatur, nigram pituitam trahit, bilem'que, prodeſt comitialibus, melancholicis, ac inſanientibus, articulorum doloribus & reſolutis, ſanat ſcabies, contra dolorem dentium cum aceto decoquitur, contra hydropiſin valet: de eo item & generibus eius diuerſis copioſè agit Theophr. nono de plantarum hiſtoria, cui Pli. hic aſtipulatur, quare qui de his plura volet, locum habet quem adeat. Et ſubdit Pli.

❧ CANALIVM DORSO RVBENTIA, &c. Sic enim paſſim legitur, fide autem noſtri exemplaris non canalium, ſed caulium legerim: vocat enim hic Pli. dorſum in plãtis à tergo partẽ, quæ per lõgitudinem ſpinæ animaliũ modo extẽditur, & à reliqua ſuperficie eminet. ❧ OBSERVATQVE (ait Pli.) AQVILAE VOLATVS, &c. Theophra. radicem huiuſcemodi veratri precatione ac ſacrificijs factis effodi ſolitam etiam tradit, item & Dioſcori. inquiens. Eam'que ob cauſam effoſuri illud ſtantes Apollinem & Aeſculapium precantur aquilã idẽtidem obſeruantes nõ ſine periculo (vt ferunt) a duolantem mortem ſiquidem fodientibus adfert auis illa, ſi nigri hellebori ſucciſionem viderit, hęc

Clinici. ille. ❧ MEDERI HOC CLINICIS, (tradit Pli.) Clinici dicuntur qui ita morbo affecti ſunt, vt ſurgere è lecto non poſſint: nulla amplius de eorũ ſalute ſpes eſt, paralitici ferè dicuntur hi. ❧ TYMPANICIS. Genere hydropiſis affectis. Tympanites hydropiſis genus, de quo egimus.

❧ CAPVT .VI. ❧

IPSI MITRIDATI CRATEIAS, &c. Inuenit & herbas aliquas Mitridates, quæ ob id regis nomẽ ſibi compararuerunt, in quarum albo eſt ſcordotis ſiue ſcordion, quæ à malo & ingrato odore dicitur dyſoſmon, ab odore allij. Scordion, allium enim σκόρδον dicunt greci. Nõ nulli etiam hanc herbam trixaginem vocant: bibitur ſicca in vino cocta contra ſerpentium morſus, valet contra tormina ac vrinæ anguſtias, purgat craſſa purulẽta'que hærentia pectori, authore Dioſco. libro. iii. menſes appoſita trahit, purgat vlcera, & cum melle ad cicatricem perducit, carniũ excreſcentias ſiccata reprimit pontica proba-

Spalemoniã. tur ad hæc omnia. Subdit Pli. ❧ PALAEMONIAM, &c. Huius herbæ meminit etiã Dioſco. libro. iiii. Ramulos, ait, habet graciles ac pẽnatos, folia paulò maiora quã rutæ, oblongiora tamen ad nepetæ longitudinẽ. Radix eius bibitur cõtra venenata, inteſtinorũ tormina, vrinæ anguſtias, coxendicis'que dolores. Pli. hic Dioſcoridi videtur aſtipulari, præter quàm in radicis deſcriptione, nam Dioſcorides cubitalem tradit, Pli. craſſam, Capadoces eam χιλιοδύναμιν, id eſt, chiliodynamin vocant, id eſt mille vires habentem. ❧ EVPATORION QVO-

Eupatotorion. QVE (ait Pli.) REGIAM authoritatem habet, &c. Quia à rege Eupatore. Sunt qui hanc herbam etiã hepatoriõ nuncupent: medetur vlceribus itẽ iocineroſis, authore Dioſco. libro. iii. inteſtinorum torminibus, ſerpentum morſibus.

Centaurea. ❧ CENTAVREA curatus dicitur chirõ, &c. Centaurea abundat, authore Dioſco. libro. iii. in Lycia pelopõneſo Helide Arcadia & Meſſene, alio vocabulo limneſiõ dicitur, quòd circa paludes, quas greci limnas dicũt, naſcatur, Pli. libadiõ eadẽ nota aquarũ vocat. Duũ generũ eſt, maius & minus cẽtauriũ dicit, illud menſes ac fœtus trahit, potiſſimũ radix eius, ea in farinam redacta glutinat vulnera. In

❧ Lycia

Lycia succus eius exprimunt pro lycio, radix vtilis item laterum doloribus, spirit?
angustijs, tussi antiquæ, cruẽta expuentibus, authore Diosco. libro. iii. Huius abũ=
dè Theophra. nono plantarum: cui hic Pli. astipulari videtur, quando ait. Qui eam
secat rarũ est, vt nõ vulneret sese &c. Sunt enim verba Theop. ix. de plãta. histo.

CAPVT .VII.

CLIMENOS, &c. Inuenerunt & alias alij reges, vt
gentiana ab Gentio rege, lisymachia à Lisymacho, & id
genus. Limachia, authore Dioscor. libro. iiii. profert cau
les cubitales, & aliquando maiores, graciles, fruticosos'que.
Florem habet rubentem, vel ad aurum inclinato colore: na=
scitur in palustribus locis propè aquas, confert foliorũ suc=
cus contra sanguinis excreationes, & intestinorum tormina
sistit appositus muliebres fluctiones, sanguinem ex vulneri
bus compescit. Gentiana autem inuenta est à Gentide Illyriorum rege, vt scriptũ
reliquit Dioscori. libro tertio. De artemisia aliubi agemus. Cæterò quod de nym=
phea ait, duum est generum. Nymphea, authore Diosco. libro tertio, nascitur in pa
ludibus, folia habet ægyptiæ fabæ similia, minora tamen oblongiora'que. Frangit
hæc hominis virilitatem si continuo eius potu quis vtatur. Theophrastus grande
folium eius esse dixit, non simile fabæ ægyptiæ, libro de planta. historia nono. Al=
tera nymphea nascitur in Thessalia, ad Peneum fluuium, authore Dioscoride libro
antelato. Euphorbiam hic his addit. Est enim ferulacea arbor in Libya, acerrimo li
quore: duo eius genera esse tradit Diosco. libro tertio: de quo aliubi.

Gentiana.

Artemisia.

Euphorbia.

CAPVT .VIII.

COELEBRAVIT THEMISON, &c. Planta=
go etiam alio nomine arnoglossos dicitur, quòd agninæ lin=
guæ folia eius speciem habeant, Duo eius genera esse constat
lectione etiam Diosco. libro. ii. Habet minor plantago angu
stiora minora'que folia, molliora, tenuiora, & maioris leuoris,
coliculos angulosos, in terram inclinatos flores palescentes, &
in summis caulibus semẽ maior cõtra crassior, ac speciosior, la
tiore folio. Porrò Pli. heptapleuron vocat, quia septem costis quodã modo insigni=
tur ac neruis, quare polyneuros dici solet: pleuras, id est πλεούρας costas grçci vocãt.
Maior plantago efficaciorẽ vim meliorem'que vsum habet, siccandi adstringen=
dique vim folia plantaginis habent, quare maleficis vlceribus cõferunt, vt scriptũ
reliquit Diosco. libro. ii. Sistunt eadem sanguinis eruptiones, perducit plantago
ad cicatricem vlcera, canum morsibus subuenit, prodest inflammationibus, datur
comitialibus suspiriosis'que. Et subdit Plinius. IVNGITVR HVIC BV=
GLOSSOS, &c. Buglossos, id est lingua bouina, herba est vulgaris, nec solũ ea
est quam putant multi, sed ea quam nos boraginem vocamus, cuius folijs insitores
vsos conijcere licet antiquitus verbis Catonis libro rei rusticç, cap. xl. quando ait.
Insuper lingua bubula obtegito si pluat, ne aqua in librum permeet, eam linguã in=
super librum alligato ne cadat, latiora enim sunt folia boragini, & ad cooperiẽdum
apta quã buglossi: quo suspicari licet linguã bubulã dici posse boraginẽ: hoc cẽsen=
dũ relinquo curiosioribus. Porrò quod ait Pli. IN vinũ deiecta animi volupt. &c.
Diosco. non hæc refert, sed febriũ accessionibus subuenire tradit. Itẽ sed (ait) ad ter
tianas eam quæ tres tantũ caules protulerit, totã cum radicibus ad tertias decoctã
dant, ad quartanas verò quæ quatuor. Paulus tamen Aeginita libro sexto, Pli. asti=

Heptapleuron Plãtago

Buglossa.

pulatur quando ait. Humidum calidum'que temperamenti buglossum est, eamq; ob causam vino iniectum lætitiam animi facere dicitur. IVNGITVR (ait Pli.) ET CYNOGLOSSOS, &c. Quod Diosco. buglosso tribuit Pli. cynoglosso attribuit, nec cõueniunt graues hi authores, nam Diosco. libro quarto herbam buglosson, quæ protulerit tres caules, totam cum radicibus ad tertias decoctam contra tertianas febres dandam censet. Pli. hoc assignat cynoglosso, id est, caninæ linguę. Hæc canum rabidorum morsibus prodesse tradit Diosco. lib. quarto, conferre'que defluuio capillorum. EST (ait Plinius) ET BVPHTHALMOS, &c. Hæc fert flores luteos chamæmali floribus maiores, authore Diosco. Eius flores cum cæra subacti. tumores duritiesque discutiunt, authore Diosco. libro tertio. Ferunt præterea à balneo statim potam ad aliquod tempus herbam suffusis felle coloris bonitatẽ reddere. PORRO (ait Pli.) STEATOMATA DISCVTIT, &c. Sũt enim steatomata genera quædam abscessuum, nomen'que factum ab a dipe, quem græci στέαρ, id est stear dicunt, nec aliud στέατωμα, hoc est steatoma, quam a dipatio, siue adipis incrementum. Galenus libro diffinitionum sic finit. Steatoma est adipis contra naturam collectum aliquo loco incrementum. Atheroma verò diffinit Galenus dicens esse neruosam tunicam, in qua pultaceus humor continetur. Et sequitur. SCYTHICA EAM PRIMVM QVAE SCYTHICE, &c. Docuimus scythicam herbam dici glycyrhizan, quam neoterici pharmacopolæ liquiritiã nunc vocant. Theophrastus hanc ponticam ac scythicam radicem, libro nono plantarũ nondum enim herbæ facto aut saltẽ recepto ab omnibus nomine glycyrhiza. Theophrastus scythicam non glycyrhizam appellauit: quare Dioscorides glycyrhizam scythicam ab quibusdam dici memoriæ mãdauit libro. iii. Et subdit Pli.

Cynoglossa. Steatoma. Atheroma. Scythica herba Glycyrhiza.

VETONES IN HISPANIA, &c. Vetonica, alio nomine psychrotrophon, quia inueniatur in locis frigidis: dicitur item à varietate & copia remediorum cestron. Cestros enim relum persicum: item opus interpunctum acu've pictum. Cestron etiam appellare possumus Veneris aut mulieris ornatum, sed tunc cestos scribitur. Picturatum etiam (vt sic dixero) opus cestron appellant. Fit vinum ex ea quod cestrite vocatur, aut vulgo betonicum. Folia eius herbæ dantur bibenda in dulci aqua, aut simplici conuulsis ruptis'que, ac contra muliebriũ locorum affectiones. Herba emplastri modo imposita, morsibus venenatorum cõfert, vrinam ciet, aluum deijcit, comitiales sanat cum aqua pota, authore Dioscoride: coxendicis doloribus prodest cum aqua pota. Porrò quod de hiberide herba ait, perpendendum multos esse qui hanc etiam vocent lepidium, item ad nasturcium referri videtur docuisse Paulus Aeginita. Huius meminit Dioscori. libro. i. Porrò quod de chelidonia, id est hirundinaria herba. Diosco. etiam duo genera chelidonię facit, maius et minus, illã commanducatam dentium dolores sedare tradit Diosco. libro. ii. Theophra. viii. de planta. histo. non prodire ex terra sed florere in aduẽtu hirundinum tradit, contra Diosco. quando ait. Creditur hirundinaria hæc nomẽ sibi inuenisse, quia hirundinum aduentu ex terra prodit, discedentibus verò iisdem marcescit. Tradiderunt præterea aliqui, si quis ex hirundinis pullis in nido lucem amiserit matrem hanc herbam oculis admouentem cæcitati eius mederi, hæc ille. De ea etiã alibi egimus. Minor chelidonia scabiem & scabros ignes pellit, authore Diosco. maioris folia emplastri modo imposita sanãt, vlcera quæ serpunt: succus eius medetur suffusis felle, hoc est ictericis, ac morbo regio laborãtib⁹, prodest oculorũ claritati. Dictãn⁹, cuius etiã obiter mẽtio a nobis facta est, duũ est generũ, nã falsum dictãnum, sic enim scribendum est. Pseudodictamnum vocant, folia habens sysymbrio similia, radix vtrius'que calefacit, succurrit venenatorũ morsibus

Vetonica. Cestrõ. Chelidonia.

cum vino

cũ vino potus succus, instillatus iisdem vulneribus factis ferro, cõferre dicitur multum, authore Dioscoride libro tertio: habet præterea purgandi vim. Huius etiam abundè meminit Theophra. nono de plantarum historia. Cæterò de aristolochia, etiam duum generum est, authore Diosc. libro tertio. Aristolochia dicta est, quòd puerperis egregiè opitulari dicatur. Est ergo genus quòd rotundum vocant, idque fœmina est, alterum longum, quod est mas. Est & tertia à quibusdam dicta aristolochia clematitis, perinde ac si dixeris sarmentaria. Lõga aristolochia prodest morsibus serpentium, ac animalium venenatorum: pellit eadem quæ in mulieribus locis à puerperiis supersunt, secũdas, & menses, si bibatur cum myrrha & pipere. Rotũda facit ad hæc omnia, confert singultientibus, lyenosis, ruptis, lateris doloribus conuulsis. Theophra. nono de plantarum historia, abundè eius meminit. Porrò vt aliquid addamus auctarii de buglosso. Sunt qui hanc vocent nepénthen, quòd tristitiam pellat ἀπὸ τοῦ νέπενθος, id est sine luctu, πένθος enim, id est panthos, luctus dicitur. Homerus odysseæ. v. sic meminit, εὔθεν ἔπινον νήπενθές τ' ἄχολόν τε κακῶν ἐπιλήθες ἁπάντων, id est. Vnde bibebant iræ nepenthes omnis obliuia curæ &c. Aristolochia. Nepenthe.

CAPVT. IX.

ARGEMONIA, &c. Argeniam alii argemonem, habet hæc papaueris agrestis folia. Sedat argemonia oculorum inflammationes, bibitur vtiliter cum aqua contra intestinorum tormina, vt ait Dioscorides libro secundo, qui argemones duo genera ibi facit: confert item argemonia, eodem authore, contra venenatorum morsus cum vino. Argemonia.

AGARICVM (ait Pli.) VT FVNGVS &c. Diosco. libro tertio de agarico sic agit. Radix fertur laserpicio æqualis agaricum esse, non tamen densa laserpicii modo superficie. Tota siquidem rara est, genere differt agaricum, estque in eo alterum mas, alterum fœmina &c. Agaricũ adstringendi vim calefaciendique habet, facit ad tormina cruditates, rupta conuulsaque obolorum duorum pondere datur etiam drachmæ pondere iocinerosis, suspiriosis, ictericis, renum doloribus medetur: datur cum passo tabidis, id est phthisicis. Serpentum ictibus trium obolorum pondere cum vino potũ succurrit miro modo, authore Dioscoride, eo quo diximus loco. Subdit Pli. Agaricum.

ECHIOS VTRIVSQVE GENERIS, &c. Echion alii alcibiacum vocant, folia habet oblonga, aspera, albida: cuius radix morsibus serpentum medetur, authore Dioscoride libro quarto: eadem sedat dolores lumborũ, lac prouocat cum vino. Putarim echyon dictum à viperis, vocatur etiam alcibion, ab inuentore, vt tradit Nicander, qui duo genera facit. Plinius libro sequenti dixit se non reperisse apud authores, qualis esset alcibion herba, quãdo eiusdem sint farinæ echion & alcibion, vt Nicander tradit, quare Leonicenus vitio vertit Pli. hæc asserenti. Echion.

HYOSCIANVM, &c. Herba apollinaris, vulgarius à sciolis iusquiamus dicitur, venenosa quidem herba, vt docuimus alibi. Quidam putant dici hyoscianum, quasi suum fabam, quod sues pastu eius herbæ conuellantur moriantur que, vt ait Aelianus. Alii non hyosciamon, sed dyosciamon, id est Iouis fabam dictam sic herbam autumant. Succus huius, temporibus appositus somnum prouocat: idem confert podagris, testium inflammationibus, mammis à partu tumentibus, authore Dioscoride libro quarto, miscetur emplastris ad somnos alliciendos. Hyoscianus.

HIERABOTANE, &c. Id est sacra herba. Sic enim verbena dicta est, itẽ peristereõ, qa colũbis grata sit, quas peristeras dicũt. Duo genera Herabotane. Verbena.

 facit

facit Dioscorides libro quarto, verbenacam enim alteram rectam, alteram supinā vocat, Recta ex aceto emplastri modo imposita sacros ignes sanat, vulnera cōglutinat cum melle. Supina valet aduersus morsum serpentis, datur contra tertianas bibendus cum adiacentibus folijs, tertius à terra geniculus eius, contra quartanas quartus. Fertur tricliniјs inspersum verbenæ dilutum, lætiores conuiuas facere, authore Dioscoride. Sacram herbam dicunt hanc, quoniam fœlicem vsum in lustrationibus suspensa alligata've habeat. Limonium, authore Dioscoride libro quarto, habet folia betæ tenuiora tantum, ac graciliora decem numero aliquando plura, caulem gracilem, opitulatur torminibus intestinorum. Theophrastus sexto plantarū limoniam non limonium vocat. ❧ PENTAPHYLLON. Quinque folium, alio verbo etiam aduersatur ictibus venenatorum animalium, radix eius decocta in ore retenta dolorem dentium compescit, authore Dioscoride libro quarto, emendat eadem faucium asperitates, strumas discutit, fluenti aluo & intestinorum doloribus subuenit: quartanas quidem ex quatuor quinquefolij ramulis, tertianas tribus, quotidianas vno soluit, sanguinis eruptiones sistit, folia medentur vulneribus, vt scriptum reliquit Dioscorides libro antelato. Cæterò arction, cuius hic meminit Plinius, folia habere verbasco similia tradit Dioscorides libro quarto: radix decocta, & eius decoctum ore continetur ad dolorem dentis, pernionibus subuenit imposita, authore Dioscoride. ❧ CYCLAMINVM. Alij vmbilicum terræ dicunt, alij rapum terræ, radix eius pota menses cit. Fertur'que, authore Dioscoride libro secundo, si prægnans mulier cyclamini radicem transilierit abortum fieri, alligata radix prægnantibus partus adiuuat, bibitur contra venenata eadē radix. Prodesse ad amores ait Theophrastus nono plantarum. Peucedanum suffitu serpentes necare ait Dioscorides libro tertio, vetera vlcera ad cicatricem perducere, aluum leniter mollire, muliebres locos, hoc est vuluas aperire, radicem purgare vlcera si siccata sit. Theophrastus nono plantarum, nasci in Arcadia peucedanū scribit, cui applausit hic Plinius.

Limonium.

Cyclaminum

Peucedanum.

❧ CAPVT .XI. ❧

ANAGALLIDA ALIQVI CORCHORON VOCANT, &c. Anagallis etiam corchorus dicitur, abiecta ac despecta: quæ gradū fecit prouerbio, corchorus inter olera, græce κόρχορος ἐν λαχάνοις, ad maledictum translata sententia, contra eos qui in humili & indigna fortuna maiores sibi quærunt honores, quum viles sint & nullius dignitatis. Theophrastus tamen octauo plātarum, in apophthegmia transisse refert ob amarorem. Duplex genus anagallidis est, authore Dioscoride libro secūdo, habet enim ceruleos, altera quæ fœmina est, altera quæ mascula puniceos. Vis vtrique est leniēdi inflā mationes surculos extrahunt. Succus instillatus dentibus dolorem eorum tollit cū melle attico oculorum albugines tollit: bibitur cōtra viperarum morsus. Est enim (authore Nicandro) cōtra venenata vtilis, item contra argema, hoc est vlcus circu lum oculi infestans. ❧ PARACENTHESIS. Paracentesis est punctio, affectionis genus ex punctura morbi. ❧ ALIQVI & mandragora vtebatur, &c. Hanc humanam formam quodam modo præ se ferre tradunt, quare appellant antropomorphon, perinde dicas humanę formæ plantam, quare semihominis præferens figuram dicitur à Columella hoc versiculo.

Anagallida. Corchorus.

Paracenthesis.

, Quamuis semihominis vesano gramine fœta,
, Mandragoræ pariat flores mœstam'que cicutam.

❧ Theophrastus

Theophrastus, cui hic in modo colligēda mādragora astipulatur Pli. de ea sic agit, libro plātarum sexto. Circūscribunt & mādragorā gladio secant'que ad occasum spectātes: iubent & alium saltātem tripudio circūagi: multaq́ue de veneris vsu & re dicere. In descriptione autem pomi mādragorę discrepant graues authores, hoc est, Dioscori. & Theophrastus: ille ouorum vitellis cōparat poma: hic, acino vuæ similia tradit Theo. verba sunt hæc, lib. vi. plātarum. Priuatim verò Mādragorę fructus, quia niger acinosus'que & sapore vinosus. colore enim nigrum acino vuæ æqualem & vinoso sapore pomum id scribit Theophra. Dioscori. verò, lib. iiii. Secundum'que (ait) folia pomis ouorum vitellis æqualibus: pallidis odoratis, &c. Mādragorę liquor purgat pituitā veratri modo: mortifera hęc est: si modus absit: sōnū facit, sopiūt enim poma in cibo & naribus admota: largiore tamē vsu vescētes solent obmutescere, vt ait Dioscori. & multa id genus ille: quę si quis volet amplius, legat eum. Bibisse autem mādragorā dicuntur παροιμιαδῶς, id est, prouerbialiter in eos: qui desides, ac torpentes nimium'que somniculosi sunt, quod prouerbiū ex philippica quarta Demosthenis esse videtur desumptum. Itē ex Luciano in Timone: dicitur enim fructus, vt diximus, hypnoticus, hoc est, somnum faciens, Sed redeamus ad pretextum. CICVTA QVOQVE VENENVM est, &c. Alij coniō dicunt cicutā. Item Catapsyxin, perinde ac si dixeris, refrigerationem: alij amaurosin ab eūetu maleficij, vt docuimus. herba est vulgaris, & omnibus nota, cui inest vis frigorifica: ob quam, mortiferā dicunt. Multos tamen in medicina habet vsus. Extinguit enim sacros ignes, & vlcera quę serpunt. Quoniā & concisa herba coma'que eius mox testibus emplastri modo imposita nocturnas libidinum imaginationes in somno auertit, authore Diosco. lib. iiii. cōpescit māmarum incrementa in virginibus. CRENNOS AGRIOS, Crennus syluester, gramias, oculorum pituitas. CAPNOS (ait Pli.) PRIMA, &c. Capnos: fumus græcis est: hinc fumaria herba dicta: capnos, neoterici fumum terræ dicunt. Habet succus fumarię herbę, id est, fumiterrę, vt sic loquar, acrimonia msacit oculorum claritatem, authore Dioscori. lib. iiii. herba pota trahit vrinam biliosam, authore Dioscori. ACORON IRIDIS FOLIA HABET, &c. Est profectò acorus cōgener iridi. Calefaciendi radici vis inest, vt testatissimum Dioscori. reliquit: ciet vrinā potum acori decoctum, lateris, pectoris, & iecoris doloribus, torminibus ruptis conuulsis cōfert. AIZOI DVO GENERA, &c. Est enim maius & minus, authore Dioscoride, lib. iiii. varijs nominibus ab eo & Plini. Sedum. siue aizoium dictum, ab æui æternitate aizoō & aeoniō grecis dictū Item, à ithales dicitur, id est, semper virens, quę omnia & id genus alia Dioscorides assignat nomina. Refrigerādi vis huic herbę inest, adstringit, facit ad sacros ignes, & vlcera quę serpunt, ad oculorum inflammationes, ambusta, podagras'que: succus eius cum rosaceo cōtra capitis dolores valet, authore Diosco. Hypogesson dicitur, quod in suggrundijs nascatur, id est, partibus tecti prominentibus.

Mādragora. Cicuta. Crēnus. Capnos id est, fumus terrę. Acorū. Aizoi genera. Sedum Hyppoglosson.

A NOSTRIS Vocatur Senecio, &c. Senecionem alij Erigeronta vocant, perinde ac si dixeris intempestiuam canitiem, quia herba hæc vere senescit, quod est cōtra aliarum, & temporis illius naturam. Theophra. octauo plantarum, etiam huius meminit. Flores eius cum folijs testium inflāmationes, ac sedis, sanāt, Medētur item vulneribus, authore Dioscori. libro quarto.

RANVNCVLVM VOCAMVS, &c. Alij à ranis batrachiō vocāt, alij apium risus. Apuleius in herbarum cōmētariolo appellat sceleratam herbam: dicitur etiam herba Sardonia, hinc risus sardonius ab ea dictus, ea siquidem in cibo potu've sumpta, mētis alienationem & cum labrorum cōtractionē & cōuulsiones facit, vt risus speciē videtibus prębeat. Plura genera esse Dioscori. ait. Vna tamen

Ranūculus.

omnium vis & natura acris, & in exulcerãdo efficacissima, folia caulesque scabros
Stigmata. vngues, ac scabiẽ exterunt: puncturas, siue puncta, id est, stigmata delent, radix admota dentibus eorum dolorem remouet, frangit tamen eos. stigmata Plini. hic vocat, vitia intercutis nõ puncta solum, sed maculis punctorum quantitate & forma decoloratã cutem: greci enim στιγμὴν dicunt punctum & erithrosticto, rubris maculis interpunctum distinctumque.

Vicesimi quinti Finis.

In Vicesimum sextum Plinij, Stephani Aquæi Viri equestris. Scholia.

CAPVT PRIMVM.

SENSIT ET FACIES, &c. Emergunt sæpius noua & mortalibus interdũ incognita genera morborum pene infinita, origine quidem cæca, ac admodum abstrusa, & quorũ ratio dari nõ potest: nisi causam eorũ sydereo influxui assignauerimus: stellarum, scilicet transcursu: coitu, ac intemperamento quodam præposteraque (vt astrologis placitũ video) positione id generi humano ingenerãtibus, in quorũ albo Lychenes sunt, ex quibus & si à nobis fuerit facta mẽ-
Lychē. tio: loco poscente denuo agendum. Cutis profecto proprie Lychen est vitium impetiginem alij appellarũt, eius natura est, quoniam ex falsa pituita flauaque bile fit, vt quales ex fictilibus crustosę squamę decidunt, cum salsugo in eis aliquãdiu fuerit: sic ex hominis cute squamulæ etiã decidant, hę cum diu in cute hæserunt, callosam cõtrahunt duritiem sæpius, & ab harum similitudine in genibus & vnguibus equorum excrescentes callos lychenas etiã appellauerunt greci. Porrò Elephãtia, siue elephãtiasis nouiter irrepsisse fertur. Paulus hanc affectionem Elephantũ vocat: de hac Archigenes sic meminit. Elephãtiasis vocatur apud quosdã, quòd eius
Leōtiasis. animalis cutẽ ob asperitatẽ referat: à nõnullis Leõtiasis, quòd eo morbo correpti leonis modo frons corrugetur. Corne. Celsus, libro medicinæ tertio Elephantiæ sic meminit. Ignotus autem penè in Italia, frequentissimus quibusdã in regionibus is morbus est, quem Elephantiã greci vocãt. Totum corpus afficitur, ita vt ossa quoque vitiari dicantur: summa pars corporum crebras maculas crebrosque tumores habet. Rubor earũ paulatim in atrũ cõuertitur summa cutis inæquabiliter crassa, tenuis, dura, mollisque, squamis quibusdã exasperatur, corpus emacrescit: os suræ pedes intumescũt vbi vetus morbus est, digiti in manibus pedibusque sub tumore cõduntur, febricula oritur: quę facile tot malis obrutum hominem cõsumit: hęc ille. Nõ desunt qui appellent hanc cancrum vniuersalem: putarunt nõnulli Neapolitaniã, vt vulgo dicunt morbum esse: alij putãt lepręgenus. Prouenit autem Elephãtiasis ex crassa & atra bile: huius abunde Paulus Aeginita, libro quarto. Et subdit Pli. IN ITALIA CARBVNCVLVM, &c. Paulus Aeginita, li-
Carbunculus. bro quarto de hoc agit: vlcera his quæ vste sint similia dicens, fierique sanguine in atræ bilis naturã cõuerso cum inferbuerit, & in aliquẽ partem coierit. Incipereque

in pluribus

in pluribus à pustula ambustis simili & aliquando sine ea. Sed à prurítu prímum: mox aliquando vnam aliquando plures insurgere pustulas, tenues, milij seminibus similes: quibus se aperientibus ambustis simile vlcus fit: in quo aliquando cinereus aliquãdo niger color fit: à quo colore ἄνθραξ, id est, anthraca: carbonem dixerunt eruditiores: meminit huius etiã Galenus suis in diffinitionibus: si carbunculus ad nigredinem potius quã ad ruborem inclinarit mortis esse augurium scriptum reliquit Auicenna, Fen. iii. quarti, primo tracta.

CAPVT .II.

HIPPOCRATIS CERTE, &c. Non solum Hippocrates medicorum præceptorum meminisse videtur, verùm & herbariæ eruditionis, vt aliubi acturi sumus.

CAPVT .III.

DVRABAT TAMEN ANTIQVITAS FIRMA, &c. Antiquorum corpora bene habita dicebantur firmaque erant. Etsi nõdum illis innotuissent medicæ artis infinita documẽta. Maxima eorũ certè portio vsa est experimentis, ac re emperica, vt docebimus paulò inferius. Vbi autem Asclepiades professor rhetoricæ, se medicæ arti addixit: vsum ex magna parte medicamentorum sustulit: ad solum victum redigens. Ex ijs profecto duobus alterum altero indiget, & victus quando que medicamentis, & medicamenta victus ratione. Quin que autem Asclepiades præcepta maximè laudabat: abstinentiam cibi, alias vini frictionem corporis: ambulationẽ gestationes que, Iure quidẽ primum extulit abstinentiã cibi. Nã vt scitè Celsus, libro medicinæ secundo scriptum reliquit. Ne que vlla res magis adiuuat laborãtem quã tempestiua abstinentia: cibum item opportune datum summã esse medicinã ait. Sunt autem abstinentiæ duo genera, alterum vbi nihil assumit æger, alterum vbi non nisi quod oportet: initia profecto morborum famem sitim que desiderare memoriæ mãdauit idẽ, porrò de frictione idem, libro eodẽ ait. De frictione & gestatione adeò multa Asclepiades tanquàm inuentor eius posuit, quod in eo volumine, quod cõmunium auxiliorum scripsit, cum trium tantum faceret mẽtionem: huius & equi & gestationis tamen maximã partem in hoc cõsumpserit: nihil tamen reperit, quod non à vetustissimo, authore Hippocrate paucis verbis cõprehensum sit, qui dixit, Frictione si vehemens sit, durari corpus, si leuis molliri, si multa, minui, si modica impleri. Dãnabat autem vomitiones Asclepiades potissimum crebras. Vomitus siquidẽ, vt tradit Cornelius Celsus, libro secundo, vt in secunda valetudine sæpe necessarius biliosis est, sic etiam in his morbis, quos bilis cõcitauit, omnibus igitur ijs idoneus: qui ante febres horrore & tremore vexantur. omnibus, qui bile laborant: omnibus etiam cum quadam hilaritate insanientibus, & morbo comitiali oppressis necessarius. Minimè autem vomitus est necessarius si acutus morbus ingruat. Abstinẽtiæ genera.

CAPVT .IIII.

SVPER OMNIA, &c. Asclepiadem adiuuere magicæ vanitates: de quibus abundè agemus, lib. xxx. Tanta enim vanitate antiquorum plurimi obruti fuere, vt putarẽt stagnã, ac amnes siccari posse herba quadã, quã Aethyopidem vocabãt. Tactu preterea omnia clausa aperiri, agmina hostium terreri herba: quæ omnia vt vana ridet Pli. famẽ præterea sedari ope cuiusdã herbæ, quod si verum fuisset, cur inquit Pli.

Cæsaris

Cęsaris miles in pharsalia famē sensit? Si pręterea clausa aperiri possint herba quadam, cur Carthaginis portę ea patefactę sunt? Si item herba æthyopide stagna, ac amnes exsiccari possunt: cur non ea siccãtur pontinę paludes? Hęc enim ironice refert.

Potinæ paludes

Paludes pōtinę. Voscorum paludes iuxta forum Apij, haud lōge à Tarracina distat'que ab Roma. xx. pass. milibus. de hac palude meminit Lucanus. Et qua pōtinas via diuidit vda paludes. Plurimi Romanorum paludem hãc siccare tentarūt. Et subnectit Plinius. SED IN LYCHENIS, &c. Nunc tractat ea quibus Elephãtiasis, ac Lychen sanari possint. Inter profecto initia sanguinem mittēdum cēset Celsus, libro tertio, ac nigro veratro soluendã aluum, adhibendã inediã, quantã possit quis eo morbo affectus pati, deinde vires paululum reficiendas & ducendã aluum, post hæc: vbi lenatum est corpus, vtendum est exercitatione pręcipue'que cursu, deinde siccis sudationibus: frictio adhibēda, moderandum'que inter hęc, vt vires cōseruētur: balneum rarum esse debet, cibus sine pinguibus, sine glutinosis, sine inflãtibus, Corpus plãtago cōtrita & illita optimè tueri videtur: hęc ex Celso.

Lychē herba.

LYCHEN VERO HERBA, Diosco. libro quarto huius herbæ sic meminit. Muscus roscidis petris adhęrens lychen est: hic emplastri modo impositus sanguinis eruptiones sistit, inflãmationes cōpescit, & īpetigines sanat, &c.

CAPVT .VI.

Verbascum.

Tussilagi.

TOTIDEM OBOLIS BIBITVR, &c. Verbascum prodesse tussibus Dioscori. ait, libro quarto. Denigrat item capillos genus id Verbasci, quod luteos fert flores. Tussilago pręterea quam Bechion dicunt, alij tussi medetur, quare ita dicta. Nã βῆχα, id est, becha: gręci tussim dicunt. Paulus Aeginita, libro sexto bechion videtur asserere esse chamęleucen: medetur etiam Tussilago sacris ignibus, siccis tussibus, vt scriptum reliquit Dioscorides, libro tertio.

Aquileges.

AQVILEGES, &c. Aquarum collectores inuestigatores'que ac ductores: hinc aquiligium: aquę collectio, aut ductio.

CAPVT .VIII.

Polypodio.

PLVRIMVM TAMEN, &c. De his fermè omnibus disseruimus quare obiter sufficiat hęc attigisse, quod de Polypodio ait. Dioscorides, libro quarto eadem refert. Filicularem enim herbã dicunt: nascitur, inquit, in muscosis petris polypodium, & in vetustis arboribus earum'que trūcis pręsertim quercuum purgandi vires habet: purgat bilē pituitam'que. Est & polypodium quercinuum à nostris pharmacopolis neotericis dictum: hoc dicitur à gręcis dryopteris, id est, querna filix.

Dryopteris.

Cæterò quod Pli. de Scãmonia refert: partim ex Diosc. sumptum, partim ex penù Theophrasti emanatum, libro de historia plãtarum nono. Dioscorides scãmonium cophonium probat. Est scãmonio liquori vis & natura cum mulsa aqua simplici've aqua sumpto drachmę, aut obolorum quatuor pōdere perinferna bilē & pituitã purgare. Ad soluendã verò aluum satis sunt cū sesamo semine ne aliquo alio sumpti oboli duo, Fœtus, ait Diosco. enecat liquor in lana fœminarum locis appositus: qui de scãmonia, siue scãmonio vtrum'que enim dicitur. plura volet, locū habet quem adeat.

Scamonea.

Tithymallus.

TITHYMALLVS, &c. Lactariã

herbam

herbam Tithymallum cõmuni appellatione ob cõmune omnibus tithymalli generibus vniuersum hoc genus vocitarunt latini. Lacte enim plenas tithymallos. Nicãder tradit item Diosco. libro quarto. Tithymallum quidã etiam lactucã caprinã appellãt, aut marinã: qua nominis appellatione vsus est Celsus, libro quinto, capi. vii. qui cum lactucã marinam appellasset adiecit statim quę Tithymallos à gręcis nominatur. Genera multa esse Tithymalli cõstat vnum, quod à Pli. characias dicitur, perinde ac dixeris, vallare, quòd vallorum vsum prestare possit, vt genus quoddã arundinis: cuius quãtitas sufficere possit ad vallos erigendos. Genera septem tithymalli etiã Dioscori. libro quarto fecisse videtur. Nõ tamen omnino cum Pli. cõuenit, vt collata lectione eorũ liquet. Theophrastus, tria tãtum genera fecisse creditur: ex cuius prõptarijs multa hic Pli. desumpsit: genus quod myrtites dicitur, vocem traxit à myrto, vt liquet. Paralius Tithymallus dictus quasi maritimus: quartus Helioscopos, hoc est, solisequus: quartus Tithymallus cyparissias à cupresso à latitudine foliorum tithymallus alius dictus platyphyllos: alius à copia ramorum, androdes quòd arborescat quodammodo. Et subdit Plinius.

EADEM VIS CRITHMO, &c. Crithmõ herbã dicunt hortẽsem quã batim alij. Columella olus chordum: quòd sero, id est, Octobri mẽse cõdiri soleat. Nascitur, authore Dioscoride, petrosis & maritimis locis, herba apta conditurę, ac escę: decocto seminis, ac radicis foliorum'que angustię vrinæ sanatur: eodem medentur suffusis felle, ac menses trahuntur. Et subdit Plinius. Crithmon.

HANC'QVE, Certè apud Callimachum apponit rustica illa Hecale, &c. Fuit enim Hecale auicula à qua Theseus olim adolescens comiter est hospitio susceptus, vt videre est apud Plutarchum in Theseo. De hac auicula Callimachus poema iustum fecit. Sudas, de ea muliere etiam sic meminit ἑκάλη ἡ ἥρωις παρὰ Καλλιμάχῳ, hoc est, Hecale herois apud Callimachum. Pauperrima mulier fuisse videtur vt conijcere licet apud Ouidium canentem de ea. Hecale.

, Cur nemo est Hecale, nulla est, quę cœperit irum.
, Nempe. quòd alter egens altera pauper erat.

Fecit & gradum adagio hęc auicula: quod est. Nũquàm Hecale fies: quo significare possumus, nunquàm à paupertate oppressum iri aliquem, qua olim oppressa est Hecale. ALTERA (ait Pli.) ANTHYLLIS, &c. Anthyllidis facta est mentio, lib. xxi. capi. xxix. Dioscori. lib. iii. radicem anthyllidis pondere drachmarum quatuor angustias vrinæ soluere, ac renum dolores tradit. Eam verò quę similis est chamępityi comitialibus auxilio esse tradit Paulus Aeginita, lib. i. tumores pedum soluere refert. EADEM Præstat Hippericon, &c. Dioscori. etiã lib. iii. varijs appellationibus Hipericon vocat. Natura hyperico & vis est vrinã ciere, menses trahere. Finire tertianas quaternas'que febres in vino si bibatur: coxendicis dolores sanat. xl. diebus semen eius potum. De his nõ enim est cõsilij nostri: quę à nobis alibi tractata sunt repetere, quare boni consulat oro lector. Nũquã Hecale fies adagium. Anthyllis. Hiperi-con.

CAPVT NONVM.

ALII ADHICIVNT, &c. Pulegij meminit Dioscorides, libro tertio abundè. quare qui de eo amplius volet, locum habet quem adeat: de argemone idem, libro secundo.

CAPVT DECIMVM.

Nymphea.

VENEREM IN TOTVM, &c. Nympheã Diosco. lib. iii. cõtra nocturnas veneris per somnum imaginationes cõpescere. Item cupidinem veneream, ait, cui videtur Pli. astipulari. Contra: radix è xiphio, hoc est, gladiolo herba: quam phasganon alij, hoc est, ensem, dicunt: cuius meminit Dioscorides, libro quarto, inquiens. Quin & superiorẽ radicem ferunt venerem in vino potam excitare, inferiorem verò sterilitatem facere, &c.

Satyriõ

CONCITATRICEM (ait Plini.) VIM HABET SATYRION, &c. Duo genera Satyrij etiam Dioscori. libro tertio esse memorię mandauit: alterum nonnulli triphyllon florem lilij habens candidum, radicem bulbosam: alterum quod Erythron, alij Erythrococcum, quod rubens sic sit, ac veluti cocco infectum, quia facit arrigere, Eutaticum dictum est, ac priapiscum, venerem mire stimulat: de quo Dioscorides sic agit. Fertur de eo etiam ad venerem stimulare si quis manu tantum radicem eius gestauerit, sed cum vino pota maximè id potest, hęc ille. A satyris enim salacibus admodum, sibi asciuit id nomen herba, quia arrigere faciat quod græce dicitur σατυρίζειν, hinc satyriasis: vitium, authore Galeno, quod fit arrigente, ac se intendente hominis genitali, πάλμον, id est, palmon etiam palpitationem genitalis satyriasim dixerunt.

PRODIGIOSA SVNT, &c. Ea recitat Theophrastus, libro nono plantarum, capi. xx.

CAPVT .XI.

Atrophi. Atrophia.

IALIS VERO TVMENTIBVS, &c. Omnium harũsce herbarum penè iam meminimus, quare non de ijs collibuit aliquid amplius agere: porrò Plinius Atrophos hic vocat eos, qui atrophia vexantur: quid autẽ atrophia sit, satis à nobis indicatum puto. Atrophon enim, hoc est, ἄτροφον proprie dicitur quod non nutrit, quare qui cibum non sentiunt, ac non ritè nutriuntur, quos iure atrophos dixeris ἄτροφα, id est, atrophia enim fit quoties corpus non alitur decedentibus semper aliquibus, nullis vero in eorum locum succedentibus. Est enim quasi tabes quędam.

CAPVT .XIII.

Hippuris.

EQVISETVM HIPPVRIS GRAECIS DICTA, &c. Alij equitium, quia equinę caudę similis sit herba huiuscemodi: ab ascendendo, alij anabosim vocitarunt: alij, quia in fossarũ faucibus, quas græci χαράδρας, hoc est, charadras, vocant charadranon equisitum nominauerunt. Hęc glutinat cruenta vulnera. Radix eius succurrit tussientibus: non nisi recta ceruice spirantibus & ruptis: duum est generum, authore Dioscori. libro quatto.

Cætera capita nihil habent fuscedinis, quare à nobis iure omissa.

Commentariorum in Vicesimumsextum Plinij Secundi, Naturalis historiæ, scriptoris argutissimi,

FINIS.

In Vicesimumseptimum Plinij, Stephani Aquæi viri equestris, Scholia.

CAPVT .I.

CRESCIT APVD ME, &c. Haud quaquam minus mirari subit, quæ de herbarum dote dicta sunt, quã quæ se dicenda suggerunt nobis, nemo tamen tam hebeti animo est, qui non facile cognoscat rerum naturam omniũ parentem: mira diuersis plãtarum generibus dedisse, ac eas discreuisse regionum locis, quando constet alias, alijs regionibus assignasse, & quod paulò mirabilius est, mundi quodam modo cardinibus ac partibus distinctis apposuisse, argumento sunt, Scythica herba à meotidis paludibus euphorbia è monte athlante. Britannica herba è occeani insulis æthiopis è zona torrida sitæ, quarum vires non minus est inuenisse, quàm earum ortum sciisse, ac patefecisse.

CAPVT .II.

SED ANTIQVORVM CVRAM, &c. Etsi de aconito aliubi satis disseruisse videri possimus, non tamen obfuerit hic de eo egisse quo Pliniana lectio paulò fiat plausibilior. Aconitum. Haud desunt qui aconitum ἀπὸ τῶν ἀκονῶν, id est à cãtibus dictum passim putent, quod Ouidius cecinerit: quæ quia nascuntur dura viuacia caute agrestes aconita vocãt. Vocari autem aconitũ, Theophr. ostendit nono plãtarum, ab Aconis periandynorum pago, qui ad heracliam ponti est. Thelyphonon, ait Theophra. verò quod scorpium aliqui nominant, quia radicem illi similem habet derasum puluerem scorpionibusque inspersum eos necat. Si quis autem è diuerso veratrum album insperserit, resurgere iterum ferunt. Enecat eadem die thelyphonon boues, iumenta, oues, in vniuersum omnes quadrupedes si genitalibus eorum indita radix eius, aut folia fuerint, hæc Theophrast. cui suffragatur Diosco. libro quarto. Enecat (ait) aconitum pantheras, sues, lupos, bestiasque omnes inspersum carnibus & illis in cibo appositum. Ferunt radicem eius scorpioni admotam torpore resoluere, & è diuerso admoto veratro excitari.

CAPVT .III.

HIC CASVS HIC EST ILLE, &c. Rerum omnium conditorem deum fatetur Pli. omniaque inuenta illi attribuit, veluti causæ primæ, ac opifici omnium rerum. Porrò subiũgit aconiti descriptionem: quam diuersam quidam tradunt. Duo esse genera aconiti conijcere licet lectione Diosco. libro. IIII. Et si vnũ genus alij dicãt esse, dici autẽ myoctonõ, quòd mures enecet vox satis indicat: à flexura itẽ radicis quã vocant caridi marinæ squillæ

similem. Lycoctonon dicunt, quòd lupos occidat, sicut theriophonon quia feras. Sic autem describit Theophrastus. Nascitur (vt ferunt) aconitum in Creta zacyntho'que, plurimum autem & optimum in heraclia ponti. Foliū habet intubi, quod vocat cichorium figura. Radicem figura colore'que marinæ squillæ similem, & in hac letalem vim esse, contra'que foliorum & seminis nullas ad mortem vires esse. Herbæ autem semen est non surculosæ materiæ, breuis tamen herba ipsa, nec quicquàm egregium habens similis tritico, non tamen semen illi in spica maturescit, hæc Theophrastus nono de plantarum historia.

CAPVT .IIII.

AETHIOPIS RADIX, &c. De hac iam à nobis actum est, et quibusdam aliis hic conscriptis. Cæterò quod de alcea ait Dioscorides libro tertio, genus esse quoddam syluestris maluæ refert: radices illius afferens in vino potas intestinorum torminibus mederi. De aloe etiam Dioscorides libro tertio affatim. Scyllæ folia habere testatur crassa, pinguia, lata, repanda'que. Nasci plurimum in India, vnde liquor ad nos adfertur: nasci item in Arabia etiam refert, Asia'que. Duplex genus eius liquoris esse scriptum reliquit, arenosum, & veluti purissimæ aloes sedimentum: alterum iocinoris modo coactum, de vi eius sic agit. Mixta præterea aloe aliis quæ purgando sint minus noxia ea reddit, vulnera aloe siccata glutinat, contra tonsillas valet,
Alipū. & multa id genus ille. Meminit idem alipi libro quarto, surculosam herbam describens, & rubentem radicem habere gracilem tradit. Purgare bilem semen eius per inferna sumptum. Alipon dictum putarim, quòd tristitia dolore'que careat aut liberet. Et subdit Plinius. ANDROSACES, &c. Androsace,
Androsace. confert hydropicis, authore Dioscoride libro tertio, podagricis item emplastri mo-
Andro semon. do imposita. De androsemo etiam idem meminit libro tertio: dicitur autem androsemon, quasi humani sanguinis herba. Semen eius biliosa alui excrementa ducit, sanat coxēdicis dolores herba emplastri modo imposita medetur ambustis, sanguinem'que compescit. Et subdit Plinius.
Ambrosia. AMBROSIA VAGI NOMINIS EST, &c. Astipulari videtur Dioscoridi libro tertio ea referenti: reprimit ambrosia impetus omnes. Vagi autem nominis esse docet ambrosiam, quod ambrosia ab antiquis dicebatur, quodcun'que aut cibi suauitate, aut odoris, & quasi immortalitatem faceret sic appellata illis fuit, Capadoces ea coronari solitos etiam tradit Diosco.

CAPVT .V.

aparine APARINEM ALIQVI OMPHALOCARPON, ALII PHILANTROPON VOCANT, RAMOSAM, HIRSVTAM QVINIS, SENIS'VE IN ORBEM, &c. Est aparine leguminibus maximè noxia, sicuti lolium segetibus: nam authore Theophrasto, quinto de plantarum causis, incrementum ac vitam impedit, ne vberius proueniant legumina. Non desunt qui putent aparinē lappā esse, quòd hæreat vestibus tenaci nexu. Fert, authore Diosc. lib. iii. flores cādidos, semen durū, candidum, rotundū, concauum, in medio vmbilici figura, quare

omphalocarpon,

omphalocarpon,id est vmbilici semen. Herba hæc discutit strumas, succus foliorum instillatus, dolori aurium medetur, Dioscoride authore. De arctio & aspleno meminimus: folijs asplenum trientalibus esse asserit. Trientalis herba quæ folio trientem æquet amplitudine: & trientalis materia, apud Victruuium nomẽ à mẽsura habens, quod asseres instrumenti eius trientales, hoc est, crassitudine quatuor vnciarum, id est policum essent, sic quadrãtales herbas vocamus, quæ quatuor sunt digitorum, sic quincũcialem herbam appellat Plinius, minorem semipede & septe num fermè digitorum. Sic dodrantem pro. xii. digitis, dextantem pro decẽ pollicibus: quæ omnia quàm scitissimè à Budæo nostro panduntur. Asplenon igitur nonnulli hemionion vocitarunt. Lyenem etiam absumere tradit Dioscorides lib. tertio. Prodest id regio morbo laborantibus, calculos frangit vesicæ, creditur facere sterilitatem, si cum muli lyene corpori alligetur, iubent'que in hunc vsum effodi luna silente, ex Dioscoride. Et subsequitur.

Trietalis.

Quadrãtalis.

ASCLEPIAS FOLIA HEDERAE HABET, &c. Hanc quidam cissiõ, hoc est paruam hæderam dicunt. Florem gerit, authore Dioscori, libro tertio graue olentem radices eius cum vino potę torminibus conferunt, folia vero maleficis mãmarum & muliebrium locorum vitijs emplastri modo imponũtur. ASTER (ait Pli.) AB ALIQVIBVS APPELLATVR. Hec alio nomine inguinalis dicitur, huic tanta vis contra inguina eorum'que dolores, vt adalligata solum in eo malo medicinã faciat: quare à grecorũ peritissimis bubonios dicta est, bubonas eñ illi iguina appellãt. Prodesse prætera comitialibus memoriæ mandauit Dioscorides libro quarto, ac æstuanti stomacho conferre. SED ASCIRON MAIORES, &c. Est enim asciron, genus hyperici, magnitudine differt, ramulis maioribus. Semẽ eius, authore Diosco. coxendicis dolores sedat, biliosa excrementa ducit.

After.

Inguinalis.

Ascirõ.

CAPVT. VI.

ALVM NOS VOCAMVS, &c. Herbarij neotericí symphiton petreum, consolidam appellant, faciẽtes eius plura genera. Glutinat enim recentia vulnera, & intestinorũ ramices coercet emplastri modo ĩposita, purgat, authore Diosco. pulmonum vitia, rubras fœminarum fluctiones in vino elixa. Est & alterum symphiton, cuius radices bibuntur vtiliter sanguinem excreantibus: hoc genus etiam solidat vulnera, quare vulgus etiam consolidam vocat.

Alum.

CAPVT. VII.

ALGA RVFA, &c. Alga omnibus nota est, quæ ĩctib⁹ scorpionum mederi proditur. Cæterò ampelos agria, cuius hic meminit, non est vitis ea quam labruscam dicũt, illa eñ sola cõsitionis priuatione à reliquo genere vitium differt: hæc viticularum & fructus quem fert similitudine inter vites numeratur, vt diximus libro. xxiii. Hic enim inter herbas Pli. collocat, concinnius certè quàm inter vites. Huius meminit Theophrastus libro nono plantarum. Porrò quod de absynthio ait Plin. Diosco, libro. iii. herbariæ disciplinæ, tria genera facit absynthij, vnũ quod absynthiũ rusticũ appellat, alterum absynthiũ marinum, quod & santonicũ dicitur à Santonibus Galliæ populis, & ab vrbe eiusdem nominis: vnde laus illi, quare cecinit car, men id poeta. Santonica medicata dedit mihi pocula virga. Pli. tria genera fecisse conijcere licet, Theophra. nono de historia plantarum, pontico absynthio pecora

Alga.

Absynthium.

saginari, ideo'que sine felle reperiri. Felle profectò suffusa purgat, authore Paulo Aeginita libro sexto, & Dioscoride, libro tertio. Potum absynthium menses cit, dentium dolores absynthij decoctū lenit. Creditur, eodem authore, scrinijs ac atmarijs inditum tutas & incolumes à tineis seruare vestes, non dandum vbi febris adest. Et subdit Plinius. BIBITVR ET MADEFACTI DI-
Dilutū. LVTVM, &c. Est autem dilutum aqua humor've aliquis, in quo maduerit quidpiam, vt si scopæ absynthij in aqua dieb⁹ aliquot maduerint, deinde eas traxeris, relicta oleris eius vi, quod remanet dilutum iure dixeris: græcorum aliqui id ἀποβρεγμα, id est apobregma dicunt.

CAPVT .VIII.

NON EST DANDVM, &c. Absinthium febricitantibus dari non debet, quia id calidum est: quæ de absinthio hic narrat, eadem ferè à Theophrasto & Dioscoride quo diximus loco traduntur. HVIVS (ait Pli.)
Isiaci. RAMVM ISIACI, &c. Isiaci non solum Isidis sacerdotes, sed etiam sacris initiati Isidis. TAPHO
Taphos SIRIS. Osiridis sepulchrum, quod taphos est: hinc fuit ciuitas in ægypto, Stephano authore.

BALLOTEN, &c. Taxatur hic Pli. in ballote, quòd eam herbam appellet porrum nigrum, quum potius dici debeat marrubium nigrum. Medētur ballotes rabidi canis morsibus imposita emplastri modo folia: eadem sordida purgant vlcera. Nam in omni ferè descriptione huius herbæ Dioscoridi astipulatur, inquienti. Caules ex se mittit marrubium nigrum, quadrangulos nigros, hirsutos ab ima radice numerosos, folia habet marrubij maiora tantum &c. Et subnectit Pli.
Botrys. BOTRYS FRVTICOSA HERBA, &c. Est lutei coloris herba, authore Dioscoride libro tertio. Semen eius totis ramulis adnascens, difficulter spirantibus confert, lenit pulmonis viam, Ambrosiam hanc Capadoces ap-
Cyrcęa. pellant, vt ait Dioscorides: cui hic Pli. penitus applausit. Cæterò quod de circæa ait Dioscorides libro tertio de eadem agit, non tamen conueniunt graues hi authores: Plinius lac minuere tradit, Dioscorides verò proritare. Prouocat, inquit, lac semen in sorbitione sumptum. Semen circeæ calidum esse, Paulus Aeginita scribit,
Cratęgonon. libro sexto. CRATAEOGONON MELAMPYRO, &c. Cratæogonon genituræ dominari dicitur, vnde ei nomen putarim factum. Com-
Melampyron. parat Plinius cratæogonon melampyro: est enim melampyrum, nigrum triticum vt vox indicat. Quòd segete triticea nascitur, authore Theophrasto, octauo de plātarum historia: de hac herba, ea tradit quæ Plin. Dioscori. libro tertio verbis. Sunt qui tradant poto eius semine marem concipere mulieres, si à purgatione antequam viro congrediantur ter singulis diebus trium obolorum pondere, in duobus aquæ cyathis quadraginta diebus ieiuna mulier id biberit, idem'que totidem dieb⁹ vir etiam fecerit, tum mulieri congrediatur, hæc Dioscorides. Meminit idem de herba catanance libro quarto, hanc nonnulli Iouis radium, alij filiculam dicunt: duum est generum. Vtro'que genere vti ad amorum veneficia mulieres Thessalas ferunt. Sunt enim philtra quædam, ac amoribus accommodata genera hæc herbarum, ex Dioscoride et multa id genus. De crocodilio idem libro tertio, cap. xi.

CAPVT .IX.

COCCOGNIDIO COLOR COCCI, &c. Coccognidiũ.
Coccognidium coccinei est coloris, vnde nomen sibi asci-
uit. De dryopteri quam filiculam alij dicunt, à nobis actũ
est alibi. Sunt qui putent polypodium esse, de quo egim⁹.
Elatiue, cuius hic meminit, folia habet helxines similia, au- Elatiue Helxines.
thore Diosco. libro herbariæ disciplinæ. iiii. nasci in sege-
tibus idem testatur: folia posse contra oculorum inflamma
tiones, distillationesque lenire, herba hæc intestinorum tor
mina sistit. Empetron autem nonnulli vocant saxifragam, non tamen ab aliquib⁹
id censetur: pimpenellam alij putant. Meminit empetri Diosco. libro. iiii. bilem Empetron. Saxifraga.
pituitamque ac aquam purgare testatur Diosco. Epipactis ab alijs dicitur ellebori-
ne, cuius folia contra venena ac mala iocinorum bibi solent, vt memoriæ mandauit
Diosco. libro quarto: huius meminit Theophra. nono plantarum. EPIME-
DION (ait Pli.) CAVLIS NON, &c. Diosco. erineon vocitari tradit, in-
crementa mammarum hæc cum oleo emplastri modo imposita compescit, folia
eius sterilitatem faciunt, si trita sint cum vino pota à purgatione. Porrò quod de
pteri, id est filice ait, Diosco. fermè eadem tradit libro quarto. Radicẽ filicis Theo- Filix.
phra. nono plãtarum lumbricos pellere ait. Herba est nota omnibus, semine ac flo-
re carens: vnde mirari subit quorundam stolidam superstitionem iactantium filicẽ
vna solstitiali nocte florere, eademque hora cum defloruit, maturum semen in ter
rã cadere, quod conferre ad lucrum ad amorẽ, et id genus. Sunt qui filicem appellẽt
blachnon, authore Diosco. libro quarto. Duo item genera facit, alterum eorum vo-
cãs thelypterin, item nymphęam, quod vt puto, amet aquas ac solitudines: sunt au
tem eiusdem potentiæ. De hac sic ait Theophrastus libro nono. Vtilis contra lũbri-
cos ventris thelypteris, & latos & graciles: contra latos cum melle, cõtra graciles au Thelypteris.
tem in vino dulci cum polenta: quinetiam si mulieri detur prægnanti quidem, abor
tum simpliciter autem fœminis sterilitatem facere dicitur, hæc Theophrast. Idem
Diosco. Et subdit Plinius. FOLIA VTRIVSQVE LATE-
RIBVS PINNATA VNDE NOMEN, &c. Nam græci
πτέρα, hoc est, ptera, dicunt pennas, vel auium alas: constat autem filicem, quodam
modo auium alas ac pennas imitari, quare græce dixerunt eam pterin.

GALIOPSIS AVT ALII (ait Plinius,) &c. Hic penitus a- Galiopsis.
stipulatur Plinius Dioscor. ea referenti libro quarto, pręter quã in vocabulo galeob
dolon: quod ita dixit Diosco. Pli. verò galactodalon. Folia huius ad ea quæ serpũt
valent emplastri modo imposita. De glauce herba Dioscorides libro quarto, à co-
pia lactis eugalacton, hanc dixerunt græci.

CAPVT .X.

GLAVCION, &c. Dioscorides libro tertio nasci
etiam ait ad hierapolim Syriæ, habere folia cornuti papaue-
ris asserens. Succum refert oculis conferre. Conueniunt Glauciõ
ferè Plinius & Dioscorides, præter quàm quòd ille sim-
pliciter folijs papaueris simile glaucium dixit, hic cor-
nuti addidit. Item Plinius sordidioribus locis, Dioscorides
verò pinguioribus, non paruo quidem discrimine. Item
Dioscorides succum crocei coloris testatur Pli. contra gra-
num dixit. Est glaucio vis refrigerandi, vt etiã ait Paulus Aeginita libro sexto. Dio
scorides oculorũ vitijs conferre etiã memoriæ mãdauit. Porrò de glycyside, id est

Peonia. peonia meminimus. Fit eiusdem mentio à Dioscor. libro tertio herbariæ disciplinæ. Cæterò de hypophæsto meminit idem Diosco. libro quarto, genus esse fulloniæ spinæ asserens, aquam purgare, id est hydropisin ac pituitam tradit comitialibusque auxilio esse, & non nisi recta ceruice spirantibus.

CAPVT XI.

HYPPOGLOSSAE, &c. Hyppoglosson herbarij folia habere rusci, hoc est, myrti syluestris tradunt, in cuspidem acuminata modo linguæ equinæ formata: vnde nomen asciuit hyppoglosson, siue, hyppoglossa, vel hypposglosson dicta herba, quasi magna lingua quando hæc vox Hypo. augeat rem, vt docuimus alibi. Coma huius herbæ doloribus capitis prodest, eiusque succus misceri solet malagmatis, vt ait Dioscorides. Et subnectit Plinius.

Hypericon. HYPECOON IN SEGETIBVS, &c. Eadem refert Diosco. libro quarto. Nascitur, inquit, in triticea segete & aruis hypecoon, folia rutæ habet breuesque ramulos, papaueris lacti viribus proportione respondet. LATHYRIS (ait Pli.) FOLIA HABET, &c. Haud desunt qui hanc

Lathyris. tithymallum vocent, nam Paulus Aeginita adnumerat alijs tithymallis libro sexto eiusque lac purgare testatur, præcipua tamen vis purgandi est in semine. Puto lathyrim esse eam quam herbarij neoterici cataputiam minorem appellare solent.

Catapatia. Meminit lathyri, sed neutro genere Theophra. octauo de plantarum historia, inter leguminaadnumerans. Diosco. lathyris herbæ meminit libro quarto, sed non omnino vt Pli. vt coijcere licet eius lectione. Semina lathyris purgari pituitam ac bilem hydropisin que scriptum idē reliquit. LEONTOPETALON, &c.

Leōtopetalō. Suffragatur hic Plin. in leontopetali descriptione Diosco. eadem libro tertio referenti. Est enim leontopetalon herba, quam iure dixeris leonis folium: leontopodion etiam alij nominant, Id est leonis pedem. Radix eius, authore Diosco, bibitur contra serpētium morsus. INTER OMNES HERBAS (ait Pli.) LITHOS

Lithospermō. PERMO nihil admirabilius, &c. Lithospermon herba, quam rite dixeris herbam lapidei seminis, alij ægonichon dicunt hanc, id est vngulam caprinam, à (vt puto) soliditate, quare herculea dicta est: Diosphiron, Theophrastus inter segetes nasci tradit. Confert lithospermon vesicæ calculis enim rumpit vrinamque cit, authore Diosco. qui de his affatim &c. Ceterum hic in quibusdam codicibus legitur carmen græcum latinis verbis, quando græce scribendum. sit hoc modo. φεύγετε κανθαρίδες λύχος ἄγριος ὔμμε διώκει. hoc est, Fugite canthari des lupus syluestris vos persequitur, carmen est Theocriti.

CAPVT XII.

MEDION FOLIA HABET, &c. Medion alij medicam herbam nomināt, à Media, vt diximus regione. Radix medij rubentes fœminarum fluctiones sistit, semen etiam cum vino potum menses trahit, authore Diosc. libro quarto: meminit idem de myagro herba libro quarto,

Myagro. cuius etiam fit mentio apud Theophra. libro octauo plātarum. De onosmate herba, Diosco. libro tertio meminit. De polygono idem libro quarto abūde meminit. Paulus item Aeginita libro sexto, asserens fœminam esse masculа efficaciorem, plura esse genera polygoni

ra Polygoni innuens. Radix eius refrigerat: adstringit'que, quod, ait, vocari clema putarim clematida potius dici: est enim clema græcis palmes, ac sarmentum malleolus'que: porrò quod Pli. ait de pancratio, Dioscorides etiã testatur Scyllã appellari: pusillã enim scyllã vocat, libro secundo. Succus cum aqua dulci lyenosis medetur, item cõtra hydropyses datur. Cæterò quod de phyteumate ait Pli. eadem prius ab Dioscoride dicta sunt, qui ait. Radicem lõgã gracilem in superficie terræ virentem, quã veneficijs amorum vtilem aliqui tradiderunt: hęc ille, libro quarto. Meminit idem de phalaride herba, libro tertio. Semen habere milij scriptum reliquit dolores'que herbam hanc vessicę lenire. Et subnectit Plinius.

Clematis. Pancration. Phalaris

RHECOMA ADFERTVR EX HIS QVAE, &c. Vocat Rhecomam mea censura, quod Dioscori. lib. iii. dixit Rha, siue Rhapõticum. Est enim Rha, quod, vt cõiectura ducor pharmacopolę nũc dicunt Reupõticum: dictũ Rha, à fluuio ita nominato, quare põticum hãc radicẽ Rha appellarũt eruditiores: scioli mutatis (vt eorum mos est:) litteris, vel adiectis, Reubarbarum dixerunt. Sunt tamen qui aliud dicãt Rha põticum: vel vt enunciãt Reupõticum Reubarbarum autem esse nobis possunt persuadere, primũ lectio Ammiani Marcellini, qui. xxii. suę historię his verbis de his egit. Tanais qui inter caucaseas oriens rupes per sinuosos labitur circũflexus. Asiam'que ab Europa disterminãs in stagnis Męoticis delitescit. Huic Rha vicinus est amnis, in cuius supercilijs vegetabilis quædã eiusdem nominis gignitur radix ad multiplices medelarum vsus proficiẽs, hæc ille. Sint ne duę põtica radix, & Rhabarbarum, iudicent eruditiores, quod diximus hoc cãdidè monemus lectores ingenuos. Non tamen Reubarbarum: qua voce scioli vtuntur puto radicem hãc à barbaria dici, vt bonarum artium expertes autumãt: meminit affatim Reubarbari, vt sic dicã more neotericorum medicorum Ioanes Mesues, eo libro quem de simplicibus posteris legendum reliquit, author quidem medicę artis professoribus nõ inutilis. Rhabarbari dotes miras memoriæ mandauit. Ille nescio quis author, qui pandectarũ opus cõdidit: goticus certè, & barbarus: discreuit Rhaponticum à (vt sic dixerim) Reubarbaro: cuius lectionem qui volet, adeat: de Stęcade Dioscorides, libro tertio, & Paulus Aeginita, libro sexto.

Rhecoma. Reubarbarum. Reupõticum.

CAPVT .XIII.

SOLANVM, &c. Celsus, capite vltimo secundi libri, Solanum strycnon vocat, his verbis. At simul reprimunt & refrigerãt herba muralis parthenium, vel perdicium herba sanguinalis, quã polygonõ appellãt portulaca, hyosciamum, muscus, Solanum, quem strycnõ appellãt, &c. Plura solani genera Dioscori. libro quarto fecisse videtur, vnum quod Hypnoticõ, hoc est, somnificum, appellat, aliud Vessicarium, quod & Haliccacabum. Item & manicõ, hoc est, furiosum. Theophrastus, nono de historia plãtarum: duo tãtum genera fecisse videtur: cuius verba sunt. Solanorum autem somnificum alterum, furiosum alterũ. Rubentem sanguinis modo cum aruit radicem habet somnificum, quo tempore effoditur, cãdidã. Fructum grano quod tingendo est rubriorem folium lactariæ herbę aut malo dulci simile: pilosum & ipsum. Huius radicem tundunt, tusam'que vino miscentes bibendam ad somnum dant.

Solanũ. Polygonon. Strycnõ

TELEPHION (ait Pli.) PORTVLACAE, &c. Herba hæc, authore Dioscori. libro tertio est similis portulacę, folia eius vitiligines sanare idem tradit: discrepãt Plini. & Dioscori. ille ternis mẽsibus: hic sex horis. Sanãt (ait Dioscori.)

folia sex horis emplastri modo imposita vitiliginẽ quę leuce priuatim dicitur, &c. Meminit idẽ de Trichomane, libro quarto. Trichomanes vocabulum dictum videtur quod τρίχας, id est, trichas, id est, capillos, expleat nã gręci μανόρ, id est, manõ rarum dicunt, Facit enim trichomanes pilos subnasci, Est Trichomanes adiãto similis, hoc est herbę, quã nunc capillum veneris dicũt: de qua actum est, habet vires quas adiãtum. Et subnectitur. TLHASPI sic enim scribendum est: duum est generum, &c. Sunt qui dicãt hãc herbã dici etiã pedem gallinaceum. Nasci in semitis, fossis'que, ac sepibus, ait Diosco. lib. ii. Semen eius calefacere asserens: bilẽ acetabuli mensura potum per inferna & superna purgare, clystere infundi cõtra coxendicis dolores: genere fœminino etiam proferri potest thlaspe: nam Galenus θλασπὶν, id est, thlaspen dixit. Porrò Pli. effigie lenticulę dixit: cõparat tamen Dioscori. cuius corporis eadem figura est: addit Pli. esse etiã peltæ effigie quod eodem pertinet. Nã forma peltę, dicitur fuisse similis folio hederę: de Trago disseruimus. porrò quod de Tragopona ait Dioscori. libro secundo, herbã esse escæ aptã testatur: hãc nõnulli barbã hircinã vocãt. Sic enim Theophrastus octauo de plãtarum historia vocat. LONGISSIMO (ait Pli.) DVRAT TEMPORE, &c. Theophrastus de radicum plãtarum've duratione abundè, libro nono plãtarum, ille enim ait. Radicum verò omnium alijs diuturnior, alijs breuior ætas data est. Veratrũ siquidem triginta amnis durat, Aristolochia quinque: aliquãdo sex: quadraginta niger chamęleõ. Centaurium decem, nec vltra duodecim Peucedamum quinque, aliquãdo sex. Omnium verò medicamentorum diutissimè durat Elaterium, &c. Hæc ille, cui hic Plini. astipulari videtur. Et sequitur.

Barba hircina. Tragopona.

OMNES VERO HERBAE, &c. Dioscorides, libro primo, de his sic agit. Quę verò in cãpestribus vliginosis, vmbrosis: nec vẽto perflatis plærum'que ignauiora sunt, multo'que magis, quę non sua tẽpestate & importune lecta fuerint: aut infirmitate distribuerint. Et paulò superius serena ita'que tempestate carpsisse ea oportet: refert'que magnopere à siccitate, aut imbribus, id fecisse: sicut mõtanis, ventosis, frigidis nec vliginosis, locis ea legisse. Nec ignorãdum etiã sæpenumero hæc ipsa loci proprietate & anni temperamento ocyus, aut serius: in integrã ætatem absolui, &c.

Vicesimi septimi Finis.

In Vicesimum octauum Plinij, Stephani Aquęi viri æquęstris, Scholia.

CAPVT PRIMVM.

DICTAE ERANT, &c. Plãtarum inclytis affatim promulgatis restant animalium delitescentes effectus, medicę'que vires: quę nõ sunt minoris admirationis, quã herbæ. Primum ex homine ipso, ex quo mira quędã, sed potius silentio pretereunda quàm narranda emergunt: sicuti de gladiatorum sanguine scripserunt græcorum aliqui, sicut de cerebro, de caluaria, de extis, de semine, & id genus, quæ omnia à Democrito alijs'que prodita sunt: ille enim com-

metariolo quod

mētariolo quod inſcripſit χειροκμήτον, id eſt, cherocinetō hæc pertractaſſe videtur: quæ omnia pias aures potius offendunt: quàm ingenuis lectoribus conferant.

CAPVT II.

EX HOMINE REMEDIORVM, &c. Fuit diu agitata quæſtio, an in verbis vis aliqua ſit: cuius rei nubilum nemo tā eſt male feriatus, qui neſciat vim verbis ineſſe certa quadam enunciatis formula: quę à nobis etiam libro ſecundo tractata ſunt, & multo fuſius tractāda, lib. xxx. vbi de magia, ac generibus eius agemus: quare hic curſim agere cōſtitui. Varia quidem, immo certè vana ſuperſtitio antiquis fuit. Primum iis qui ſacra diis ſuperis erāt facturi aſperſionem imprimis cōmēdentes: quod animaduertens Vergilius huiuſcemodi ſuperſtitionis, ac magię prophanę callentiſſimus, ait, Didonem alloquens,

, Annā chara mihi nutrix huc ſiſte ſororem
, Dic corpus properet fluuiali ſpargere lympha
, Sparſerat & latices ſimulatos fontis auernis. Et alibi ait.

Ter ſocios pura circūtulit vnda ſpargens rore leui, Sed quādo facit Aeneam apud inferos ramum Proſerpinæ cōſecraturum, ita infert.

, Occupat Aeneas aditum corpus'que recenti
, Spargit aqua, &c.

Verbis præterea cōſopiri angues protuliſſe idem videtur, quando ait.

, Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Verbis profecto ritè enūciatis aptis'que ad rem: herbas ad hęc ſpectantes legebāt, ſecantes eas præcipuè æneis falcibus. Nam Vergilius loco Aeneidis. iiij. Eliſſam facit poſtquàm ab Aenea reliquūtur velut ad ſacricolarum ſagarum'que carmina: & deuotiones fugientem & inter cætera, ait; ſedandi amoris gratia herbas quęſitas: quę æneis falcibus ſecarentur, quando ait.

, Falcibus & meſſæ ad lunam queruntur ahenis
, Pubentes herbæ nigri cum lacte veneni.

Sic etiam Sophocles Medeam deſcribit maleficas herbas ſecantem. Quamobrem verba quædam acriore quodam affęctu pronunciata, vim circa res maximam habere cenſent, ad effectum earum illuc proprie dirigendum quorſum affectus intēduntur, & verba. Ferunt ita'que: ſi quis ritè vtatur helleboro ferat'que potenter: mutare quodāmodo exquiſita purgatione & eius occulta proprietate qualitatem ſpiritus corporis'que naturam, & ex parte motus animi, Vnde Medeam Magos'que tradunt herbis quibuſdam reddere iuuētutem cōſueuiſſe. Similem aſtrologi poteſtatem habere imagines arbitrantur: per quam geſtantis naturam, & mores, quodammodo mutent. Hinc orta eſt opinio aſtrologorum: putans machinis magicis'que veneficiis homines, bruta, plantas, ſegetes, ſiderari, at'que tabeſcere poſſe: his enim incantationibus, ac carminibus vſos antiquos conſtat, quare iuriconſultus acerrimè plectādos cenſet, titulo de maleficis, vt enim hæc poſſint peragere, ſumma, ac vehemens intentio requiritur, ac fides. Proinde imaginationis intentionem nō tā in iis efficiendis vim habere, quā in applicandis & adminiſtrandis exiſtimant rerū naturæ curioſiſſimi. ſi enim opem ab eis quęrat, vehementer affectet, eſt opus: ſperet, ac credat: fides enim, ac ſpes ad hęc multum poſſunt. Quare ſi quemadmodum ait Galenus ægrotantis amor fides'que erga medicum inferiorem exteriorem'que ad ſanitatem plurimum conferunt: immo certè Auicenna plus, ait, fiduciam hanc

efficere quàm medicinam: quare vehemens ille effectus solidissima'que fides agūt vt mira perpetretur. In verbis autem, vt ad rem redeamus, certis vim esse certam atque magnā. Origenes cōtra Celsum, & Sinesius, atque zoroaster vetans barbara verba mutari. Item Iāblichus ferūt Pythagorici denique verbis, ac cātibus atque sonis mirabilia quædam fieri posse cōfirmat: quod Hebræorum antiqui doctores pre cæteris obseruasse dicuntur. Poeta item carminibus mira effici posse aiunt, vt docebimus amplius, lib. xxx. Et Cato ille, libro rei rusticæ in curandis bestiarum morbis cātionibus vtitur: cuius verba adijciā, quia proposito cōgrua. Luxum, ait, si quod est, vt excantes hac cantione sanum fiet: arundinem prende tibi viridem pedes quatuor, aut quinque logā media diffinde & duo homines teneāt ad coxēdices incipe cātare in alio. S. F. motas, danata, daries, dardaries, astaries: dic vna pariter dum coeāt. Ad luxum, aut fracturā alliga & sanum fiet: & tamen quotidie cātat, in alio. S. F. vel luxato hoc modo. Haut. haut. ista. pista. sista. damiabo, damaustra, vel hoc modo. Haut. haut. haut. istagis. tursis, ardānabō, damaustra: hæc ille, de quibus agemus copiosius, lib. xxx. Et subdit.

CONSTATQVE IDEO, &c. Cōstat enim omnes vrbes in alicuius dei tutela esse: more'que Romanorum arcanum & multis ignotum fuisse, vt quum obsiderent vrbem hostium: eam'que capi posse cōsiderent, certo carmine euocarēt deos tutelares: quòd aut aliter vrbem capi nō posse crederent. Nam propterea ipsi romani & deum in cuius tutela vrbs Roma est: & ipsius vrbis latinum nomen ignotum esse voluerunt, ne videlicet vrbs excantari posset, ac ne quod sæpe aduersus vrbes hostium fecisse se nouerāt: idem ipsi quo'que hostili euocatione paterentur: si tutelæ suę nomen diuulgaretur. Vno autem carmine euocari ex vrbe deos tutelares putabāt. Carmen ad id Sāmonicus serenus, libro quinto rerum recōditarum scripsit. Est autem carmen huiuscemodi quo dij euocari solebāt quādo oppugnatione ciuitas cingeretur. Si deus, si dea est, cui populus ciuitas'que. Carthaginēsis est in tutela, te'que maximè ille, qui vrbis huius populi'que tutelā recepisti precor, veneror'que, venia'que à vobis peto, vt vos populum, ciuitatem'que Carthaginēsium deseratis loca: templa, sacra, vrbem'que eorum relinquatis: abs'que his abeatis. Et subnectit Pli. IN ADORANDO DEXTERAM AD OSCVLVM, &c. In veneratione siquidem supplici dum ori dextrā admonerent iudicem super pollicem residentem exosculabātur antiqui: quod hic animaduertit Plinius. Et in apologia Apuleius: si fanum aliquod prætereat: nephas habet adorādi gratia manū labris admouere: hinc factum opinātur aliqui, vt Hebręi iuxta linguę proprietatem deosculationem ponāt pro veneratione. Quod aduersus Ruffinum Hieronymus scribit.

Popysmus. POPYSMIS, &c. Popysmus est plausus, palma collata, cum palma editus manibus inter se illisis. Nam ποππύζειν: est plausum edere palma cum palma illisis manibus inter se. Et popysmata dicuntur vocis blandimenta, quę fieri solent equis indomitis cum manus tractatione leni. Item palpitationes, quę manibus fiunt. Sed de his hactenus dicturi de his & similibus copiosius alibi, ac de numero impari de'que alijs miris. Cæterò vbi ait hic Plinius.

EXTAT TVCIAE VESTALIS INCESTAE, &c. Huius rei etiam meminit Valerius Maximus, octauo, Titulo iudiciorum pręter spem. Eodem, ait, auxilij genere Tutiæ virginis vestalis incesti crimine reæ castitas infamiæ nube obscurata emersit, &c.

CAPVT OCTAVVM.

HAEC SVNT QVAE RETVLISSE, &c. Nunc de animalium medicina ab Elephãtorum ſanguine auſpicãs. Item & à leonis adipe Dioſcoride, libro ſecũdo, Leoninũ adipem inſidiãtibus (mirum dictũ:) aduerſarij, Elephãtinum verò ſerpentes fugare. Item ceruinum tradit, & id genus multa, quę lector ſi volet legat. de his etiã & ſimilibus apud Atheneum videre eſt: quorum placita non collibuit amplius adferre: ne plus nimio turgeſceret lectio. Item de Crocodilo quem Scingum vocãt Dioſcori. carnes cuius dixit venerem cieri Plin. hic cum ſatyrio miſcet ad venerem ciendã. Dioſcorid. autem miſceri carnes vult naſturcio, nõ ſatyrio: cuius verba ſunt. Terreſtris crocodilus ſcingus eſt, propriũ, ſuum'que genus habet. Hic addito, Naſturcio ſale inueteratur, feruntque laterum propinquas carnes renibus eius põdere drachmę cum vino potas veneris cupiditates accendere. Porrò quod Pli. paulò ſuperius dixit.

Adeps Leonin⁹

Scigũ.

OB ID INTESTINA EIVS DILIGENTER, &c. Crocodileũ profecto hic Pli. fimum crocodilli appellat, inteſtina & ſi nominet iucundo nidore referta ſic enim ſcribẽdũ, nõ refracta, vt putauit Hermola. quod docẽt aperte verba paulò ſuperius adlata, odoratiſſimiſque floribus viuit, &c. Fimus enim is maximè mulieribus quęrebatur antiquitus: quòd crederetur ad formæ decorẽ mire pręſtare: bonitatem enim coloris, ac vultus nitorem, facere dicitur, quod ante Pli. Dioſco. ſcripſerat, libro ſecundo herbariæ diſciplinę, his verbis. Terreſtris crocodili (ſtercus ſubaudi:) ad bonitatem coloris & vultus nitorem fœminis inſeruit, probatiſſimum quod cãdidiſſimum, friabile, ſine põdere & inſtar amyli eſt, quod celerrimè liquoribus ſoluitur, & cum teritur: ſubacidum & feruenti odore eſt.

Crocodileã.

ADVLTERANT ID ALIQVI STVRNOS ORYZA PASCENTES: FIMVMQVE EORVM HVIC SIMILE VENDENTES, &c. Hæc ille, cui hic Pli. aſtipulatus eſt. Quod autem antiquitus expeteretur à mulieribus ſtercus id crocodili ad decorem vultus indicat Horatius quando cecinit.

Quid tibi vis mulier nigris digniſſima barris.
Nec tibi iã manet humida creta color'que ſtercore fucatus crocodili: ad formã cõuenire: id ſtercus etiã Galenus, decimo ſimplicium, ait his verbis. Crocodilorum autem fimum paruorum & qui per terrã ſerpunt pręcioſum delicatiores fecerunt mulieres, &c. HOC CINERE (ait Pli.) POTO PROPVDIA VIRORVM, &c. Propudia vocat hic Pli. obſcœnam venerem & impudiciſſima veneris vitia, ac mollitiẽ probroſam, qualem cinedi, ſiue poſticæ veneris amatores exercent. Sobrio enim hic vſus eſt verbo Pli. rem obſcœnam intelligens.

Propudia.

CAPVT .IX.

SICVTI LACTIS, &c. Hic de præſtãtia lactis agẽdum eſt: vires cuius & differẽtias ſcitè docet Dioſco. libro ſecundo, & Paulus Aeginita, libro ſexto, probatur autem lac cãdidum, æqualiter craſſum, & quod vngui inſtillatum nõ defluit. Aſininum bubulum equinum'que Dioſcorides aluum ſoluere ſcribit, ac turbare: adſtringit coctum omne lac pręcipuè calculis marinis. Datur etiã recens lac cũ crudo melle, vt ait Dioſco. admixta aqua & addito exiguo ſale cõtra prurigines, & cõtra malos corporis humores: bubulum in Arcadia ſinctericis, id eſt, animi defectionem patientibus confert, Item pthiſicis. Et ſubdit Plin.

Lactis vis.

QVOD

Schistō QVOD SCHISTON APPELLAVERE, &c. Schistō dicitur fcißile cōfectionem cuius docet etiā Diofcorides, libro fecundo: cuius fententiæ Plin. hic
Cafeus. aftipulatur. Et fubnectit Plí. CASEVS RECENS, &c. Diofco. cafeū etiā recentem & fine fale nutrire teftatiffimum reliquit: prodeffe itē cafeum hunc fugillatis tradit. Hippacē egregiè nutrire bubuloque proportione refpōdere. Cæterò butyrum Diofco. probat, quod ex pinguiffimo fit lacte, tale autem effe ouillū tradit fieri idem ex caprino tradit butyrum foluere aluum cōtra venenata, ait, prodeffe. Infantium dentitiones adiuuare admixto melle: prodeft item oris vlceribus. Oxygala: iure oxygala lac acetofum dixerimus, vt etymon indicat. Et fubnectit
Adeps Suillus. Plin. PROXIMA LAVS IN COMMVNIBVS ADIPI maximè fuillo, &c. Diofcorides, libro fecundo, Suillum adipem mulíebrium locorum medicinæ cōguere tradit. Vrfinum capillum nutrire vulpinum aurium doloribus prodeffe, de quibus affatim etiam Paulus Aeginita & Galenus.
Medulla. COMMVNIS & ratio medullarum, &c. Medullarum probatiffima eft, ait Diofco. libro fecundo, ceruina, mox vitulina: poft hanc taurina tum caprina & ouilla: molliunt medullæ omnes, rarefaciunt, calefaciunt & vlcera explent. Ceruina hoc amplius habet, vt ferpentes inuncta abigat.
Fel. INTER OMNIA (ait Plí.) AVTEM communia animalium fel, &c. Fel omne authore Diofco. habet acrimoniā, calefacitque oculos fuffufionibus prodeffe Diofcorides, libro fecundo, ait, caliginibus, albuginibufque. Taurinum cęteris prefertur id fanat aures purulētas, inftillatum cum humano lacte exterit lepras, vrfinum dicitur dari leligendum comitialibus. Teftudinis puerorum argiuis prodeft ad idem hircinum prodeft: feruatur diu hoc modo, authore Diofcori. cui hic Plí. fuffragatur. Sumito fel recēs: funiculoque colligato eius ore demittito in aquā feruentem, finitoque tādiu effe dum trium ftadiorum fpatium quis decurrat, hæc Diofco. Difcrepāt hi graues authores, in temporis fpatio. Nā Diofc. triū ftadiorum fpatium dixit. Plí. verò femihoram. Et fubdit Plinius.
Septica Vis. SANGVIS eorum fepticam vim, &c. Equorum fanguis vim habet fepticā, hoc eft, corrodentem, vt etiā annotatū eft à Diofco. lib. II. Et fubnectit Plí. ITEM EQVARVM præterquàm virginum, &c. Perinde ac dicat fanguinem omnium equarum corrodere, preterquàm equarum virginum: quarū fanguis non eft vtilis ad feptica, id eft, vt fic dixerimus corrofiua.
TAVRINVS RECENS, &c. Tauri fiquidē recēs iugulati fanguis fpiritus difficultates & ftrāgulationes facit poft eius potum apparet, authore Diofco. libro quinto, lingua rubens: colore infecti dentes: coit autem celerrimè atque durefcit: haufto eo Temiftocles obijt.
TANTVM POTEST SYMPATHIA ILLA, &c. Hoc eft, mutuus rerum naturæ confenfus nexufque, de quo agemus, lib. XXX. abundè.

CAPVT .X.

Fim⁹ caprarū. APRI QVOQVE CEREBRVM, &c. Cerebrum aprí laudatur cōtra eos: ferpentes fubaudi. porrò quod Plí. ait, de fimo caprarum. Diofc. libro fecundo caprarum fimum potiffimum in mōtibus degentium cum vino fuadet dādū felle fuffufis, fiue ictericis ciere menfes, fimum item earū tradit, & fanguinis eruptiones fiftere: cum aceto cōtra capillorum defluuia valere. Item podagris mederi. Et fubnectit Plí. COAGVLO LEPORIS, &c. Coagulum leporis

leporis potum in vino, vtile esse torminibus intestinorum Dioscori. scriptum reliquit libro. ii. Prodesse item fœminarum fluctionibus ac sanguini concreto, difficilibus'que exscreationibus conceptus adiuuare post menstruas purgationes. Idem potum fœtus in vtero necat, & à puerperio statim sterilitatem facit: pares habent vires hædi ac coagula agnorum, vitulorum, ceruorum. De coaguli vi, etiam Aristo. libro tertio de historia animalium, & Nicander in theriacis. LAVDAVIT (ait Pli.) HIRCI IECVR. Vetus nostrum exemplar non hirci, sed ipsius habet, vt referatur ad canis iecur rabidi: nam huic rei fert opem Dioscori. lectio, quæ ita est libro secundo. Creditur canis rabidi iecur tutos à metu aquæ seruare, quos idem ille canis rabiens momorderit, tostum & in cibo sumptum. Nec profectò Dioscori. iecur hirci ad id valere dixit, sed ad lusciosos, item comitiales. Cæterò quod de vrina apri ait Dioscor. aprinam vrinam vtiliter instillari auribus tradit: item taurinam, caprinam prodesse partibus se resoluentibus corporis cũ spicanardi potam quotidie, aprinam calculos frangere. Dignum prærerea scitũ, vrinam hominis potissimum mirè nutrire, potam'que in fame sacra, mirè prodesse de vrinarum vi abundè Diosco. quo diximus loco. DENTES (ait Plinius) MOBILES CONFIRMAT CERVINI CORNV CINIS, &c. Diosco. dentifricium ex cornu ceruino fieri vtile tradit. Serpentes ait, crudum fugat, coquitur in aceto, colluuntur'que decocto dolores dentium, crematum in cinerem mox lotum contra sanguinis eruptiones prodesse idem tradit. LYCHENAE EQVI, &c. Lychenas hic intelligit callosam duritiem, siue callos excrescentes in genibus & vnguibus equorum. Lychenas huiuscemodi Paulus Aeginita tradit conferre comitialibus, item Dioscorides libro secundo. Et subdit Pli. QVIN ET ISCHIADICOS VRI SVB POLLICIBVS PEDVM EO FIMO, &c. Non hæc fieri debere sub pollicibus pedum ait Dioscorides, sed in concaua pollicis manus parte inter duos neruos faciendum docet his verbis. Vtuntur his etiam ad coxendicis dolores hoc modo. In concaua pollicis parte, qua manus brachiali coniungitur inter duos neruos lanam oleo madentem imponito, tum caprarum globulos (sic vocant fimũ modo pilulæ formatum) incendens sigillatim subinde imponito, donec sensus per brachium ad coxendicem perductus dolorẽ, hæc ille libro. ii. sed de his hactenus.

Iecur hirci.

Vrina.

Commentariorum in Vicesimumoctauum Plinij Secundi, Naturalis historiæ, scriptoris argutissimi, Finis.

ESIMI ADM:

In Vicesimumnonum Plinij Stephani Aquæi, viri equestris. Scholia.

CAPVT I.

NATVRA REMEDIORVM, &c. Herbarum dotibus promulgatis, ac quorundam animalium, non obfuerit nunc de medicina ac eius primis inuentoribus differere, cuius artis professor iure ab Home. ingeniorũ vertice laudatur Illiados. λ. quãdo ait. ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν

ἀντάξιος ἄλλων: quæ nihil significat aliud, quàm, Medicus vir certè multis alijs præualēs: quod & cõfirmat Plato antistes ille philosophorũ in symposio. Vt profectò alimenta (authore Celso,) sanis corporibus agricultura. Sic sanitatẽ medicina promittit. Duce profectò natura, quisque scit quodam modo medicinæ partem. Siquidem imperitissimæ gentes herbas alia'que prompta in auxilium, vulnerũ, morborum'que nouerunt. Medicinæ professores antiquiores loco deorum habitos finxit antiquitas, hoc est Aesculapium, ac Apollinem, hinc medendi potestatem assignauerunt græcorum nonnulli, quia temperatus solis calor morborum omniũ fuga est, Apollinem ὡς ἀπελαυνόντα τὰς νόσους ἀπόλλωνα quam ἀπολῶντα dixerunt, cognominatum propterea Athenienses, eum ἀλεξίκακον, id est, alexicacon vocarunt, id est malorum depulsorem. Hoc enim est cur Apollo causis præstans salubribus dicatur οὔλιος, id est vlios: hoc est sanitatis author. Assignauit igitur medicina suos inuentores dijs, ac cœlo dicauit, quod ait Pli. hic, Apollinem subintelligens. Aesculapius post hunc rudem adhuc & vulgarem medicinam & subtilissimè excoluit: ob id in deorum numerum receptus est. Aesculapium autem eũdem esse atque Apollinem ferunt nonnulli, non solum quòd ex eo sit natus, sed quòd ei etiam ius diuinationis adiungitur: nam Apollodorus in libris, quibus titulus est de dijs, scribit, quòd Aesculapius diuinationibus & augurijs præsit: nec mirum, siquidem medicinæ atque diuinationis sunt consociatæ disciplinæ, nam medicus vel commoda, vel incommoda in corpore futura prænoscit, nã vt ait Hippoc. oportet medicum dicere de ægroto quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura sequentur. Aesculapius pestilẽtia Romanos liberauit plures, hac enĩ affecti, Aesculapio ab Epidauro accersito sani sunt: vt ait Valerius Maxim⁹ libro. i. & Liuius libro. i. punici belli. Et subdit Pli.

❧ TROIANIS TEMPORIBVS A QVIBVS FAMA CERTIOR VVLNERVM DVNTAXAT REMEDIIS, &c. His verbis subintelligit Podalirum, ac Machaona filios Aesculapij qui Agamennonem ducem in bello troiano secuti sunt: qui non mediocrem cõmilitonibus suis attulisse opem dicuntur: quos Homerus nõ in pestilentia, neque in varijs morborum generibus auxilij aliquid attulisse, sed solum vulneribus mederi solitos scribit: chirurgos illos potius quàm pharmacenticos. Multos autem ex sapiẽtiæ professoribus peritos huius doctrinæ fuisse constat. Clarissimos verò Pythagorã, Empedoclem, & Democritum: cuius discipulus (vt quidam volunt) Hippocrates cous primus fuit quidem omnibus memoria dignus, ab studio sapientiæ disciplinã hanc separasse dicitur. Post quem Diocles Caristius, deinde Praxagoras & Chrysippus, tum Herophilus & Erasistratus. Multiplicem postea medicinæ partitionem fecerũt. Triplex enim à Celso diuisio ponitur. Prima in arte trifariam methodice, emperice, theorice. Altera circa curam, item trifariam, pharmacentice, dietice, chirurgice. Tertia deducta in partes duas, hyginon, hoc est, sanatiuum, & therapenticon, id est, curatiuum. Erasistratus & Erophilus primi se empericos dici voluerunt, simplicibus'que mederi tantum cœperunt. Zenon & Andreas exectionem tentasse dicuntur hominis, quam anatomen nunc dicunt.

❧ IATRALEPTICEN, &c. Vnctariam, hinc iatraleptę, reũctores medicorum. Aliptes enim erat vnctor, & is cuius curæ tradebantur hi, qui in sacris certaminibus pugnarent, ab vngendo, ἀλείφω, id est, alipho græcis vngo notante. Qui item vulnera curat, aliptes dici potest: qui verò male valentibus in lecto'que iacentibus medetur, clinicus dici consueuit, hinc clinice, medicina ita dicta. Et subnectit Plinius. ❧ MVLTOS PRAETEREO MEDICOS cœleberrimos, &c. Portenta hic quædam de medicorum precio ac mercede agit, ducenta enim & quinquaginta sestertia, significant sex

❧ millia

millia ducentos quinquaginta aureos, authore Budæo. Hic Plin. etiã dicit Stertiniũ medicum summam altero tanto maiorem, hoc est, duodena millia quingentenos aureos: cum priuato verò quæstu dena quina millia cogere potuisse. Et subnectit Pli. PAR FRATRI EIVS merces à Claudio Cæsare, &c. vbi eñ legitur, censusque quanquã opibus exhaustus, concinnius legerim: censusque quan quã exhausti operibus Neapoli exornata hæredi sestertium tricenties reliquere quã tum Athena, hoc est Aruncius solus &c. quod etiam à Budęo fuit animaduersum. Et vbi paulò mox legitur. NVPER sestertia centum reliquit, &c. Sestertium potius legendum censeo, vt sensus horum sit. Quanquã medici Romæ multa nefariè admitterent artis suæ licentia, potius tamen esse cœpisse vt plures es sent quã pauci, quia olim cum pauci essent, precia immodica aut stipulabantur ab ægris, aut quouis modo exprimebant: nullo enim pudore deterrebatur, vt immen- sis mercedibus abstinerent. Sed mutua æmulatione minoris operas suas addicere tunc cœperunt, cum multi extiterunt medici. Plinius enim impudentiam flagitan tium cum vellet docere Charmidis facinus tanquã exemplum improbitatis medi- cæ commemorauit, qui ægrum prouincialem sanandum quinque millibus aureo- rum coronatorum conduxit. Vt autem doceret quã quęstuosa tunc medicina esset Archontium vulnerarium dixit, ducentis quinquaginta millibus aureorum confi- scatione amissis, intra paucos annos totidem in exilio quæsiuisse: quibus apparet medicinam fructuosissimã fuisse apud Romanos, sed quidem periculosam ac vul- nerariam: quare Iuuenalis contra medicos quosdam, id est Archigenem & Themi- sonem ait. Archigenem onerosaque pallia iactat, Quot Themison ægros autũ- no occiderit vno. EPHIMERIDE, &c. Ephimeris liber propriè in quo res gestæ per singulos dies scribi solent. Seneca calendarium dixit, alij dia- rium. TVRBA SE MEDICORVM PERISSE, &c. Adrianus imperator vt est Dion author moriens dixit etiã: medicorum turba prin cipem perdit. ALIOS opici appellatione, &c. Opicos barbaros & nõ la tinos dicunt, sed sordidos. Fuisse opicos tradunt etiam populos Cãpaniæ, à lingua- rum colluuie dictos, vt quibusdam placet. Fest⁹ opicum pro osco dici scribit, id est pro obscœno. ADEO BLANDA est spirandi per se cuique dulce- do, &c. Sperandi, non spirandi legerim: fide veteris codicis, quod & ab Budęo etiã fuit adnotatum. ET INTEMPERANTIA CVLPA- TVR. Nam si æger male se habeat, aut moriatur medici inscitia, aut culpa, nõ id actum iudicabatur, sed intemperãtia, & non obseruata à medico viuendi formu la: quare qui perijt arguitur, non medicus: post cuius mortem interrogabãtur om- nes quænã fuerit interitus occasio, quæ causa, quæ intemperantia, quis victus, non ritè, non opportuneque obseruatus, quæ mortis ratio, quis error, & cuius culpa: nõ enim arguunt erroris culpæve medicos, sed alios, non illi, sed hi examinantur velu ti solent iudicio principum decuriæ à decurionibus examinari de statu ordinis, aut re aliqua militari, & spectante ad rem. Et subnectit Plinius. ET QVI DE NVMMO IVDICET A GADIBVS COLVM- NISQVE HERCVLIS, &c. Hoc est medicus, qui solet accersiri à distantibus multum regionibus, vt iudicet de nummis quos ab ægris extorquet, de nummis inquàm, non de sanitate: per ironiam quodam modo hæc ait.

Ephimeris.

DATVR TABELLA, &c. Hoc est, testamentum, siue testa- mẽti scriptura. ITAQVE nõ criminibus artis arreptis, vt aliquis expectauerit. Legerim fide nostri exẽplaris expirauerit, nõ expectauerit. QVID eñ, &c. Per inde ac velit innuere medicorũ opera, & isidijs, plura testamẽta, ideo certè mortes innumeras euenire solere, ac eorũ documẽtis venena quodã modo excogitata.

Tabella

Indicatura. IVDICATVRAM. Aestimationẽ. MORTIS ARRHAM, &c. Solutionis partem. MVLTITVDO grassantium, &c. Medicorum subintelligas, vocat enĩ medicos grassantes. CVLINARVM ETIAM PRECEPTIS, &c. Quia eliguntur in ægrorũ morbis artes culinarũ & præcepta quędã: quę delicias cõmendãt plus nimio inuehi peregrinas merces &c. antiquis cõtentis indiginis, ac patrijs non exoticis qualia mythridacium continet, & theriace: quædam compositiones luxuriosę quando simplex & vna sufficeret res ad eorũ vim, viliora enim præstare possunt charioribus ac maioris æstimationis precijsque, videtur enim potius ob venditationem maiorem excogitata quã ad vtilitatem. PRO CINABARI IVDICA, &c. Nam plures putarunt cinnabarim esse idem quod minium, quæ tamen differunt multum, & si rubeant ambo, discrepant tamen nationibus, quòd altera ex Libya, altera ex Hispania quondam adferebatur, & cinnabaris in medicinæ vsum, hoc verò, hoc est minium inter veneni maleficium recipitur: de quibus alibi agam.

CAPVT .II.

Lanæ. LANIS AVCTORITATEM VETERES ROMANI, &c. Conferunt humano generi lanæ, tum ad tuẽdũ corpus à frigore, tum ad sanitatem valent, potissimum succidæ: quas ita describit Varro libro rei rusticæ, cap. vltimo. Tonsuræ tempus inter æquinoctium ad vernum & solstitium, cum sudare incœperint oues à quo sudore recens lana tonsa succida est appellata, hæc ille. Lanę igitur huiuscemodi vulneribus à principio statim ex aceto, oleo, & vino vtiliter imponuntur, contusisque, vt ait Diosco. libro. ii. idem prodesse lanas has, luxatis, fractisque ossibus, cinis verò vulneratis ambustisque medetur, additurq; oculorum medicamentis. Pinguedo autem sordida lanarum quam oesypum vocant, medetur vuluæ inflammationibus, fœtus mensesque extrahit: vlcera explet, mollitque. Facit ad genarum scabies, & palpebrarum defluuia, authore Diosco.

CAPVT .III.

LANAE HABENT CVM OVIS, &c. Lanæ quandam societatẽ cũ ouis habere dicuntur, nam si cum ouis misceantur, valent tunc contra epiphoras, ad enim vsum hunc curatas non oportet ait Pli. radiculis, hoc est, herba lauaria, quam alij radiculam dicunt, quod & Diosco. libro. ii. ait, Sumito lanas molles & succidas lauariæ herbæ radicibus nõ curatas &c. Herba enim lauaria græcis dicitur στρούθιον, id est struthion: quare Dioscor. ἐστρουθισμένον participium formasse videtur. De hac herba alibi à nobis actũ est. Porrò de ouorum medicina meminit Dioscor. libro. ii. molle ouũ quã sorbile magis nutrire asserens: oui itẽ luteum tostum cum rosaceo & croco oculorũ doloribus cõferre. Crudum autem ouum refrigerare, glutinare, lenire oculorum inflammationes, & id genus multa. Oua imprimis commandantur gallinarũ, & perdicis, authore Auicẽna libro. ii. Cæterarum auium improbati æsus indicantur, sed non medici vsus, nam oua anatum anserumque improbari solent, oua testudinis epilepsiæ conferre dicuntur. Paulus æginita oua valde nutriẽtia vocat ῥόφητα, id est ropheta, quæ verò in sartagine cocta sunt, pessima iudicãtur, ea græcis dicuntur ταγηνισα, id est tagenista. Scribit Atheneus oua apud antiquos secundæ mensæ inferri solita. Apud Romanos etiã oua cœnæ habebant initia: oui vitellum græci dicunt lecithum.

Ouorũ medicina.

CAPVT .IIII.

EADEM DE CAVSA, &c. Hoc eſt, quia male defenſum fuit à canibus capitolium propter id canes pendunt ſiue ſoluunt annua ſupplicia inter ædem iuuentutis & ſũmanij viui dei, de quo egimus libro. ii. Et ſubnectit Pli. CATVLOS LACTANTES, &c. Diximus libro. xviii. antiquos conſueuiſſe immolare canes caniculæ ſyderi, ne rubigine aut noxa alia fruges affligerentur: quod ſignificaſſe videtur Ouid. iiii. faſto. quando ait.

Pro cane ſydereo canis hic imponitur aræ
Et quare fiat, nil niſi nomen habet.

Porrò catuli canum puri adeò exiſtimabantur, vt placandis nominibus hoſtiarũ vice vterentur, vt coniſcere licet carmine Columellæ.

Hinc mala rubigo viridis ne torreat herbas
Sanguine lactantis catuli placatur & extis.

De quibus actum eſt nobis libro. xviii. Porrò quod de muſtellis hic ait Pli. græci ἰκτίδας, id eſt ictidas vocant, nos viuerras. Aelianus tradit magorum vanitatē adfirmare muſtellam ab hecate nutritam, quod hæc dea amatorijs ſoleat adhiberi. nam eius viſcera his ſumpta, teſticuli verò mulieri adligati, partus continent. Strabo tradit importatam ex africa. Muſtella quæ in domibus oberrat, bibitur in vino efficaci remedio contra ſerpentes, pondere drachmarum duarum flammis primo depilata tum exemplis interaneis ac ſale inueterata, & in vmbra ſiccata. Quinetiam eiuſdem ventriculus, authore Dioſcoride libro ſecundo, coriandro farctus inueteratusque venenatorum morſibus comitialibus vtiliter bibitur. Sanguis item muſtellæ ſtrumis confert, item comitialibus. Et ſubdit Plinius. VELVTI CIMICVM ANIMALIS FOEDISSIMI &c. Fœdiſſimum cimex eſt animal, hoſtis nocturnus, nam in lectis quietē dormituris adimit, & putidum odorem ingenerat tangentibus eum, noſtrates cimices vulgo puneſas vocant: ob id animal non male deſcenſurus ad inferos bacchus in lepidiſſimo græcorum comico ariſtophane iter illud ſibi oſtendi præcabatur, & eas dari cauponas, in quibus cimices paucæ eſſent. Etſi tamen fœdiſſimum animal ſit, non tamen vi medica caret, nam contra quartanas febres fabarum cauis incluſi cimices numero ſeptem ante acceſſionem deuorarentur, vt ait Dioſcorides libro ſecundo, olfactu ſtrangulationibus vuluæ concidentes excitant. SIQVIDEM (ait Pli.) ILLA CONCORDIA RERVM AC REPVGNANTIA, &c. Hoc eſt, ſympathia, de qua actum eſt libro. xx. agetur que libro ſequẽti. RVRSVS (ait Pli. IIS ADVERSATVR &c, Dioſco. libro. ii. tradit glabreſcere quæ decocta ſint in oleo vbi fuerit ſcolopẽdra partes corporis piloſas, de ſcolopẽdra marina intelligẽs. AT QVI anguis Aeſculapius, &c. De hoc Valerius Maximus libro. i. & Titus Liuius lib. i. belli punici INTER OMNIA venenata ſalamandræ ſcelus, &c. Animal ignauum colore vario, authore Dioſco. falſo creditur non cremari igne: habet autem vires exedendi ac calefaciendi exulcerandique: miſcetur & his quæ ad lepras conficiuntur non minus quàm cantharides. Depilat ſalamandræ, cinis cum oleo inũctus, authore Paulo Aeginita. ATOCIO DIXISSE FAS SIT, &c. Atocion quod ſterilitatem facit dicitur, id eſt ἀτοκίον: nec eſt quod abortum facit, ſed ſterilitatem. Atociõ

Commentariorum in Viceſimumnonum Plinij Secundi, Naturalis hiſtoriæ, ſcriptoris argutiſſimi, Finis.

IN TRIGESIMVM PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE ARGVTISSIMI SCRIPTORIS LIBRVM, STEPHANI AQVAEI BITVRICENSIS, VIRI EQVESTRIS, COMMENTARIA.

CAPVT .I.

MAGICAS VANITATES, &c. Solent in laudationibus ſuis rhetores et in iudicijs oratores, id de quo agitur, ad contentionem honoris plerunque reuocare, cõparatione'que rerum inter ſe vtentes vtrobi voluptatis, bonitatis, geſtorum, virtutis'que, & gloriæ mrior fructus, & ſpes ſit, ratiocinari ac fœliciſſime id tunc ſe egiſſe credunt cũ auditium faſtidio conſulentes preteritis ſingulis, eorum'que integra numeratione, vna aut altera ſermonis clauſura multa collegerint, cogitanda'que auditibus reliquerint, quã à principio dici poſſe ſperabãtur, ſic nos in hoc magiæ pretexta acturi ſumꝰ, quã et ſemper exiſtimauimꝰ preclaram eſſe philoſophiæ naturalis partem, vt ex ſequentibus clarũ euadet & notũ neſciẽtes magiã eſſe philoſophię naturalis apicẽ, ob id cõſtituimus hic, de ea, eiusq; generibꝰ agere, primũ de duobus hic, & cęteris. ca. ſequenti. Reconditioris literaturæ ſcientiſſimi alterã infamẽ ac immundorũ ſpirituum cõmercijs inauſpicatã. Alteram non ferè aliud eſſe præter philoſophiæ naturalis actiuam portionem monumentis prodiderũt priorem non magnopere magiam, ſed Goetiam eruditiores vocant græci. Hanc incantationibus & carminibus nefarię curioſitatis arte concinnatam afformatam'que, quam & alij theurgiam nuncupant: differentia tamen quadã, vt illicitis artibus deditos, cuiuſmodi excogitaſſe dicitur zabulus, alteros intelligi dãnabiles velint, quos & maleficos appellitant. Horum enim goetiam eſſe dicũt, de qua componentur libri, quos improbatæ lectionis Vulpianus iuriſconſultus vocat, protinus'que abſumẽdos ſtatuit. In quod forte genus veniũt pyctatiolæ ad ęgritudinem conſcriptę quãlibet. Alteros verò laudabiles, quibus theurgiam deputãt, quamuis vtrique ritibus ſint dæmonum fallacibus obſtricti, & angelorum nominibus, nam & Porphyrius quandam purgationem animæ per theurgiam cunctanter tamen, & pudenda quodam modo diſputatione promittit, reditum verò ad deum arte hac præſtari cuiquam, inficiatur omnino. Quibuſdam verò conſecrationibus theurgicis quas teletas vocant idoneã fieri, a'que aptã ad ſpirituum ſuſceptionem & angelorum, ad videndos eos arbitratur homo ille occæcatus & impius. Quę ve-

Magia eſt philoſophiæ naturalis pars preclara.
Geotria
Theurgia.
Zabulus
Malefici
Pictatyolæ.

rò proprię

rò proprie Magia dicitur, perfecta creditur, & summa scientiæ potestas: quãdo Magus lingua persarum non ferè alius dicatur, quàm intrepres diuinorum, & cultor. Goetia, de qua paulò superius diximus, omnes auersantur. Magiã verò de qua hic agimus sapientissimus quisque, festo plausu excipit, & veneratur, & colit, vt quæ altior sit sanctiorque philosophia, ex qua præsignis defluat literarum claritas. Pythagorã enim, Empedoclem, Democritum: Platonem quoque eã solicitè cõquæsiuisse nauigatione suscepta, & quidem periculosa, cõstãs est opinio. Huius veluti parentes celebrãt Zamolxidẽ, quem postea sit imitatus Abbaris Hyperboreus, zoroastrẽ nõ quem vulgaris recipit opinio, sed Oromasij filium. Plato certè in Alcibiade apertius testatur, nõ aliud sibi videri Magiã zoroastris quàm diuinorum sciẽtiam, atque cultum, qua imbuatur persarum filij, vt ad mundanæ rei publicæ imaginem, suã & ipsi rempublicã cõdiscãt administrare. Propterea M. Tullius in diuinationibus, neminem apud persas scribit: potiri maiestate regia, qui magicã nõ imbiberit scientiam. Hæc enim naturalium cõsensum, quem vocauimus, libro. xx. συμπαθίαν, id est, sympathiã docet, sicuti paulò amplius agemus. Magiã enim hãc Albertus Magnus cõprobat, porrò hãc magiæ distinctionẽ ab Hieronymo significatã cõijcere licet, vbi ad Paulinum scribens ait, Appollonium Tyaneum fuisse magum, sicuti vulgus, siue philosophum, vt astruebãt Pythagorici. Denique ad adorãdum Christum saluatorem nostrum, magos venisse, testatur euangelica veritas, quos interpres chaldæorum philosophos scitè quidem vocat. Cæterò de Goetia in libro de misterijs suspicari licet Iamblichũ intellexisse, vbi ait: Quę fascinati imaginamur, præter imaginamenta nullã habent actionis & essentiæ veritatem, eiusmodi namque finis magicæ artis est, nõ facere simpliciter, sed vsque ad apparẽtiã imaginamenta porrigere, quorũ nec mox appareat vestigium. Porrò, vt de goetia fusius disseramus. Hãc ab incãtationibus ἐπῳδὼ, id est, epoden vocãt, quasi dixeris excantationem, quia quę solet pueros excãtare epodos fertur. Polybius, epoden, & Goetiam cõiungit apud græcos id esse discerniculi, quòd μαγείαν, id est, magiam, boni ad bonum dæmonis euocationem aliquod esse dicãt: cuiusmodi fuerint vaticinia Appollonij, Tyanei. Goetiã verò, mortuos euocare excitareque: appellant & aliã φαρμακίαν, id est, pharmaciã: vbi pocula dãtur ad amorem. Expẽdendũ præterea Theurgiã, & goetiam, & magiam, ab Augustino reiectam, quę parũ differre videtur, si Ciceroni credamus, qui in Diuinationibus scribit in persis augurari Magos diuinareque, ac cõgregari in fano cõmẽtendi, atque inter se colloquendi causa, & quod multo grauius est, in libro de sacrificio, & magia. Proclus, dum hanc rerum naturalium agnationem, hoc est, sympathiã, latissimè mõstraret etiã numinum aduocatione vti solitos magos, per huiuscemodi cõsensum rerum tradit: ex quo liquet artis infamia: quòd numinis appellatione prætenta, ad dæmonũ vafràmenta reclinata impeditissimis, & ipsa erroribus obruta, minus perspicaces pręcipitaret in interitum, quod luculenter memorię mandauit Marsilius Ficinus: platonicæ doctrinæ cõsultissimus: sed quia huc diuertimus, deliramenta Magorum vberius pertractemus: hic primo ingenuos lectores oramus boni consulant si quę minus incuriose retulerimus, de magorum anilibus ceremonijs nihil enim constituimus agere de magiæ nefariæ doctrina, nisi ad impiorum hominum vecordes sententias pessundãdas: illos enim esse plectendos, & vrbe, ac patria expellendos censemus. Agemus igitur primum de magia ea, quã esse portionem actiuam naturalis scientiæ, diximus, deinde de dæmonum natura & magicæ profanæ generibus. Expendendum primo quinam dicantur Platonis anuli & Homeri Catena quænã sit. Sunt proculdubio anuli apud Platonẽ, & Catena Homerica: nihil aliud prorsus, quam, ordo & series rerum diuinæ deseruiens prouidentiæ: series inquã numinum

Magie cõquisitores.

Magia zoroastris.

Reges aliq̃ magi.

Finis artis magicæ.

Goetia mortuos euocare dicitur.

partim quidem inuisibilium, partim etiā visibilium, & occulta certè lumina intellectus sunt angelici, rationales'que, manifesta verò sūt lumina cœlestia. Est autem inter hæc mutuus & quidem mirabilis nexus, quem iure dixerimus Catenam, sed intellectualis dicetur, aurea & prouidentiæ, hic autem naturalis & argentea, & fatalis, prouidentiæ prorsum obnoxia, cuius quidē potestate purior anima sequestrari possit (vt nōnulli volūt à fato, quod à Platonicis videtur anima duersum, Nec magicę grauitati displicet: hoc enim hębreorū sancit astronomia. Expēdendū enī hic attētius examinatusq;, esse in anima nostra (vt placitū video plęrisq; philosophorum) cognitiuas potestates tres: Mētem, cogitationem, & opinionem. Rursum dū se anima æmulā facit naturæ. Tria ab ea esse excogitata, ἐπιστήμην, id est scientiam τέχνην, id est, artem, ἐμπειρίαν, hoc est experientiam, quę sint tribus viribus analoga, menti, scientia, potentiæ cogitatrici, ars, opinioni, experiētia. Nam sicuti citra rationem sese promit opinio, ita & experientia subiectarū sibi rerū minus rationes tenet. Ex his enim illa cōsequūtur primum esse magiam quandam, quę sit (vt docuimus) portio actiua scientię naturalis. Eam'que nil aliud docere, quàm naturaliū virtutem adminiculo ex mutua rerū naturalium & opportuna applicatione, opera facere omnem admirationem, intellectum, captum've humanum excendentia. Est enim in rebus naturalibus, cōpassio, vt sic dicam, quam vocauimus συμπάθειαν, hoc est, sympathiam: ad vires occultas manifestorum. Rerum enim periti per mutuam harum rerum agnitionem, siue vt sic dixero compassionem, omnia in vnum conducebant, per verò ἀντιπάθειαν, id est, anthipathiam, hoc est, repugnantiam contrarietatem've, expellebant. sicuti si sulphure aliquid, aut aspalatho purificassent, aqua marina quæ vim habet expurgandi, expellebant, sulphure, propter odoris acumen, aqua marina, propter igneam quam habet portionem. Perpendendum præterea, naturale per artem attrahi, diuinum per naturam, quod animaduertentes ægyptij magiam Naturam vocitarunt, hoc est, viui ipsam magicam in alliciendo, attrahendo'que sibi similia per similia & cōuenientia per conuenientia, attractus enim eiusmodi per rerum mutuam cōuenientiā ad se inuicem cum inferioribus ad superiora grecorum peritissimi sympathiā, vt diximus appellarunt, sicut cum terra, aqua, frigiditate, cum aere, humore, aer, cū igne, calore, ignis, cōuenit sic de principijs rerum, id est, elementis: cum cœlo materia nō miscetur, ignis cum aqua nisi per aerē, nec aer cum terra nisi per aquā, sic nec miscetur anima corpori, nisi per spiritum, nec intellectus spiritui, nisi per animā: hæc rerum naturalium cum superioribus cōbinatio est: sic videmus cum natura humanum corpus figurare cōstituerit, hæc ipso præparamento spiritum statim ab vniuerso deducit, spiritus hic, fomes est, secūdum philosophos quosdā ad animā corpori copulandā, anima fomes est in spiritu, sic videmus cum quibusdam præparamentis naturalibus, & artificialibus cœlestia quędam dona inferiora suscipere posse. Rursus nunc in spiritalibus cōuenit planta cum bruto, vegetatione, brutum cum homine, sensu, homo cum dæmone intellectu, hic intētioni, intentio imaginationi, illa sensato, sensatum sensibus, sensus, rebus. Est enim hæc mutua colligātia & cōtinuitas, vt omnis virtus superior, per singula inferiora lōga & cōtinua seriē radios suos dispertiēdo vsque ad vltima perueniat, sic enim inferiora ad superiora mutuo connexa sunt: vt ab eorum capite & principio prima causa, tāquàm funiculus quispiā tensus vsque ad infima procedat, cuius si vnum extremorum tangatur reliquum subito tremat: tactus'que huius ad vsque alterum resonet & moueat reliquū. Tradunt enim Magi per inferiora superioribus cōformia posse opportunis cœli influxibus cœlestia dona trahi, Ea est mūdi cōcordia, vt etiā super cœlestia cœlestibus, & supernaturalia, vt ipsi ferunt, naturalibus trahi possunt: at'que conspirare. Quia

Animę potestates cognitiuę.

Cōpassio.

Antipathia.

vna virtus opifex & specierū participatio, per omnia diffunditur, quę virtus sicut ex occultis rationibus manifesta producit ita magis assumit manifesta occulta, vt attrahat per radios stellarum, per tonos, per res naturales cōgruas cœlestibus, quibus vltra corporeas qualitates insunt etiam rationes & sensus, & numeri, de quibus agemus hic, & mensurę corporeę at'que (prope dixerim) diuinæ sic legimus antiquos certis rebus naturalibus diuinum aliquid, & vt ita, dicam mirandum suscipere & agere solitos, ac demonas, & manes euocare. Redolet enim cœlestem quodammodo maiestatem homo, vnde sese propagatam rationalis natura plurimis ostentat indicijs, futurorum enim pręcentionem exequi quorundā potest, eam'que superioribus cōformē reddere, modo sit, vt decet: vt etiā quę superiora sint inferioribus correspōdeāt, Ex his eruditiores cōiectāt Arabas astrologos humanę speciei proprietatem esse solarem, ob glorię, & veritatis studium, tum etiā ob staturā erectā, pulchrā'que, quin ex humorum subtilitate & spiritus claritate, & præstanti imaginationis perspicuitate, addūt & Mercurialem vim ob strenuum ingenij versatilis motum, & multa id genus, quę suo dicentur loco, porrò cum homo sit miraculum magnum, animal venerandum, vt Platonici ferunt. Legimus enim apud Auicennam Hippocratem & Platonicos multos, humanos animos, tanta naturæ maiestate pollere, adeo'que supra materiam omnem sese potēter extollere, vt sibi ipsis, & suo vigori, semoto corpore restituti, potestate intima, mūdi membra quælibet valeāt agitare impellere, & vtcun'que libuerit versare, ac latius cuicunque corpori dominari tanto potentius proprio, cui mancipata anima mundi parui, hoc est, hominis: quatuor humores versat anima ad libitium, quod patebit si vitales actus attentius pensiculatius'que considerauerimus, necnon phantasiæ affectus, Vbi verò ab hisce vinculis exoluta euolat in amplum, deo iam plena ipsa anima humores maioris animalis, id est, quatuor elementa maioris mundi permouet vt sua, solo'que affectu (vt quidam astruunt) citat ventos deo duce, ac cœlo nubes inducit sereno, eas'que cogit in pluuias, posse autem hoc fieri factum'que fuisse Theologi Mauri, & arabes testatur. Nā in eam it pedibus sententiā Maurorum princeps Auicebrō. & Arabum item princeps Auicenna, Arbitrātur enim Chaldæorum peritissimi, ab rationali anima id, quo nihil admirabilius, aut fingi, aut pensiculari potest, quādo'que fieri posse, vt radiorū splēdore ab ipsa manātiū illustratum diuino more corpus, etiam surrigi possit in sublime, ad id maximè cōferente insita radijs lenitate, quod zoroastri contigisse aiunt. tanta certè nobis est cum cœlo affinitas. Cōtingere verò id potissimum ferunt, quādo tota in deum patrem luminum consurgit anima, ac illinc luce amplissima perfusa rapitur, at'que similiter luminosæ claritatis, radios transmitti in corpus. Hæc enim est anima, quę sola mente viuens vt angelus euadit, ac toto (vt sic dixerim) pectore deū quodāmodo cōcipit, de qua Magorum princeps cecinit. Hominum, ait, anima deum quodāmodo contrahit in se ipsam, quādo nihil retinens mortale tota diuinis haustibus inebriatur, si ergo homo se cōformen reddat cœlestibus, cœlestis erit, si caducis, caducus, si spiritui, spiritus, Mercurius ille maximus philosophus, iure dixisse videtur. Generatio, inquit, hominum ad diuinorum est operum cognitionem, testimonium'que naturę: ad imperādum omnibus, quę cœlo teguntur, ad cœlestium discursum suscipiendum ad potestatem dei, & naturæ progressus, proculdubio si hominis dignitatem exactius perpēderis, cœlum ipsum quodāmodo esse assertabis. Ecce, minori hominis parti, ferè inest, quod cœlo est, hoc est, oculos hominis qui sphæricę figurę instar cœli est: qui lucidus, ac (prope dixerim) diaphanus, septem tuniculis, septem planetarū numero insignitus, circulis distinctus, quatuor humoribus præditus & id genus multa, his enim collatis homo verè, ac cōcinniter dictus μικροκόσμος, Sed quorsum

Dęmones qualiter antiquitus reb⁹ naturalib⁹ euocabantur. Homo miraculum magnū & animal venerādum.

Hominū generatio est ad diuinorum operum cognitionē. Diaphanus.

hec? Vt certè significemus Magiā eā quā pclarā dixero partē philosophię naturalis hæc omnia pertractare, hoc est, mutuum rerum naturalium nexū. Et vt paulò maiora canamus, ac vt hęc multo compertiora exploratiora'que nobis fiāt. Subnectamus Plinianum cōtextum. QVANDO QVIDEM SOLA ARTIVM TRES ALIAS IMPERIOSISSIMAS, &c. Fatetur enim Plini. Magicā artem tres imperiosissimas artes in se redigere, quas subticuit, & quenā hæ essent haudquāquàm protulit. Sed earum solum numerum, quare veluti Plinianę lectionis interpretes, iure eas subnectā. Quas enim Pli. imperiosissimas artes nuncupat Magia amplectitur. Magia profectò plurimæ cōpos est potestatis, & recōditioribus mysterijs scatens, profundissimarū enim & abditarum rerum cōtemplationem, naturā, potentiā, qualitatem virtutem delitescentem, totius'que naturę cognitionem amplexatur, & docet & quo modo res inter se dissidere videātur, & vti suffragentur sibi, hinc effectus suos agēs vniendo virtutes rerum per applicationes earum adinuicem. Item inferiora superiorum dotibus virtutibus've, copulās, insigniens, adornās, illustrās. Hæc enim doctrina, hoc est, Magia, tres sibi asciuit adiutrices asseclas'que artes, quas imperiosissimas vocat hic Pli. hoc est, Physicā, Metaphysicā, & astrologiā. Sic enim stolidi magi putabāt quādā magiā esse in eorum doctrina: quod omnino ridiculosum est & nephandum,

Quas artes redigit in se Magia.

Magia certè cōsummatio est totius philosophię naturalis. Modo cū ōmis philosophia speculatiua diuidi soleat in phisicā, Metaphysicā & Astrologiam,

Sic Magia quę est actiuæ portio naturalis scientiæ, eas cōtinet & in se & has redegit imperiosissimas artes. Physica enim docet naturam eorum, quę sunt in mundo, aliorum'que causas, loca, effectus, tempora, modos integritates, partes, sollicite & tractat, & attente rimatur, quot sunt rerum species, quę elementa vocentur, & vt ait poeta.

Pyhsica quid doceat.

Versus.

, Quid calor efficiat: quid terra quid humus & aer
, Quid generent vnde, magni primordia cœli
, Vnde maris fluxus varijs've coloribus Iris
, Reddere quid faciat clamosa tonitrua, & orbes
, Quę secreta faces noctu quæ causa cometas
, Proferat: & tumidas quæ cæca potentia terras
, Concutiat, quę sunt auri quę semina ferri
, Tota'que naturæ vis ingeniosa latentis.

Magia item Metaphysicam amplexatur, quæ nos docet, planam & in tres porrectam dimensiones naturam cognoscere, & rimari. Item progressus cœlestium suspicere, & vt ait poeta.

, Ardua quo celeri rapiantur sydera motu
, Quid caligantem modo cogat hebescere lunam
, Quo circa certis dimensum partibus orbem.
, Per duodena regat mundi sol aureus astra, quæ omnia per metaphysicam dignoscuntur, hinc tempestates dubio prędiscere cœlo: possumus hinc messis'que diem tempus'que serendi. Ferunt item Magi, Magiā amplecti astrologiā, quod est prophanum credere, quę docet quid mens, quid dæmō, quid anima, quid Religio, quæ sacra, ritus, phana, fides, obseruationes, quid denique virtus verborum, & quę miracula, & vt ait Apuleius docet nos colligere leges, ius Religionum, fas sacrorum. Hæ profectò sunt tres artes quas imperiosissimas vocat Pli. & quas Magia (de naturali loquor) in se redegit. Magia igitur naturalis nihil est aliud quàm physica, metaphysica, & astrologia: quibus collatis colligi potest: neminem esse magum nisi insigniatur his tribus disciplinis: cōpręhendentes enim physicā & metaphysicā

Magia naturalis qd sit

Magi

Magi ſubintelligūt aſtrologiā. Nā phyſica eruditio declarat qualitates rerum, quę cõuulgāt ferè omnes proprietates cuiuſcūque entis: porrò niſi quis fuerit compos metaphyſices: magiam intelligere nõ poterit, quia aſpectus, & figuras ſtellarū facile nõ capiet, nec vnde proprietas occulta, & virtus dependet. Nullum enim magicum opus ferunt ridiculares iſti magi eſſe quod nõ harum ſcientiarum adminiculo fulciatur. Cæterò haud obfuerit annotaſſe quod fuerit lectori voluptificum, & legiſſe vſui. Quaſdam enim ferunt rerum naturæ peritiſſimi eſſe res naturales, quæ dicantur elementales, vt calefacere, ſiccare, humere, & id genus, & vocari eas qualitates primas: porrò quędam inſunt dotes rebus naturalibus vltrà qualitates primas, vt virtus maturans, reſoluens, indurans, expellens, retinens. Inſunt præterea rebus virtutes aliæ, quę nõ ſunt alicuius elementi, vt fugare venenū, attrahere ferrū, vt magnes, fugare dęmonas, vt adamas, ſecūdū quoſdā, q̄ virt⁹ nõ elemētalis eſt: abditū tamen & deliteſcentē habet effectum. Nam hæ virtutes, quia multū ſunt (ſi latinitas vti hoc verbo permittat) formales, ideo cum exigua materia plurimum poſſunt. Elemētalis autem virtus, quia materialis, vt multū agat, multam poſcit materiam, Vocantur autem virtutes hæ, proprietates occultæ, quia cauſæ earum abditæ ac deliteſcentes ſunt. Hinc experiētię indagine ſollicitiore quidem, maxima philoſophorū pars earum virtutes rerum indepta eſt. Hanc enim occultiore vi ſtrutiocamelus ferrum ſine delectu cõcoquit: idque in alimēti ſubſtātiam conuertitur, ſic Echineis piſciculus naues arctat, ſic ſolo viſu Baſilicus occidit, & id genus multa quæ parcens verborum ambagibus, omitto. Porrò animaduertendum Platonicos ſcriptum reliquiſſe, omnia inferiora eſſe Ideæ virtute inſignita, ac ab ideis ſuperioribus illuſtrata. Ideam enim eſſe finiunt formam ſupra corpora, animas, mentesque vnam, ſimplicem, puram indiuiſibilem incorpoream æternam, at'que eandem omnium eſſe naturam. Ponunt enim Ideas in ipſo quidem bono, & per cauſæ modum eſſe, relatiuis quibuſdā rationib⁹. Ponūt pręterea in animis mūdi per formas, formis abſolutiuis: formas inquam inuicem differētes ponunt in anima, in mentibus, in natura, tāquàm ſemina quędā infima formarum ab ideis infuſa. Accedit ad hoc quòd tot ſunt in anima mūdi rationes rerum ſeminales quot ideæ (vt volunt nonnulli philoſophorum) in mente diuina, quibus ipſa ſibi aſciuit in cœlis vltra ſtellas etiā figuras impreſſit'que iis omnibus proprietates miras. Ab his itaque ſtellis, figuris, proprietatibusque omnes inferiorum virtutes & proprietates cum occultę, tum manifeſtæ, & naturales, dependēt: ita vt quęlibet ſpecies habeat propriā figurā cœleſtem ſibi cōgruā, vnde poſſit effluere proprietas & energia mirabilis, in operādo, qualem ſuſcipiat per rationes animæ mundi ſeminales propriā ab idea ſuſcipiens dotem. Sunt ideę profectò (vt platonicis placitum video) cauſę nõ ſolum exiſtēdi alicuius ſpeciei, ſed etiā cuiusque virtutis, quę talis ineſt ſpeciei, colliguntque ſitum & figuram cœleſtium cauſam eſſe rerum, & earum virtutum cauſas. Indiuiduorum prætereà plurimis ſingulares ineſſe dotes aſtruunt, dotes inquā, tā mirabiles in ſpeciebus quàm cæteris in rebus, ob cœleſtiū figurā. Omne eni iādiuiduū vbi incipit eſſe ſub determinato horoſcopo, aut cõſtellatione cœleſti cõtrahit in ſe mirā operādi & patiēdi vim (ſed nõ neceſſitatē) etiā præter eā quā habet à ſua ſpecie, tum per influxū, tum per obedientiā materiæ generabilium ad animam mundi, quam talem ferunt qualem obedientiam corporis noſtri ad animas noſtras. Orphęus, ac Democritus, & plęrisque pythagoricorum, cœleſtium vires inferiorumque naturas diis plenas dictitarunt, deos autē dixerūt virtutes diuinas diffuſas rebus, quare etiam animas vocitabant: & ab iis virtutes dependere memoriæ mandarunt: quòd ſolius animæ ſit ab vna materia extēdi in res circa quas ipſa operatur, ſicut homo extendens ad intelligibilia intellectum, &

Qualitates primę.

Virtutes rerū

Idea & Idearū forma.

imaginabilia. Hoc est enim quod asserebant vnius entis animam egredi, & exgredi, in aliud & festinare, excitare, impellere, ipsum impedire: impedire inquam: operationes suas, vt adamas est impedimẽto magneti lapidi: ne ferrum attrahat. Quũ verò anima ipsa, vt ipsi astruunt, primum sit mobile spõte in aquam & per se mobile. Corpus verò, seu materia per se ad motũ inefficax: & ab ipsa anima longe degenerans, ideo ferunt corpus esse excellentius quodam medio, scilicet quasi nõ medio corporis, sed quasi anima & quasi nõ anima, sed quasi iã corpus quo anima connectatur & item cui iungatur. Medium verum esse aiunt spiritum mundi quẽ plerique philosophorum quintam essentiam vocant, quintam, quia non ex quatuor elementis, sed quoddam quintum, præter ea subsistans talẽ enim spiritum necessario requiri tanquàm medium ferunt: quo animæ cœlestes adsint corpori crassiori, & tunc largiãtur dotes luculẽtas rebus naturalibus. Hic quidẽ spiritus talis est fermè vt ipsi dicũt qualis ĩ corpore humano noster ipse spirit⁹. Sicut enĩ (vt volũt Magi) animę nostræ vires adhibentur per spiritum nostrum membris: sic virtus animæ mundi, per quintã essentiam dilatatur per omnia. Nullum enim esse, aut cõperiri potest quod careat aliqua virtute, plus tamen virtutis iis infunditur, quę plurimum habeant spiritus, ac illius plurimum hauserint: hauritur enim per radios stellarum, quatenus res se iis reddiderint conformes: per hunc igitur spiritum omnis occulta proprietas propagatur seque miscet tum herbis: metallis, lapidibus, plantisque. His itaque collatis, cõstat rebus naturalibus abstrusas occultasque vires inesse: nõ quidẽ ab elemẽtali natura, sed cœlitus insitas nostris sensibus. Colligẽdũ p̃terea hic vnãquãque rẽ, ad suũ simile & mouere, & cõuertere, quibus igiẽ inest rebus qualitatis alicuius, vel proprietas, vel excessus, vt calor frigus: audacia, timor, odium, amor, & affectiones siue perturbationes huiuscemodi, his & inest virtus, vel natura insita, vel arte, vel casu, vt audacia in meretrice: hę enim res mouent ad talem qualitatis excessum, aut (prope dixerim) passionem, aut virtutem qualem illis natura tribuit. Sic ignis mouet ad ignem, natura quidem: aqua ad aquã, audax ad audaciã, tristis ad mœrorẽ palàm, enim est cerebrum (vt medicorum scholæ astruũt) cerebro patrocinari pulmonem, pulmoni, oculum dextrũ, dextro, sinistrum, sinistro, pedẽ pedi, ventrem vẽtri, & id genus. Et quãuis omnibus rebus insit quędã genuina diffidentia, veluti amori, odium, tristitiæ, hilaritas, virtuti vitium, morbo sanitas, Itẽ cæteris animalibus, vt à nobis ostensum est, cõueniunt tamen per eum quem mutuum diximus nexum, id est, sympathiã. Nam virtus corporis, vitio constat, sanitas ægritudine, calidum frigido, adeò, vt si vnum eorũ absumatur, reliquum & pereat necessum sit, vt philosophijs quibusdã placet. Hęc enim est Catena Homeri. Hi sunt anuli platonis, hęc est cõbinatio rerum, hęc cõsummatio cuiuscũque entis, Porrò vt pergamus altius, ad rem institutã reuertentes: expendendum quasdam proprietates inesse rebus vita fruẽtibus, qua abstracta abstrahitur, & tota & virtus, & proprietas abdita. Cõstat enĩ quędã animalia vitę nõ expertia, vim aut in mordendo, aut agendo, aut nocendo habere maximã, quę si ea vacent, nullã potẽtiã habere. Quę enim virtutes post mortem remanent, si multum ideæ (vt aiunt platonici) iis addatur, plus inerit illis virtutis, sic quędã sicca humectis præstãtiora sunt, humecta aridis: porrò cum ita res se habeat, vt inferiora subsint superioribus, & vt ait proclus, quodãmodo mutuo nexu insint & iungantur cõbinatione quidem non extraria: sic in cœlo terrena dicimus esse, non proprie, sed secundum causam modoque cœlesti, sic inferioribus insunt cœlestia modo terrestri. Item & effectu, sic dicimus entia quędã esse solaria quędã lunaria, & id genus, sic res inferiores recipiũt eos influxus quos superiora eis elargiuntur: sic corpus humanũ vi eorum illustratur: ei insunt stellarum influxus mutua quadã natura: sic & cætera sensu carentia,

Aĩa est primũ mobile. Corpus qualiter sit excellentius quodã medio.

Vnaqueque res ad suũ simile mouetẽ & cõuertitur.

Rebus inest gemina diffidẽtia.

dicimus quid energiæ haurire ab his, vt aurum solare ferunt, argentum lunare. Inter lapides margaretam, cristallum, carbunculum: hæc verò solaria feruntur. Inter animalia leo, olor, aquila. Inter herbas eliotropium, laurus, crocus, balsamum, ambra, muscus. Sic Iouialia dicimus stagnum, iacynthum, berillum. Inter herbas lilium, hyosciamum. Inter arbores, quercum, populum, vitem, fagum. Saturnalia sunt, plumbum, magnes lapis, iaspis, mandragora herba, affodillus. Mercurialia argentum viuum. Inter herbas pantaphyllon, & id genus. Venerea passeres, columbæ. Inter plantas verbena, viola, politrichon, & id genus multa: quæ non collibuit fusius subnectere. Cæterò, vt ad Magos nostros obstrepero redeã, hi vbi maleficium alicui inferre destinauere, maleficio planeta, & rebus ei obnoxijs vtuntur, hoc est, Saturno, & Saturnijs, quando allicere amorem decreuere. Venere & venereis, quando petitionem, Ioue, Mercurio, Sole. Sic mira interdum agunt, rebus ita aptè præparatis, & anima mundi ita inferiora fœcundante: nam anima mundi per virtutem quam habet ab ideis (vt ferunt platonici) omnia tam naturalia quàm artificialia fœcundat, infundendo illis proprietates occultas, & miris plenas. Ad autem ea peragenda, perturbationes, siue (vt sic dixerim) passiones animi haud paululum conducunt. Sunt enim nihil aliud, quàm, motus siue inclinationes prouenientes ex apprehensione alicuius rei, vel conuenientes, vel diffidentes, apprehensiones eiusmodi aliæ sensiles, aliæ rationales, & aliæ menti congruæ feruntur, & secundum has, passiones siue perturbationes, in anima dicuntur, quæ quandoque sensitiuam apprehensionem sequuntur, tunc respiciunt bonum & malum temporale, sub ratione commodi & incommodi. Dicuntur item animales affectiones, siue passiones, cum rationalem apprehensionem sequuntur, tunc bonũ & malum respiciunt sub ratione virtutis & vitij, & laudis, & vituperij. Rationales siue voluntariæ dicuntur quæ menti obnoxiam apprehensionem sequuntur, respicientes bonum & malum sub ratione iusti, & iniusti, veri & falsi. Subiectum autem animæ, est ipsa vis animæ appetitiua, quæ in concupiscibilem & irascibilem diuiditur. Porrò quando passiones sensualem (vt sic dixero) apprehensionem sequuntur, vim regitiuam habent. Porrò virtus imaginatiua potestate gemina ad passionum diuersitatem, diuersimodè transmutat, ac (vt pertrito philosophis verbo, non quidem latino vtar,) alterat corpus: corpus inquàm propriũ, transmutatione sensili, vel deorsum ad extra, vel intra diuersas producendo qualitates membris ac imprimendo. Sic in gaudio spiritus excelluntur: in timore verò retrahuntur, in verecundia mouentur, sic exuperantiore gaudio quis moritur, compari modo profusiore tristitia, prout hæ perturbationes vehementes, ac intensæ fuerint. Hæ enim non solum corpus proprium, sed alienum interdum transmutant, per modum imitationis, virtute scilicet quadam, quam habet similitudo rei, ad transmutandam rem quam vehemens imaginatio mouet, sicut in stupore & dentium congelatione, ac eorum stridore, aut attritione ferri in ferrum, quæ dentibus stuporem ingenerat: sicut oscitatio, ad oscitandum promouet. Habet enim haud paululum effectus huiuscemodi imaginatio: perturbationes item siue passiones malis, quæ phantasiam sequuntur, vehemẽter nedum propriũ, sed alienum corpus possunt transcendere ac illud immutare, adeò vt mirabiles possint produci impressiones in elemẽtis: item rebus extrinsecis, sicque sanabiles quosdam morbos esse citra medicinæ adminiculũ. Inest certè hominũ animis, virtus quędã delitescẽs immutãdi, attrahẽdi, ligãdi, potissimũ si maximo imaginationis, mẽtis, volũtatisq; excessu in id quod vel attrahere, vel imutare, vel ligare, vel impedire cupit. Sic enĩ (vt volũt Magi) p animi affectiones tũ per rerũ certarũ rectas

Aurũ solare.

Aurũ lunare.

Arborũ herbarũ & lapidũ excellẽtiam.

Virtus imaginatiua.

adhibitiones cœlestium dotibus opportunè appositis mira agi posse contendunt, quorum & dicta & facta explodenda christianis sunt, sic enim ferunt solarem virtutem fortiore vinculo ligare, & trahere, lunarem verò ad seruitutem vel infirmitatem trahere. Saturnalem calamitatem tristitiam'que & multa nescio quid deliri suppullulantia & hallucinationis multum intonantia. Arabes item philosophi, animum humanum memoriæ mandarunt vehementissimis affectibus ad opus aliquod cui se addixere voluerit coniungi, tunc stellarum animis etiam & intelligentijs, hac'que coniunctione miranda posse agere & operari, quòd tunc in eo sit omnium virtutum apprehensio, & potestas: vnde & characterum vires defluant, de quibus paulò post agemus. Animo igitur ita habito, ita concinnato, ita stellarum ideis copulato, illustrato'que: id quod collibuerit ligare, hominem posse referunt, ac ita fieri hominum ligationem ita allici humorem, vel inferri odium, ita ligationem furum, & quarundam ægritudinum: ita ventorum tempestatum'que.

Virtus solaris & lunaris quali ter dicũ tur attra here.

Tanta certè cœlestium magnitudo & virtus est, vt nõ solum res naturales, verùm artificiales, quando ritè superis apponuntur vt mirificas dotes rebus imprimere possint. Quod & Thomas comprobat, eo libro quem de fato posteris legendum reliquit. Etiam, inquit, vestes, & ædificia, & quæcunque artis opera certam à syderibus suscipiunt qualitatem, quam & imprimunt anulis, herbis, lapidibus, sigillis, speculis'que. Cœlestium enim radij cunctis inferioribus subito tactu influxu've, mirabiles imprimunt dotes, vt docuimus libro secundo. Figuræ enim cœlestes ad quarum similitudinem characteres vel imagines configurantur, ijs mirificos effectus contribuunt, hinc imaginum defluxit confabricatio. Ex operibus enim Iouis ad vitæ longitudinem imaginem conformabant hora Iouis, ipso in exaltatione fœliciter ascendente in lapide claro albo'que: lutheis vestiebatur vestibus, aquila loco equi vtens, dextra sagittam tenens, tanquàm missuram in caput aquilæ. Figurari item solebat nudus, corona insignitus, & manibus quidem iunctis. Hac imagine opes prolem'que augeri autumabant, Martis imaginem hora ipsius ipso in secunda arietis facie in adamantis lapide hominem coronatum effingebant, loco equi leone vtentem, dextra ensem strictum tenentem, sinistra verò caput hominis. Hanc imaginem assertabant pollere ad audaciam & victoriam. Veneris autem imago, hora martis afformabatur, ipsa in piscibus ascendente, proderat hæc ad consequendam gratiam beneuolentiam'que puella nuda fingebatur, passis quidem crinibus, manu speculum tenens, gestans collo catenam. Aderat adulescens sinistra virgunculam tenens, dextra capillos aptans. Ad faciendam solertiam scientiam'que Mercurij concinnabatur imago, ipso geminos ascendente, barbatus adulescens, caduceum gestans effingebatur, caduceo adhærente serpente, dextra gestans sagittam is alligeris pedibus depictus. Sic ex cæteris planetis imagines afformabant: imagines inquàm, stellarum vires habentes. Erat & alter fabricandi imagines modus. Nam vbi odium illaturi erant, cæreas aut plumbeas imagines duplices confabricabant, sese diuexantes, ac quodam modo inter se digladiantes: fronti earum apponentes, quæ non suppingere collibuit, quod putem pijs hominibus abigenda explodenda'que. Vbi verò amoris conciliandi causa agendum erat imagines sese amplexantes conformabant, apponentes quædam fronti earum, quæ prætereunda censui, quod certo persuasum habeam esse vaframenta quædam, & vt verius paulò dicam, deliramenta anilia. Sufficiat enim dixisse magorum portenta, & impiorum hominum præstigias. Cæterò vt incœptum exequamur, portio maior mirandarum rerum numerorum potestate constare magis creditur. Non enim mirari subit, si (vt ita dicam) in materia

Martis ymago ad quid proficie bát.

Ymago Mercurij.

libus tot tantęque dotes & effectus miri sint, si, quæ non sint materialia, sed multò formaliora simplicioraque plus energiæ abditæ habeant. Dicuntur enim numeri quodam modo substantijs, separatis & insiti, & permixti, maximam & quidem simplicissimam cum Ideis in mente (vt ipsi aiunt) diuina commixtionem habentes, à quibus proprietas mira cooriatur. Asserunt enim magi omnia quæ sunt, atque fiunt, certis numeris constare. Tempus proculdubio, motus, item & actio, & quæcunque tempori, actioni, motuique subiecta numero constant. Concentus item atque voces, per numeros eorumque proportiones vim habent, per lineas, perque puncta constituunt characteres, & figuras. Denique omnes generationes mutationesque, & species naturalium, & eorum quæ supra naturam sunt, certis numeris distingui. Arabes philosophi astruunt: quod animaduertens Pythagoras, Numerum inquit esse quo cuncta constarent, distribuitque singulis singulas virtutes, de quibus particulatim agendum est. Platonicorum scholæ animam mundi numeris quodam modo concinnatam asserunt, nullamque iugabilem competentiam posse fieri sine numeris. Inter hosce numeros, primum Monas, id est vnitas numeratur, non quòd sit numerus: putatur enim monas siue vnitas punctum: nam sicut punctum corpus non est, sed ex se facit corpora, vnitas numerus non dicitur, sed numerorum scaturigo: Monas enim imparis & paris numeri causa est, quia ternarius effici non potest sine monade. Est enim monas indiuisibilis, sed facit numeros diuisibiles, multiplicatur enim monas, non in partes, sed in seipsam, est principium & finis & quoddam perfectum, quare theologi monada deo optimo, maximo, competere ferunt, quòd finis sit & omnium rerum causa prima. Porrò binarius, hoc est dyas, numerus confusionis dicitur illis, numerus inquam & infortunij, & immundiciæ: vnde diuus Hieronymus contra Iouinianum inquit, quòd in secundo die creationis non fuit dictum, Et vidit deus &c. Ob id Magi ferunt deum iussisse omnia animalia immunda ingredi nauem Noes. Est & ab aruspicibus dictus is numerus infoelicissimus, is enim Vmbrarum siue manium, occursacula & terriculamenta laruarum malorumque spirituum adferre creditur Magis. Ternarius verò, sacer & perfectissimus absolutissimusque non solum philosophis magis, sed & poetis decantatur: item theologis, huic enim ad cerimonias mira inest virtus, est enim impar numerus, paria ideo perfectissima amplectens, quo diuina gaudet, vt ait Homerus ille Mantuanus, diuina maiestas. Pythagorici enim ternario numero in purificationibus vtebantur, quod & symbolicè docuit Vergilius, quando ait.

Monas punctũ an corp⁹ sit.

Hierony mus.

Ternari⁹ nũerus est p fectissi.

Pythagorici i purificationib⁹ ternario vtebãt numero

Vergili⁹

, Idem ter socios pura circumtulit vmbra.

Efficacem enim in ligationibus ac sanctificationibus ab eodem proditur, vt coniicere licet verbis eiusdem vbi fertur.

, Terna tibi hoc primum triplici diuersa colore
, Lycia circundo, terque altaria circum
, Effigiem duco,

Et subnectit.

, Necte tribus nodis ternos amarille colores,
, Necte tribus nodis Veneris dic vincula necto.

Et de Medea legitur.

, Verbaque ter dixit placidos facientia somnos,
, Quæ mare turbatum, quæ flumina concita sistunt.

Magi profectò hoc numeri effectu ligabat, soluebant, curabatque morbos. Quaternari⁹ itẽ numer⁹ haud pauculæ potẽtiæ his etiã fertur, Sunt enim qui eũ cæteris numerorum virib⁹

præferant, Magi enim vocãt ipsum fontem naturæ, quatuor enim gradibus naturã
humanã cõstare eruditiores testantur, quos vocant esse, viuere, sentire, intelligere.
quatuor hi etiã assignant motus, quatuor cœli cardines, quatuor elementa, quatuor
triplicitates in cœlo, quatuor qualitates, quatuor anni tempora: quotuor item termi
nis mathematicam doctrinam constare illi astruunt, puncto, linea, planicie, profun
ditate. Totã præterea naturam quatuor colligi terminis, substantia, quãtitate, qua

Natura quatuor colligĩt terminis.

litate, & motu. Maximam itaque vim in misterijs pythagorici habere ferunt; hinc
eos per quaternarium numerum iurare tanquã summum quoddam quo fides nita-
tur & credulitas firmari possit: hinc Hebræi principium dei nomen quatuor literis
acceperunt ineffabile: græcorum item peritissimi τετραγραμματον, id est tetragram
maton vocant, id est quatuor literarum. Sic greci, Arabes, magique quatuor literis

Tetragrãmaton.

nomen dei significant, vt orsi adui, græci θεος, id est theos. Porrò diuini furoris spe
cies esse, & à quatuor defluere, hoc est Dionysio, musis Apolline, & Venere Aegyp
tij item summum Iouem auribus quaternis depingere solebãt: ob id homo qui mul
ta legerit, audiuerit, retinuerit, & fecerit, grecis dici solet τετραωτος, id est tetraotos.
Quinarius numerus constat primo pari, & primo impari, tanquàm fœmina & ma

numerꝰ qnarius

sculo, hinc arithmetici illum quidem patrem, hunc verum matrem vocitare solẽt,
ob id esse multæ energiæ autumant. Hic enim vniuersi numeri, id est denarij iustis
sima est medietas: propterea magi vocant numerum cõnubij: dicitur, itẽ à quibus-
dã numerus gratiæ & fœlicitatis, quòd homo qui Noe est appellatus, inuenisse gra
tiam à domino dicatur in numero quinario: in hoc enim Abrhamus centenariꝰ ex
muliere nonagenaria sterili filium progenuisse dicitur. Cæterò tempore naturę in
uocabatur nomen dei Sodai, in tempore verò legis tetragrammaton diuinę fabulę,
cuius loco Hebræi exprimunt adonai, in tempore gratiæ panagarmmaton. His col

Pantagrãmaton.

latis, constat numerorum vi multa et quidem miraculo effici posse, quorum effectꝰ
maximè probant Philosophi, Arabes, & Persę, & qui cabalistę dicuntur. Nã ea ma-
gia quam pręclarã philosophiæ naturalis partẽ dicimꝰ cabala est, si attentius cũcta
perpenderis. Subsequitur senarius numerus certè Magis perfectionis nuncupatus,

Mundi creatio sexto die facta

nã in toto numerorum contextu à monade vsque ad denarium solum ipse est per-
fectus, vt collatione suarum partium idem resultet, nullius egens. Die enim sexto
mundi creationem fuisse absolutam testãtur sacræ literæ: sexto enim die vidit deꝰ
cuncta quæ fecerat, &c. Septenarius autem quantum habeat potentiæ, videre est

Septenarius numerus.

apud Macrob. Aulum Gel. Varronem: omitto dies creticos medicorum scholis de-
cantatos sæpius, omitto diem septimum apud Mosen, Sabbatum dici: Apuleius eñ
hunc diem purificationibus aptum scriptum reliquit, quando ait. Meque protinus

Septenarius filiꝰ strumas hoc est, scrofulas, curare dicĩt.

purificãdi studio marino lauacro trado septies. Et Heliseus propheta, vt legĩt. iiii.
regũ ait lepra affecto. Vade te lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro
tua: & paulò post. Lauit se septies in Iordane iuxta sermonem prophetæ, & munda
tus est &c. Constat item (mirabilius multo dictũ) septenarium modo nulla inter
cesserit fœmina infantem vi (vt puto) numeri septenarij strumas, id est scrofulas cu
rare solitum, actumque id fuisse scio ipse certus. Ecce quod tam diu chirurgũ fati-
gauit, quod pharmaco curari non potuit, quod nec ferro caustico abstergi cuique

Octonarius numerus.

nulla profuit medicina, sola vi numeri septenarij curatum est, persanatumque. Ec-
ce quod caret sensu, quod vita, quod materia, quod succo, aut qualitate aliqua, ple-
nũ tamẽ vi medica, plenũ energia abdita, plenũ miris. Iũgitur septenario octona-

Nouenarꝰ numerus.

rius, quã pythagorici iustitię & plenitudinis, vt sic dixero, vocãt numerũ, ꝙ videli
cet diuidatĩ numeros pares, hoc est ĩ quatuor plenitudinis, dictꝰ ꝙ cõtextũ corpo-
reę soliditatis ãplectatĩ. Nouenariꝰ musis sacer et spherarũ cœlestiũ ordi peculiaris.

Nouem

Nouem enim dicuntur esse sphæræ mobiles, secundum quas nouem musæ assignantur, vt ait Macrobi⁹. Nouem angelorum ordines & id genus multa quę profusioribus verbis parcens omitto. Denarius vniuersus dicitur numerus, ab eo enim nō numeratur nisi per replicationem, vniuersos enim implicat numeros, in hoc enim numero Iosue subegisse dicitur triginta vnum reges. Dauid Goliā, Daniel euasisse leonum pericula. Duodenarius non vacat vi, nā duodecim signa zodiaci dici solēt, & id genus multa. Colligitur itaque cum Hieronymi, tum Origenis, tum Augustini opinione, Hilarij, Basilici, Rabanique numeros vim habere non paucula. Hilarius enim in psalmos testatur septuaginta seniores secundum numerorum significātiā eos pro eorum energia sic redegisse. Quantum enim virtutis abditæ habeant huiuscemodi numeri, conijcere licet in herbarum figura earum folio ad numerum ordinato, nā herba quam græci παντάφυλλον, id est pantaphyllon vocant, id est quinquefolium, vi enim quinarij numeri venenis aduersari, ac dæmonas abigere conferreque expiationi dicitur, cuius folium si vnum bis die sumatur ex vino febrem, quā quidam ephimerā vocant persanat: si tria, tertianam, si quatuor quartanā. Expendendum præterea pensiculatius ac attentius figuras ex numeris ortas numerorum etiam vires, vt ferunt Magi, habere & retinere, ob id vi quinarij pantagonus mirā virtutem in dæmonas habere dicitur: vt item ternarij numeri Δ hoc est delta, quæ triquetræ est figuræ, vt docuimus libro. ii. vires habere potentissimas produnt. Sic figuram [illegible] Aegyptij omnium cœlestium ac dæmonum consummationem testantur, quia omnium figurarum sit rectissima, continens quatuor angulos rectos, estque prima superficiei descriptio: habens longitudinem & latitudinem. Arabes enim philosophi crucem cœlestium fortitudinem dicebāt, quòd eorum fortitudo per rectitudinem angulorum & radiorum resultaret, essentque stellæ maximè fortes, quando in figura cœli quatuor obtinent cardines. Ruffinus quoque in sacra historia narrat, crucem ab Aegyptijs sacerdotibus inter sacras literas relatam, cuius vis portendebat salutis spem hominibus credentibus Christo saluatori nostro. Cæterò vt exequamur magiæ instituta, magiæ inquā naturalis. Magi profectò caracteres ex radijs cœlestium dotes luculentas, mirasque habere proprietate quadam occulta ferunt sibi ipsis adhærentibus figuris. Quamobrē astrologi signorum stellarumque characteres figurant, item & magi, illi planetarum formas hoc modo Saturni, Martis, Iouis, Solis, Veneris, & id genus. Magi verò hoc modo, Saturni, Iouis, Martis, Solis, & id genus. Sunt & astrologis caracteres in signorū nota geminorū cancri leonis, &c. Magi verò Zodiaci signa ita delineare solēt, arietis tauri geminorum cancri leonis virginis libra scorpij sagittarij, & id genus præstigiarum & deliramentorum. Habent præterea figuras secundum stellarum fixarum formas, quarū alia hoc modo cōfingitur afformaturque & vocatur hircus. Pleiades verò sic effingi solent ab eorum peritissimis. Canis verò maior hoc modo, Canis autem minor cauda vrsæ maioris hoc pacto, cor scorpionis hoc modo Sunt item & alij caracteres magis, quos prætereo sciens sufficiat eorum vaframenta, immo præstigias pauca verborum serie monstrasse. Afferunt enim magi hosce caracteres vim ab anima mūdi suscipere, ac mundum ipsum anima præditum, vt docuimus libro. ii. in quam eunt & pedibus sentētiam nedum philosophi, verùm & poetæ, quare cecinit Lucanus,

, Aere libratum vacuo qui sustinet orbem. Et Mannilius,

, Membraque naturæ diuersa condita formæ,

, Hoc opus immensi constructum corpore mundi

Noue sphæræ mobiles

Denari⁹ nu.

Duodenarius.

Pantaphillō febrē curat.

Figurarūex numeris ortarū vires.

cruxcœlestium fortitudo.

Signa zodiaci

Pleiadū effigiatio.

Canis.

Lucan⁹.

Māili⁹

, Aeris atque ignis terræ pelagique iacentis
, Vis animæ diuina regit, sacroque meatu
, Conspirat deus, & cuncta ratione gubernat.

Ars magica vnde ortũ habuerit.

Hactenus de magia naturali. Plin. hic magicã artem corriuasse à medicina refert, quod ita intelligendum: nã fragilitas humana non vi herbarum, metallorũ, lapidũ animalium confisa: voluit & quæ altiora & sanctiora essent experiri, quo paulò facilius sibi ægritudine affectæ mederetur, ob id experta est magicã artem: nec intelligendum hic præstigias & vanitates ex medicina defluxisse, sed potius ex astrologia. Cæterò vbi ait Pli. TRIPLICI VINCVLO, &c. Hoc est tribus artibus, quas paulò superius diximus. Et ait. IN ORIENTE, &c. Quia persarum regum filij (vt diximus) ad condiscendũ rei publicæ statum hac magia imbuebãtur. Persas enim imprimis magicã disciplinam percaluisse est inconfesso, quòd Zoroastes persa fuerit, qui inibi quod callebat docuit. Porrò vbi Pli. hic tanta annorũ millia profert, expendendum quæ libro. VII. diximus. Retulit Plin. annũ apud gentes quasdã constare tribus mẽsibus, interdum lunari procursu, vt etiam à nobis dictum est libro. II. Cæterò quod hic Pli. de Circe muliere venefica ait, fascinatrix

Circeę incantatrix.

enim credita est, adeò vt quicquid vellet repellere, allicere, ligare, impedire, euocare, tum manes & vmbras, tum tẽpestates & ventos posset id agere. Et vt ait Apuleius, animas agiles reuerti, pigrum mare incantatione colligari, ventos pacari, atq; tempestates: tanta enim incantationis, id est, carminis vis (vt ferunt magi) est. Et vt ait Lucanus.

Lucan⁹.

, Cessauere vices æuum dilataque longa
, Hæsit nocte dies legi non paruit æther
, Torpuit, & præceps audito carmine mundus
, Carmine Thessalidum dura in præcordia flexit.

Putabunt enim nefariæ curiositatis studiosi homines, carmine ritè enunciato hora & tẽpore opportunè electis, animas posse euocari tẽpestates pacari vel allici. Hoc enĩ genere carminis vsos impios homines et sanę mẽtis expertes cõstat, vt vel prodessent vel officerẽt: carmine enim lunam deduci posse autumabant, vnde Homerus ille Mantuanus ait.

vergili⁹

, Carmina vel cœlo possunt deducere lunam
, Carminibus Circe socios mutauit Vlyssis. Et in bucolicis.
, Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Et Ouidius.

Ouidius

, Carmina læsa Cæres sterilem vanescit in herbam
, Efficiunt læsi carmine fontis aquæ
, Ilicibus glandes cantataque vitibus vua
, Discedit, & nullo poma mouente fluunt.
Et Tibullus de fascinatrice.
, Hanc ego de cœlo ducentem sydera vidi,
, Fluminis ac rapidi carmine vertit iter.
, Hæc cantu finditque solum manesque sepulchris
, Elicit, & tepido deuorat ossa rogo. Et apud Ouidium Circe,
, Cum lubet hæc tristi depellit lumina cœlo,
, Cum lubet æstiuo conuocat orbe niues,
, Cum volui ripis ipsis mirantibus amnes
, In fontes redire suos, concussaque sisco
, Nubilaque ventos, abigoque vocoque.
, Vipereas rumpo verbis, & carmine fauces,
, Et syluas moueo iubeoque tremiscere montes,
, Et mugire solum, manesque exire sepulchris.

Cæterò

Cæterò Pli.ait THESSALAM COGNOMINAVIT, &c. Thessalos profectò natura infidos ferunt ob historiam Medeę quā à Iasone cōscriptā qui & Thessalus erat poetæ scribunt:ad quod Pli.allusit. Subnectit mox Pli.

EST ET ALIA MAGICES FACTIO A MOSE, &c. Hic Pli.diuinioris doctrinæ expers inaccurate incuriosæ quòd in diuinum hominem inuehitur,ac obstrepit debacchatur'que,sacratissimas enim Iudęorū leges Romani Idolis mācipati sunt auersati, abominati que pios & religiosos homines. Autumabāt enim Iudęorum cerimonias superstitiosas & aniles,vt scitè Augustinus ille noster libro ciuitatis diuinę edocuit.Cæterò subintellexisse videtur Pli.miracula à Mose vi virgarum facta: quę certè diuino afflatu fiebāt,nō magico.Lectū enim est veteribus memorijs:nōnullos magorum virgis myricinis in vaticinijs vsos,his mirandā actitātes.Legitur enim apud Nicādri interpretem in Theriacis quod sequitur tralatum penè ad verbum.Apollo,inquit vaticinos sanxit myrica pronūciare mortalibus futura:propterea hūc fruticem Nicāder Mautin,id est, vatē vocitat.Quin & magi virgula myricina vaticinabātur : etenim in plæris'que locis virgarum vi: Dion antiquos fuisse vaticinatos scriptum reliquit,Apollo inde in Lesbo tenebat manu virgas myricinas,quare myriceus dictus. Legimus præterea Magos virgas vertisse in dracones, quod & friuolū putādū. Nā corporea materia nō subijcitur potentiæ dęmonis,quātum ad transmutationem ipsius,ad formā, quod tertio trinitatis Augustinus prodit. Non est putandum,ait,istis transgressoribus angelis ad nutum seruire huic rerum visibilium materię, sed soli deo: porrò & si Possidonius & Lysimachus Mosen magum:& quidem oscitanter affirmarint. Falso tamen id dixisse cōstat: quos & scitè & cōcinniter & verissimè coarguit Iosephus secundo cōtra Apionem volumine. Item Strabo sexto decimo geographiæ Mosen diuinū hominem ostendit fuisse,non factiosum,porrò vbi legitur.

Apollo myrice.

Moses magus.

LOTOPEA A IVDAEIS PENDENS, &c. Iochabela ex Iosepho legēdum putarim:qui ita matrē Mosis vocitat legi & potest Iochabeda necnō vt vult Hermo. Iotapata ab vrbe, porrò quā paulopost Pli. Magiā Cypriā vocat Hermo. de christiana religione Plin.voluisse intelligere suspicatur: argumento quòd apostolus Paulus cum Barnaba qui & cyprius fuit è Iudæa nauigauit in cyprum & in eā insulā nomen christi mundo intulit,vt probabile sit Sergium paulum eius insulæ procōsulem: miraculorum multitudine attonitum:aut credidisse prędicati,aut certè formam eius pertulisse Romam : vnde religio Cypria vocari cœpit, quam & Plini. magiam cypriam vocat hic : Verùm nunc magiam profanam & Vulcano dignam aggrediamur. Et subdit Plinius.

Lotopea.

NE HOMO IMMOLARETVR, &c. Quasdem gentes homines immolasse solitas pluribus constat argumentis. Rhodijs enim hominem Saturno immolabant. Apud Cypros humanam hostiam Ioui Teucrus immolauit. Galli, quorum hic meminit Hesum ac Tentatem humano cruore placabant, vnde Lucanus ait.

E quibus immitis placatur sanguine diro
Tentates horrens'que feris altaribus Hesus.

In latio Saturnus hac immolatione colebatur, authore Varrone. Diodorus, libro quinto de his Pomponius, libro tertio. Lactantius, libro primo. capi. secundo. Cæsar sexto.

CAPVT SECVNDVM.

De ſpecie magicæ vanitatis.

SPECIES, &c. Nunc diſſerendum de delira, & anili ridiculoſa'que magicę vanitatis ſpecię: quā omnes chriſtiani cultus pij obſeruatores debemus auerſari, ac execrari: quòd dæmonum, & idolorum ſit, & ſeruitus & cultus: oſtēdemus Magorum profanorum vanitatem penitus reſpuendam & peſſundādā: quę ſola immundorum ſpirituum credulitate, afflatu, ope, & doctrina cōſtat. Dæmonum igitur natura dicetur, deinde magię genera mōſtrabimus. Quęri primū hìc pòteſt: poſſint ne ratione naturæ dęmones orco euocari. Itē manes vmbræ'que votis hominum ad libitum obſequi. Diuus Auguſtinus tertio triadis, id eſt, trinitatis aſſerit corporeā materiā (vt diximus) dæmonis potētię, ſubijci nequaquàm: quātum ad trāſmutationem ipſius ad formam: Ipſa profecto ratio dictare videtur hoc. Nā in cōpoſitis ex materia & forma, materia per ſe nō fit ne'que item forma, ſed totum ſimul, immo totum trānſmutatur in totum, ex toto enim aere fit totus ignis, quādo fit aeris in ignem conuerſio, vt ſcriptum reliquit Ariſto. libro generationis. Effectus porrò aſſimilis eſt agenti: & in eo ſaltem pręexiſtit, virtute, proinde ex materia & forma cōflatum produci nequit, niſi ab itidem cōpoſito. Angelus verò forma eſt ſimplex: propterea ſolus deus, & nō homo: hoc præſtare poteſt, fatendum tamen dęmonas celeritate incredibili quibuſdem rebus emotis ſerpentes, vel quid aliud earum loco ſubijcere poſſe. Adde item quòd abſentibus ſenſibilibus

Phantaſia.

phātaſmata remanent, & imaginationes, vt ait Ariſto. ſecundo animæ, & inde ex motu locali formarum ſenſibilium remanentiū in virtute phātaſtica: cum humoribus, in quibus ſunt vt in ſubiecto, apparent enim aliqua quę nō ſunt. Quare in libro de ſomno & vigilia, idem, inquit, deſcēdente plurimo ſanguine ad principium ſenſitiuum, ſimul deſcendūt formæ in imaginatione cōceptę: qua ratione poſſunt dæmones humores mouere interiorum, exteriorum'que ſenſuum: at'que ita ad organa formas aliquas inducere perinde, ac extrinſecus occurrerent: non ſolum dormientibus nobis, ſed vigilātibus, vt ſic putemus aliqua, vel extrinſecus, vel eſſe, vel fieri: quę tamen nec ſint, nec fiāt: qua ratione immūdorum ſpirituum ſubtilitas & fraus infatigabilis eludens viſus ſpectatorum quędam deformāt & oculis noſtris

De lamijs equitātibus cū Diana.

exhibent. Nā & dęmonum illuſionibus ſeductæ quędā mulieres: ſe cum Diana nocturnis horis equitare credebāt: poteſt item & alia ratio adferri, ineſſe rebus corporeis per omnia elemēta occultas quaſdā ſeminarias rationes, quibus cum data fuerit & temporis, & caſus, opportunitas prorumpunt in ſpecies debitas ſuis modis & finibus, diuina'que poteſtate permittente, dæmonas mira agere fatebimur euocarique poſſe & manes & vmbras. Et vt hæc nobis fiāt paulò cōpertiora de dæmonum natura & eorum genere diſſerendū. Platonici, qui ſollicitius examinatius'que dæmonum naturam & genera perſcrutati ſunt, rationalis naturæ tris gradus eſſe memoriæ mādarūt: nō dignitatis quidem tātum maieſtatem abiunctos, ſed etiā locorum interuallo. Plato enim dijs immortalibus ſedem cœleſtem attribuit, ſed horum alios dici & eſſe intelligibiles ab omni materiæ cōtubernio ſemotos, quorū parens princeps'que ſit, is, quem rerum cōditorem, & opificem veneramur, maieſtatis amplitudine ſanctum, & humano ſermone inenarrabilem, ſed vix quidem

Dij viſibiles.

mente apprehenſibilem. Cæteri nō tam dij quàm miniſtri ab eo dicuntur. Viſibiles deos ideas corpora cœleſtia vocat & intelligit at'que hic gradus vtique vnus eſt, qui & primus: imum verùm tenet numiſma celſę diuinitatis eximium homo, cuius eminentiſſimā ferè cœleſtibus cōparem naturā ferunt. Medium verò gra-

Lares Genij.

dum inter hoſce extremos ab lunæ collinitio ad nos vs'que expanſum: iam habent quos ab ſcientiæ magnitudine priſci dęmonas vocarunt. Apuleius nunc lares, nūc

genios,vocat. Hos enim tanquàm interpretes quosdam & salutigerulos putarunt. qui concepta à nobis vota ad deos deferrent, & illinc ad nos diuina munera, ad hos item magica excãtatio & præsagiorum species referebãtur:quod Plato in sympo sio docuit, & Plutarchus eo libello, quẽ de philosophorum decretis posteris legendum reliquit minus quidẽ precise, cuiusmodi dæmones essent, describens cum ait, Thales, Pythagoras, Plato, stoici dæmonas esse sanxerunt substãtias animales sicuti heroas à corporibus semotas animas. Apuleius autem dæmones ita finit. Dæmones sunt animalia ingenio rationabilia, animo passiua, corpore aerea, tempore æterna, mox adijcit passiuos dici quoniam obnoxij sint perturbationibus, vt nos; hosce romana gentilitas medioxumos vocitauit: quòd dijs summis potestate sint minores,& natura hominum maiores vocauit & eadem quosdam semones qui ab aeris medio quicquid interpatet ad terrã vsque habent, quos & Martianus capella semideos esse putat:heroas quoque sicut iãblicus significat. Manes ibique esse credebãt, quasi fuerint humano corpori præsules attributi manes dicti quòd parentiũ seminibus manarãt. In hac enim dæmonũ distinctione singulis planetarum globis peculiares dæmones ascripsere veluti stellas. Item planetę illis famulãtes dicuntur quidã, in cuius orbe sunt, vt in firmamento stellę minores: quę ab illustrioribus gubernantur, inde saturnales dicuntur dæmones. Item martij, Venerei, Mercuriales, Ionij, Lunares, solares. Esse que inter saturnios qui præstent alijs in globo eodem Orphicę doctrinę peritissimi terrestres esse dęmones dixerũt, aqueos item & igneos. Tradunt enim esse ab summis ad infima veluti catenas quasdã extensas. Nã stellarum quælibet dæmones suos tãquàm asseclas certis afficit modis, sed eodem itẽ modo ab dęmonibus (vt aiunt) animę afficiuntur: ab suis vbique suæ: scholæ enim platonicorum prouidentiã in tria distribuunt. Vniuersalem, minus vniuersalem, & demum particularem? vniuersalem ad tria referũt, bonum, intellectum, & animã mundi qua omnibus & per omnia prouideat. Minus vniuersalem ad sphærarum animas referunt stellarũque particularem verò ad dęmonas, qui quidem nõ omnibus, sed quibusdã gratificentur, quãquàm in humanis animis prouidentia particularis sit ad inferiora: igitur pro loci ratione nobis nõ vno modo fomenta adijciunt: siquidem dęmones ignei cõtemplãdi (vt aiunt Magi) potentiã excitãt Aerij fauẽt vitæ actiuę, Aquei voluptuosæ: hos enim Plato scribit, à primordio malorum plurimis voluptatem immiscuisse, scribit idem dęmonas omnes esse affectu passiuos: superiores & medios immortales, Infimos verò solum esse lõgęuos. Asserũt pręterea alios dæmones esse aduẽtitios, & peregrinos, humana interdum curãtes, alios indigenas. Dæmones item habere pręfecturas. Nã alios esse orientales, alios occiduos, alios septentrionales. Platonici septentrionales malos esse docẽt: quod & Magi testantur quòd Martij illi sint: propitios autem Ionios: quia meridionales sint, Cęterò hic scisse nõ obfuerit: corpus ne habeat dęmones: Psellus, dęmonum naturam non putat esse sine corpore, quando ait: sunt qui fatentur absę dæmones visos cum corporibus. Quin & Magnus basilius: nõ solum dęmonibus, sed & puris angelis corpora tribuit veluti spiritus quosdã tenues, & aereos, atque pureos. Psellus ea cõfirmat quòd se sensibus offerat: siue interdum fallacia. Angelicum autẽ corpus eruditiores omnis materię esse expers tradunt: dæmonicum verò quodãmodo cõiectant materiale: subiectum que perturbationi: potissimum id putant corpus dæmonicum materiale. quod sub terram sit intrusum: ita que pulsatum dolere, & igne admoto exuri. Orphici Astrologi ferũt Aqueos: aereos, ac terrestres dęmones: nõ expertes corporis. Augustinus ille Theologię sanctioris argutissimus censor: angelos omnes ante lapsum corpora habuisse aerea ex puriore superiore que aeris parte cõformata dixisse videtur. Malis verò angelis in lapsu demutata fuisse corpora in

Demones quæ substãtiæ sint.

Manes vnde dicti sint.

Quid sentiat Plato de dęmonibus.

aeris spissioris qualitatē vt igne possent torqueri: Verùm hoc censendum nostris Theologis relinquo, porrò nō paruę illud quoque disceptationis cēseri solet, doleāt ne dęmones, ac igne cruciari pulsari've possint, id enim fieri posse & Theologi cōfitētur, sed qua id ratione naturali fieri possit, difficile quidem dictu putāt physici: quia dæmones nō solido nec composito prędíti sunt: ad cōposita enim ex pluribus videtur sensus pertinere, quonā autē modo illis dolor infligatur exactius perpendendum. Astruunt enim nōnulli esse neruos qui sentiāt. Sed id nō neruus, sed spiritus potius dicitur neruo insitus. Nā quod est nō cōpos spiritus, sensus fit expers est & necessarium: sic spiritale corpus dæmonū magna ex parte est natura sensile, & absque medio tāgit, videt, audit, vt qbusdā placet actū patiť & diuisū peride ac solida dolet, ea tamen differētia, quòd solida intercisa ac diuisa nūquàm possint persanari planè, dęmonicū verò corp⁹ coit rursum recreatur'que modo aeris aut quod nō credo aquę, incredibili quadā celeritate, interī tamē dolet dū pagiť dissectio, ea enim est quorūdā opinio quibus nō assentior: quo fit, vt ferri aciē (mirum dictù) dicantur formidare: ob id qui dęmone moliuntur exagitare: enses, ferrum, tela prętēdūt, quod & animaduertisse videť Homer⁹ ille Mātuan⁹. VI. ęneidos quādo ait.

, Procul ò procul este prophani
, Conclamat vates, toto'que absistite luco.
, Tu'que inuade viā, vagina'que eripe ferrū.

ob id ferunt & Aeneā habuisse ensen cōsecratum: porrò scribit beatus Thomas timorem, dolorem, gaudium (quod est cōtra illorū assertionem) in dæmonibus esse nō posse, vt sunt perturbationes: quoniam sunt hæ appetitus sensitiui propriæ: qui appetitus est virtus in organo corporeo, vt verò intelliguntur simplices voluntatis actus: sic in dæmonibus esse posse cōtēdūt. Etenim dolor hoc modo est obluctatio voluntatis, ex eo quod est, vel nō est. Multa enim sunt quę dęmones nō esse mallent, & ecōuerso: ideo'que cooriri dolorem necesse est, quare iure passiuos dixerimus, sed nō rite corporeos: hic expēdendum dæmonē nō vno modo dici, vt scriptum reliquit proclus. alius enim ipsa essentia dæmō est, alius cōparatione: habitu ali⁹: vbique enim quod præest, ac prouidet, appellare cōsueuerunt antiqui dęmonem: sic genium vocabant, & apud Orpheum Iupiter Saturnum vocat dæmonē, Plato sic deos qui generationem è propinquo disponerent vocitauit: habitu enim & dęmō dici solet animus: qua ratione Socrates animos dæmones appellauit. à Platone item anima rationalis in Timeo dęmō animalis dicitur. Apuleius etiā quod dignum est scitù: animum humanum in corpore cōstitutum dęmonem nuncupari posse ait, quare ad id allusisse videtur Vergilius, quando ait.

Vergilius.

, Dij ne hunc ardorem mentibus addunt
, Euriale, an sua cuique deus fit dira cupido.

Eudemonas.

Bona ergo animi cupido, deus ab eo dicitur, vnde effluxū est, vt eudęmones dicāt beatos: quorum bonus dęmō, hoc est, animus virtute est perfectus. Scribit Iamblichus, dęmonem proprium nihil esse aliud quàm intellectum. Hæc subnectenda cē sui, quo quis persuasum haberet dæmō vocabulū, nō in malā semper accipi partē.

Oracula magica.

Veniamus nūc ad oracula magica, quę & si vanissima & futilia depręhensa sæpius, nihilominus philosophos veteres & Platonicos summe illa venerari solitos legimus: cognatos'que rationibus roborare, quod Plato cum in Timeo, tum in Phædro testatur. Tria certè priscos habuisse sciētiarum genera animaduerto: vnum fabulosum quod & historicum vocabāt, poetis attributum. Naturale quod mysticum est, ab philosophis susceptum. Ciuile quod omnibus ciuitatibus inoleuit, hoc genere postremò cōtinebātur oracula atque respōsa: quorum tum etiam astrologiæ tū. auguriorū, ac auspiciorum dęmonū inuenta putarim esse: quorū certè est tenebras

effundere,& veritatem caligine tetra obducere. Quòd si quis miracula nescio quæ obiecerit,scire licet herbarum potentia & lapidum virtutibus nō perinde manifestis multa item perfici posse: quę nos per inscitiā dęmonibus,vel coelo accepta referimus. Colligamus item verissimè hanc magiā nō citra dęmonum participatum tractatā antiquis. Nā & scribit Mercurius ex proprijs certisque rebus certo cuidā dęmoni cōgruentibus cōpositā ritè statuā cōfestim per dæmonem cōgruum animari,quod & cōfirmat Augustinus:ciuitatis diuinę octauo:& falsa,& mēdacia dęmones dicere loqui que solitos,etiā Porphyrius,libro oraculorū hoc testatur. Sciēdum,inquit, deos(sic enim dæmones vocat)sæpe mentiri, nā explorata certaque futurorum perspicientia nō hominibus solum tortuosa,sed & dijs ipsis incertissima nunciant, &c. Sed aduertāt quęso christianæ veritatis cultores: quæ septimus florens:in apologetico memorię mandauit. Dęmonum,inquit,operatio,hominis est euersio. Vecordes igitur dixerimus censura decenti eos qui se cultui dęmonum mancipant. Cęterò vt ad institutum redeā:obseruationem dignum in hac magiæ actione. Quibus differentijs hæc diuinatio dęmonibus insita de mundo ex mundi signis cōposita(vt volunt)ablataque hominibus,& cōcessa dæmonibus ab Origene,& Porphyrio,tādem dispensari dicatur. Dęmones certè qui nuncupātur ætherei,quique aeris incolant suprema coelestibus futurum iudicijs(vt magorum tenet opinio)amplius addicti sunt. Qui autē hæc infima frequentāt,dicunturque aquei: nō tam cœlestia ad hunc vsum suspiciunt:quàm nostra obseruent, pręscientiāque aucupentur aliquā. Medios verò putabant certius ex ijs quæ vtrobique eueniant prædictionum argumenta captare, ac proinde istorum operam in diuinationibus expeti cōsueuisse imprimis:& fuisse pręcipuā, vt qui hominibus quandoque pręsagijs pręsto fuerint cōfusanea reperientur sæpius. Cæterò dęmones mali,vt ferūt Magi libaminibus & carnium nidore oblectātur. Siquidem spiritale corpus eorum crassescere & obesius euadere produnt:quāobrem magię prophanæ cultores, quos iure sana mente captos dixero:in euocationibus dæmonum suffitu vtuntur: quare vaticinaturis adhiberi solebant suffitus, quibus dæmones allici posse testantur: & quidem oscitāter, & inaccurate, hos enim suffitus, vim tonitrua inducendi habere stolide putant, vt suffitus factus corde chameleōtis in singulis si comburatur, caput item & guttur eiusdem animalis. Fiunt præterea suffumigationes (ridiculum) sub opportunis stellarum influxibus, Idola dęmonum in aere facientes apparere, sic ex croco: pro solis influxu vmbra. Item musco, lauro, ligno aloes cum cerebro aquilæ, & id genus multa. Superstitiosa profectò & aliena à pijs hominibus agunt. Pro lunæ item influxu,accipiebant caput ranę & semen papaueris albi. Pro Iouis, semen hyosciami,& summitates pennarum pauonis. Pro Saturni, papaueris nigri semen, radicem mādragoræ,& cerebrum felis,id est, catti: hæc enim pudenda & dictu nefaria peragebāt. hoc enim genus magię à fumo, qui græce καπνος, id est, capnos dicitur: capnomantia dicta est,& capnomantes qui ea magię vtebātur. Nō negligēdum preterea, quod Porphyrij est Malignorum dęmonum principes Serapin dici, & Proserpinam. Sacrę autem literę Belzebud prauitatis primarium vocant. Scribit Psellus dæmonia sæpe hominibus diuitias polliceri. Item & gloriam, victoriā, amorem: cum tamen tradere ex se nō possint, quippe quòd imperium nullum habeant, ea tamen fortis imaginatio,& credulitas, quibus se enixissimè impij homines addicunt, efficiunt, vt sub hoc inuolucro, ac pretextu decipiendi, appareant dęmones futura referentes, & docentes herbas, quibus possint ipsi euocari: & earū venefica vi: alijs nocere: quę tantæ potentiæ fuisse credita sunt à Magis, vt inferiora possint tabescere. Item impelli, vel repelli, necti, dissolui: quare cecinit Vergilius.

Has herbas atque hæc pōto ante lecta venena

Margin notes: Magi quib⁹ libaminibus oblectantur. — Telis. — Capnomātia. Serapis. — Dæmonia diuitias hominib⁹ pollicērī.

, His ego sæpe lupum fieri & secludere syluas
, Mecum sæpe animas imis exire sepulchris
, Atque satas alio vidi traducere messes.

Idem de Circe & socijs Vlyssis

, Quos hominum ex facie dea sæua potentibus herbis
, Induerat Circe in vultus ac terga ferarum.

Et Lucanus, de quibus tum herbi, tum animalibus de Thessalia illa.

, Huc quicquid fœta genuit natura sinistro
, Miscetur nõ spuma canum, quibus vnda timori est
, Viscera nõ lyncis, nõ duræ nodus hyenæ
, Defuit, & cerui pasti serpente medulla
, Nõ puppim retinens euro tendente rudentes
, In medijs echineis aquis oculique draconum.

De Pãphilo Venefica. Omitto quę Apuleius de Pamphile Venefica ait, omitto quod Vergil. de veneno quod Hippomanes fertur: quod item Cato de carmine ait, quo luxata curabat. Ridiculum est etiam quod magi ferunt: gladium quo capita damnatorum trũcantur mersum vino: id vinũ soluere quartanas, & multa id genus, quę author noster prodit: sed nunc redeundum ad Plinij cõtextum.

NANQVE (ait Pli. EX AQVA, &c. Hoc enim magiæ genus Hydromantia fertur, Iudicat de futuris per impressiones aqueas, ac per visiones quę fuerint in aquis, sicut teste Varrone, vidit puer quidam in aqua Mercurij effigiem, quę centum quinquaginta versibus omnem mitridatici belli euentum pronunciauit Diuus Augustinus, Ciuitatis diuinæ septimo. Numa Põpilium hanc magices factionem docuisse testatur: fit & alia species, quę peluibus fit, vocitatur'que Lecanomantia: quę verò securibus Axiomantia. lecanomãtia peluibus aqua plenis fiebat: quã exercuisse summe Assyrij dicuntur. peluim enim implebant aqua: cui imponebant argentum: electrum & lapillos quosdã pręcisos: laminas'que imaginibus quibusdã distinctas proferentes quędã verba, quę annectere nec legere licet: prętereũda enim sunt. Est & magiæ genus aliud: quod aere fiebat, vocatur'que aeromãtia, fiebat per aereas impressiones in quibus apparebant dęmones. Iungitur huic ea magia quę speculis & corporibus splendidioribus fieri solet: in quibus apparẽt hominum, siue parentum, siue aliorum formæ. Item castra, ciuitates & id genus: fit & herbis alia: quę Botonomantia dicitur: fit sortibus quæ Cleromantia: fit amphora ventrosa: quę solet puero inspici, & vocatur Gastromantia, fit & alia quę punctis in terra aut charta, vocatur'que Geomantia, cui omnẽ genus sortilegij adiungitur. fit geomantia punctis in terræ puluere aut arena item & nunc in charta: puncta enim geomantiæ studiosi deducũt per figuras: quę item reducuntur ad figuras cœlestes, ad stellarum septem rationes. Erant etiã apud Romanos sortes quędam quę dicebantur pręnestinę: tesseris ligneis afformatæ sculptęque. porrò pyromãtia sequitur, quę igneis impressionibus fieri solet: cui annectitur capnomãtia, cuius meminimus paulò superius. Fiebãt enim fumo, flãma, igne: vt cum in rectum tenderet, aut flexuose obliqueque, ad quam magiã allusisse videtur Statius, quando ait.

Numa Põpili[9] Magiã docuisse fertur

Magiæ aliud genus.

Botanomãtia. Cleromãtia.

Prenestinæ.

Statius.

, Vincatur pietas pone eia altaria virgo
, Queramus superos facit illa facie'que sagaci
, Sanguineos flammarum apices genitum'que per auras
, Ignem & clara tu medię fastigia lucis.

Nicromantia. Est & Nicromãtia, quę pręstigijs & superstitionibus fit, per'que manes, & subterraneos dæmones: per mortuorum cadauera, & vmbras, vt apud Lucanum. Erecto venefica fascinatrix'que, quæ mortuum suscitasse dicitur: qui belli pharsalici euẽtũ

sexto

Sexto Pompeio prædixit. Necromantia enim erigit cadauera, ne hãc fieri posse pu tant scelerati homines magi, citra sanguinem humanum. Alia est quæ dicitur scio mantia quæ fit vmbris. Sunt & alia genera magiæ vt auguria, quibus futura captabant, ad volatum auium fœlicium vel infœlicium. Quæ enim aues dicebantur saturniæ, dirum portendere dicebãt ferales appellãtes eas, in quarum albo bubo erat. Nam inauspicatissimi augurij dicebatur, vt conijcere licet hoc carmine.

, Fœda'que sic volucris venturi nuncia luctus

, Ignauus bubo dirum mortalibus omen.

Cygnus verò auis est venerea, itẽ & phœbea, præsagij fœlicissimi, vnde carmẽ id. Cygnus Vergil.

, Cygnus in auspicijs semper fœlicissimus ales. Et Vergilius.

, Aspice bis senos lætantis in agmine cygnos.

Erat & aliud genus magiæ dictum literomantia, quòd fieret literis earum'que numero, vt si exeas foras, interroges'que primum qui tibi obuiarit, quo vocetur nomine, si nomen illius incipiat ab aliqua istarum literarum, a, e, i, o, v, votis correspõdebunt euentus, scilicet. Fit et quædam alia magia quæ vmbilici notis agnoscitur, & vocatur vmbilicomantia, hac enim cognoscunt obstetrices quot infantes puerpera sit habitura, & quot annis illi victuri sint. His nescio iure copulauerim chiromantiam ac physionomiam, quod Aristoteles harũ meminerit, & ex neotericis authoribus Bartholomeus Cocles, Bononiensis: Ioannes item indaginis de Apione, cuius hic meminit Plinius: mentio fit apud Iosephum de Tiridate & Nerone. Suetonius affatim meminit: hactenus de magiæ generibus. Hæc sunt quæ ab quibusdam authoribus, ac monumentis vetustissimis nomine & titulo incertis excerpsimus, ac eorum præceptis. Alia magia.

CAPVT .III.

PECVLIARE VANITATIS, &c. Hic Plinius rerum naturę consultissimus quorundam meminit quorum vires abditas & solæ experientiæ cognitas cõstat, ob id cõstituimus hic et sequẽtibus capitibus promere quod fuerit paulò commodius & vsitatius quidem, ac probatum medicorum scholis referam, quod puto futurũ sanitati corporeæ & ingenuis lectoribus accommodum artis medicæ studiosissimis. Et quia hic Pli. doloris dentium meminit, non obfuerit apposuisse huic rerum seriei medicorum placita, tum quòd nisi theoriã ante latis docuerimus, & raptim eorum meminerimus: nunc pauculo verborum prætextu, praxin medicam in quospiam morbos doceamus. Expendendum primo dentium dolores multifariam fieri, sed acutiores multo reumate siue distillatione, tum fieri etiam solent gingiua male habita, tum frigore extrario: solent & plures medicinæ his adhiberi. meminit enim Auicenna dentiũ doloris affatim in .iii. fen. vii. qui frictionem dolori dentium maxime commodam scriptum reliquit. Fieri autem huiusmodi frictio debet corticibus fruticum naturæ calidæ & siccę, vt sunt sparthum, id est genista, tamrix, cortex fraxini, balaustium & id genus, cõfert & dolori dentiũ saccharon cum melle, si eo fricentur dentes, flos rosmarini, & cortex, & radix mirè etiam prodesse dicuntur. Auicenna iubet os collui semel mẽse vino in quo titymallus ferbuerit. Puluis itẽ capitis leporis vsti si eo fricẽtur dentes ijs cõferre proditur: decoctũ myrrhę si inde colluatur os cõ fert, Saluię itẽ folia dẽtib? apposita, oleũ calidũ rutæ, cauis dẽtiũ distillatum: aqua itẽ quã vocãt aquam vitæ, verùm si causa doloris corriuarit calore, Frigidis vtendum, hoc est, succo lactucæ, Dolores dentiũ multifariæ.

portulacæ,aceto,omphacio,decocto caricarum:omni autem dolori quocunque acciderit modo,hoc confert medicamentum. Accipias foliorum mentæ,laurique totidem. ℥. i. & vt in signandis medicorum mensuris ponderibusque praxi vtar. ℥. j. rosarum rubearum,mirtillorum,foliorum rhu,id est sumach,sic enim vocāt scioli,eruditiores rhum,ana. ℥. semis,bulliant hæc & decocto hoc colluatur os: si ante causa frigida,fiat dolor,conficias hoc quod & Auicenna ponit,piperis,piretri,gingiberis,ana. ʒ. ii. borac. ʒ. i. astafisagriæ. ʒ. i. semis,fiat puluis quo fricentur dentes, & gingiuæ, Cornu item ceruinum aceto maceratum,dentis dolorem sedare dicitur. Vernatio item serpentis,id est exuuium sine pelis,si ea vino maceretur & eo os colluatur. Si verò dens cauus foratus've fuerit,impleatur aloe & myrrha,nec de dolore dentium verbosius. Porrò quod Plinius de lacertis ait, videtur allusisse ad Dioscо, assertionem libro secundo hæc inquientis. Caput lacertæ concisum quæcunque corpori infixa impositum extrahit,pellit verrucas & clauos:indicum præterea cauis dentium lacertæ iecur dolorem tollit,tota etiam lacerta dissecta & imposita ex ictu scorpionis factum dolorem tollit,hæc ille. Porrò quod & Plin. de fimo muriū prodit,idem & Dioscorides,fimum enim murium defluuia capillorum & calculos, cum thure & mulso potum curare scriptum reliquit,proritare'que excrementa alui infantium. Subnectit Plinius. ❧ VERMES TERRENI, &c. Dioscorides eo quo diximus loco,de his ita agit. Vermes terrestres glutināt neruos præcisos impositi: finiunt tertianas febres, quinetiam dolorem dentium decocti cum oleo leuant distillati in contrariam aurem:vrinam cient cum passo poti,tritique. De cimicibus item meminit Diosco, libro. ii. non tamen dolori dentium prodesse testatur. Sunt enim cimices,fœtida putida'que animalia,lectum maximè infestantes: nostrates vulgo punesas vocant. Ait paulò post Plinius.

De lacerta.

❧ ANGVINAE VERNATIONIS, &c. Serpentis enim pellem græci vocant γῆρας ὄφεος, id est,geras opheos. Valet, authore Dioscoride, cōtra aurium dolores si decoctum cum vino in aurem distilletur, vocat Pli. vernationem quòd tēpore veris senectutē depellat,ac nouā induat pellē,quæ vernatio dicit̄ Pli.

Serpentis pellis ad quid valeat.

❧ CAPVT .IIII. ❧

Fetor oris.

ORIS SAPOREM, &c. Nunc agendum de oris fetore & vlceribus eius, Oris enim fetor fit interdum humore putido ad radicem dentis,nonnunquàm pulmonis exulceratione,vt liquet in pthisicis,interdum humore ad radicē narium corrupto,vt scriptum reliquit Galenus quarto morbi,cap. quarto. Prodest huic affectioni frictio,& dentifriciū ex rebus antelatis. Colluatur autem crebrò hac collutione os. Accipe rosarum rubearum,nucis cupressi,gallarum,anā. ℥. i. aluminis. ℥. i. semis,aquæ & aceti,libram. i. mellis quantum sufficiat,bulliant hæc & decocto colluatur os,& dentur fricentur: porrò conficias hoc dentifricium, sandali albi,rosarum rubearum,ana. ʒ. v. corticis citri, corticis rosmarini, ana. ʒ. j. masticis,gariofilorum,xiloaloes,ana. ʒ. i. semis,fiat puluis quo fricentur dentes. Hic expendendum omnem oris fetorem anhelitus've subnotare putrefactionē siue pulmonis,siue gingiuæ,siue malę habiti stomachi,vt memorię mandauit Gale. primo prognostico. Fetor enim cruditatem significare nō potest,vt idem testatissimum reliquit, ii. prognostico: ciere aluum primo confert nō parū. Huius rei meminit affatim Auicē. in quarta primi, cap. iii. Cæterò linguę vlcera quorū hic meminit Pli. qn̄ in supficie linguæ & oris fiūt gargarizationes, huic cōferūt miro mō

❧ si enim

si enim ea calidis humoribus fiat agas medicamē, gallarum, balaust. nucis cypressi, ana. ʒ. ii. rosarū rubearū. ʒ. semis, sumach. ʒ. ii. hæc terantur & decoquātur aqua quā colluatur os, & lingua. Aliud, sumas passarum mundarum. ʒ. i. florum boraginis & buglossæ, thymi, folliculorum sene, ana. ʒ. ii. coquātur, & decocto addantur myrobolani, corticis citri ad pōdus. ʒ. semis, macerētur spacio octo horarū, deinde exprimātur, et decocto os colluatur. Labia autem si rimis afficientur scissa'que sint hoc vnguine illinantur. Sumas axungiæ anatis. ʒ. i. cæræ recentis & syncerae, ʒ. semis, rosarum rubearum tritarum. ʒ iii. cerussæ gallarum ana. ʒ. semis: fiat vnguentum: adde si voles axungiam gallinæ. Auicenna butyrum maximè labiorum rimis prodesse scriptum reliquit. Porrò quod Plinius de œsypo, id est sorde lanarum ait. Oesipum vocant pinguedinem ouis sordidam, circa molliores lanas collo & femoribus hærentes, à quibus sudor effluit, hoc iure dixeris œsypum: cuius meminit abundè Dioscorides libro secundo. Smectica vi purgante, abstergente'que Dioscorides cochleas vires habere medicas vsui humano peraccommodas memoriæ mandauit. Possunt, inquit, crematæ omnes in cinerem, cinere illo calefacere & vrendo exulcerare. Cinis is lepras exterit, item vtiligines, & oculorū albugines, asperam cutem. Hæc ducunt menses, hæc ille. Oesipū

CAPVT. V.

STRVMIS EXVLCERATIS, &c. Adijciam hic medicamen paulò commodius strumis, quas scioli scrofulas vocant: de quibus egimus libro vicesimo. Galenus decimoquarto ingenij sanitatis, capite octauo. Apostemata ait esse in molliore carne exorientia, curatu enim difficilia sunt: vomitus enim cita aluus, phlegmatis expulsio, auersio reumatis, abnegatio escarum humentium, & aquæ potus, affectos strumis mirè iuuant. Solent enim (sed ægrè) ferro curari. Ventris autem inanitione acta rebus pituitosos humores euocātibus vtendum, deinde emplastra resoluentia ea apostemata agenda veluti hoc est, Accipias gummi arabici. ʒ. ii. galbani. ʒ. i. bulliāt cum aceto, deinde adijcias paululum cæræ, & olei, euforbij & castorei: item adde puluerem hunc, radicis iris. ʒ. i. salis gemmæ, castorei, ana. ʒ. semis, formes emplastrum. Aliud, sumas olei veteris. ʒ. vi. picis siccæ. ʒ. iii. lithargiri. ʒ. vi. floris æris. ʒ. ii. labdani. ʒ. semis, terantur quæ terenda sint, & conficias emplastrum. De strumis.

ASTYPALEIAS, &c. Cochleas subintelligas, quarum & meminit Dioscorides libro secundo. A loco, id est, ab astypalea, de quibus libro nono egimus.

CAPVT. VI.

PVLMONVM VITIIS, &c. Pulmonis vitia libro vicesimo à nobis monstrata sunt, quibus particulatim medela nunc assignanda est. Fit enim pulmonis affectio quædam, calido apostemate coarctante anhelitum, vt ait Galenus secundo interiorum, capite octauo, & hæc peripneumonia quibusdam dicitur. Fit & biliosis nonnunquam humoribus, in hac enim excitandæ excreationes, aluus cienda, agenda aliquando sanguinis missio, his antecedentibus hoc conficias. Florum violarum siccarum, florum camomill. De pulmone & eius curatione.

ana. ℥. i. farinæ hordei, libram semis, radicis altheæ coctæ, ℥. i i. olei camomillę ceræ quantũ sufficiat, & fiat emplastrum, idque stomacho apponatur. Confert huic affectioni glycyrrizæ, id est vt barbare loquar, liquiritiæ decoctum. Valet & quæ neoterici medici vocant conseruam, capillorum veneris, diapenidion, diagragantum frigidum. Valet & quod sequitur. Sumas pulueris diagraganti frigidi, pulueris diapenidij, ana. ʒ. i i i. pulueris diapapaueris. ʒ. i. semis, conseruæ, capillorum veneris. ʒ. i. sacchari sesquilibram, & fiat quod nouitij medici vocant vulgo electuarium. Boni cõsulant oro lectores, si verbis interdum goticis ac barbaris, & à latinitate alienis vti videar, his enim vocabulis vtendum censui aliquando, quo cõpertiora hæc fiant, quo've vocabula medicorum sciolorum quidem adulterina suppostitia'que pateant legentibus. Est & aliud affectionis pulmonis genus, quod vocant asma, hoc est, difficultatis anhelitus genus, quod & corruptione sanguinis, item & humore pituitoso, nonnunquàm apostemate fieri solet. Ducenda primo est aluus hoc medicamine. Accipias opoponacis, pulpæ colocynthidis, ana. ʒ. i. masticis, radicis iris, ana. ℈. i. anisi. ℈. semis, fiant pillulæ, formentur cum succo glycyrrhizæ, sumantur drachmæ duæ. Acta ventris inanitione, fiat hoc quod vulgo electuarium vocant. Pulueris diaprassij, pulueris diahyssopi, pulueris diairis, ana. ʒ. i i. semis, conseruæ capillorum veneris, conseruæ iris, ana. ℥. i. sacchari, libram. i. formentur offulæ. Aliud, accipe pulmonis vulpis sicci, calamenti, ana, ʒ. i i i. glycyrrizæ rasæ, seminis apij, ana. ʒ. i i. seminis lactucæ, & portulacæ, ana, ʒ. i. sacchari quantum opus sit. Fit & (vt nouitio verbo medicis tamen pertrito vtar) syrupus huic conferens affectioni hoc modo. Sumas thymi, abrotani, prassij, radicis apij, fœniculi, hyssopi, ana. ʒ. i i. origani, calamenti, ana, ʒ. quinque: sileris. ʒ. i i. radicis iris. ʒ. i. vuarũ passarũ, librã. i. decoqua aqua & adde decocto saccharũ quantum sit op⁹. Ad phthisin autẽ quam libro vicesimo pulmonis exulcerationem esse diximus: hæc confici possunt. Accipias radicis iris. ℥. i i. capillorum veneris. ℥. i. seminis lactucæ, cucumeris, portulacæ, ana. ʒ. i. & semis, caricarum piguiũ. ʒ. i i i. iuiubarũ, coriãdri præparati, seminis citoniorũ, anã. ʒ. i. seminis orobi, fœnugræci, ana. ʒ. i i. thymi. ʒ. i. mellis vel sacchari portionẽ quã medicamẽto idoneã videbis, quo vtatur affectus phthisi. Est & alia affectio, quã sanguinis ab ore fusionẽ excreationem'que vocant, nunc passim emoptoicã affectionem dicũt medicorum scholæ, Plin. dicitur sæpius reiectio sanguinis. Hæc interdum ab pulmonis vicinia defluit, vt scriptum reliquit Galenus quarto interiorum, capite sexto. Fit ruptis venis, fit casu, fit vulnere. Frigida huic affectioni conducunt, frigida inquàm maturè. Sanguinis item missionem esse agendam, præcipit Galenus, quinto megatechnes, id est, magnæ artis: fierique è vena quam basilicam vocant. Confert præterea huic morbo, hic puluis. Accipias boli armenici, terræ sigillatæ, spodij, seminis portulacę, ana. ʒ. i. sanguinis draconis, rosarum rubearum, ana. ʒ. i. & semis: seminis plantaginis, glycyrrizæ, ana. ʒ. i i. fiat puluis quo vtatur cum aqua plantaginis. Cæterò quod Plinius de cochleis ait, de his etiam ita agit Dioscori. libro secundo. Stomacho, inquit, accommodata est cochlea terrestris, difficillimè corrumpitur, probatissimæ dicuntur quæ in Sardinia, Libia, Astypalea, Sicilia, & Chio. Probatissimæ etiam dicuntur quæ in alpibus Liguriæ pomatiæ ab operimento suo vocantur, marinæ etiam stomacho conferunt, fluuiatiles virus habent. Quæ verò frutetis syluestribus & sentibus hærentes inueniuntur, quas sesilos vocant, aluum & stomachũ turbant, & mouent vomitiones, hæc ille: cuius assertioni videtur Plinius astipulari.

Alia pulmonis curatio.

CATILLO, &c. Vase escario propriè.

CAPVT SEPTIMVM.

D YSENTERICOS, &c. Dysenteriam intestinorum exulcerationem esse libro. xx. docuimus: quod & refert Galenus primo interiorum, cap. quinto. Nunc conducentia dysenteriæ referenda sunt, solutionem adhibere dysentericis periculosum iudicant peritiores: salubre tamen interdum vbi humor fuit biliosus, pungensque cum sanguineo excremento. Salubriter enim hoc clystere solui poterit aluus. Accipe aquæ hordei. ℥. iiii. mellis rosarum portionem quam videbis aptam huic. Potio item hæc fiet. Rosarum rubearum violarũ ana. ℥. i. bulliant parum, & decocto misceantur corticis mirobalanorum citrinorũ. ℥. ii. gummi dragagãti. ʒ. ii. exprimatur id & sumat decoctũ. Prodest è puluis is boli armenici, seminis portulacæ, ana. ʒ. iii. sumach. ʒ. iii. & semis, seminis acetosæ, seminis plantaginis, balaust. coriandri præparati assi: hypocistidos, coralli assi, anã. ʒ. iii. corticis citri. ʒ. ii. glycyrrizæ. ʒ. ii. & semis, fiat puluis qui vino austero nigroque misceatur. Porro quod Plinius de ossifrago aue ait, Dioscorides etiam huius ita meminit. Auis hæc, inquit, cuius ventriculus paulatim in potu haustus vesicæ calculos per vrinam fertur pellere. De galerita item aue, Dioscorides etiam libro secundo ita agit. Galerita tosta in cibo sumpta crassioris intestini quod colõ dicunt doloribus medetur, hæc ille. Ad cuius assensum Pli. hic allusit, quando ait. Coli vitium efficacissimè sanatur ab aue galerita in cibo assa & sumpta. Ad tormina fit etiam puluis valens multum hoc modo. Accipias cymini baccarum lauri, carui, florum agni casti, rutæ, ameos, anã. ʒ. ii. penidiarum. ℥. i. fiat puluis quo vtatur cũ vino albo. Valet item quod sequitur: anisi, marathri, carui, anã. ʒ. ii. radicis achori, baccarum lauri, aristolochiæ rotundæ, centaureæ, xilobalsami, ana. ʒ. ii. mellis despumati portionem congruam, sumantur ex hoc drachmæ duæ cum vino albo. Ad dolorem colli, hoc est, colicam (vt ita dicam) affectionem. Prosunt hæc catopotia, id est pilulæ. Sumas sarcocollæ. ʒ. iii. turbit: sic enim tripolium quibusdam dicitur. ʒ. i. colocynthidis semunciam, gingiberis. ʒ. ii. salis gemmæ. ʒ. ii. dissoluas sarcocollam aqua rosarum & formes pilulas. Emplastrum ad idem valens. Accipe farinæ, seminis lini, fœnugræci, hordei, frumenti, ana. ʒ. ii. lutea, ouorũ quinque, olei camomill. ℥. ii. conficias emplastrum, ventrique apponas. Item inanitione alui acta nihil est, quod magis prosit quàm balneum.

Dysenteria.

CAPVT VIII.

V RINO FIMO, &c. Albertus magnus calculi causam ait esse quoddam terreum humidi viscidique quid habens. Galenus quinto regiminis sanitatis, capite tertio, copiosiore exercitio fieri interdum calculos memoriæ mandauit, labor enim nimius exiccat, stringitque. Viscidis item cibis fieri idem testatissimum reliquit decimotertio megatechnes, id est, magnæ artis. Huius etiam affectionis meminit scitè Auicenna. xix. tertij, capite de signis calculi. Pingues enim & obæsos sæpius renum calculo tentari animaduerto, extenuatos verò & macilentos vesicæ. Dignum scitũ quod Hippocrates quarto sententiarum, id est, aphorismorum ait, attingentes quadragesimum annum calculo affectos non sanari. Hic enim nephreticos Hippocrates

Calculus vnde procedat.

intelligit Galenus hoc calculo plurimum affici teſtatur. Hoc enim quod ſequitur, calculos rumpit, quod eſt. Sumas ſeminis petroſilini, radicis capparis, bdelij, acori, azari, opoponacis, ana dracmas. ii. cyperi, ſpicæ nardi, ana. drac. i. terantur & diſſoluentur formenturque pillulę, ſumatur drac. i. Vngi etiam renes oleo ſcorpionũ vtile eſſe monimentis proditur. Puluis renum & veſicæ calculos frangens hic eſt: Sumas granorum ſolis ſeminis apij, ameos, aniſi, fœniculi, ſeminis petroſelini, cardamomi, xilobalſami, hermodactillorum granorum hæderæ, ſeminis maluæ, nucleorum perſicorum & ceraſorum, ana. drac. ii. ſeminis vrticæ ſaxifragæ, cinamomi, ſandali rubri, galange, ana. drac. i. ſanguinis hirci exiccati, dra. i. fiat puluis quo vtatur calculoſus cum vino albo. Cæterò quod de erinaceo ait Pli. Dioſco. libro ſecũdo, renum doloribus carnem erinacei inueteratam, cum aceto mulſo prodeſſe teſtatur: item vrinæ difficultati: prodeſt & caro erinacei neruorum conuulſionibus.

Cicadæ valẽt ad dolores veſicæ. De cicadis autem, Dioſcorides eo quo diximus loco ita meminit. Succurrunt, inquit, cicadæ veſicæ doloribus vſtæ, & in cibo ſumptæ. Subnectit Plinius.

Carnes gallinaceorum ad quid proſint. GALLINACEORVM DECOCTVM IVS, &c. Carnes gallinaceorum diſſectas, morſibus ſerpentium mirè prodeſſe ſcriptum reliquit Dioſcorides libro ſecundo. Gallorum, ait, in ſenectute ad purgandam aluum caro datur, ius eorum trahit craſſa, glutinoſa, cruda, & nigra, vtile eſt diutinis febribus, ſuſpirijs ac articulorum doloribus ſtomachique inflammationibus, hæc ille.

LANA SVCCIDA. Lanam ſuccidam, Dioſcorides à principio cum aceto vel vino vulneribus prodeſſe teſtatus eſt libro ſecundo: item liuoribus & oſſibus fractis deſquamatis conferre. Cinis enim lanarum ſuccidarum cruſtas inducit, excreſcentias carnis cohibet, vlcera ad cicatricem perducit.

CAPVT IX.

de podagra & gutta. PODAGRAS LENIT, &c. Hic agendum de articulorum doloribus, quam affectionem noſtrates vulgo guttã vocãt. Teſtãtur peritiores tres eſſe cauſas affectionis articulorũ, augmentum humoris, debilitatã membrorum, & fortitudinem eorum. Vt plurimum fit humore frigorifico glutinoſoque, & nonnunquàm calido: ſi calido, ſedatur dolor frigidis: ſi frigido, calidis. Hippocrates, autumno & vere, potiſſimum diuexatæ affectos hoc morbo teſtatiſſimum reliquit, ſexto aphoriſmorum. Sunt qui vocent hunc morbum ægritudinem hæreditariam, quòd ſperma ſit ſecundum complexionem generantis. Fructus autumnales maximè eſſe vitandos ijs qui hoc affligi ſolent ſuadet Galenus ſexto aphoriſmorum. Adde item coitum ijs officere plurimum, item ocium. Fiunt ad id ægritudinis genus vnguenta qualia hæc: ſpodij / camphoræ / acaciæ, ana. ʒ. i. opij quartam partem drachmæ, conficias cum aqua ſolatri. Valet hoc vbi calore fit morbus articularis. Aliud, accipias roſarum rubearum. ℥. ii. farinæ ordei. ℥. iii. farinæ lentis. ℥. vi. pulueris corticis pini. ℥. ii. coquantur cum oxiſaccara & oleo roſarum. Expendendum primo aluum eſſe ciẽdam his pilulis aloes. ℈. i. corticis mirobal. citrino. ʒ. ii. ſcammoneæ, eſulę, ana. ℈. i. maſticis ſemunciam: formentur pilulæ cum aqua citoniorum. Emplaſtrum valens ad hoc, eſt, olei antiqui librã i. nitri terebynthinæ, ana, lib. i. euforbij. ℥. i. ireos. ʒ. ii. farinæ fœnugræci, lib. i. cæram ſynceram quantum ſit opus adde.

CAPVT X.

NVNC AVTEM, &c. Experiri quę hic Pli. refert inge nij est ancipitis quare dicenda sunt quę vsitatiora multo sint, & accōmodiora, Plin. hic pinguia glirium paralysin soluere prodit. Diximus, lib. xx. paralysin mollitiē esse neruorum quod & comprobat Galenus, tertio interiorum, Fit enim vt plurimū humoribus pituitosis: sanguine enim aut bile sola fieri nō potest. Habet autem quid discerniculi cū spasmo, quòd in paralysi pars attrahatur incolumis ad ægrā, vt ait Galenus, quarto interiorum, ca. iiii. In spasmo autem cum pars ægra sit rigida, ad se attrahit sanā: quòd hæc fit multo extēsior, vt cōijcere licet lectione Gale. ii. morbi, ca. vi. porrò nō obfuerit scisse paralyticum non parte qua affligitur se solum male haber, esed & affligi sæpius cerebri dolore: quòd omnes nerui ab eo defluāt, siue à ceruice, vt idem prodit. iii. interiorum. Eget autē paralysis calefactione, exiccatione, apertione, ducenda est primo aluus: hoc, Agarici thurbit an. ʒ. ij. masticis gingiberum bdelij sal gemmę spicę nardi seminis apij castorei, seminis rutæ, an. ℈. i. hyerapigrę, ʒ. ii. formentur pilulæ, capiat dragmā vngi. Item oleo laureo, aut narcissino prodest. Emplastrum ad id cōferens, hoc est, Gummi armoniacis opoponacis galbani sagapeni, an. ʒ. i. picis naualis resinę piretri, an. ʒ. i. storacis, ʒ. i. gummi rutę, euforbij, myrrhe, castorei, assęfetidę, nucis, nuscatæ piperis nigri, an. ʒ. ii. axungiæ anatis, vel gallinæ portionem quā videbis idoneā terenda terantur, & fiat emplastrum quod apponatur parti afflictæ paralysi. — *Paralysis.*

CAPVT XI.

MORBO REGIO, &c. Icterici morbi, id est, arquati, siue regij abūdè quisnā sit, meminisse videor, lib. xx. Superest dicamus quę praxin medicā suboleat: fieri hunc morsu venenatorum animalium ferūt medicorū scholę: inficienim solet sanguis eorum morsu, vt scriptū reliquit Galenus. v. interiorum, ca. septimo. Fit item is inopia purgationis felis, vt idē testatur eo quo diximus loco: plura esse huiusce mor bi genera produnt: quę fermè eodem curari solent modo. Durum in eo morbo hepar: malum esse indicat Hippocrates sexto aphorismorū. Soluatur primo aluus hoc potu: florum boraginis, violarum buglossę, an. ℥. i. passarum capni, hoc est, fumiterrę, ℥. i. absynthij, ʒ. ij. scolopēd. fiat decoctum in sero caprino dissoluas rhæ, Rhā enim voco quod neoterici vocāt medici reubarbarū, ʒ. i. Porrò distillentur hæ aquę Radicis, endiuiæ florum rosmarini, absynthij, apij, atripicis, agrimoniæ, scolopend. hepaticæ, herbæ maluę, an. ℥. iij. hæc simul distilles: deinde saccharō misce: & da hauriādas aquas ad mēsurā ęquā. Cęterò ad phrenetida veniendum: phrenetis potissimum acutis humoribus & bile rubra fieri solet, vt scriptum reliquit Galenus, quinto morbi, ca. secundo, in hac mēs labat: furor adest: & vigilia vexatur cerebrum: ciēda primo aluus est: paulopost vbi dies intercesserint aliqui missio sanguinis agenda. Item frictiones non omittendæ: deinde propinādum, quod sequitur: violarum siccarum rosarum rubearum, an. ℥. ij. florum camomill. melliloti florum nenufar. rasuræ cucurbitæ, an. ℥. i. hordei mundi. ℥. iiij. seminis papaueris albi seminis lactucæ, an. ℥. ij. coquantur in aqua: deinde exprimantur & adde saccharon Vngi oleo papaueris albi, aut camomilæ prodest, ijs enim illini tempore debent.

De morbo Regio.

Phrenesis.

CAPVT XII.

De igne sacro.

IGNI SACRO, &c. Inter vlcera tetra sordida, ignem sacrũ munerari Celso, lib. x x. docuimus. Hinc vlceri iũgi solet Herpes & Esthiomenos: quod vlcus Auicenna ait, oriri, vbi arctius cõstringãtur vulnera: à medicæ artis professoribus finiri solet: membri νέκρωσις, id est, necrosis, hoc est, mortificatio cum putredine & dissipatio cum mollitię, hunc morbum sancti Antonij aliqui vocãt, differt à cãcro & morbo, quẽ lupum vulgo nostrates vocãt, & eo item quẽ lingua materna, noli me tãgere dicit: quia mẽbra disicit putredine tãtum: non cum cadauerosa mollitię: illi verò idem vtique efficiunt, sed corrosione & duritie. Herpes porrò esthiomenos est breuior acutiorque: finiunt autem omne vlcus esse solutionem continuitatis carnosæ cõglutinationem prohibens: causas autem vlcerũ cõmemorat scitè Gale. quarto ingenij sanitatis, Indigere ea exiccatione, idem libro quem megatechnẽ vocãt testatur. MVS ARANEVS, &c. Etsi inter venenata Mus Araneus à Columella, libro septimo, ca. x v. enumeretur. Item Nicãdro in Theriacis: vt tamẽ nõ caret medica, vt cõijcere licet lectione Dio. lib. i i.

CAPVT .XIII.

SANGVINE, &c. Sanguinis fluorem è naribus, multifariam fieri palàm est. Ferunt enim stercore asini omnem sedari fluxum sanguinis, cõferũt fluxui sanguinis omnia frigida, vti sunt succ⁹ lactucis portulacę, Corallus, & id genus multa, quæ medicorum scholis censenda relinquo.

Commentariorum in Tricesimum Plinij Secundi, Naturalis historiæ, scriptoris argutissimi, Finis.

In Tricesimumprimum Plinij, Stephani Aquæi, viri equestris, Scholia.

CAPVT PRIMVM.

Sine aqua non viuitur. Pindari de aqua dictum Aqua principiũ rerum.

AQVATILIVM SEQVVNTVR, &c. Nũc de aquatilibus agendũ est, ac primo de aquæ dotibus, & eius diuersitate, sine cuius vsu nullum animal viuere potest. Aquam profectò igne præstantiorem non defuerunt, qui asseuerint. Quoniã multa sint animalia, quę absque ignis vsu degãt. Degere autem sine aqua nullum potest animal. Quippe si animalia fuerint sine humoris potestate exusta à principiorum liquore interarescunt. Cõstat præterea nec herbas, plãtas've ipsas florescere citra aquę humectationẽ: ob id Pindarũ rectè opinantur dixisse ἄριστον μὲν ὕδωρ. quod significat optima quidem aqua. Hesiodum propterea ferũt in Theogonia aquã statuisse rerum initium, & chaos nominasse. Sũmo quidẽ habitã honore aquã constat. Nã veteribus memorijs proditum cõstat, deos per

stygiam

ſtygiã paludem iuſiurãdum cõcipere ſolitos, vel quia à dijs,& hominibus odio habentur, qui ad deiuriũ procliuiores ſunt,aut quia (vt Heſiodo placitũ video) omnibus elementis ſit aqua antiquior. Aegyptiorum ſacerdotes res omnes è liquoris poteſtate cõſiſtere demõſtrãt. Itaque cum Hydria ad tẽplum, ædẽque, caſta religione defertur,tunc in terrã procumbãtes manibus ad cœlum ſublatis diuinæ bonitati agũt gratias. Ex ijs eſſe arbitrãtur aliqui,quod Seneca ſcribit,quãdo ait. Magnorum capita fluminum veneramur. Subita ex abdito vaſti annis eruptio aras habet. Coluntur aquarum calẽtium fontes. Hinc illuc Horatianum ex primo carminum. Nũc ad aquę leue caput ſacrę. Victruuius, libro architecturę octauo. Aqua, inquit, non ſolum potus, ſed infinitas vſui prębendo neceſſitates gratas, quòd eſt gratuita pręſtat vtilitates: ſuperuacuis deſyderationibus & nutrit animalia paſcendo contineter. Eſt enim maximè neceſſaria & ad vitã & ad delectationes,& ad vſum quotidianum,hæc ille.

CAPVT SECVNDVM.

EMICANT BENIGNE PASSIMQVE, &c. De his ſatis dixiſſe videri poſſumus, libro ſecundo. Qui de aquarum huiuſcemodi miraculis, vt ſic dicã, volet, adeat Victruuiũ ,libro octauo, ca. iii. Cuius ſcita, quia alıubi anneximus nõ collibuit hic annexuiſſe de aquarum etiã differẽtia, ac miris, ſcripſerunt Theophraſtus, Poſſidonius, Herodotus, Ariſtides, Metrodorus.

CAPVT .III.

QVAERITVR CVIVS GENERIS, &c. Inter cõpoſitiſſima doctrina claros diu agitatũ eſt, cuius generis aquę ſint vtiliſſimæ. Cornelius Celſus, libro medicinę ſecundo, ca. xviii. de bonitate aquę hæc ait. Aqua pluuialis leuiſſima eſt, deinde fontana, tum ex flumine, tum ex puteo, poſt hæc ex niue, aut glacie, grauior ex his ex lacu , grauiſſima ex palude. Facile etiã & neceſſaria cognitio eſt naturã eius requirentibus. Nã leuis, põdere apparet, & ex his quę pares ſunt pondere, eo melior quęque eſt, quo celerius caleſit & frigeſit: quoque celerius legumina percoquuntur. Ferè verò ſequitur, vt quo valentior quęque materia eſt eo minus facile percoquatur: ſed ſi cõcocta eſt plus alat, hæc ille. Victruuius autem libro octauo, ca. pimo ait, animaduertendum eſt quęrentibus aquã, quo genere ſint loca. Certa enim ſunt, in quibus naſcitur, In creta tenuis & exilis & nõ alta eſt copia, ea erit nõ optimo ſapore. Item ſabulone ſoluto tenuis. Sed ſi inferioribus locis, inuenietur; ea erit limoſa, & inſuauis. In terra autem, nigra ſudores & ſtillæ exiles inueniunturque ex hybernis tempeſtatibus collectæ in ſpiſſis & ſolidis ſubſidunt, hæ optimum habent ſaporem. Glarea verò mediocres & nõ certe venæ reperiuntur, hæ quoque egregia ſunt, ſuauitate. Item ſabulone maſculo, arenaque & carbunculo certiores, & ſtabiliores ſunt copiæ, æque ſunt bono ſapore, rubro ſaxo & copioſæ, & bonę, ſi nõ per interuenia dilabantur & liqueſcãt. Sub radicibus autem mõtium, & in ſaxis ſilicibusque vberiores & effluẽtiores, æque ſunt frigidiores, & ſalubriores. Cãpeſtribus autem fontibus, graues, tepidę nõ ſuaues, niſi quę terra ſubmanãtes erumpunt in medios cãpos & vbi ſunt arborum vmbris cõtectę pręſtãt mõtanorum fontium ſuauitatem, hęc ille. Porrò perpẽdẽdum aquas ſuapte natura calidas aut aluminoſas nõ cõferre potui, quod & teſtatur Seneca, libro tertio quęſtionũ his verbis. Intereſt, vtrum loca ſulphure, an nitro, an bitumine plena trãſeãt. Hac

Quę vtilior aqua.

ratione cum vitæ periculo bibuntur, hæc Seneca. Quãobrem legimus apud Ouidium hoc carmen.

, Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit
, Viscera, quod tactis inducit marmora rebus.

Aqua pluuialis. Cęterò nõ obfuerit Auerroẽ, tractatu secundo primæ partis cãticæ super his verbis citare. Aqua pluuialis purior cæteris pręcellit. Aqua pluuia optima est, ac fontanis, fluuialibus've lõge excellentior. Addit Auicenna, eã præcipuè probari, quæ ęstiua sit, & Ioue, vt ita dicã, decussa, tenuitatis ratione, quę attenuatio fit, tum virtute cœli eleuãtis, surrigentis've, tum calidæ, siccę'que exhalationis intra nubẽ inflãmatę. Bonitas aquæ à Galeno. Paulus Aeginita humorem aquę pluuię pręcipuum, sed citissimè cõputrescere tradit. Galenus etiã de bonitate aquę sic agit. Aquas, ait, pluuias scio leuissimas esse subtiles. Item ac puras bonas'que, et gustui prędulces. Educit enim sol, & rapit tenuissimum quod'que ex aquis, Vernæ, hymales'que censeri debent præstantissimæ sicciores quidem à terra tolluntur æstate vapores, necnon autumno: sulphurosas Victruuius aquas neruorũ dolores sedare testatur. Aluminosi, inquit, fontes cum dissulata mẽbra paralysi, aut aliqua vi morbi fouendo per patentes venas refrigerationẽ cõtraria caloris vi reficiũt. Bituminosi autem interioris corporis vitia potionibus purgãdo solent mederi, &c. Et subdit Plinius.

Aqua Martia. PALMA PRECONIO VRBIS MARTIA EST, &c. Huius aquæ Martiæ meminit Iulius Frõtinus, his verbis. Nũc autem in vrbem influunt aquę, Apia, Anio vet⁹, Martia, Tepula, Iulia, Virgo, Alsietina, &c. Aqua hæc dicta est à Martio Titio, qui Seruio Sulpitio & L. Aurelio Cotta Coss. p̃tor erat, qui que Frõtino eodem authore: ius inter ciues & peregrinos dicebat ductuum aquarũ reficiẽdorum & vindicãdorum. Et quoniã incrementum vrbis exigere videbatur ampliorem modum aquę eidem mãdatũ est à senatu, vt curaret, quatenus alias aquas in vrbem perduceret ampliores ductus. Legim⁹ apud Fenestel. in hęc opera. Macro decretũ sestertium. iiii. & octingentis. Sed quoniã ad cõsumãdum negociũ nõ sufficeret, statuit senatus pretura in alterum annum prorogari, Eodem tempore decemuiri dum alijs ex causis libros sibyllinos inspiciũt inuenisse dicuntur, nõ esse aquã Martiã, sed Anionem, de hoc in senatu à Lepido pro Collega verba faciente. Actum Appio Claudio Q Cecilio Coss. eadem'que post annum tertium à L. Lẽtulo retractũ. C. Lelio. Q. seruio Coss. Sed vtro'que tempore vicisse gratiã Marci Titij, at'que ita esse in Capitolium aquã perductã. Cõcipitur Martia, via Valeria ad miliarium. xxxiii. diuerticulo euntibus ab vrbe Roma dextrorsus millia passuum villã sublacensi. at'que sub Nerone principe primum stratã ad milliarium xxxviii. sinistrorsus intra spacium passuum ducentorum finita substructionibus pene statim stagnino colore preuiridi. Ductus eius habet lõgitudinem à capite ad vrbem passuũ. lxiii. milium. cclxvii. opere supra terrã pass. vii. miliũ. ccccxliii. Hæc de fonte. Et subnectit Plinius.

Virgo nomen fontis. IDEM ET VIRGINEM ADDVXIT. Hoc est, deduxit fontem, siue aquam: cui nomen fuit Virgo, Frontinus Iulius de aqua quã Virginem hic Pli. appellat sic meminit. Virginem quo'que. M. Agrippa in agro Lucullano collectã deduxit dies quo primum in vrbe respõderit. V. Idus. Iunij inuenitur Virgo appellata: quòd querentibus aquã militibus puella virguncula quasdã venas mõstrauit, quas secuti qui foderãt ingentem aquę modum inuenerunt. Aedicula fonti apposita, ostendit hanc virginem, hæc Frontinus.

Aquarũ signa. AQVARVM (ait Pli.) SVNT NOTAE IVNCVS, &c. Victruuius de Aquarum signis sic agit. Signa autem quibus terrarum generibus suberũt aquę preter quod suprascriptum est, hec sunt: si inueniuntur nascentia tenuis iuncus, Sa-

lix erratica, alnus, Vitex, Hedera, alia'que quę eiusmodi sunt: quę non possunt nasci ne'que ali, siue humore, hęc ille, libro octauo, ca. primo. Et sequitur apud Plin.

MVLTO CERTIOR NEBVLOSA EXHALATIO, &c. Victruui[9] eo quod diximus loco dignum hóc notatu ad inueniédas aquas scriptum reliquit. Si fontes non profluunt, quęrenda sub terra sunt capita, & colligenda, quę sic erunt experienda, Vti procumbatur in dētes, antequàm sol exortus fuerit, in locis quibus erit quęrendum, & in terra mento collocato & fulcto prospiciatur hę regiones. Sic enim nō errabit excelsius quàm oporteat visus, cum erit mentum immotum, sed ad librată altitudinem in regionibus certa finitione designabit. Tunc in quibus locis videbuntur humores se cōcrispātes, & in aëra surgentes, ibi fodiatur. Nō enim hoc signum in sicco loco potest fieri, hęc ille, Victruuio hic Pli. astipulari videtur. Genus item inuentionis ponit Victru. eodem libro. Fodiatur, inquit, quoquo versus locus latus ne minus pedes quinque, In eo'que collocetur circiter solis occasum schaphium æneum, vel plumbeum, aut peluis, ex ijs quod erit paratum, id'que intrinsecus oleo vngatur, ponatur'que inuersum, & summa fossura operiatur harundinibus, aut fronde, supra terrā, obruatur, tū postero die aperiatur. Et si in vase stillę sudores'que erunt, is locus habebit aquā. Item si vas ex creta factum, non coctum in ea fossione, eadem ratione opertū, positum fuerit, si is locus aquā habuerit, cum apertum fuerit, vas humidum erit, & etiā dissoluetur ab humore. Vellus'que lanę si collocatum erit in ea fossura, in sequenti autem die de eo aqua expressa erit, significabit eum locum habere copiam. Nō minus si lucerna cōcinnata, oleique plena & accensa in eo loco operta fuerit collocata, & postero die nō erit exucta, sed habuerit reliquias olei & ellychnij, ipsa'que humida inuenietur: iudicabit eum locum habere aquā. Hæc enim collibuit suppingere, quo hæc paulò essent plausibiliora, quo'que Pliniana lectio fieret tritior Victruuij quidem verbis. Nā videtur ab eo mutuasse hæc. Et quia sequens caput nihil habet difficultatis abs me omissum est. Refert. Vitru. lib. VIII. ca. VI. vbi nascitur Bitumē, & sulphur, ibi periculum esse in fodiendo. Nam halitu vehementi spiritus animales suffocantur.

Ad inueniēdam aquam.

CAPVT .VI.

CAETERVM A FONTE DVCI FICTILIBVS TVBIS, &c. Aquarum differentijs, ac miris. Aquę ductus nunc docet. Aquę profecto duci cōmodè solent tubis fictilibus potius quā plumbeis, vel stagneis tubis. Ductus aquarum Victruuius tribus generibus fieri scriptū reliquit, libro octauo, ca. VII. canalibus structilibus, aut fistulis plūbeis: seu tubis fictilibus: quorū, inquit ille, hę sunt rationes, si canalibus, vt structura fiat quàm solidissima, solum'que riui libramenta habeat fastigata ne minus centenos pedes semipede, eæ'que structuræ cōfornicētur, vt minimè sol aquā tangat, &c. Iubet autē tubulos esse crasso corio ne minus digytorum duorum fiant, sed ita, vt tubuli hi ex vna parte sint lingulati, vt alius in alium inire cōuenire'que possint. Tum coagmenta eorum, calce vina ex oleo subacta sunt illinenda, & in declinationibus libramenti ventris, lapis est ex saxo rubro in ipso geniculo collocandus, Is'que perterebratus, vt ex decursu tubulus nouissimus in lapide coagmentetur, & primus similiter librati ventris, ad eundem modum in aduersum cliuum, nouissimus librati vētris in cauo saxi rubri hęreat, & primus expressionis ad eundem modum coagmentetur, hęc ille, & multa id genus. Vtiliorem idem, ait, aquā quę per tubos fictiles quam quę per plumbeos, Nam

Aquæ ductus.

Qui vtiliores Tubi.

beos. Nã vitioſa per plumbum meãs videtur, quia ex eo naſcitur ceruſſa, quæ hu=
manis nocet corporibus. Argumento plumbariorum qui pallore afficiuntur. Cæ=
terò nõ obfuerit annotaſſe, quibus educi ſoleãt aquę inſtrumentis. Edici autẽ ſolet
aqua eodem authore perlibratione, libratur autem dioptris, aut libris aquarijs, aut

Chorobates.

chorobate. Eſt autem chorobates regula longa pedum. xx. ea habet ancones in ca
pitibus extremis æquali modo perfecto, in'que regulę capitibus ad normam coag=
mentatos, & inter regulã & ancones à cardinibus transuerſaria cõpacta, quę habet
lineas ad perpendiculum deſcriptas rectè, pendentia'que ex regula perpendicula in
ſingulis partibus ſingula, quę cum regula fuerit collocata ea'que tãgent aquę, ac pa=
riter lineas deſcriptionis, iudicabunt librata collocationem: ſed vt hæc clarius pa=
teant figurã, tum huius rei, tum dioptræ, ac libræ aquariæ ſuppingam hoc modo.

Et quia hic Pli. meminit digitorum,
ac quinariæ, perpendẽda ſunt quæ Iulius
Frontinus, de aquarum ductibus ſcripſit.

Digit⁹.

Eſt enim digit⁹ ſexta decima pars pedis.
Aquarum ante moduli, aut ad digitorũ,
aut ad vnciarum mẽſuram inſtituti ſunt.

Vncia.

Vncia ergo eſt duodecima pars pedis &
pro pollicari mẽſura ponitur huic vncia=
lis craſſitudo, pollicis craſſitudinem habens, dicitur. Et ſicut eſt diuerſitas inter vn=

Digiti diuerſitas.

ciã & digitum, ita & ipſius digiti ſimplex nõ eſt obſeruatio. Nã alius vocatur qua=
dratus, alius rotundus. Quadratus tribus quia tiſdecimis ſuis maior rotũdo. Ro
tundus tribus vndecimis ſuis quadrato minor eſt, ſcilicet, quia anguli deteruntur,
poſtea modulus, nec ab vncia, nec ab alterutro digitorũ originẽ accipiẽs inductus,
vt quidam putant, ab Agrippa, vt alij à plumbarijs per Victruuium architectum
in vſum vrbis excluſis prioribus venit appellatus quinario nomine. Qui autem
Agrippam authorem faciunt, dicunt quòd quin'que antiqui moduli exiles & ve=
luti puncta quibus olim aqua cum modica eſſet, diuidebatur, in vnam fiſtulam
coacti ſunt, ſubnectit Plinius.

Quinaria.

ET SI QVINARIAE, &c. Quinariam Iulius Frontinus, libro
antelato dictam tradit à diametro quin'que quadrantum, quæ ratio in ſequen=
tibus quo'que modulis vs'que ad vicenariã durat, diametro per ſingulos adiectione
ſingulorum quadrantum creſcente, vt in ſenaria quę ſex, ſcilicet quadrantes in dia=
metro habet, & ſeptenaria, quę ſeptem, & deinceps ſimili incremento vs'que ad vi=
cenariam. Omnis autem modulus colligitur aut diametro, aut perimetro, aut ex
recto menſuræ ex quibus & capacitas apparet. Differentiã vnciæ, digiti quadrati,
& digiti rotundi, & ipſius quinarię, Et vt facilius cognoſcamus vtendum & ſubſtã=
tia quinariæ: qui modus certiſſimus, & maximè receptus eſt. Vnciæ modulus, ha=
bet diametri digitum vnũ, & trientẽ digiti capit plus'que quinariæ octaua, hoc eſt,

Digitus rotũdus

ſeſcuncia, quinarię & ſcrupulis tribus & beſſe ſcrupuli. Digitus quadratus in rotun
dum redactus habet diametri, digitum vnum, & digiti ſeſcũciã ſextulã, capit qui=
nariæ dextãrem, id eſt, decimã partem. Digitus rotundus habet diametri digitum
vnum capit quinarię ſeptuncẽ, ſemũciã ſextulã, ſed Hactenus de his. Nũc de aquę

Vis medica aquarũ.

marinę vſu, ac vi medica agendũ eſt. Aqua marina quę gręcis dicitur ὕδωρ θαλασ=
σιον, id eſt. idor thalaſſion. Eſt enim ſuapte natura calida & acris ſtomacho aduer=
ſatur, authore Dioſco. libro quinto, conturbat aluũ, pituitã expellit. Si verò calida
adhibetur ad fotus, elicit & diſcutit. prodeſt neruorũ vitijs & pernionibus ante quã
exulcerentur. Diſcutit liuores ſuffitu Calida valet ad formina, & pſoras, pruritus
mammas'que turgeſcentes, & id genus multa, quę à Dioſcoride referuntur.

INVETERATVR

INVETERATVR QVOD VOCATVR THALASSOMELITE. Meminit huius Diosco. libro. v. de hoc etiam à nobis actum est alibi. EX ALTO. Hoc est lõginquiore loco, vt etiam expositum⁹ libro. xiiii. Porrò Pli. agit hic de hydromele siue aqua mulsa, quam alij dicũt mileratum, vt docuimus libro. xxii. quare luxuriãtis putauerim de hoc iterũ agere.

CAPVT .VII.

Salis vis

SAL OMNIS AVT FIT, &c. Aquæ marinæ dotib⁹ promulgatis iure salis vsus, & vtilitates, ac obseruationes enodat Pli. id vocãt græci halas. Sal fossilis efficatior est, authore Diosco. libro. v. si sit cãdidus perspicu⁹, densus, quod vocãt ammoniacum. Probatissimus in cypro laudatur, eodem authore, & salamite, sicilia, aphrica. Phrygius nominetapeus maximè probatur, adstringit, expurgat, dissipat, reprimit, extenuat, crustas inducit: excrescẽtias in oculis reprimit, & pterygia consumit, ac cæteras tollit extuberationes, illitus discutit lassitudines, prodest tumoribus hydropicorum aduersus scorpionum ictus cum lini semine: cum origano valet contra serpentium morsus, aduersus vesparum ictus luxatis imponitur cum farina & melle ignes sacros & vlcera quæ serpunt, cũ aceto aut hyssopo illitus sistit. Et subnectit Plin. PVLMENTARII VICEM PRAEBET. Sal proculdubio summæ est laudis, nam aspersos sale infantes fascijs inuolui antiquiores præcipiebant, quare Auicenna prima primi, ait festinandum vt infantum corpuscula perluãtur aqua in qua colliquatus sit sal, vt vmbilicus occalescat, atque item cutis, ita tamen vt non contingantur nares, nec os. Pro etiã lepore ac festiuitate sal poni consueuit, sicut pro sapientia, vnde sacra scriptura ait. Vos estis sal terræ, Et Leuitici. xx. Quicquid obtuleris sacrificij, sale condies, nec auferes sal fœderis dei tui de sacrificio tuo. Quibus constat ad sacrificia vsum salis fuisse necessarium apud Iudæos: sic apud Romanos sacrificia nõ fiebant citra vsum salis, quod significauit Plinius hic quando ait. Maximè tamen in sacris intelligitur authoritas, quando nulla cõficiũtur sine mola salsa. Sale etiã ægyptiorũ corpora cõdiri solebãt, vt scriptũ reliquit Herodotus. Porrò fossilis est sal in Capadocia, adfertur etiã, authore Strabone, sal multus ex Colopeno et Camiseno, fœminis gratissimus, quia cutis candorem faciat. Et subdit Pli. ET FLOS QVIDEM SALIS, &c. Hic flos satis authore etiam Diosco. flumine Nilo defluit, lacubus tamen quibusdam innatat assumendus est, qui crocei coloris sit, & odore ingrato ceu gari. Vocatur autem græcis holosanthos vel halysanthen & halasanthon. Est enim faulla salis leuissima, & candidissima, oculorum hebetudines, cicatrices, albuginesque tollit, sudorem cit, aluum turbat in vino, aut aqua sumptus, stomachum diuexat: est enim feruentis naturæ, authore Dioscoride libro quinto. Est & spuma salis, cui vis eadem quæ sali. Porrò quæ de garo hic dicuntur, perpẽdendum vt diximus, garum efficacius græcis dici hæmation, id est sanguiculum, ex intestinis thynni cum branchijs sanie & cruore. Dioscorides garum testatur esse, omne quod ex piscibus sale maceratis liquamen, sistit, eodem authore, libro quinto, vlcera depascentia, medetur morsis à cane.

De sale nota.

Sal sapiẽtia.

Sal fossilis.

Flos salis.

Garũ.

CAPVT .VIII.

Tharía. Salmuría.

NVNC E SCOMBRO, &c. Laudatiſſimum garum fiebat antiquitus ex ſcombro piſce. Cæterò hic agetur de muría et alece, vocari etiam poſſe ſalſuginem eruditiores teſtãtur. Vel dícitur etiã halme, vocarunt propriè id ius ſalſum in quo piſces ſeruarentur, à quibuſdam ſalmuria vulgo traditur. Porrò ſalſugo dicta hæc eſt tharia, inueterebãtur enĩ piſces ij quicunque in pruna & craticula commodè coqui poſſent: quare Ariſtophanes prunarios appellauit, nos vt puto aleculas, item cuiuſmodi ſunt ſmarides & Menæ. Fuit autem ſalmuria duum generum, altera qua vterentur in conditura vini, vt diximus, cuius confectionem & vſum Colu. docet lib. xiii. rei ruſt. Altera quæ dura ab alijs vocabatur, cuiꝰ vſum docuit idẽ eodẽ libro, ſed cap. vi. &. vii. qua in cõditurís olerũ, pomorũ, radicũ, ſalgamorũq; omniũ vſa eſt antiquitas. Porrò, nõ obſ:etit annotaſſe ſalſamẽtorũ eſſe duo genera, horęa, & thũnia, in horęo quod à tẽpeſtiuitate appellatũ eſt, & macra pinguibꝰ, in altero macris pinguia referri, quę cybia dicunt. Omotarichõ ſalſa propriè eſt è thynno caro. Sũt & plura id genꝰ, quorũ abũde meminit Athenæus, libro primo dipnoſophiſtæ.

Salſamẽtorum duo genera. Horæa. Cybía. Thũnia,

CAPVT .X.

Nitrũ.

NON EST DIFFERENTIA, &c. Nunc agendum denitro, præfertur enim lęue, roſaceo colore, aut cãdido, in foramina dehiſcens perinde ſpongiarũ quiddam, quale ex illyrico, vt ſcriptum reliquit Dioſco. lib. v. à Buniorũ ciuitate. Quondã nitro eſculentiora fiebant obſonia. i. herbarũ radices & olera, eratq; ganeæ ſummæ, vt teneritudo ineſſet oleribus, quare cecinit Martia. Nec tibi pallentes moueant faſtigia caules, Nitrata viridis braſſica fiet aqua. Sunt qui putẽt dici id quod vulgo vocamus ſalpetrũ. Porrò tenuiſſima pars nitri dicitur aphronitrõ: hoc veteres negabant fieri, niſi cũ ros ceci:diſſet prægnãtibus nitrarijs, ſed nondũ pariẽtibꝰ, itaq; non fieri incitatis etiã ſi caderet. Alij operimẽtorũ aceruorũq; fermẽto gigni exiſtimauere. Differt, vt quibuſdã placet, aphronitrũ ab aphronitro id quod ſpuma ſit, tritũ eſſe ĩ pollinẽ affirmãt, candidũ & triceæ farinę ſimile aphronitrũ, ſiue, vt alij dicunt, apholitrũ, cõgelati ſpecie coit, eoq; quotidie, authore Gale. in balneis ad exterendas ſordes vtimur. Ea ſpuma nitri probari ſolet, quæ ſit, authore Dioſco. leuiſſima, gleboſa, friabilis, colore penè purpureo, aut ſpumoſa, aut mordẽs: qualis deferri ſolet ex philadelphia Lydię. Secũda eſt ægyptia, nitrũ tormina ſedat, ſi tritum cũ cumino bibatur, in hydromelite, aut ſapa, aut aliquibꝰ quę inflationes diſcutere poſſunt, vt ruta, vel anethò. Miſcetur, authore Dioſ. lib. v. emplaſtris quæ extrahũt, & diſcutiũt, & extenuãt, & lepras extergũt. Spuma nitri ſordes expurgat cũ aceto inſtillata, canum morſibꝰ ex aſinino adipe, aut ſuillo medeť, reſinę admiſta furũculos aperit, luxatis cũ cærato prodeſt.

Aphronitrum.

CAPVT .XI.

Spõgiæ

SPONGIARVM genera, &c. Genera earũ lib. ix. declarauimꝰ, ſupereſt earũ medica vis. Diſtinguit ſpõgias in mares & fœminas, mares authore Dioſ. lib. v. tenui fiſtula ſpiſſas referũt, quarũ duriores tragos nominãt, fœminas verò cõtra, recẽtes ſpõgię ſine pinguitudine vulnerarię ſunt, & tumores reprimũt: recẽtia vulnera ex aqua vel poſca conglutinãt, aridę autẽ ſpõgiæ, eodẽ authore, ligatæ lino, ſi penicilli modo adigãtur occluſa vlcera calloſque laxãt. Crematarũ ſpongiarũ cinis, ex aceto aridę lippitudini auxiliatur, et vbi abſtergere aut adſtringere eſt opus. Cinis omniũ ſpongiarũ cũ pice crematarũ, profluẽtẽ ſanguinẽ ſiſtit. Cæterò ſpongia græcè σπόνγος, id eſt ſpongos dicitur. Spõgiæ inter zoophyra, hoc eſt, quæ nec animaliũ, nec fruticũ, ſed tertiã ex vtro-

σπόνγος. zoophyra.

quę ſortiuntur

quę sortiuntur naturam. Porrò penicellos, vocamus caudas ac setulas, nā penis idē est quòd cauda, vnde penita offa, significat obseginem carnis porcinæ cum cauda.

Commentariorum in Tricesimumprimum Plinij Secundi, Naturalis historiæ, scriptoris argutissimi, Finis.

In Tricesimumsecundum Plinij, Stephani Aquæi, viri equestris, Scholia.

VENTVM EST AD SVMMA, &c. Ventum certè est ad summa naturæ, quia à maris animalia, id est pisces, & eodem partes medicas, nam eorū ordo & natura lib. IX. est explanata, supererat eorum in medendo mira videre, & effectus aliquando humanum animum transgredientes animaduersa exactissimè quorundam delitescēte, ac abdita vi vt de echenidis & torpedinis, quorum Plinius capite sequenti refert.

CAPVT .I.

TAMEN OMNIA, &c. Huiusce pisciculi meminimus libro. IX. quare de hoc agendum non censui, nec de torpedine, quod verò de lepore marino ait, ea à nobis etiam tradita sunt, dicitur autem græce lagoos thalassios, Diosco. perse tritum & illitū pilos euellere tradit, Paulus Aeginita lib. VI. addit marinam vrticam ad pilos euellendos, quando ait. λάγωος θαλάσσιος λεῖος καταχρισθεὶς καθ᾽ ἑαυτὸν ἢ μετ᾽ ἀκαλήφης θαλασσίας τρίχας ψιλοῖ, quę significat. Marin⁹ lepus cōcisus inunctusque per se, & cum marina vrtica pilos aufert. Qui de echino aquatili volet, adeat Dioscoridem libro secundo. Lagoos. Thalassios.

CAPVT .II.

MIHI VIDENTVR MIRA, &c. De his ferè omnibus à nobis libro. IX. actum est, quare superfluentis lectionis ea repetere putarim. Porrò quod de coralio ait, perpendendum vocē hanc græcam esse .i. κωράλλιον vocatur lithodendron, id est λιθόδενδρον dictum coralion, vt scribit Theoph. ἀπὸ τῆς κούρας, id est à tonsura, siue à radendo. Traduntid protinus tactu lapidescere si viuat, itaque occupari ac euelli retibus, aut acuto ferramento pręcidi, de quo cecinit Ouid. XV. metamorp. Sic & coralium, quum primum contingit auras Tempore durescit, mollis fuit herba sub vndis. Auicenna, capi. CXXIIII. secundi tracta. plura genera ponit, album, rubrum, & nigrum: efficacius rubēs & nobilius dicitur, authore Dioscoride libro quinto, refrigerat mediocriter ac adstringit. Excrescentia coercet, oculorum claritates abstergit, explet caua vlcerum, valet contra sanguinis reiectiones, lienē absumit, difficultati vrinæ confert. Coraliū λιθόδενδρον.

NI QVI AD POLLINCTVM EMERENT, &c. Ego contēderim non polinctū, sed polluctum legendū. Et si Hermo. vtrunque cōfundat, errauit eni putans idem esse pollinctum & polluctum. Est enim pollincere, mortuum curare, & pollinctor Pollinctum. Polluctum. Pollincere.

& pollinctor qui huiuscemodi curator est, Pollucere verò Herculi est sacrificiũ facere, authore Macrobio, quòd quia lautè apparabatur: pollucibiliter pro opiparè ac lautè dicitur, & cœna pollucibilis lauta. Est pollucere verbum ad sacra pertinens, vt conijcere licet lectione Catonis. Cum pollucere oportebit sic facito &c. Polluctum ergo hic cœna erat lauta opipareque.

CAPVT .III.

Fibri. SPECTABILIS NATVRAE, &c. Defibrorum medica vi diximus alibi. Fiber animal est, vt diximus, vitæ ancipitis, castorem appellant alij. Eius testes, authore Dioscoride, serpẽtium venenis aduersantur, sternutamenta mouent, menses & partus ciunt, duabus drachmis cum pulegio poti, secundas eijciunt. Contra inflationes, tormina, singultus, venena, & id genus multa, ab Dioscoride enarrata valent. Porrò, qui de torpedinis medica vi volet, adeat Dioscor. libro secundo, græcis hæc narce dicitur ναρκη.

CAPVT .IIII.

GEMINVS SIMILITER, &c. Sunt etiam ancipitis vitæ testudines, nam & aquosis & terrestribus locis peculiares. Ceterum de ranis, Dioscorides libro secundo ait valere cõtra omniũ serpẽtiũ venena, si coctę in oleo addito sale, ita'que si edantur, ius earũ ad hoc valere etiã tradit Dioscorides libro secundo. Illitus earum cinis profluentis sanguinis impetum sistit. Viridium ranarum sanguis, auulsos genis pilos, renasci prohibet, instillatus in vestigia auulsorũ. Decoctæ ranæ in aceto & aqua dentium dolores collutione leniunt. Ranarum plura genera, alia est rana quæ dicitur phrynos, hoc est rubeta: perniciosa item chersidros cunctarum grandissima, buffo quibusdam dicta. Apocynon dicunt, quòd canum impetus cohibeat: aliud genus dictum Calamites. Est & palustris rana, dicta eliobatrachon, Aristoteles, ranas omnes telmatiæos dicit, aut lymnæos. De cancrorum potentia medica etiam Dioscorides libro secundo abundè meminit, cinerem eorum exustorum morsibus rabiosi canis valere referens, si cum radice gentianæ & ita potum cum vino, rimas pedum & perniones, & carcinomata cum melle decocto lenit: triti verò cancri cum lacte asinino poti, auxiliantur contra serpentiũ et scorpionum ictus, vt scriptum reliquit Dioscorides libro secundo, quem adeas si de his piscium generibus voles, item & Atheneum, quorum scita non collibuit annectere propter tedium, Et quod etiam de his sparsim à nobis tractatum sit, cap. quinto, vbi meminit elacatenę. Est enim genus salsamenti elacatena, quod alij melandrya dicunt: est tamen aliud melandrya meo iudicio. Columella meminit elacatenæ, libro nono.

Sãguis ranarũ. Ranarũ genera. Apocynon. Cancrorũ medica vis. Elacatena.

Commentariorum in Tricesimum secundum Plinij Secundi, Naturalis historiæ, scriptoris argutissimi,

FINIS.

In Tricesimumtertium Plinij, Stephani Aquei, viri equestris, Scholia.

METALLA NVNC, &c. De metallorũ nũc natura, vsu, ac dote agendũ est: primum de omnium preciosissimo, idest auro, ad quod inquirẽdum habendum'que omnes anhelant, nescientes obsit ne plus an nobis conferat. Inquirũt enim alij gemmas, quo niteat articulus, alij excauãt mõtes fibras'que terræ rimantur sollicite, quo aurum possint inuenire eos hæc auaricia cogẽte. Scitu profectò dignũ quod scriptum reliquit Diodorus libro sexto. Tradit earũ regionum incolas, quibus imperauit Geryon aureo nummo, at'que argento non vti, quæ adferri ad insulam prohibent, causam adferentes Geryonem Chrysauri filium auro atq; argẽto opulentissimũ quondã ab Hercule bello expugnatũ, existimat enĩ eo pacto cũ auro at'que argento careãt, sese facile omnes vitę insidias euasuros: perinde ac si noluissent innuere, malorũ fomitẽ esse aurũ ac auariciã sacramq; habẽdi famem. Laudatur ab diuo Hieronymo Crates Thebanus, quòd dicitur proiecisse magnum auri pondus in mare, ac dixisse, abite pessum malæ cupiditates, ego vos mergam ne ipse mergar à vobis, quare scitè cecinit Ouidius. i. metamor. Sed itũ est, in viscera terrę, Quas'que recõdiderat stigijs'que admouerat vmbris, Effodiũtur, opes, irritamẽta malorũ, Iã'que nocens ferrũ ferro'que nocẽtius aurũ, Prodierat.

Auri dãnũ.

Auri mala.

CAPVT. I.

VTINAM POSSET, &c. Nec profuisse auri inuentionem mortalibus profectò constat, sed maximè obfuisse. Degebatur enim multò fœlicius cum res rebus permutabãtur, quod actũ esse Troianis tẽporibus memorijs veteribus proditum est, quod Homerus ille poetarum eminentissimus docuisse videtur, quando septimo Iliados ait.

, Affuit ex lemno ratibus tunc copia vini
, Cæsariæ insignes redimunt, hinc vina pelasgi
, Pars dedit æs nitidum, ferrum pars altera, bubus
, Tergora diripiens hic protulit, ille agit ipsos
, Ad naues tauros, hic bello corpora capta.

Ad hanc igitur permutationis rationẽ allusit Pli. hic. Cęterò de permutatione armorũ qua Glaucus & Diomedes vsi sunt, Home. meminit Iliados. vi. his verbis ἔνθ᾽ αὖτε γλαύκῳ κρονίδης φρένας &c. quæ significãt, Iupiter hic eripuit Glauco precordia mire, qui stolidꝰ resonãtia arma mutat cũ tytide, visenda subæratis auro coruscãti, hoc est, permutat aurea arma, armis æreis. Iupiter auferẽs Glauco sanã mentẽ, agit vt permutare ausus sit arma aurea cẽtũ bobus taxata, armis æreis, armis inquã, Diomedis. Sic enĩ se habet historia, quãdo Diomedes græcꝰ, & Glaucus troianus sibi inuicẽ facti essent obuiã, in medio pugnę, & vterq; suis viribꝰ maximè fideret, cũq; iã essent pugnaturi, inuicẽ siscitãtur vnde genus esset, quę patria amicitiã tãdẽ hospitiũq; agnoscũt. quo acto quũ nolẽt prẹliari, Diomedes tũc alloquitur Glaucũ his verbis. Heus tu quin arma inuicẽ cõmutamus, vt cũctis cognoscatur hospitiũ nobiscũ intercedere, quo facto, Glaucus stolidè arma aurea, armis ęreis Diome. ꝑmutauit, hic de ꝑmutatione dissimili sentẽtia ꝓuerbialis solet dici. Glauci et Diome. ꝑmutatio, hoc est, non paria paribus, ac

Permutatio Glauci & Diomedis.

aurea æris permutare. Porrò quid bulla aurea sit. notum est lectione Macrobij.
quid item prætexta, quorum rationem longum esset exequi, locum autem habes
quem adeas. Cæterò, quia hic de ratione ac iure annulorum meminit Plinius, per=
Ius annulorum. pendendum est dignitatis fuisse insigne, nam ius annulorum donare, erat aliquem
armis & bello illustrem insignere, ac (vt vulgo dicitur) equitem facere, authore Bu
dæo. Quod docuisse videtur Trãquillus in Cęsare, quando ait. Promissum ius annu
lorum cum milibus quadringentis fama distulit. Idem in Vitell. Prouincia deinde
accepta, asiaticũ manumisit, ac primo imperij die aureis donauit annulis super cœ=
nam cum mane rogantibus pro eo cunctis detestatus esset seuerissimè talem eque=
stris ordinis maculam. Erat autem maius restitui natalibus, quàm donari aureis an
nulis. Est'que, authore Budæo nostro, natalibus restitui, quod vulgo nobilitare no=
natalib⁹ restitui. strates dicunt. Huius rei meminit Vlpianus, in lege, sed si hac, de in ius vocando, li
bro pandectarum. Cæterò, non solum imperatores strenuis militibus dabant annu
Torquati. los aureos, sed etiam torques: vnde dicti torquati, qui, authore Vegetio, duorum ge
nerum erant, simplares ac duplares. Vegetius libro secundo. Torquati, ait, dupla=
res erant, quibus torquis aureus solidus virtutis præmium fuit, quem qui meruisset
Dextrocheria. præter laudem interdum duas consequebatur annonas. Porrò annuli non solum di
gitis, sed & brachio ferri solent, veluti circuli quos scitè dextrocheria, vel dextra=
Crici. riola, vel cricos, vel carpa dicunt, sic enim vocantur maiores illi annuli brachia or=
Carpa. nantes, quos vulgo braceletos nostrates vocant. Cæterum Plinius hic Prometheũ
annulum primo fabricasse tradit poetarum lectione. Cum enim vt fabulantur poe
tæ, cœlestem ignem furatus esset, ferunt Iouem illum in monte scythię caucaso fer
rea cathena vinxisse, aquilam'que addidisse, quæ iecore eius assidue renascente per=
petuo pasceretur, quare ait Martialis.

, Qualiter in scythica religatus rupe prometheus.
, Assiduam nimio pectore pauit auem.

Nota est fabula, ignorat enim initia annulorum Plinius. Iosephus tamen antiquita
tis libro tertio, veteres hebræos annulis vsos his verbis testari videtur. Ad hæc au=
tem tertio induitur indumento, quod dicitur ephor, fit enim hoc modo, vt sit tex=
tus eius magnitudine cubiti de cunctis coloribus auro'que variatis, amplectens
omnem pectoris locum. Et paulò mox subdit. Vnitur ephor cum rationali
annuli per circulos sub æqualitate commissis, per vittam hiacynthinam, quæ im=
mittitur pro ligaturis & consertionibus alterutris annulorum. Et deinde subiũgit.
Cum per singulos eius pedes superiori labio erant annuli, per quos vectes deaura=
ti mittebãtur, hæc ille. Porrò, saturnaliorum septimo Macrobius refert veteres nõ
ornatus causa, sed signandi annulum secum circumtulisse, vnde ne plus quàm vnũ
habere licebat, nec cuiquàm nisi libero, postea vsus luxuriantis ætatis, signaturas
præciosis gemmis cœpit insculpere, & certatim omnis imitatio lacessiuit, vt homi
nes aliquanto studiosius lapides preciosos requirerent, hinc factum est, vt annulus
in digito qui minimo est proximus, sinistræ manus gestaretur, ne preciosi lapides
frangerentur, vel ideo ille igitur annulo decoratur, quia, vt ait Macrobius, ab eo ner
uus quidam vs'que ad cor pergit. De Demostene, cuius hic meminit, Laertius abun
Nomẽclator. dè. SERVORVM (ait Pli.) QVOQVE CAVSA nomẽcla
tor adhibendus. Nomenclatores nomina singulorum candidatorum tenebant,
candidatis'que suggerebant, vt quis'que obuius erat, quanquàm postea id lege sit ve=
ὀνομαθολόγοι. titum, author est Plutarchus in Catone: græce enim nomenclatorum dici possunt
ὀνομαθολόγοι, vnde nomenclatura verbum deductum pro conuocatione ac nũcupa=
Cãdidati. tione. Candidati autem, vt id obiter attingamus, vocabantur qui magistratum pe=
tebant, dicti à toga candida, quod erat petitorum gestamen. Et subdit Plinius.

SINGVLI

SINGVLI MARCIPORES LVCIPORESVE, &c. His verbis significat Pli, antiquos fuisse cōtentos singulis seruis, quare Marcipores, quasi Marci pueri & lucipores quasi Lucij dicti, quasi ministri, & asseclæ. Fabius, libro primo in seruis, ait, iam intercidit genus illud nominis quod ducebatur à domino, vnde Marcipores, Publipores, porrò gentiles (quia hic eorum fit mentio) dicebātur enim qui eodem inter se nomine erāt, qui ab ingenuis oriundi erāt, qui & agnati, dicebātur. POLYCRATI SAMI TYRANNVM, &c. De hoc abundè Herodotus, libro tertio, & Strabo, libro quarto decimo.

Marcipores. Lucipores.

ANNVLI DISTINXERE ALTERVM ORDINEM à plębe, &c. Hic perpēdendum quinā fuerint, & quod ordines apud Romanos. Fuerunt autem tres ordines Romæ, Senatorius, Equestris, & Plębeius. Propterea Plin. hic significat equestrem ordinem annulum aureum pro insigni habere cœpisse, vt distigueretur à plębe. Equites etiā vocari solitos significat, quia iudiciū decurię ex ordine equestri deligebātur. Et subdit Pli. SICVT TVNICA AB Annulis, &c. Tunica laticlaui dicebatur insigne ordinis senatorij, quare latus clauus pro dignitate senatoria dicitur. Vocat enim hic Pli. Tunicę purpurā, dignitatem senatoriā. Nam latum clauum, tunicam fuisse purpura textā produnt, ob id scitè dixit Pli.

Tunica laticlaui

PVRPVRA LATIORE TVNICAE, &c. Porrò quod ait annulum dictum symbolum. Symbolus enim est nota & signum, sic annuli militiæ erāt notæ. Cōdulum etiā & condalium annulum dixerunt, hinc Plaut. in Tri. In thermopolio condalium est oblitus, &c. FLEXANIMES, &c. A flectēdis equis dirigēdisque putarim dictos. Flexanima oratio quę animum flectit qua vocis acceptione vtitur Cicero, secundo de oratore. Celeres, à Celere, Remi interfectari, vt quibusdā placitum video. INSERTORII VSV, &c. Hermo. legit Cōsertorij, id est, pugnatoris, scitè legerim insertorij: estque insertorium, quasi amentum ab inserendo, quod brachio inseratur veluti clypeus, vel pelta.

Symbolus. Cōdulū Condalium. Flexanimes. Insertorium.

CAPVT SECVNDVM.

DECVRIAE QVOQVE PLVRIBVS, &c. Hic nobis agendum de Decurijs. Fuerunt autem Decuriæ iudicū quinque. Nā Caius princeps quintā addidit. Quum verò etiā grauate equites indicarent, sextāque decuriā à Galba præcarentur, nō modo Galba negauit, sed etiā cōcessum à Claudio beneficium, ne hyeme initio anni ad iudicādū euocarentur, eripuit. De quibus Budæus noster homo reconditissimæ doctrinę scitè disseruit, libro assis. Porrò selecti, quorum hic fit mentio, iudices dicebantur, quorum meminit Seneca, libro tertio beneficiorum, & Cicero pro Cluētio, his verbis. Deinde prætores tātum vrbani, qui iurati debent optimum quēque in selectos iudices referre: nunquàm sibi ad eā rem censoriā ignominiā impedimento esse oportere duxerunt, & in ver. actione quarta Cicero. Cæterarum rerum selecti iudices ex ciuium Romanorum proponi solent, &c. Hic enim iudices selecti, ponuntur pro equitibus, sic constat selectos iudices dictos fuisse equites. Dij etiā selecti ab August. libro sexto ciuitatis diuinæ dicuntur præcipui. SVFFRAGIORVM SCITA, &c. Suffragia alia fuisse vocalia, alia tabellaria explicuit Budęus, & horum meminit etiā Cicero de legibus tertio. Dicā, ait, Attice, & versabor in re difficili; ac multum & sæpe quęsita: suffragia in magistratu mandando, vt de reo iudicādo, qui lege, aut rogatione damnatur, palàm ferre melius esset. De tabellarijs autē suffragijs in oratione cōtra

Decurię. Selecti. Dij selecti. Tabellaria suffragia.

Rullum his verbis. Sed tamen magnificentius, atque ornatius esse illo nihil potest; quod meis comitijs nō tabellā tantę liberalitatis, sed vocē viuā pręvobis iudicem erga me voluntatum, ac studiorum tulistis, &c. Quae comitia cum curiata centuriata sint docet abundè Gell. Et Budęus noster, libro annotationum in pādectas.

Auxiliares. AVXILIARES, &c. Erāt qui ex diuersis locis ad prelium cōducebātur. Legiones enim & Auxiliares differunt, authore Vegetio, libro secūdo, ca. secundo. Legio, ait, proprijs cohortibus plena cum grauē armaturā, id est, principes hastarios, triarios, antesignarios, funditores, balistarios, ꝑprios & sibi im positos equites. Auxiliares cōducuntur ad prelium ex diuersis locis, ex diuersis muneribus venientes.

Comitiati. Porrò dicebātur apud Romanos Tribuni militares. eorum autem duo erant genera, authore Asco. Alij Rufuli dicebātur qui i exercitu creabātur. Alij comitiati, qui Romæ comitijs destinabantur. Tribuni militaris officium erat, vt miles veste nitidus, armis bene munitus, exercitatione, ac disciplina militari eruditus, respiceret.

Tribuni ærarij. Tribuni militū cōsulari potestate promiscue ex patribus, ac plębe creati erāt. Tribunos dictos, ait Vege. quòd tribuebāt iura militibus. Erāt etiā Tribuni ærarij ij quos nunc appellant vulgo, receptores generales, Lege Aurelia. cum senatoribus equitibus que iudicabāt, vt annotauit quā scitissimè Budęus, libro suarum annotationum, asserens. Tribunos militum dici eos posse, quos nostrates marescalos dicunt. LEGE THEATRALI, &c. De instituto Theatrali, lege Valeri. Maxi. libro secundo Titulo, institutorum antiquorum, capi. clx.

CAPVT .III.

Fibulæ. DEORVM VERO HONORI, &c. Maiores victimas, id est, tauros, capras, & id genus antiquitas Romana cornibus auratis dijs mactare solebat, propterea aurum licētiosius fuisse immistum rebus inanibus constat. Adoleuit præterea (ait Pli.) in militia Mar. Bruti repertis literis Mar. (ait Pli.) Brutus in philippicis campis epistolæ reperiātur Fremētes Fibulas, &c. Fibulę enim sunt proprie circuli, ac quædā ornamenta cinguli ad vestem subligandā, vnde ait Vergil. Aurea purpuream subnectit fibula veste.

AT HERCVLES IDEM TV BRVTE, &c. Vale. Max. Titulo Antiquorum institutorum refert Maritos cōcessisse fœminis aurum gestare. Postulauerunt enim quōdā Romanæ mulieres, vt eis liceret, cum aurum, tū purpurā gestare, ob id Lucius Valerius apud Liuium, libro quarto de bello Mace, orationem habuit apud senatum pro hac re. Marco (ait Liuius) Catone reclamante purpura, ait, viri vtemur, prætexati in magistratibus, in sacerdotijs: libere nostri purpura togis vtētur: magistratibus in colonijs municipijsque togę prætextatę habendæ ius est, nec id, vt solum habeant tātum insigne, sed etiam, vt cum eo cremētur mortui. Fœminis dūtaxat vsum purpureę interdicemus, hæc ille. Cęterum quod dicitur de nūmo, ac partibus assis de victoriato, de æris nota grauis, nihil constitui hic agere, quia omnia hęc quā scitissimè, ac cōcinnissimè à Budęo nostro sunt edocta. multa enim prętereūda videntur, potissimum, quia ab eo doctius quàm dici possit explanata sint, sed redeamus ad textum.

PROXIMVM SCELVS FECIT, Qui primus ex auro denarium signauit, quod & ipsum latet, authore incerto, &c. Mirari hic subit, Pli. ignorasse illum, qui nummum primum ex auro atque argento signauerit. Quādo Herodotus libro primo histo. Scribat, Lydos primos omnium nummum aureum, & argēteū

ad vsum percussisse, Nisi de Romanis solis hic agat Pli. Strabo, lib. octauo phaedonem argentum signari primo docuisse tradit Pli. ab vrbe condita quingentesimo octogesimo quinto id signatum Romę ait. Eutropius verò secũdo histo. scribit saturnium nummos æreos latinis signasse.

EMPTIONIBVS QVAE MANCIPII SVNT, &c. Ea sunt sui mãcipij, quę nullius dominio subiecta sunt, & vt quidem volunt, sui iuris, de quibus Budæus, libro suarum annotationum abundè. Sui mãcipij esse.

NOTA æris fuit ex altera parte Ianus, &c. Aes primus signauit Ianus, authore Macrob. primo Satur. Hic igitur Ianus cum saturnum classe peruectum excepisset hospitio, & ab eo edoctus peritiã ruris, ferum illum & rudem ante fruges cognitas, victum in melius redegisset, regni eum societate munerauit. Cum primus quoque æra signaret, seruauit & in hoc saturni reuerentiam, vt quoniam ille nauis fuerat aduectus, ex vna quidem parte sui capitis effigies, ex altera verò nauis exprimeretur, quo Saturni memoriam etiam in posteros propagaret. Quę ab Ouidio confirmari possunt, his.

Multa quidem didisci, sed cur naualis in ęre
Altera signata est, altera forma biceps
At bona posteritas puppim formauit in ære
Hospitis aduentum testificata dei.

CVM Septimuleius, C. Gracchi familiaris auro repensum caput, &c. Lege de hoc Vale. Maxi. Titulo auaritiæ. FVGITIVIS NOSTRIS, &c. Fugitiui serui proprie dicebantur, qui à domino ea mente fugiebãt, ne ad eum vltra redire vellent. Fugitiuus etiã qui extra domũ domini causa fuge exit, ne in eius dominium vltra veniat, & fugitiuarius, qui erat seruorum fugitiuorum reprehensor. Fugitiui serui. PARASTATAE, &c. Parastatæ hic, & apud Victruuium lapides pilarum modo appositi colũnis, de qua similitudine alterum cruris os, (duo enim sunt) parastata dicitur in iumentis, à Victruuio etiã tabullę quędã dicuntur. Parastatæ. PEGMA DVXIT, &c. Pegma est machina quędam lignea, in qua statuę solebãt collocari, ad eas sustinendas. Formã huius machinæ sic describit Seneca ad Lucil. His annumeres licet machinatores, qui pegmata per se surgentia excogitant, & tabulata tacite in sublimẽ crescentia & alias ex inopinato varietates, aut dehiscentibus quę cohærebãt, aut quę stabãt sua sponte cohærẽtibus, aut iis quę eminebant paulatim in se resedẽtibus. Huius etiam machinæ meminit Iosephus, libro septimo, belli Iudaici. Romani enim in his machinis solebãt depugnare. propterea illi pegmares à Tranquil. dicuntur. Festus, scribit esse pegmata, aut ære, aut marmore ornamenta, quę vt plurimum in atriis, quãdoque in porticibus aulisque affigunt, maiorum aliorumque fortium virorum gesta certius quàm pictura ostẽdẽtium. Pegma. Pegmates. MVNICIPIIS, &c. Municipia dicebãtur quæ aliunde veniebant in ciuitatem, & cum suo iure viuerent, muneribus tamen populi Romani fungebantur. Capiebant enim numera, sed non damnosa, vt est collatio tributorum, & huiusmodi quæ ad honorem pertinerent, A quo munere capessendo dicta municipia. Et municipia ciuitates suo iure vtentes & legibus. Municipia.

LAQVEARIA, &c. Laquearia pro partibus superioribus cubiculi variis adornatis coloribus poni solent. Item pro trabibus planis, quæ interdum à quibusdam Lacus dici solent. Qui de præcio, ac iudicatura auri bonitate, qui volet, adeat Budeũ, libro assis. iii. De opulentia Romanorum idem, libro secundo assis abunde, quare de his hactenus, &c.

CAPVT .IIII.

AVRVM INVENITVR IN NOSTRO ORBE, &c. Aurum quod græce χρύσον auriferum verò χρυσόφορον in Chrysera. pluribus locis inuenitur potissimū in insulis dictis, authore Martiano Capella, libro sexto. Chrysera ab auro, & argyria ab argēto, horū meminit Dionysij interp̄s hoc carmine.

, Insula, quę prisci signatur nominis vsu

, Aurea, quod fuluo sol hic magis orbe rubescat.

De formicis aurum fodientibus aliubi actum est. Prestantes autem aurifodinas in Turdetania, fuisse docuimus in parte geogra. De quibus Aurifodinę gallicæ. etiā scite meminit Strabro, libro tertio. Vbi ait etiā Gallos aurifodines clarissimas habuisse. Galli, ait, nobiliore esse sua censent, quæ in Cimerio monte sita sunt, & quę Pyrenę ipsi subiacent, &c. Budęus putat legendum hic nō Cimerio, sed Cęmeno, esse'que mōtem, quē alij Tararā dicāt. De quibus qui volet copiosius legat Palæ. Budęum, libro assis quarto. Cæterò, in quibusdā codicibus hic legitur Pilas. Alij tamen legunt syncerius palas. Sunt enim palæ glebulæ auri selibrales, alij massulas Balucē. auri vocāt, authore Strabone. Denarium autem libralem vocant Balucē, de quibus affatim meminit Budęus eo quo diximus loco.

Electrū EST ELECTRO AVCTORITAS, &c. Electrum, id est, quod nunc ambrā vocamus, vt quibusdā placitum video. quod & succinum alij vocant, è lachryma populi, authore Diosco. libro primo, poetæ fabulātur ex lachrymis Heliadum sororum Phætontis, quę in populos arbores mutatæ dicūtur poetis, vnde cecinit Ouidius, secundo Transformationum, Clymene earum.

, Mater dum truncis auellere corpora tentat

, Et teneros manibus ramos abrumpit, & inde

, Sanguineę manant tanquàm de vulnere guttæ

, Inde fluunt lachrymæ, stillata'que sole rigescunt

, De ramis Electra nouis, quę lucidus amnis

, Excipit, & nuribus mittit gestanda latinis.

Tria esse genera ferunt Electri, vt videre est infra, nōnulli purgamentum esse auri Electrum ferunt. In padum amnem defluere testatur Pli. Itē & Diosco, libro primo, abeo'que Chrysophoron dicitur, sistere ventris, ac stomachi fluctiones idem scriptū reliquit. IN TEMPLO ANAITIDIS POSITA Refertur, &c. Meminit huius Deę, ac templi Strabo, libo geo. xi. his verbis. Qui ad Euxinum vergunt, quos ponticos vocāt. Sed cum ex spolijs festa celebrarent, Persarum imperatores eos noctu adorti, funditus deleuere. Ac petrā quandā, in cāpo positā, in mōtis figurā, terra exaggerentes, muro circundederūt, atque Anaitidis & sociorū deorum Amani & Anāda dati, qui Persarum nomina sunt, cōstructo delubro, annua ibi solennia instituere nomine Saccha, &c. Et libro. xii. Zeletica regio Zela vrbem super aggere Semiramidis cōditā habet, in ea templum est Anaitidis, &c. Anaetis, authore Herodo. & Pausa. Anætin deā à Lydis coli tradunt.

CAPVT .V.

CHRYSOCOLLA HVMOR, &c. Est ergo Chrysocolla humor in puteo tum scrobibus, ac quędam vena putris, præcipua laudatur Armenica colorem (authore Diosc. Chrysocolla. libro quinto) porri simile reddens secundum locum sibi vēdicat Macedonica, & Cypria. Damnatur ea quę terrā collegerit. Duplex fertur hęc, altera quę in cūctis ferè metallis inuenitur, ac ærarijs: altera, quę Cypria ærugine & vrina pueri addito nitro temperatur. Nihil enim vox Chry-

ſocollæ, aliud notat quã auri glutinum. Meminit Chryſocollæ Strabo, libro deci-
mo ſexto his verbis. Nã etiã ex pueri lotio chryſocolla cõficitur, ac in medio qui-
dem lacu, iure res huiuſcemõdi accidit, &c. Meminit etiã eius poteſtatis medicæ,
Paul⁹ Aeginita, libro ſexto, aſſerens prodeſſe maleficis, ac doloſis vlceribus. Dioſ.
purgare cicatrices tradit, chryſocollã excreſcentem carnem coercere, adſtringere,
purgare, calefacere. LVTEAM VOCANT, &c. Luteã putãt ita di-
ctam Chryſocollã, ab herba lutea dicta, qua adulterari poteſt, Victruuius, libro ar-
chitecturę ſuæ ſeptimo, pingendis parietibus laudauit Chryſocollã macedonicã,
cuius verba ſunt. Chryſocolla apportatur à Macedonia, Foditur autem ex his locis,
qui ſunt proximi ærarijs metallis. Quotidianus & multus fuit quondã in pingen-
dis triclinij, cubiculis, & porticibus Chryſocollæ vſus.

CAPVT SEXTVM.

AB HIS ARGENTI METALLA, &c. De Argẽtifodi-
nis, ac argẽti ꝑcio abũdè Budę⁹, lib. iii. aſſis meminit: qua-
re qui de his volet locũ habet quẽ adeat. Cęterò de Argẽti-
uiuo, quod gręce hydragyros dicit̃, vel hydragyrõ, ex mi-
nio ſecundario fieri aiunt Hydragyrõ dictũ quaſi aquoſum
argentũ, multiplex genus eſſe ferunt, vt videre eſt lectione
Dioſco. libro quinto, id potum perniciẽ mirã adfert inter-
na enim ſuo põdere exeſt. Remedio eſt lac multum potum
ſubinde, limatura auri eſt huic rei auxilio, vinum item meracum. Fuit autem diũ
diſceptatum apud eruditiores ſit ne calidum, vel frigidum, alij ratione motus, cali-
dum ferunt, calidũ enim magis mobile eſt, eſt enim argentũ viuum quietis neſciũ,
lucidum, diaphanum, ac perſpicuum quę calido, ac naturæ igneę cõpetunt. Alij cõ
tra, frigidum aſſerunt quia graue admodum, ac põderoſum, quę frigido cõgruunt,
Perſuadet tamen eſſe calidum, quia forat ac exeſt, quę proprie ſunt calidi, magis
quàm frigidi. Frigida enim in quarto ordine, vt ferũt phyſici magis ſegniciẽ, tor-
porem, corporiſque grauitatem afferunt, quã quę calida. ſunt nobis exemplo Man-
dragora, Opium, Papauer, Hyoſciamus, quę frigida ſummè ſunt ad deferẽtia corpo
ris grauitatẽ, quę verò calida ſummè, vt Titymallus, Elleborum, & id genus mul-
ta magis excitãt ſenſus, ac calorem corporibus membriſque infundũt, ob id videt̃
argentum viuum potius eſſe calidum, quàm frigidum, exeſt enim interna potum,
authore Dioſcori. item forat vaſa præter quædam.

STIBIVM APPELLANT ALII ALABASTRVM, &c. Sunt
etiã qui vocent id Alabandicum & alabandum, authore Aetio, hoc, quia oculos di-
latat eorum lippitudines inhibet platyopthalmõ vocauerunt græci ad formæ leno
cinium hoc facit, eoque mulieres non natiuo ſuo colore cõtente ad fucum vtuntur,
quo forma, ac colore elegãtiore niteãt. Adſtringit autẽ ſtibiũ, obſtruit, refrigerat,
excreſcentia in carne cohibet, vlcera ad cicatricem perducit, authore Dioſco. libro
quinto. Cæterò omitto hic quę Leonicenus de argento viuo dixit, hunc legat qui
volet. De ſcoria argenti, id eſt, recremento etiã meminit Dioſco. lib. v. id vocant
Helcyſma, aut Eucauma, cõfert id cicatricibus, ac emplaſtris, adſtringit, ac extrahit
id, quę vocentur lyparę medicamenta docuimus, lib. xxiij.

ET QVAE VOCATVR SPVMA ARGENTI, &c. Spuma argen-
ti alij lithargyron vocãt, tria ſunt eius genera Chryſitis, quę fit ex ipſa vena, Ar-
gyritis ſecunda, tertia Molibditis, alij non eſſe ſpumam argenti Lithargyron di-
cunt, vt ex Plinio hic videre eſt. De coctura eius meminit Dioſcorides, libro

quinto

quinto, prodest hæc si lota est, ad oculorum collyria, ad faciei rugas, ad fœditates oculorum.

CAPVT .VII.

INVENITVR IN ARGENTARIIS, &c. Iustinus, Terrã Hispanã minij feracẽ tradit. Vocãt id etiã Rubricam sinopin, & minium sinopicũ, hoc libri, ac ligna colorari solent. bonitas, grauitate probatur authore Diosc. effodi idem in Macedonia tradit, solet'que in sinopem vrbem deferri, vnde nomen accepit, vim habet exiccatoriam, valet ad ea quę exiccatione egent. Aluum sistit in ouo sumptum, aut clystere infusum, datur laborantibus vicio iocineris, porrò Miniare verbum defluxũ à minio, pro minio orare, ac pingere.

CINNABARIN, &c. Minium & Cinnabarin nõ idem esse testãtur plerique, sicut docuit Leonicenus cõtra Pli. agens de hac re. Credidit Pli. saniẽ fuisse draconis elisi põdere, permixto vtrius'que animalis sanguine alij putauerunt. Meminit Cinnabaris, quàm scitissimè Diosco. libro quinto, id cõuenire ad oculorum medicamenta, fert idem author, ac cohibere sanguinem: Cinnabari vsa est antiquitas ad monocromata, hoc est, ad ea quę colotibus singulis pingebãtur. porrò scribit Victruuius, libro septimo, ca. VIII. de minio hæc nõ ingrata. Ingrediar, ait, nunc minij rationes explicari, id autem agris Ephesiorum clinianis primum memoratur esse inuentũ, cuius & res, & ratio satis magnas habet rationes. Foditur enim gleba, antequã tractationibus ad minium, vena vti ferreo magis sub ruffo colore habens circa se rubrum puluerem. Cum id foditur, ex plagis ferramentorum crebras emittit lachrymas argenti viui, quę à fossoribus statim colliguntur. De temperatura autem minij paulò mox ait. Ipse enim glebæ cum sunt aridę pilis ferreis contunduntur & moluntur, & lotionibus & cocturis crebris, efficiuntur, vt aduenient colores. Cum ergo hæc emissa erunt, tunc minium propter argẽti viui relictionẽ, quas in se naturales habuerit virtutes reliquit. hæc ille & multa id genus, de hoc, Batillis ferreis, ca. legitur. Est'que ferreum receptaculum batillus quo pruna colligitur, Item et pro bractea ponitur, ac lamina & pro instrumento vtimur ad elices fossas faciendas, Milton etiam Minium vocant.

CAPVT .IX.

LAMINAS DVCI ET SPECVLA, &c. Seneca grauis author primo naturalium specula ad hoc inuẽta fuisse tradit, vt homo ipse se nosceret. Multi, inquit, ex hoc consequuntur primo sui notitiã, mox & consilium quoddã. Formosus, vt nitet infamiã deformis, vt sciat, virtutibus redimendum quicquid corpori defuerit. Propterea ferunt Socratem suasisse discipulis, vt semel in speculo cõtemplarentur, vt qui eorũ esset pulchritudine sibi cõplacitus, procuraret, ne corporis dignitatem morum turpitudine macularet. Qui verò minus esse elegãti forma, statim niteretur virtutis splendore se collustraret, corporis dãna ingenia virtute rependens. Porrò de speculorum materia agendum obiter, oportet autem speculorũ materiã esse lenitatem aliquam, ac partium inoffensam continuitatem, carentem quidem meatibus cẽsui perspicuis, propterea quę meatus quosdã habent specula effici nõ possunt, formam autem speculorum oportet esse politurã

Speculorũ ratio.

quandam

quandam perfectam, hoc est, amotionem omnem asperdinis. Fit autem aliquando imbecillis imaginum expressio, quia tunc formæ reflexæ debiliores sunt, ob id debilius offeruntur, ac mouent.

CAPVT .X.

NON ERAT APVD ROMANOS, &c. De diuitijs Crassi ac Romanorum aliorum affatim meminit, & scitè quidem Budæus noster, libro secundo assis, repurgatque locum hunc ac non legendum censet, vt passim legitur, sed hoc modo. In agris sestertium bis millies possedit, hoc est, ære nostro quinquagies centena millia aureorũ coronatorum. Qui de his plura volet, locum habet quã adeat. DECOXISSE CREDITORIBVS SVIS, &c. Decoquere verbum elegans pro creditum, vt sic dicam non soluere, ac ære credito fraudare, hinc Plinius aliubi, id est, vicesimoprimo. Crocum syluestre optimum, serere in Italia minimè expedit ad scrupula vsque singula areis decoquentibus, id est, depositum non reddentibus: decoquere igitur est depositum non reddere. Decoquere etiam est diminuere, ac absumere: hinc decoctores patrimoniorum, qui omnia consumpserunt studio gulæ, ac ganeę causa. Portio fuerit. BITHINII PYTHII, &c. De diuitijs Pythij Bithinici, habes de hoc apud Herodotum libro septimo, & apud Trogum, & ampliter apud Budæum, libro quinto assis, vbi opum illius scitè meminit hæc quæ omnia explicuit ad vnguem, quare nec de his differere fuit consilij nostri.

Decoquere.

Decoctores.

CAPVT .XI.

VASA EX ARGENTO MIRA INCONSTANTIA HVMANI INGENII VARIAT, NVLLVM GENVS OFFICINAE DIV PROBANDO, &c. Hoc caput parum habet fuscedinis, quare de hoc obiter. Vocantur autem anaglypha super aspera, nam glypha vocamus, quæ non læuia sed aspera sunt, vt cælaturæ quæ sunt inequales ac eminentes apud Victruuium. Anaglypha dicta ἀπὸ τοῦ ἀνὰ καὶ γλύφω, id est, ab ana, quod est super, & glypho, quod est scalpo. Et quæ in asperitatem incisa sunt, auroque circumlata, anaglypha scitè dici possunt. Porrò, emblemata qua voce vtitur Plinius capite sequenti, sunt opera vermiculata ex tessellis insititijs apta. Erant etiam ornamenta vt hic, in vasis argenteis acaureis. Toreumata etiam cælaturæ dicũtur ac emblemata. Cæterum, sil, cuius meminit Plinius capite decimotertio. Est sili color, vt ochræ luteus, qui tamen cremato sile marmoroso acetoque restrincto, abit in purpureum. Genus aliud scyricum dicunt ab insula Scyro. MAGYDAS ET STATERAS. &c. Magida, instrumenti genus coquinarij, authore Polluce, Stateram lancem appellãt. Magida etiam genus est panis, vocant etiam climateras & climacas, vasis genera, author est Pollux.

Anaglypha.

Emblemata.

Toreumata.

Sil.

CAPVT .XIII.

SILE PRIMI INSTITVERE, &c. Agendum eſt hîc obiter de coloribus, primo de cæruleo, cuius origo ab ærarijs metallis in cypro. Copioſius ex harena literali ſecundum quoſdam ſub cauatos ſpecus maris inuenitur, cuius meminit Victruuius libro ſeptimo, cap. xi. his verbis. Cærulei temperationes Alexandriæ primum ſunt inuentę, poſtea item Veſtorius puteolis inſtituit faciundū. Ratio autem eius, è quibus eſt inuenta, ſatis habet admirationis. Arena cum nitri flore conteritur adeò ſubtiliter, vt efficiatur quemadmodū farina, & æri cyprio bimis craſſis (vt ſcobis) facto immixta conſpergitur, vt conglomeretur, deinde pilæ manibus verſando efficiuntur, & ita colligantur vt inareſcant. Hæ aridæ componuntur in vrceo fictili, vrceus ponitur in fornace, ita æs, & ea arena ab ignis vehementia conferueſcendo cum coaruerint, inter ſe dando & accipiendo ſudores à proprietatibus diſcedunt, ſuiſque rebus per ignis vehementiam confecti cæruleo rediguntur colore, vſta verò quæ ſatis habet vtilitatis in operibus tectorijs ſic temperatur. Gleba ſilis boni coquitur, vt ſit in igne candens, ea autem aceto extinguitur, & efficitur purpureo colore. Sunt qui hic legant Neſtorianum, quādo legendū ſit Veſtorianū aut Viſtorianū, vt cōijcere licet lectione Victruuij.

λειώμα. Porrò quod vocat lomentū, λειώμα putant dictū græce aliqui. Cęterum Plí. ſil mordere ac adſtringere tradit, Dioſcori. libro quinto, cæruleum refert etiam reprimere, modicè erodere, exulcerare, cruſtas gignere. Porrò, lomentum hic ſignificat tenuiſſimum quoddam tritum.

Vaſa deliaca. Porrò vaſa hic deliaca vocat à Delo, ſicut corynthia Corynthia, ex Delo enim precioſum æs fuit erutum, hicque antiquiſſima æris gloria fuit, vnde ad Romam auectū eſt æs, cuius rei meminiſſe videtur Cicero in actione pro Roſcio. Domus, inquit, referta vaſis Corynthijs & deliacis. Et quarta actione contra Verrem. Supellectilem ex ære deliacham & corynthiam.

Commentariorum in Triceſimumtertium Plinij Secundi, Naturalis hiſtoriæ, ſcriptoris argutiſſimi,

FINIS.

In Triceſimumquartum Stephani Aquæi, viri equeſtris, Scholia.

CAPVT .I.

PROXIMA DICANTVR AERIS, &c. Summo habitum tum pretio, tum honore, ac vſu æs conſtat: nam loco auri argentique antiquos fuiſſe vſos probant tribuni ærarij, ac æs militare, & ærarij pręfecti: de quib⁹ meminit abundè Budæus, libro ſuarum annotationum, quem adibit qui de his volet amplius.

Monopodia. Aere abaci, monopodia, id eſt menſe vnico tantum pede ſubnixa fiebāt antiquitus, itē candelabra, vt nunc, item lychunchi, columnæ. Capita ſequentia

ta sequentia nihil habent difficultatis, quia iure omissa. Lycunchi dicuntur, ea quę lucernas sustinent, & elychnium, funiculus papyraceus vel stuppeus, qui stans in oleo aduritur, græci id vocant phlegmon, vel thryallida. Auctio autem candelabri fuit hæc, authore Dione. Mar. Varro. Candelabra, ait, à candela, in his enim funiculi ardentes figebantur, vnde Martialis de candelabro corynthio.

Nomina candela nobis antiqua dederunt,
Non norat parcos vncta lucerna patres.

Sensus ergo Plinianæ lectionis est pudere debuisse eum, qui candelabrum Corynthium talento mercatus fuerit, quantum erat tribuni militaris stipendium. Militare item instrumentum obeliscolychnion vocari ab vsu gemino veruculi & lucernæ. Si verò legas tribunatum militarem, sic sensum defendere poteris, vt docuit Hermolaus. Nec pudet tribunatum militarem, id est, ipsos tribunos, candelabra salarijs suis emere, quod erat vtique turpissimum, quando milites in balteo salarium non in pompa & luxu habere debent. Cæterò de gegania, cuius hic meminit etiam Titus Liuius, gentem fuisse Gegania Romæ ait in rebus gestis Anci Martij, & Diony. in libris antiquitatum.

CAPVT IIII.

ROMAE SIMVLACHRVM EX AERE, &c. Inuenta simulachra sunt, vt aiunt peritiores, vt memoria eorum semper extaret, potissimum apud Romanos, quando Moses vir alioqui sanctus ac sapientissimus, authore Iosepho, primo contra Appiũ, et decimoseptimo antiquitatum, suis legibus prohibuerit omnino simulachrum fieri ac in templo poni. Romani tamen ob res gestas, & quidem bellicosas (vt sic dicam) ac triumphales titulos imagines figi decreuerunt, tum ob æternam memoriam, tum vt iuuentutem inflammare possent, ad rem publicam iuuandam more patrum, qui multa bene gessissent, propterea gentiles imagines habebant soli apud Romanos, qui autem obscuro loco erat, huic nulla erat imago. Vnde Tranquillus in Vespa. Flauia, ait, gens obscura illa quidem, ac sine vllis maiorum imaginibus, sed tamen rei publicæ nequaquàm pœnitenda. Hinc profectò emersit, vt imagines pro nobilitate generis accipi solent. Cicero ob id de lege agraria significare volens se nouum hominem, hoc est, nullã generis nobilitatem commendabilem, consulem tamen factum, ita ad populum inquit. Quemadmodum cum petebam nulli me uobis authores generis mei commendarunt, sic si quid deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me à vobis deprecentur. Idem ad Pisonem, fumosas imagines appellauit antiquissimi generis stemma, ac nobilitatem, vt nunc diximus antiquam, ob id Iuuenalis ait.

Imagines pro nobilitate.

Fumosos equitum cum dictatore magistros.

Ante autem Romanos simulachra ac imagines, pelasgos habuisse testatur Dionysius Halicar. Macrobius ab Hercule autumat hunc morẽ ponendarum imaginum defluxisse, primo saturnalium. Diodorus Sicu. libro quarto ab Aetiopibus simulachra primo posita tradit, & ab eis ad Aegyptios transisse. Valerius Maximus, libro secundo, M. Attilium statuam equestrem auream patri posuisse tradit.

CAPVT QVINTVM.

TOGATAE EFFIGIES ANTIQVITVS, &c. Togatae effigies quondam apud Romanos fiebant, graecorum tamen mos fuit, effigies nudas apponere. GYMNICIS EXEMPLARIBVS &c. De gymnicis alibi diximus. Vale. Max. libro. ii. titulo institutorum antiquorũ, de aurea statua in italia sic agit. Statuam auratam in vrbe nec vlla parte Italiae, quisquàm prius aspexit quàm à M. Attilio Glabrione equestris patri poneretur in aede pietatis &c. Quod de Caesare agitur hic, lege Suetoniũ. LVPERCORVM HABITV, &c. Lupercorum habitu dixit, pro nudo habitu, ac si dicat nudas statuas. Lupercalia facientes sacra in honorem panos nudi erant, vnde Cicero insectatur Mar. Anto. quòd lupercalibus in quibus sedebat Caesar amictus toga purpurea in sella aurea coronatus se lupercum exhibuit, nam nudi sacerdotes luperci currendo lustrabant ciuitatem, & verberabant praegnantium manus mulierum, vt faciliores essent partus zona ex corio caprino, quare cecinit Ouid.

, Quis vetat arcadico dictos à monte luperco?

, Faunus in arcadia templa lyceus habet.

Caeterò Actius poeta cui' hic meminit, fit apud Vale. Max. de eo mẽtio libro. viii. titulo cupiditatis gloriae. Celetas hic Pli. intelligit certandi equis genera, nã ea duo erant, vt ait Pausanias & Pindarus, sinoris & celetes, Cinoris erat biga è duobus equis adultis, Celetes singulari equo currebant, de quibus Hermo. Porrò capi. vi. quae de coruncanis eorum meminit Appianus, item Polybius Lucius que Florus, & quae de Gn. Pompilio, qui dicitur circumscripsisse virga de eo. fit mentio apud Valerium. & apud Cice. in philippicis, & Trogum. De cloelia & eius statua, Liuius libro secundo meminit, & de gẽte cloelia in Marco Martio. RELICTO MORAE TEDIO, &c. Id est, apparatu relicto, tedio morae.

Celetes

CAPVT. VII.

FVISSE AVTEM STATVARIAM, &c. Statuari ars res est antiqua, vt conijcere licet. Statua Iani bifrontis erecta fuit Romae, vt ait hic Plinius. Fuere praeterea alia simulachra Romae, vt docet etiam diuus Augustinus libro ciuita. Signa hic tuscanica, vocat simulachra, à tuscis populis cerimoniarum obseruãtissimis. Porrò quod ait de M. Scauro, et eius scaena, meminit Budaeus, hũc locum & explicans & repurgãs, libro assis tertio, quem adeat qui de his volet. STATVARVM quas colossos vocant, &c. Colossus, moles ponderis & altitudinis ingentis, hinc colossica onera apud Victruuium, quae magnae sunt molis, & colossicotera, comparatiuum graecum, pro grandiora instar colossi. Colossus apud rhodum immensae magnitudinis fuisse fertur, cuius meminit Strabo, decimoquarto, his verbis, de rhodo agens. Nam per eos libera mãsit, & multis donis fuit ornata, quorum pars in templo liberi patris & in gymnasio posita est. Pars alijs in locis, sed optima sunt Iouis colossus, quem qui iambum composuit, dicit à Charete Lindio septuaginta cubitorum factum fuisse, nunc ex terrae motu fractis genibus collapsum. Rhodij ex causa quadam prohibiti, non erexerũt, haec ille.

Tuscanica.

Coloss'

CAPVT. VIII.

SIGNIS

IGNIS QVAE VOCANT CORINTHIA, &c. Ex ære corinthio siue mixto simulachra. SPHINGEM verri reo, &c. Sphinx ab effectu nomē habet, quia homines suis quæstionibus ita stringeret, vt se expediri non posset, σφυγἕιν enim græce, est constringere, vel vincere est. Lactantius. i. theb. scribit sphinga fuisse animal, alas, & vngues habens modo harpyarum, quod insidens scopulo viæ eminenti, insolubilia ænigmata transeuntibus præponebat, quæ cum soluere non possent, ex improuiso veniens, alis & vnguibus ad se in rupem trahebat. Cæterò de phidia meminit Strabo libro octauo, his verbis. Magno illæ fuere ornamento, fuere tot oblata ex vniuersa Græcia munera, præcipuum extitit solidum ex auro Iouis simulachrum, à Cypselo Corinthiorum tyranno donatum. Ingentior his omnibus Iouis statua fuit, quam Phidias Carmeni Atheniensis filius fabrefecit ex ebore, opus magnitudine tanta, vt ædes sacra sit amplissima artifex ipse non symtriam videtur animotasse, sedentem effingens, tectum ferè vertice pertingentem. vnde apertè demonstratur, vt si rectus exurgat, tectum templi deijciēdum fuisset. Statuæ mensuram descripsere quidam, id quod Callimachus quodam carmine iambico extulit, hæc ille. Idem Polycleti statuarij meminit libro octauo his verbis. Dicatum Iunoni templum, iuxta Mycenas in illo sunt Polycleti simulachra, artis laude omnium præstantissima sumptu, & magnitudine, phidiæ sanè imaginibus cedētia &c. ARTEM TORENTICEM, &c. Artem tornatilem, sunt enim græci τοςευματα, id est toreumata, tornatilia, id est quę torno facta sunt, torentice tamen complectuntur scalptura siue cælaturam.

Sphinx

Terentice,

DORIPHORVM PVERVM, &c. Hoc est, puerum ferentem lanceam. Doriforí etiam erant spiculatores.

DESTRINGENTEM, &c. Destringere se dicuntur, qui se abstergunt, poliunt. ASTRAGALIZONTES, &c. Astragalis ludentes. ARTEMONA, &c. Artemon est quandoque velum nauis, quod extēditur amplissimum. Artemona etiam Victruuius docet esse quod græci vocant, epagunta. Hoc solent in nauibus funes ductarij trahi, fuit etiam nomen authoris. Sunt qui hic non periphonetos, sed periphoretos legant, periphoretum dicimus, quasi circumlatile.

Artemonem

DISCOBOLON, &c. Discoboli, id est, Διςκοβολοι, propriè dicuntur illi, qui discum in sublime solent iactare, discum inquàm, hoc est lapidem rotundum ac pertusum. De his Quintilianus libro secundo, his verbis de hoc agit. Quid est tam distortum & elaboratum quàm est ille discobolos Myronis? &c.

Discobolon.

PERSEA, &c. A Perseo illustrissimo.

PRISTAS, &c. Pristis, propriè genus quoddam piscis magnum, de quo cecinit Vergilius.

, Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo
, Pubetenus, postrema immani corpore pristis.

Græci πρισιν etiam sectionem vocant. DELPHICOS PANTAHLOS PANCRATIASTAS, &c. Pantahlus, qui quinque generibus certat, pancratiastes, qui certauit & vicit: id discerniculi aliqui ponunt inter hæc duo. Sunt ergo pancratiastæ, qui manibus pedibusque pugnant, vt interpretatur Suidas. Vnde Gellius ait libro vndecimo. Nam sicut illi (de athletis enim loquitur ac pancratiastis) ad certandum vocati, proiectis ante brachijs, consistunt, caputque & os suum, manibus oppositis, quasi vallo præmuniunt &c.

Pātahl⁹

Symmetria. SYMMETRIA DILIGENTIOR, &c. Symmetria cōmẽsuratio recta, ac proportio elegans, & apta. STADIODROMON, Stadiodromi etiã dicuntur, qui in stadio cursu certãt. Hic stadiodromō est locus in quo ludi & cursus exercebantur. Astylus hic est nomen cursoris illustrissimi crotoniatæ, cuius meminit Plato in legibus, quem prædicat perpetua castitate clarum.

Apoxiomenos. APOXIMENON, &c. Id est, sordes è corporibus detergentem. Apoximenos dicitur qui sordes è corporibus destringit. De lysippo meminit Strabo, libro geor. xiii. Catachisin, id est effusionem caliginis, nam caligo græcè ἀχλύα est, in quibusdam codicibus legitur cataclytum, quod locum concauum ab aqua cadente dicitur, sed prior lectio syncerior.

Cataclytus. Periboetus. PERIBOETON, &c. Græci periboeton dicunt famigeratum ac cœlebrem. OENOPHORVM, &c. Vas vinarium. SAVROCTONON. Quasi lacertam occidens, de hoc alibi.

Vernilitas. VERNILITATIS, &c. Adulationis, hinc verniliter, pro adulatoriè, & vernilis, pro scurrilis. BATTON, &c. Vel battum. Fuit battus ex genere polymnestri, apud Minias gratus admodum, luco dei quondam habitus, cuius est hæc historia, quum Grinus Theræ insulæ rex batto eum alijsque comitantibus ciuibus delphicum oraculum consulturus adijt, cui respondit Apollo, vt conderet vrbem in Africa. Quo audito, ego, ait, o Pythia senior sum, ac grauis admodum, ob id aliquem meorum sociorum iubeas facere, tum pythia battum qui regem comitatus erat ostendit de hoc Herodotus. Porrò, spilumene cuius hic meminit, est mulieris sordidæ nomen, sordidam enim mulierem iure dixeris spilumenem, nisi legas quod satis arridet, psilumenem, quasi dicas caluam ac depilem, glabramque. PERIXIOMENON. Nomen operis. Porrò vbi ait hic. IN PARTHENONE ASTANS, &c. Parthenon fuit tẽplum Mineruæ, vt ait Plutarchus, locus etiam dicitur vbi virgines congregabantur. Fuit autem phanum ad Acropolim, quod pericles curauerat ædificandum, authore Ictino architecto, cuius rei meminit Strabo. Ouidius etiam templi ac deę meminisse videtur huius, hoc versu.

, Arcis vt acteæ vel eburna vel ærea custos.

, Bellica phidiaca stat, dea facta manu.

Et subdit Plinius. FECIT CLIDVCHVM, &c. Cliduchũ vocat ferentem clauem, sicut daduchum qui fert faces. Porrò stadiũ differt à diantο, nam stadium pedes in longitudinem ducentos habet, authore Herone. Diantos autem mille ducentos dolichos stadia. xii.

LYPIN PVERVM, &c. Pausanias de hoc meminit. DICENS APPELLATVR, &c. Id est, iustus. SIMVLACHRVM TROPHONII, &c. Huius meminit Cicero, in tuscul. & in diuinationibus. Athenæus item meminit illius. SPIRARCHVM, &c. Id est cohortis præfectum. Porrò de catachlysi, id est caligine, nam ἀχλύα, caligo est. Hic Plinius intelligit raptum proserpinæ, vt conijcere possumus carmine Claudiani, ita canentis. Audito palluit Atlas hinnitu, rutilosque obscurat anhelitus axes, Discolor & lõga solitos caligine pasci. Terruit orbis equos. Et ait Plinius. MARMOREAE, &c. Veneris subintelligas marmoreæ, quam praxiteles fecit. NE melior in equorum, &c. Hoc est, praxitelis haberi simulachrum benignitatis cognomine, quoniam benigni eius ingenij testis esset, qui non dedignatus esset Calamidis quadrigæ aurigam de suo imponere, ne qui in effingendis equis erat artifex optimus repræsentando in homine minor haberetur. ALCMENA NVLLVS EST MELIOR, &c.

Hoc est,

Hoc est, effigiem Alcmenæ nemo præstantius, quam Calamis reddidit.
CALAIS, &c. Ouidius huius meminisse videtur hoc versu.
, Vendicat vt Calais laudem quam fecit equorum,
Erat enim Calais pictor, ac effector equorum præcipuus.
EVCRIOMENOS, &c. Vox defluxa ab ariete quem κριὸν dicunt. Fuit enim nomen luctatoris egregij, cuius meminit Eustachius. Fuit, ait, Aeginita, quidam luctator celebratissimus, qui dicebatur Crios, id est, aries, &c.
PVERVM ANTOLICON, &c. Antolicon puerum tradit habuisse statuam in prytaneo Athenis Pausanias. EPITERSEN, Id est, virum illum. CELETIZONTES, Id est, à celetibus volunt supplantatores dici hac voce. QVIDAM PITHO, &c. Flexanimam, ac dicendi præsidem, id est, persuadendi deam.
TEXITECHNOS, Hoc est, artis labefactator, ac calumniator.

CAPVT .X.

METALLA AERIS MVLTIS, &c. Ex omnibus Cadmiæ generibus prefertur. Cypria est enim lapis erosus, ex quo fieri æs aiunt. Cadmia etiam alia est, quę in argentarijs fornacibus fieri solet, cādidior, ac minus grauis, sed non comparanda ærarię. Capnitin hanc vocant aliqui, à fumo, quæ tenuissima sit, botryitin aliam à racemi denominatione, aliam ferunt esse, quæ dicatur à crusta, placodes. De Cadmiæ coctura scitè meminit Dioscorides libro quinto, & de eius medica potestate, quare qui de ea plura volet, locum habet quem adeat. Hæc caua explet, sordes expurgat, excrescentia coercet, crustat, creat, perducit ad cicatricem. Cadmia Capnitis. Botryitis.

CAPVT .XI.

EST SCHORIA AERIS, &c. Scoriam veteres metallorum spurciciam, vt scriptum reliquit Celsus libro v. recrementum etiam id dici potest, huic præfertur flos æris: hoc vocatur etiam calcantos, differt que à squama ęris. Fit flos æris ex ęrarijs officinis, dicitur & psegma clauorum veterum Flos æris, ait Diosco, libro. v. quem nonnulli clauorum veterum psegma, quasi ramentum nominarunt, optimus ille flos qui friabilis, in attritu feruescēs, milij effigie, breuis, ponderosus, modicè splendens at'que constringēs: hic a dstringit, refrigerat, excrescentia coercet, offusam oculis caligine ē emēdat, sed magnopere mordet, crassū humorē extrahit, tōsillas reprimit. De squama autē id notandū eā fieri ex clauis cyprio ære fabricatis, bona ea dicitur quæ helitis vocatur, Quæ autē fit ex malo ære, vitiosa intelligitur, vim habet adstrictoriā squama æris, extenuantē, reprimētē, & erodētē, coercet praua vlcera, ad cicatricē perducit, additur ad oculorum medicamenta. LAVATVR HAEC, &c. Modū docet ampliter Diosc. lib. v. Porrò Celsus duo genera æris esse tradit, rude antiquitus dicebatur raudum, vel rodum, de quo alibi. Porrò ęrugo cuius hic meminit, non citra vsum est, rasilis enim ęrugo græcis dicitur, ion, xistō. Scoria. Chalcātos. Psegma Aes. Iō xistō

CAPVT .XII.

Chalcitis.

EST ALTERVM, &c. Genus aliud æruginis est, quam vocant scoleciam, cuius duę sunt species, quędã fossilis, authore Diosco. altera factitia, fit ex lapide ærario, quē chalcitin dicunt. Victruuius de Aerugine meminit, libro septimo. De hac scolecia abundè Diosco. oculorum cicatrices emendat, extenuat, excalefacit, sistit nomas, gingiuarum excrescētias coercet, fistularum erodit callum. Chalcitis lapis, cuius hic meminit, lapis est ærarius sic dictus, quia ex ipso æs coquitur, complectitur tria genera, Aes, Mysi, & Sory. Hic chalcitis habet vim absterforiam, excalfacientem, obducentem crustas, purgat hic, quę oculis hærent, valet ad ignem sacrum, & vlcera quæ serpunt sanguinem, authore Diosco. è vulua, ac naribus erumpentem cum succo porri sistit, absumit scabriciã genarum. Sory autem putauerunt esse Melanteriam, authore Dioscor. libro quinto, quãuis sit sui generis, huic virus inest graue, nauseam mouet, inuenitur in ægypto. Item in Libya, Hispania, Cypro, firmat id dentes labantes, miscetur ijs quę capillos denigrant. Mysi autem Aegyptium pręfertur cæteris generibus. De quibus qui copiosius volet, adeat Dioscori. libro quinto. Atramentum sutorium, id est, quod vocant Calchãtum, adstringit hoc, calefacit, crustas inducit, autho Dioscori.

Sory. Melanteria. Mysi. Atramētū sutorium.

CAPVT .XIII.

Pōpholix. Sphodion.

ETIAM NVNC IN, &c. Pompholix differt (vt quibusdam placitum video) à spodio, quia pompholix paratur lotura, spodium autem sine. Pompholix fauilla, ac ampulla est æris & cadmię. Spondion autem ferunt esse nigriorē fauillam mixtis scintillis ac carbonibus. Fit etiam pomphilix ex sola cadmia, authore Gale. Cinerulam dixeris iure spodiũ, bullam verò, ac ampullã pomphilygem, pomphylix adstringit, authore Diosco. libro quinto, refrigerat explet, purgat, obstruit, obducit crustas. Antispodium autem est cinis fici, atque caprifici, ac lentisci, de quo meminit Dios. libro quinto. Cæterò, diphrygis sunt tria genera, authore Dioscorid. quoddam est metallicum, quod in Cypro sola gignitur, alterum perfecti æris. Tertium fit lapide pyrite, vt docet etiam Dioscorid. Hoc adstringit, purgat, excrescentia consumit, quæ hic Plinius ait, desumpta penitus ab Dioscori. videntur, dictum id volũt, quia à sole & saumentis vratur arescat, ac fermè torreatur.

Diphrygis.

CAPVT .XV.

FERRVM ACCENSVM IGNI, &c. Ferrum quod græce dicitur σίδηρος. Fieri dicitur simile æri, vbi rubens est, non fieri nisi alumine, ac aceto à rubigine dicitur vindicari cerussa & gypso & pice liquida. Aqua vbi ferrum candens fuerit extinctum dicitur prodesse lienosis si post cibum sumatur, author est Celsus, libro quarto. Ferri rubiginem ferunt sistere fœminarum profluuia, illitam verò ex aceto ignibus sacris & papularum eruptionibus mederi. Condilomatis, authore Dioscorid. libro quinto prodest gingiuas firmat, alopecias replet, Scoria, id est, spurcicia eiusdem est potentiæ eodem authore. Capita sequētia facilia quare à nobis omissa, Capi. XVII, vbi legitur statícula, & pe-

torita, &c.

torita, &c. Staticulum pro vehiculo poni solet, sicut Essedum in equo, Petoritum in mula. Staticulum etiam pro genere quodam saltationis à Plauto positum legimus. Item pro parua statua ab Hierony. Hygramplastra Plinius vocat emplastra liquida. Xeria verò dicuntur arida. Staticula. Xeria emplastra. Hyagra

CAPVT. XVIII.

IN MEDICINA PER SE, &c. Paratum nō solum est plumbum eleganti supellectili, sed etiam medicinæ vsui, vt conijcere licet verbis Plinij. Item & Dioscori. cui in lolotura plumbi penitus astipulatur. Elotū enim vires habet præstantiores, hoc enim refrigerat, adstringit, obstruit, mollit, explet, authore Dioscori. libro quinto. Vritur item plumbum, cuius vstionem docet Dioscorid. abundè. Halitus enim plumbi vsti, canes subitò occidit. Est & plumbago, quam alij molibdenam dicunt. Estque argenti, plumbique vena. Hec habet vim spumæ argenti, carnem recreat, & vlcera ad cicatricem perducit. Cæterò Psymithion non est sine medica vi. Est enim id Cerussa, cuius scitè meminit Victru. libro septimo his verbis. De cerussa, ærugineque, quam nostri erucam vocant, non est alienum quemadmodum comparetur dicere, Rhodij dolijs sarmenta componentes acetum suffundunt, & supra sarmenta plumbeas massas collocāt, deinde dolia operculis obturant, ne spiramentum obturata emittant, post certum tempus aperientes inueniunt è massis plumbeis cerussam. Cerussa verò cum in fornace coquitur mutato colore ad ignis incendium efficitur sandaracha, &c. Dioscorides, libro quinto laudat Rhodiam Corinthiam, quem adeat, qui de hoc fusius volet.

Plūbū. Plūbago. Cerussa

Commentariorum in Tricesimumquartum Plinij Secundi, Naturalis historiæ, scriptoris argutissimi, FINIS.

IN TRICESIMVMQVINTVM PLINII, STEPHANI AQVAEI, VIRI EQVESTRIS, SCHOLIA.

METALLORVM QVIBVS OPES, &c. Exacta metallorum herbarum, animaliaque natura, ac arte cælandi. Nunc de picturæ & dotibus, & honore agendum est. Ars profectò picturæ tantę fuit dignitatis, vt eam reges maximè amplexati sint.

CAPVT PRIMVM.

Vermiculatū opus.

PRIMVM DICEMVS, &c. Marmoria ars, ac dignitas non solum maximè exculta fuit, sed picturæ meditatio, item opera intestina, id est, lignaria eleganter ornata coniuncta'que. Effigies certè tum crustationibus vermiculatis: tum pictura variegatis effectę sunt in laudes multorū. Vermiculatum enim opus est, opus tessellis insititijs aptum at'que consertum, quod & amblema dicitur. Huius rei meminit Cicero in Bruto, his verbis. Nullum nisi loco positum, & tanquàm in vermiculato emblemate (vt ait Lucilius) structū verbum videres. Emblemata etiam erant ornamenta apud antiquos exemptilia cum libitum in vasis argenteis, ac aureis. Et subdit Plinius.

NE SPACIA MONTIS IN CVBICVLO DELITENTIA, &c. Sensus est. Non placere iam syluas & innata montibus nemora, hoc est, opera intestina, siue ex lignis artificiose fabricata cœpisse pingi lapides. Quando enim Plinius, ait. Spacia montis intelligit arbores præstantissimas ad fabricam natas in montibus, quarum materiam constet elegantem, ac operibus intestinis aptā. Opus enī intestinū, id est, quod vulgo nostrates dicūt Menuseria.

CAPVT .II.

Imaginum honos.

IMAGINVM QVIDEM, &c. Honos quā maximus imaginibus fuit apud Romanos, quę sic illis dicatę erant ob virtutis, aut egregij facinoris acta. Qui enim de Repub. bene meruissent patriam'que bello, ac armis triumpho ne aliquo exornassent ijs dicabantur imagines ad iuuentutem ad eadem agenda inflammandā, & ad antiquorum memoriam.

VVLGATIS IAMPRIDEM, &c. Hoc est, frequentari iampridem tales statuas cœpisse, quarum capita permutarentur, nec hominū modo, sed etiam deorum at'que numinum. his opem ferre potest dictum Tranquilli, sic inquientis, in Caligula, Diuinam maiestatem asserere cœpit sibi: dato'que negocio, vt simulachra numinum religione & arte præclara, in teque Olympij Iouis apportarentur è Græcia, quibus capite dempto suum imponeretur. Et idem Tran. in Tibe. statuę Augusti, caput quidam depresserat, vt alterius imponeret, &c.

Pinacothecæ. Tablinū

PINACOTHECAS, &c. Pinacothecæ locus erat quo imponebantur tabulę pictæ per atriū, in Tablino rerū, in magistratu gestarum monumenta cōtinebantur. Scribit Varro multos spectatum venisse villas Luculli vt viderent Pinacothecas. Tablina etiam dici possunt Grāmatophilacia. Cicero de natura deorum Tabularia appellauit.

CAPVT TERTIVM.

ET HOC QVIDEM, &c. Hoc caput parum habet fuscedinis, quare raptim de hoc agendum. Monogrāmaton vocant proprie picturam linearem. Alij hic legunt Monochromaton.

CAPVT QVARTVM.

APVD ROMANOS, &c. Hoc cap.facile eſt perceptu ſaltem mediocriter peritis. Quod autem ait Plin. de lepore Craſſi eum agentis ſubueteribus. Hic enim,ſubueteribus verbum, eſt nomen loci, cuius etiam meminit Sueto. Biſariam, ait, laudatus eſt pro æde. Diui Iulij à Tiberio & pro roſtris ſubueteribus à Druſo: ſunt tamē qui Veteribus ſolum legant: non ſubueteribus. Plautus etiam hac voce vtitur his verbis, in Curculione. Subueteribus ibi ſunt qui dant qui que accipiunt fœnore. Et Cicero quarto academicorum. Interim cū ille æſtuaret veterū & Menianorū ſic academicorū viā ſecutus eſt. SED ET pars in foro ſub nouis, &c. Dixit ſub nouis: ſicut ſubueteribus pro nomine cuiuſdā loci. De autem hoc lepore, cuius hic fit mentio, non de M.Craſſo, ſed de Iulio Cæſare, qui fuit clarus orator eum fuiſſe celebratum. Ferunt Cicero & Fabius. Valde, inquit Cicero de Oratore, ridentur imagines, quę ferè in deformitatem, aut in aliquod vitium corporis ducūtur cum ſimilitudine turpioris, vt meum illud (Ex Cæſaris perſona loquitur hic Cice.) in Helmium Manciam iam oſtendam cuiuſmodi ſis, &c. Et Fabius. Rarum eſt, vt oculis ſubijcere contingat, vt fecit C.Iulius, qui cum Helmio ſæpius obſtrepenti ſibi diceret, etiam oſtendam qualis ſis. Iſque planè inſtaret interrogatione qualem ſe tādem oſtenſurus eſſet, digito demonſtrauit imaginem galli in ſcuto cimbrico pictam, &c.

Subueteribus.

CAPVT .VI.

SVNT AVTEM COLORES, &c. De coloribus tum natiuis, tum factitijs abundè Victruuius. Sinops in eorum albo numeratur Victru. libro ſeptimo, vocans Sinopicam rubricā Corne. vocat Minium Sinopicum meminit etiā Strabo, libro Geo. xii. Dioſcorides, libro quinto. Eſt & rubrica fabrilis quòd fabris acta ſit lignarijs. Galen. ochram exco qui in rubricam teſtatur. Dioſcorides probat Sinopem Capadocię. Sinopem, vel ſinopidem vocant, quòd in ſinopem vrbem adportari ſoleat. Porrò quod Plinius ait de medica vi. Dioſcorides eadē tradit, libro ante la to, aluum enim ſiſtit. vim habet exſiccatoriam Iocineris morbo ſubuenit.

Sinops.

VSTA CASV REPERTA, &c. Hoc eſt, cauſis pigmentorum muliebrium. Erat autem vſta qua primus Nicias vſus eſt, quod genus picturæ Encauſton vocabant, hinc atramentum librarium encauſtum vocare ſolemus.

ORCIS, &c. Vaſis de quibus actum eſt. TRYGINON, &c. Id eſt, fæce plenum, ſiue fęcatum, gręci Tryga fęcē dicunt. Hyſginum aliqui vaccinum vocant. Alij hiacinthum. Sandix, cuius hic meminit herba eſt vt percipi poteſt carmine Verg. Sponte ſua ſandix, &c. Et Propertij. Illaque plæbæio, vel ſi ſandicis amictu. Catagrapha, vocant quę modo ſunt excurta à breuitate imaginum, quas ita reprę ſentari cum obliquę ſunt poſtulat ratio.

Trygi-non.

Catagrapha.

ICONICOS DVCES, &c. Iconicos verbum aduerbialiter poni poſſe palàm eſt, id eſt, εἰκονικῶς, quod & ab Hermo. animaduerſum eſt. Duces tamē Iconici dici poſſunt, ſicut pictores iconici qui imagines omnibus lineamentis ad exemplar expreſſas formant: qui etiam dici poſſunt Ethici: in quorum operibus mores ſenſuſque expreſſi cernuntur.

Iconici duces.

CAPVT .X.

DESCENDISSE

Anadyomene.

DESCENDISSE HIC, &c. De his obiter absoluamus quādo si quis de Apelle Athenæus, Item Strabo, lib. decimotertio. Pausanias item, & alij ferè infiniti. Hic apelles pinxisse artificiose dicitur Venerem è mari emergentē, quam Anadyomenam vocauit, Cuius meminit Strabo, libro Geo. xiii. Ouidius preterea de Venere ab eo picta ait.

Sinunquam Venerem Cous pinxisset Apelles
Mersa sub æquoreis illa lateret aquis.

De protogene Strabo, libro decimoquarto his verbis. Item ex protogenis picturæ Ialysus scilicet, ac satyrus, iuxta columnam stans, super columna perdix erat, ad quem ita homines hiabant, cum nuper tabula esset posita, vt illum solum admirarentur. Satyrum verò contemnerent, quanquam perfectissimum opus est. Augebant perdices mansueti admirationem: qui à nutritoribus allati & contra pictos appositi canebant ad picturam, & congredi gestiebant, hæc ille. Veniamus nunc ad vocabula salebrosa.

Graphis. Icnographia. Sciographia.

GRAPHIS, Est enim ars pingendi graphis à stylo dicta, quem vocant graphion: sub hac intelliguntur quę à Victruuio, libro primo nominantur, id est, Icnographia, Orthographia, Sciographia.

VLYXES, Hic Vlyxes nomen est operis sicut Aeneas, id est, qui ab pictoribus picti sunt. Hic præterea Plinius Cognationem intelligit nobilium stemma quod græce est σωγγενικόμ, id est syngenicon.

Metoposcopus.

METOPOSCOPOS, id est, eos qui per lineamenta oris atque frontis mores hominum euentaque prædicant.

Plani.

PLANI, &c. Planus hic pro impostorem est græcos πλάνος, id est, planos: qui enim insigni versutia sunt pręditi dicuntur plani, hoc verbo vsus est etiam Cicero pro Cluentio. Hic, ait, ille planus improbissimus quęstu iudiciario pastus, qui illi pecuniæ quam condiderat, spe atque animo iam incubaret contrahit frontem, &c. De planis, id est, impostoribus etiam meminit Eusta. in Odyssea, quando ait ἔςι δὲ πλάνος ὁ τέχνην ἔχων, &c. Hoc est, planus est qui artem quandam profitetur decipiendi etiam spectantibus quales fuerunt Ciphissodorus & Pantoleon.

Rhypagraphos.

RHYPAROGRAPHOS, Hoc est, sordidarum paruarum rerum pictor.

Elotæ. Encyō. Subcollantes.

DIGNV DIGNA, &c. Dignu legi ritè posse colligitur doctrina Fabij, ac Cicer. qui aiunt dignu veteres fuisse vsos hoc verbo, quod annotauit Hermo. Elotas etiam hic Hermo interpretatur famulitia spartanorum, item Encyon quod fœtum ferat.

SVBCOLLANTIVM, Subleuantium. PARERGA, &c. Parerga dicuntur quę alicui rei præter propositum adduntur, vt si pictor alicuius imaginem pingens ornandæ tabellæ gratia arbusculas auiculas addiderit.

Parerga

PROPYLAEVM, &c. Propylea dicuntur vestibula regiæ, vel vrbis, vel templi. Victruuius, libro sexto protyra vocat vestibula ante ianuam: quæ græce dicuntur Diathyra.

Diathyra.

MENIANA, &c. Græci vocant orthas, Honorio & Theodosio testibus. Labeo de priuatis ædificijs: proiecta, ait, ea sunt quæ ita prouehuntur, vt nunquam conquiescant, cuiusmodi sunt Meniana & subgrundia. De origine Menianorum, & de columnia meniana Cicero, Pedianusque abundè.

CAPVT VNDECIMVM.

NON

NON EST, &c. Vocat autem Plinius hîc encaustê inustam. Est autem inurere adhibito igni pingere, vt colligitur verbis Plinij paulò superius quando dixit. QVAM Nicias inquit se inussisse &c. GINECONETIM, &c. Pars in domo vbi mulieres conuersabantur, authore Victruuio. APOSCOPENONTA, &c. Id est, considerabundum siue explorabundũ, alij legunt apocoptunda, quod significat præcidentem ac battuentem. Porrò vbi in quibusdam legitur, Scyllã ancoras &c. Alij tersius scyllis, quod animaduertit Hermolaus, estque nomen viri scionæi. Gineconetis. Aposcopenõta.

CITRA PVLVERIS IACTVM, &c. Prouerbium est in eos qui aliquid facile assecuti sunt, græce simile est ἀκονιαγῶνος, id est, sine certamine: & ἀκονιτὶ dicitur etiam apud græcos ἀμαχεὶ, id est, citra bellum. citra pulueris iactum.

CONETI NEMEA, &c. Hoc est, in altero à sacris græciæ certaminibus, quod Nemea dicitur, cum aspersione pulueris insciſſæ.

ACONITI, &c. Id est, sine puluisculo. CESTRO, &c. Cestron genus teli persici, cestram nonnulli pro stilo ac stimulo ponunt, Cestron etiam ornamentum interpunctum acu, aut re alia ad mulierum vsum, est & Veneris cingulum: & cestros pro betonica herba, hîc pro viriculo, id est, terebra. Cestrõ.

SIMPVNIIS, &c. Simpunia vasa lignea sunt, alij simpulis hîc legunt. Estque simpulum vas paruum, simile ferè cyatho, vnde fœminæ diuinis rebus deditæ appellentur simpulatrices, Simpuli meminit Apuleius. In hodiernum, inquit, populus Romanus dij immortalibus sacrificat.

CAPVT .XII.

DE PICTVRA, &c. De marato, cuius meminit hîc Plinius, fit mentio apud Liuium, ab vrbe condita, libro primo, & apud Ciceronem quinto tusculanarum.

PLASTICEN, &c. Plasis dicitur propriè formatio, & hinc plastes, plasma, & plasmo. Plastes fictor, qui & figulus, plastice fictoria ac figuralia ars qua figuntur imagines ex argilla, proplastice ars faciẽdi typos, id est formas quibus vtuntur operibus figlinis formandis. Plastice. Plastes.

PROTYPA, &c Id est opera quæ ante typos facta sunt, ectypa, quæ ex ipsis formata sunt. CERAMICOS, &c. Ceramicum tegularium vel figuralium κέραμος, tegula hîc ceramicus lucus erat Athenis. Tubulis tegulis quẽ ad balneas hãmatis &c. ALII MASTIS IMBRICIBVS, &c. Masti sunt mammæ, tubulos mammatos vocamus, quæ in balneis & fontibus sunt formata modo mammarum ac papillarũ, vnde effluit aqua, velut ab vberibus, quorum meminit Victruuius libro septimo. De hammatis tegulis, idem Victruuius meminit libro quinto his verbis. Erectæ, inquit, hãmatæ gulæ ab imo ad summum parietem teguntur &c. Et subdit Plinius. protypa. Masti.

COCTILIBVS LATERCVLIS FVNDAMENTIS'QVE, &c. Malim frontatis legere. Sunt enim frontati lateres ij, quos græci diatonos vocant. Frontati autem lapides dicuntur ij, qui vtraque parte parietis faciem certam ostendunt.

CAPVT .XIIII.

Didorō δωρον. Tetradoron. Pētadoron. Epistilia.

QVID? NON IN AFFRICA, &c. Diodoron, id est, duorum palmorum: palmo is autem constat quatuor digitis, δῶρον enim græci dicunt donum, hinc ἀντίδωρον, id est antidoron, remuneratio, & δωροδοκία, id est, dorodocia corruptio muneribus facta, quare iudices muneribus corruptos, græci vocant δωροδόκους, id est, dorodocos, quod Budæus noster annotauit. Diciturque tetradoron, quod quatuor constat palmis, pentadoron quinque, vt explicuit Victruuius libro secundo, quem adeat, qui de his plura volet. EPYSTILIA, &c. Epystilia, quæ super columnam capitula ponuntur.

CAPVT .XV.

sulphur Thion.

HAEC SINT DICTA, &c. Nunc de generib9 sulphuris ac eius dotibus agendum. Vocatur autem græcè thion, id est θεῖον, præstantius existimatur vinum, idque vocatur græcis ἄπυρινον, id est, apyrinon, hoc & lucens non lapidosum. Solet plurimum enasci in Melo & Lypara, vt scriptum reliquit Dioscorides libro quinto. Meminit sulphuris apyrini, Celsus libro quinto, ca. XVIII. vocant sulphur harpaticon, à celeritate auellendi: prodest tussibus, suspiriosis, purulenta exscreantibus in ouo sumptum aut suffitum. Præterea partus nidore extrahit, scabros vngues vitiliginesque tollit, scorpionis morsibus cum resina medetur, lethargicos suffitu excitat, vt scriptū reliquit Dioscorides libro quinto. Alumen ante cuius hic meminit, græcis dicitur στυπτήριον, id est, sthypterion, ab adstringendo. Plura sunt aluminis genera à Galeno; scissum siue scissile, rotundum. Astragaliotes, id est talare. Hygron, id est liquidon, plinthitis, id est crustarium alumine prælita non incenduntur id quod obsidione Athenarum sub Sylla quadrigarius cōpertum scribit.

Alumē

Optimum alumen nascitur in Melo, Macedonia, Sardonia, Armenia authore Dioscoride libro quinto, quod candissimum est, ac gustu perquàm adstringens præstantius est: vim habet excalefaciendi, stringendi, sanandi, expurgandi. genarum carnem, cæterasque excrescentias extenuat, vlcera putrida purgat, gingiuas mobiles sistit, partus extrahit, authore Dioscoride libro quinto.

STROGYLEN &c Rotūdū. FERRVMINATIS &c. Cōglutinatis.

CAPVT .XVI.

SAMIS DVAE SVNT QVAE SYROPICON, ET QVAE ASTER APPELLANTVR, PRIORIS LAVS, VT RECENS SIT, ET LEVIS, LINGVAEQVE GLVTINOSA, &c. Terra quæ græce dicitur γῆ, id est ge, vsum habet medendi, præcipuè ea quæ dicitur georgumene, hoc est agricolaris. Eretria terra duum est generum, altera alba, cinerea altera, quæ vergit ad cinereum colorem præstantior est, vim habet refrigeratoriam, conglutinat sanguinolenta, caua explet: hac terra Nichomachus & Parasius vsi sunt. Terra autē samia genus est coloris candidi, sistit hæc, authore Dioscoride, sanguinis reiectiones, ac vuluæ fluxus, inflammatiōesque mammarum sedat; sudores arcet, valet in serpentium morsus.

chia terra.

Est & terra alia quę dicitur chia, vergēs ad cinereū, similis samię, extendit faciem, erugatque, colorem emendat: eiusdem est effectus ea quæ selinusia dicitur.

sia dicitur. Cimoliæ terræ duo sunt genera, candida, & ad purpureum inclinans quædam est, testium duricias emollit, authore Dioscoride, imponitur & igni sacro, à quibusdam vocatur mectis, siue smectis, & cimolia à cimo vna cycladum. Est etiam & melia terra, quæ pictoribus vsum præbere dicitur. Ampelitis terra etiam in hoc terræ albo ponitur, sic dicta, quia vitibus quando gemmare dicuntur, arcere creditur vermes, quos græci ipas seu senipas, nos verò voluoces dicimus. Valet ad omnes capitis dolores, & serpentium ictus. Cimolia.

Commentariorum in Tricesimumquintum Plinij Secundi, Naturalis hystoriæ, scriptoris argutissimi,

FINIS.

In Tricesimum sextum Plinij, Stephani Aquæi, viri equestris Commentaria.

CAPVT PRIMVM.

LAPIDVM NATVRA RESTAT, &c. Maximæ naturæ dotes in lapidibus sunt, quas hic exequitur Pli. asserens mortales cupidine habēdi, lapidū moles, viscera terræ secuisse, quo eorum monumēta extare possent diuturniora, aut id gessisse tradit causa maximi luxus. Marmora enim sunt argumento nobis, quorum opera tam enixè exquisita sunt, vt scateat ferè quæque regionis pars eorum ostentatione. Ecce, domus omnes ferè marmoreo aliquo opere nitent, item mensæ, & plurima supellex. Capita sequentia facilia, quare omissa à nobis.

CAPVT .V.

CVM II ESSENT, &c. Exopolis, id est extra muros vrbis. Si legas encepis, id est hortis significat. Expolis PANDORAS, &c. Pausanias de hac re sic ait. In ipsa basi cælata pandoræ genesis, quæ prima creditur mulier fuisse. De victoria & sphinge quorum hic meminit Pli. sic Pausa. Victoria quoque aderat magnitudine cubitorum quatuor; & iuxta ipsum Mineruæ iaculum Drachon Erichthonius; in medio galeæ imago spingiæ eminebat. ROMAE OPERA PRAXITELIS SVNT FLORA, &c. Alij non flora, sed cora, id est proserpina, alij Hora id est dea, quæ quatuor anni temporibus præesse fertur. Hora etiam dicebatur dea iuuentutis, hinc cecinit Ennius. Quirine pater veneror horamque quirini. Flora græcis dicitur chloris, cuius meminerit Ouidius. Chloris eram quæ flora vocor. Scribit Pausanias chlorin fuisse opus praxitelis. CARYATIDAS. A caria laconicæ regionis oppido. Cariatidū harū meminit Flora. Chloris

 Victruuius

Victruuius libro primo, Lactantius dictas vult à nuce, quia ibi chorus virginũ me tu ruinæ nucis arborem conscendisset. SYMPLEGADVM, &c. Estque simplega, opus in quo luctantes & omnino consertores spectantur.

Symplegades.

COMMOTRIAS, &c. Deæ eius subministras, ac ornatrices Romæ, authore Festo. Sex vestæ sacerdotes constitutæ sunt, vt populus pro sua quaq; parte ministram sacrorum haberet, quia Roma esset diuisa in sex partes legerim ap tissimè. CHAMETAERIDAS, &c. Id est, pedissequas, quasi seruas à pedibus, vt quibusdam placet. CAMPHORON, &c. Sacra virgo quædam dicebatur hoc nomine, à cista dictam putarim, quasi cistam por tantem, dicebatur hæc virgo famula Mineruæ. Festus caniferam mulierem tradit eam, quæ ferat canum, id est quallum, quod genus significat cistæ.

Chameterides. Cãphoron.

HERMEROTES, &c. Id est, cupidines à Mercurio vox partim defluxa videtur, pro tamen statuis ac sigillis in vniuersum accipi potest. Cæterò Hermo, hic hippiades mauult legi, quàm appiades: interpretatur hippiades statuas mu lierum equestres, & quid appiades significet fatetur se ignorare. Appiades certe cõ cinnius legendum contenderim. Si vir ille doctus legisset locum Ouidij de appiadi bus agentis, non hippiades reposuisset pro Appiades. Locum autem apud Ouidiũ est lib. ii. de arte amandi, vbi canitur.

Hermerotes.

apiades

, His venus è templis multo radiantibus auro,
, Leta videt lites Appiadesque deę.
Et de remedio amoris ait.
, Turpe vir & mulier iuncti modo, protinus hostes
, Non istas lites appias ipsa probat.

Sunt ergo appiades hæ deæ, Venus, Pallas, Pax, Concordia, Vesta. Appiadas dicivo lunt ab aqua appia, quæ prope forum Cæsaris deducta esset. Ad hæc faciunt quæ Tullius tertio epistolarum familiarium tradit, scribens ad appium per iocum. Id, inquit, quoniam tu ista vis, puta nõ inuita Mineruã esse facturum, quam quidem ego si forte de tuis sumpsero, non solum pallada, sed etiam appiada nominabo. &c.

CARYATIDES, &c. Statuæ muliebres, quarum meminit Victruuius libro primo.

CAPVT. VI.

Porus.

HAEC SINT DICTA, &c. Hic Plinius quando ait, SED & in mesa, &c. Intelligit enim partes in domo quas Victruuius vocat Medianas, de quo egimus.

PORO LAPIDE, &c. Porus lapis, quem alij tophum nonnulli legunt. PARIO. Legerim paro. De harena idem Victruuius libro secundo, cap. quarto. In cementitijs, inquit, aut structuris primum est de harena quærendum, vt ea sit idonea ad materiam miscendam neq; habeat terram commixtam, Genera autem harenæ fossiciæ sunt hæc nigra, caua, rubra, carbunculus, hæc ille, & multa id genus.

CAPVT. VII.

NAXIVM, &c. Hic de marmorum generibus agitur. De ophite lapide, genere marmoris meminit Dioscorides libro quinto, plura esse genera asseuerans, quidam ophites grauis odoris est, niger'que: alter cinere colore spectatur. Tertius ophites lineis quibusdam interstinctus est.

CAPVT. VIII.

HVNC

HVNC ALIQVI, &c. Alabastrites quibusdam dicitur onix, crematus cum resina à pice absumpta duricias discutit, stomachi dolores cum cerato leuat, gingiuas comprimit, authore Dioscoride libro quinto. Pyropœcilos, à varietate dictum vocabulum, ait Hermo.

CAPVT .XII.

DICANTVR OBITER, &c. De pyramidibus abundè Herodotus, Diodorus, Strabo, Pomponius Mella. Ammianus libro vicesimosecundo histo. quos adeat qui de his volet. Pyramides.

CAPVT .XIII.

DICAMVS, &c. De labyrinthis Diodorus, Herodotus, & Strabo libro decimoseptimo, quorum scita recensere putarim lectionis luxuriantis: locum habes quem adeas

CAPVT .XIIII.

LEGVNTVR, &c. Templum Ephesiæ Dianæ cõditum fuisse ab amazonibus author est Pom. Mel. strabo architectum dicit fuisse Archiphrontem. Hoc templũm ab Herostrato incensum est, authore Valerio Maximo, libro octauo. Aulus Gellius huius rei meminit libro atticarum noctium sexto. PERONIBVS, &c. Alij beronibus. Suntque berones, siue (vt alij malunt) perones, facci, quasi à pera dicti voce perones. Vsus est Victruuius libro quinto his verbis. Arce duplices relatis tabulis & catenis colligatæ, in eo loco qui finitus erit constituantur, & inter destinatas arcas creta peronibus ex vlna palustri factis calcetur. Est & pero genus calciamenti rustici, cuius meminerit Vergilius septimo Aeneidos. Perones

, Crudus tegit altera pero.
Et Iuuenalis.
, Nil vetitum fecisse volet quæ non pudet alto
, Per glaciem perone tegi.

CAPVT .XVI.

MARMORIBVS, &c. Magneti summa vis ac natura, cui maxima est cum adamante dissidentia, quare Dionysij interpres ait. Magnes

, Hic iuxta positus magnetem viribus arcet
, Occultus raptu ferri, vel tractatibus ante
, Admotum retrahit, defendens robore miro.

Dissidentiæ horum lapidum meminit Augustinus, libro ciuitatis diuinæ vicesimoprimo, capite quarto, ab inuentore nomem sic sibi comparasse tradit Plinius. Lucretius autem à patria Magnesia, quãdo cecinit libro sexto.

, Quod superet agere incipiam, quo fœdere fiat
, Naturæ, lapis hic vt ferrum ducere possit
, Quem magneta vocant patriò de nomine graij
, Magnetum quia sit patrijs in finibus ortus.

Dignum ſcitū quod dicebat Anaxagoras magnetem animatum, quia ferrum attraheret, vnde autem ea vis inſit lapidi huic trahendi ferrum nititur monſtrare Lucretius quando ait: Principio omnibus &c. Et ſubdit.

, Ex ferro meruit vitam, ferrique rigore
, Veſcitur hoc dulces epulas, hoc pabula nouit.
, Hinc proprias renouat vires, hinc fuſa per artus
, Aſpera ſecretum ſeruant alimenta rigorem
, Hoc abſenti perit, triſti morientia torpent
, Membra fame, venaſque ſitis conſumit apertas.

De eiuſdem proprietate abundè Albertus libro ſecundo mineralium, ſed multa fabuloſa narrat, Dioſcorides libro quinto, magnetem lapidem tanto eſſe præſtantiorem, quanto facilius ferrum attrahat ad ſe, & quanto magis cæruleus colore fuerit. Trahit hic lapis cum aqua mulſa trium obolorum pondere craſſos humores.

CAPVT .XVII.

LAPIDEM, &c. De ophite cuius hic meminit Dioſcorides etiam libro quinto, conferre ait capitis doloribus, & ſerpentium ictibus, eſtque marmor ſimile maculis ſerpētū. Locū habes quem adeas ſi de his plura voles.

CAPVT .XVIII.

IDEM THE. &c. Ebur à græcis elephas dicitur, habet vim adſtringendi, authore Dioſcoride libro ſecundo.

CAPVT .XIX.

Coralli-um. CORALLIVM, &c. Pirites, authore etiam Dioſcoride libro quinto, eſt genus lapidis, ex quo æs trahitur: eligi debet ſimilitudine æris. Sunt qui vocent hunc etiam ſideriten & botrychiten: vis illi excalfactoria, adſtringens caliginem oculorum repurgans. Corallium vocant alij lithodendron. Plurimum naſcitur Syracuſis, authore Dioſcoride. Laudatiſſimum rubens refrigerat adſtringit mediocriter, refrigerat, coercet excreſcentia, oculorum cicatrices abſtergit, expletque, efficax eſt contra ſanguinis reiectiones, vrinæ difficultati efficax eſt, lienem abſumit potum cum aqua. Phrygius lapis naſcitur in Cappadocia, optimus habetur pallidus, modicè grauis, gleba eſt pumicoſa, ambuſtis mederi cum cærato ait Dioſcorides. Lapides ſpongiarum rumpunt calculos veſicæ. Gagates præfertur ille qui celerrimè accenditur, & odorem bituminis reddit,
Gagates niger is eſt communi ex parte cruſtoſus, ſqualidus, ac perquàm leuis: vis ei molliendi atque diſcutiendi, authore Dioſcoride libro quinto. Accenditur aqua, extinguitur oleo, ſuffitu deprehendit virgines. Magi eo vtuntur in magiæ eo genere, quod à ſecuribus dicitur axinomanciam. Huius lapidis meminit Nicander, his verbis. ἄλλο τε δὲ ἀζαλέην καίων ἐγγαγίδα πετρὴν ἥ ῥ' οὐδὲ μαλεροῖο πυρὸς &c. Quæ latinè notant Aliquando autem gagatem ſiccum lapidem vrens, quem validi ignis impetus non domat.

CAPVT .XX.

SCHISTOS

SCHISTOS, ET HAEMATITES, &c. Hæmatites habetur optimus qui est friabilis colore niger, durus, in se æqualis, nulla sorde ammixta. Habet vim adstringentem, oculorum cicatrices sanat, & cum lacte muliebris lippitudini confert, cruento sanguinis colore cōspicitur, hinc nomen. Schistos autē lapis nascitur in Iberia Hispaniæ probatur maximè, qui croci colorem habet, friabilis, suaptè natura fissilis, caua explet, ad oculos maximè efficax est. Schistos.

CAPVT .XXI.

AETITES LAPIS, &c. Est lapis veluti prægnans cum quatitur alio in vtero sonante. Grauidis continet partus, cum sunt lubricæ vuluæ, & parum tenaces si sinistro brachio alligetur furem deprehendit, authore Dioscorid. libro quinto. Aetites

MVSEA, &c. Museum opus, quod in ædificijs ex pumicibus dependens quod fit arte ad reddēdam imaginem. Pumices enim erosos Pumicea vocant. Est etiam Museum musis dicatum domicilium.

CAPVT .XXIIII.

CALCIS ET MEDICINA, &c. Fit potissimum è glebis lapidum crematis, nec non è vili marmore vis omni calci in commune ignea, mordens, adurens & crustas inducens absumit, dissipat, vlcera ad cicatricem perducit, authore Dioscori. libro quinto. Gypsum autem habet vim adstringendi, sanguinis eruptiones cohibet atque sudores, sed potum strangulat. Calx.

CAPVT .XXV.

PAVIMENTA ORIGINEM, &c. Victruuius de his sic agit. Asaroton oecon ad Theatri vsum habentur, quo se populus recipiebat cum imber repētinus ludos interpellabat. Pauimenta certè, aut sub tecto, aut sub dio. Subdialia veteres post coaxationem filicem potius quàm paleam inducebant, deinde statumen ex ruderatione, qui de his plura volet, adeat Victruuium. Pauimēta.

CAPVT .XXVII.

IGNIS ACCIPIT, &c. Hoc parum habet nubili, putarim tamen male legi, vbi legitur. Vt licet viderint gladiatores cum deluserint, &c. Legerim deluxati sint. Nam paulò superius dixit. Inde enim cinis luxatis potus medetur. Ignis.

Commentariorum in Tricesimumsextum Plinij Secundi, Naturalis historiæ, scriptoris argutissimi,

FINIS.

IN TRICESIMVM SEPTIMVM PLINII NATVRALIS HISTORIAE ARGVTISSIMI SCRIPTORIS LIBRVM, STEPHANI AQVAEI BITVRICENSIS, VIRI EQVESTRIS, COMMENTARIA.

VT NIHIL INSTITVTO OPERI DESIT, &c. Cunctarum rerum natura, ac dote exacta, superest de gemmarum praecellentia agere.

CAVT. PRIMVM.

HIS INITIIS COEPIT AVCTORITAS, &c. Annuli polycratis meminit Strabo, libro Geo. decimoquarto, his verbis. Maximum felicitatis argumentũ ducunt, quod annulo de industria in pelagus proiecto, gemma & scaptura precioso, paulò post piscator quidam eduxit, qui eum deuorauerat, quo cæso annulus est inuentus. Quod cũ Aegyptiorum rex intellexisset, diuinitus locutum ferunt, quod eiusmodi prosperitatibus vteretur, hæc ille. Huius historiæ etiam meminit Herodotus in Thalia. Cicero in fine quinti de finibus bonorum & malorum. Hero. scribit gemmam fuisse Smaragdum, non sardonicem. De Pyrrho qui volet amplius, adeat Plutarchum De Augusto Traquill.

CAPVT SECVNDVM.

Electrũ. ID VTI PLANIVS NOSCATVR, &c. De his lapidibus ferè omnibus quorum hic fit mentio egimus aliubi, quod de Electro, ait, siue succino Ouidius secundo Transfor. etiam de hoc agit quando cecinit.

, Et teneros manibus ramos abrumpit & inde
, Sanguineę manat tanquàm de vulnere guttæ
, Inde fluunt Lachrymæ, stillataque sole rigescunt
, De ramis Electra nouis, quę lucidus annis
, Excipit, & nuribus mittit gestanda latinis.

Diodorus etiam historiæ huius meminit, Et Solinus.

CAPVT TERTIVM

CERTVM EST, &c. De vi medica Electri abundè Dioscorides, libro primo. Valere faucium vitijs dicitur succinum, de quo alibi egimus.

CAPVT IIII.

MAXIMVM, &c. Adamas ex nominis proprietate dictus est, quod scilicet ob eius insuperabilẽ duritiẽ, hic adamas est dictus quasi indomabilis. Scribit Serapiõ adamãtẽ esse frigidũ. Lucretius ex atomis duritiẽ habere significasse visus est, quando ait. Denique quę nobis durata, ac spissa videntur, Hæc magis hamatis inter sese esse necesse est. In quo iam genere in primis adamantina saxa. Et quasi per ramos altè compacta teneri, &c. De viribus adamãtis disseruit lepidè interpres Dionysij, his verbis. Hic fulget lymphata adamas qui pectore sanat. Et prohibens miseris occulta dãna veneni. De eius medica vi abundè Dioscorid. græci dicunt σιδηρέον καὶ σιδηρόν de dissidẽtia Magnetis, ac Adamantis Dionysij interpres cecinit. Hic iuxta positus Magnetem viribus arcet. Occultus raptu ferri, vel tractantibus ante. Admotũ retrahit, defendẽs robore miro. Abigit lymphationes, siue terriculamenta, ac occursacula quędã dæmonica. Adamas.

CAPVT V.

TERTIA AVCTORITAS, &c. Serapio scribit Smaragdũ esse naturæ frigidæ, ac siccę. Medicinę artis professores tradũt hũc potũ venenis, ac venenosorũ morsibus conferre, de hoc lapide mira refert Marbodæus his versibus. Cõmodus est iste lapis, scrutãtibus abdita ferẽ. Cũ præscire volũt, aut diuinare futura. Augetopes idẽ sese reuerẽter habẽtes. Oĩbus in causis dans persuasoria verba. Tanquàm facũdi vis sit sermonibus in illo. De eo lapide etiã Albertus abundè agit, libro Mineralium. Item Solinus huius meminit amplè.

CAPVT VI.

MINIVM IDEMQVE AB IIS, &c. Smaragdũ in India cõperi, authorest Theo. Etiã in Cyprijs ærifodinis, quo vtũtur ad glutinũ auri, vice chrysocollę. Nã eodem colore dicit esse verum hęc aliquãdo crassior est. Quod autẽ scribũt de Smaragdo regi Aegyptiorũ à rege Babilonię esse dono missũ mirũ videt. Lõgitudine, ait Theo. quatuor cubitorũ, latitudine trium fuisse In eadẽ Aegypto ĩ tẽplo Iouis obeliscũ cerni ex eodẽ lapi de lõgitudine cubitorũ. xl. hãc gẽmã ferunt gratiã maximè cõciliare. De Sardonice meminit Marbodęus his versibus. Sardonicẽ faciunt duo nomina, sardus, onyx'que. Tres capit ex binis vnus lapis iste colores. Albus, & hinc niger est rubeus supereminet albo. Gẽma dicta ἀπὸ τοῦ σαρδίου καὶ ὄνυχος, quasi vnguis in sarda color, ad custodiã corporis facere, ait Dionysius. Iaspis valet ad accelerãdos partus si collo suspendatur, authore Diosco. lib. v. potissimũ si femoribus annectat, plura sunt genera, authore Theophrast. & Diosco.

CAPVT VII.

PRINCIPATVM, &c. Carbũculus pricipatũ obtinet inter gẽmas, græce vocat ἄνθραξ, plura sunt carbũculorũ genera, vt tradit Theo. dicũt quidã apyruste, vel apyroti, quia nõ sentiũt iniuriam ignis, vel acausti, id est, ἄκαυστοι, quia nõ habeat aliquid humoris sic dici possunt. Theo. de his sic agit ταῦτα γὰρ ἄκαυστα καὶ ἀπύρωτα διὰ τὸ ξηρὰ εἶναι τοῦ χροῦ. De sarda etiam meminit Theophrast.

CAPVT NONVM.

TOTVS VERO ORIENS, &c. Pęderota vocant lapillum, quia amorem cõciliare dicat, de cęteris bus generibus abũdè Theo.

CAP. X.

ACHATES IN MAGNA FVIT, &c. Pluribus dici nominib' achatẽ cõstat, vocat phaspachates, Cerachates, Sardachates, Dẽdrachates velut arbuscula insignis. Huius meminit Sylius. xiiii. bellorũ punicorũ. Et perlucentem splendenti gurgite achatem Rennius etiam his versibus.

Cernitur

, Cernitur egregius lapis hic cui nomen achates. Hoc dederat fluuius cuius gene=
, ratura d vndas. Hanc simulachra vides venis ostẽdere gemmã. Hic lapis fuit vnus ex duodecim preciosis lapillis, quibus rationate summi sacerdotis in Exodo ornari à domino præcipitur. Magi suffitu huius lapidis tempestates auertunt flu= mina sistunt. Hac gemma Pyrrhus vsus traditur quod significauit hic Plinius, & Marbodæus in libello lapidum, his verbis.

, Rex Pyrrhus digito gessisse refertur achatem. Cuius plena nouem signabat pa=
, gina musas. Et stans in medio cytharam tangebat Apollo
, Naturæ, non artis opus mirabile dictũ.

Est & Alectorius lapis repertus in ventriculis gallinaceorum dictus, quia ἀλεκτόρα græci gallum vocent. linguæ subditus sitim extinguit, victoriam acquiri hoc tra= dunt, hoc Milonem fuisse vsum tradunt, vt Solinus Plinio adstipulans ait.

In omnes C. PLINII secundi Naturalis Historiæ argutissimi scriptoris libros, STEPHANI AQVAEI Bituricensis viri eque= stris Commentaria: Typis ac caracteribus Petri Vidouæi impressa. Impensis honestorum virorum Ponceti le preux, & Galioti à prato. Vniuersitatis Pariensis Bibliopol.
Anno à CHRISTO nato .M.D.XXX. Mense Iunio.

Petrus Vidouæus Vernolien̄. Lectoribus, S.

OBlatum mihi est exemplar manu exaratum Viri cordatissimi, exemplar inquã præclaræ quidem lectionis, à STEPHANO AQVAEO equite, eruditissimo, in omnes Plinij libros concinnatum, typis tam raptim ac sal= tuatim scriptis, vt nemo sit tam lynceus qui nõ in his cecutiat. Vnde cõijcere licet strẽnuũ illũ virũ partim bellicis i rebus, partim domesticis reb⁹ (vt is mihi retulit) id operis cõdidisse. Quod impressum cõtuli exẽplari, ac insigniores mendas, quas putaui maximè ingenerare posse nauseam lectoribus excerpsi ea qua potui dili= gentia, adeò vt nullę supersint, quę nõ facillimè à mediocriter eruditis videri possint. Non admirandum profecto est, si quę nobis ex hoc nouitio & nusquam viso opere sese suggesserint, quando multa sint opera pluries cusa, plena tamen erratorum, quare boni ex oro consulatis.

Par sit fortuna labori.

Ludouicus Faber Parrhisinus, Cypriano de Relia doctissimo Salutem.

VIRTVTIS Aestimatio, suauissimi mores, singularisque Rerum naturalium cognitio Cypriane, ad studiosorum vtilitatem in posterũ longè prospiciẽs, non minore doctissimi cuiusque admiratione quàm plausu, te nũc maxime in cœlum iure & vere ferunt. Siquidem elucubratis multo studio, multoque labore Plinij cõmẽtarijs omnẽ nitorẽ, omnes flores nobis restituisti, quicquid erat memoria pręclarum, & scitù dignum, aut boni genij, aut naturę Rerum omnium parẽtis numine afflatus, in eos retulisti. Tametsi Aquęi dignitas: harum vigiliarum insignibus satis amplificata fuerit, qui in tanta obscurarum sententiarum perplexitate, tot lucida mirę verborum claritatis lumina addidit: vt tandem totus lucidus, totus facilis, et ab eo pręclare expositus Plinius magna cum sua laude maiore cum nostro fructu legeretur illustri omnium gratia. In hac ipsa re, vt & in multis alijs, & Aquęo, & tibi (quos etsi plus quã possim laudibus extollere contendero, minus tamen faciam quàm debebo) primas deferimus. Pulcherrima illa tua recõditarum rerum exposirione tandiu nos carere sines, hanc in apertum non proferes? Proferes profecto, si sensus tuos bene cognitos habeo, vt certè habeo, si nostro emolumento & gloriosę tui nominis immortalitati pręcipuè consultum velis.

VALE.

Regestum Cartharum.

ProRepertorio. ã.ẽ.ĩ.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.f.t.v.x.y.z.&.
A.B.C.D.E.F.G.H.I.K.L.M.N.O.P.Q.R.S.T.V.X.Y.Z.
aa.bb.cc.dd.ee.ff.gg.hh.ii.kk.ll.mm.nn.

Omnes sunt Ternorum Foliorum: præter i, qui est duorũ foliorum.


AVDENTES IVVO
P·VIDOVÆ